8.28 M 13

VERITATES AVREAE SVPER TOTAM LEGEM VETEREM,

TVM LITTERALES, TVM MYSTICÆ, PER MODVM Concluſionum è Sacro Textu mirabiliter exculptæ;

Hæ & genuinis rationibus, annotationibus, appendicibus; & appoſitis quæſtionib. ſolutionibus, digreſſionibus; & altis verborum textualium penſitationibus, promptis expoſitionibus, vtriuſque teſtamenti conſenſu magnifico ſubindè permixto, dexterrimè coornantur.

His, ceu quadam PRAXI CHRISTIANA, ad virtutes Theologas, Cardineas, Intellectuales, Morales, ad opera bona, ad dona, non ſine huius diuinæ legis præuia comprobatione, paratur iter pro diuerſorum ſtatu commodum, pulchrum, pacificum, honeſtum, ſuaue, ſtabile, tutum.

Hic totus ferè venerabilis Sacroſanctæ Eccleſiæ catholicæ Ordo, totumque deteſtabile infidelium Chaos, velut in Idæa, à ſummo Deo iam olim ad viuum picta in littera cernuntur; maximorum præterea Pontificum, ſpectatorum Conciliorum, Sanctorumque Doctorum, frequenter à nobis addito penicillo ſequente: vt indè cautus, ſimul & ſapiens redditus homo facillimè ſciat reprobare malum, et eligere bonum.

Per F. Seraphinum Capponi à Porrecta, Almi ord. Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſtrum.

ÆDITÆ, DEO OPT. MAX. DICATÆ; S. R. E. CORRECTIONI SVBMISSÆ.

Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. I. Cor. 15.

Quatuor indicibus annexis: quorum primi duo, ſcilicet hæreſum, & Conciliorum, libris omnibus communes; alij, ſcilicet Concluſionum, & memorabilium, ſingulis ſpeciales exiſtunt.

CVM PRIVILEGIIS.





VENETIIS, MDXC.
Apud Marcum Antonium Zalterium.
Cum licentia Superiorum.

INDEX HAERESVM, ET ERRORVM,
CVM SVIS AVTHORIBVS HOC IN OPERE CANONICE DAMNATORVM.

ABel apud inferos manere. hær. dam. Gen. 4. conc. 2.
Abiurare Chriſtum coram hominibus non eſſe peccatum. hær. dam. Gen. 44. con. 1.
Abſoluere poteſt, ubi non eſt ſacerdos, æquè quilibet Chriſtianus, etiam ſi mulier, aut puer ſit. hær. dam. Num. 3. con 3.
Adam, & Euam primos parentes eſſe perpetuo ob inobedientiæ peccatũ damnatos hær dam. Ge. 3 con 18 & con 21.
Adam, & Eua, ſi in iuſtitia permanſiſſent, non coiuiſſent unquam. hær. dam. Gen. 1. conc. 23.
Adam, & Eua, ſi in iuſtitia permanſiſſent, humana ſpecies non fuiſſet per commixtionem propagata, ſed ut angelica err. dam. Gen 1. conc. 23.
Adam, & Eua, ſi in iuſtitia permanſiſſent nullam fuiſſe ſexuum differentiam, ſed æquè, ac Angelorum multiplicationem fuiſſe hominum. hær. dam Gen. 1. con. 23.
Adam in forma feræ fuiſſe creatum. err. dam. Gen. 2. cõ. 14.
Adæ peccatum fuiſſe occulto Dei decreto ordinatum. hær. dam. Gen. 2. con. 10.
Adam non ex culpæ demerito, ſed conditione naturæ mortuus eſt hær dam. Gen. 2. con. 11. cap 3. con. 20.
Adam etiam ſi non peccaſſet, nihilominus mortuus fuiſſet. hær dam Gen 2. con 11. G[illegible] 3 con. 20. (ut. [illegible])
Adam non fuiſſe a Deo. hær dam Gen. 1. con. 21.
Adam aliquid malum fuiſſe. hær. dam. Gen. 1. con 21.
Adæ primi hominis animam prius fuiſſe formatam, quàm corpus error dam Gen. 2. con 4.
Adæ corpus fuiſſe prius formatum, deinde animã creatã, & illi [illegible] eſt hæreticum. hær. dam. Gen. 2. conc. 4.
Adam in ſtatu innocentiæ nunquam habuit unde poſſet ſtare hær dam. Gen 3 con. 1[illegible].
Adæ formationem de limo terræ, & Euam de coſta eius ac ſerpentem [illegible] allegoricè, & figuratè, non hiſtoricè eſſe intelligendam. error. dam. Gen. 2. conc. 15. Gen. 3. conc 15.
Adæ coſta, ex qua Eua dicitur formata, non re ipſa, ut litera Gen [illegible], eſt intelligenda, [illegible] ſecundum miſticnã, non [illegible] per allegoriam, ſed per parabolam. error. da[illegible].
Adorandum eſſe ſerpentem, quòd ſerpens, qui decepit Euã, fuerit Chriſtus. hær. dam Gen. 3. con 16. Gen. 3. con. 24.
Adorandum eſſe Cain. hær. dam. Gen. 4. con. 16.
Adorandum eſſe Seth. hær. dam Gen. 5 con. 3.
Adorandum nullo pacto eſſe crucem Domini noſtri. hær. dam. Gen. 23. conc. 2.
Adorandam nullo pacto Euchariſtiam. hær. dam Gen. 23. conc. 2.
Adorãdas nullo pacto eſſe imagines. hær. dam. Gen. 23. cõ. 2. Gen. 47. con 5.
Angelos ſeptem ſolos feciſſe mundum præter conſcientiã Dei patris. hær. dam Gen. 1. con. 5.
Angelos creaſſe mundum. hær. dam. Gen. 1. con. 5.
Angelos feciſſe mundum, ipſos autem factos a quibuſdam ſeminibus de cœlo prædictis genuſque humanum feſelliſſe hær dam. Gen. 1. con. 5.
Angelos aliquid creare. hær. dam. Gen 1 con. 5.
Angelos creatores eſſe animarum noſtrarum. hær. dam. Gen. 1. con. 5.
Angelorum malorum creationem uniuerſæ naturæ eſſe opificium, non Dei. hær. dam Gen. [illegible]. con 5.
Archangelos creaſſe mundum. hær. dam. 1 Gen. con 5
Angelos eſſe creatores corporũ, Deum verò animarum. hær. dam. Gen. 1 con 5.
Anima rationalis, inquantum rationalis, nõ eſt forma corporis humani. hær. dam. Gen. 1. con. 5.
Animas non creari a Deo hær dam Gen. 2. con. 1.
Animam filij ex anima patris ueluti corpus ex corpore generari. error. dam. Gen. 2. con. 5. Deuter. 1. con. 2.
Animas nouas nec creari, nec infundi à Deo. hær. dam. Gen. 2. con. 5.
Animas noſtras nihil eſſe. hær. dam. Gen. 2. con. 5.
Animam hominis propagatam eſſe de carnis ſubſtantia. hær. dam. Gen. 2. con. 5. Deut 2. conc 1.
Animam hominis ſimul cum corpore in ipſius morte corrumpi. hær. dam. Gen. 2. con. Exo 3 con 6.
Animas noſtras cum corporibus quidem interire, ſed poſtmodum in reſurrectionem, cum corporibus reſuſcitare. Error. dam. Gen. 2. con. 5.
Animas noſtras cum corporibus, ita interire, ut amplius nõ redeant. hær. dam Gen 2 con 5.
Anima hominis producitur ex ſemine humano, ſicut anima bruti error. dam Gen 2. con. 5.
Anima nihil aliud eſt, quam corpus, & mortuo corpore, anima moritur conſequenter. error. dam Gen. 2. concl. 5. Exod. 3. con. 6.
Animas hominum eſſe productas ab intelligentia à qua ipſarum animarum gubernatio tota perfectio, ſcientia, & beatitudo dependet. error dam Gen. 15. con. 2. in quãtum error, iſte dicit, quòd animæ tota beatitudo pendet ab iſta intelligentia.
Apoſtoli ſtolidi fuerunt, cum nolentes abiurare Chriſtũ corã hominibus permiſerunt ſe occidi. error. dam. Gen. 44. con. 1. Exod. 2. con. 4.
Appropriata non ſunt potentia, ſapientia, & benignitas, patri filio, & ſpiritui ſancto in diuinis, ſed propria. hær. dam. Gen. 1. con. 6.
Aquam benedictam nihil plus habere uirtutis, aut efficaciæ quã non benedictam. hær. dam. Num 4 conc 1. & cap 18. conc. 2.
Aquæ benedictionem eſſe inuocationem demonum. error. dam. Num 4. con. 1 & cap 18. concl. 2.
Auguria, & diuinationes, ac ſtellarum curſus inquirenda, & ex eis futurorum curſus timandos. error. dam. Leuit. 7. con. 6. & Leuit. 20. con. 4.

B

BAptiſmate plena fide renatos non poſſe deinceps amplius peccare. hær. dam Num 13. con 4.
Beatitudinem conſiſtere in carnis delitijs, nam poſt reſurrectionem regnũ Chriſti futurũ eſſe. err dam Gen. 15. con. 2.
Beatitudinem finalem nos conſequi poſſe in hac uita ſecundum omnem perfectionis gradum, quem habebit in patria atque in uita beata hær. dam. Num. 20. con. 4.
Benedictiones omnes, quas eccleſia facit, uel dicit ſuper panem, uinum, aquam oleum, ſal, ceram, incenſum, arbores, oliuarum, palmarum, ueſtimenta, calices, & quæcunque alia ad eccleſiaſticum uſum pertinentia nullius eſſe momenti, ſed eſſe potius practicam Necromantiæ, quàm ſacræ Theologiæ. hær. dam Num 4. con. 1.
Beſtias omnes rationis eſſe capaces error. dã. Gen. 1. con. 15.

C

CAin, & ſodomitas, ſalutem conſecutos eſſe, quod ad Chriſtum, cum deſcẽdit ad inferos, acceſſerint. hær. dam. Gen. 4. con 9.
Cultus ab homine ex cogitatus Deo placere poteſt. error. dam Exo. 25. con. 4. Exo 26. con. 1. Exo. 36 con. 1. Exo. 39. con. 1. et Num. 8. con 8. Nu 10. con 2.
Indulgentiæ Papales, ſtationes, peregrinationes, ordines ſacerdotum, baptiſmus campanarum, altarium, ueſtimentorũ, calicum, lapidũ, cinerum, aquæ panis oſculorum, uel ſpherularum, precatoriarum, roſariorum, candelarũ, cum ſimilibus rebus, uſum habere debent in eccleſia. err. dam. Exod. 30. concl. 4. Exod. 38. concl. 1. Exod. 40. con. 1. Nu. 10. con. 2. & 18. con. 2.
Catholicos doctores erraſſe, atque errare in fide. error. dam. Exod. 13. con. 6.
Ceremonias nullas debere eſſe in eccleſia. hær. dam Nu. 18. concl. 2.
Ceremonias eccleſiæ res eſſe indifferẽtes, quas ſine obſerues uoles, nõ ve ſine, te nihil peccare. hær. dam No. 18 cõ. 2.

Ceremonias euangelici hæretici ferè eaſdē cum iudæis obſeruant.error.dam.Deut.12.con.ulti.

Cultus templi exterius nihil iuuat.error.dam.Exod.25.concluſ.4.Exod.29.conc.1.Exod.38.con.1. Exod. 39. conc.1. Leuit.26.con.1 Nu.4.conc.1.Nu.10.con.3.Nu.18.con.3.

In charitate conſtituto nullum peccatum imputabitur. err. dam.Leuit.9.conc.1.

Ex charitate carnaliter commiſcentes,quæcunq; ſtupra,adulteria &c.committunt non peccant.err.dam.Leuit.9 con.1.

Mulieres non peccabant commiſcendo his carnaliter, dummodo,ex charitate id agerent. error.dam.Leuit.9. con. 1.

Chriſma ſacrum conſpuendum,& conculcandum eſſe.hær. dam.Exod.30.con.4.Exod.40.con.1.Leuit.26.con.1.Nu.4 con.1.& cap.18.con.2.

Chriſti diuina natura fuit crucifixa.hær.dam.Gen.37.con.7.

Chriſtum paſsionē in diuinitate ſua ſuſtinuiſſe ac ſuſcepiſſe, ita ut diuinitas cum humanitate mortua fuerit,& reſuſcitata.hær.dam.Gen.37.con 7.

Chriſtus non fuit uerus homo,ſed phantaſticus,& phantaſma quoddam hęr.dam.Deut.9.con 7.

Chriſtum neque natum ex fęmina neque habuiſſe carnem, neque uerè mortuum , neque paſſum , ſed ſimulaſſe paſſionem hęr. dam Deut.9.con.7.

Chriſti natalem ſecundum carnē non eſſe pie uenerandum. error.dam.Gen.17.con.6.

Chriſtum nō eſſe pro omnibus, aut omnium peccatis cruci fixum,& mortuum,ſed tantum pro fidelibus, & Pijs.hær. dam.Leuit.4.con.6.& cap.16.con.8.

Chriſtus non fuit crucifixus,ſed Simon Cireneus pro eo qui angariatus ſuſtulit crucem. hęr.dam.Nu.17.con. 1. Deuter.9.con.7.

Chriſtus non uerè,ſed putatiuè fuit paſſus. hær. dam. Deuter.9.con.7.

Chriſtum non eſſe ſaluatorem.hær.dam.Leuit. 16.con.8.

Chriſtum quòd in cruce deſperarit,fuiſſe damnatum. hær. dam.Leuit.16.con.10.

Cibos,uel eſcas abominandas, tanquam immundas ; quia talium Deus non eſt creator.error dam Gen.2.con. 8.

Ciborum uſum deteſtandum.err.dam.Gen.1.con.8.

Cibis carnium ueſci,uel non ueſci impertinens eſt Chriſtianæ perfectioni.error.dam.Gen 2 con.9.

Cibos quoslibet quolibet die comedere ſine ullo diſcrimine licere omnibus quantumlibet per eccleſiaſticas ordinationes prohibitos.hær dam.Gen.2.con. 9. & Leuit. 11. concl.13.

Cibos carnium, ouorum, &c. ab Eccleſia prohibitos comedere non eſt peccatum . error.dam.Leuit.11.con.13.

Ciborum abſtinentiam præcipere non poteſt Eccleſia . hær. dam.Leuit.11.con.13.

Cibis carnium abſtinere nullum ineſt meritum. error. dam. Gen.2.con.9.

Cibos carnium omni feria ſexta, omni ſabbato , & omnibus diebus quadrageſimæ efficaciter comedi poſſe.error.dam. Leuit.11.con.13.

Clericos & religioſos Eccleſiæ,eſſe ſcribas,& phariſęos Apoſtolorum perſecutores.error.dam.Num.2.con.3.

Coitum promiſcuum fœminarum licere, ut quilibet qualibet ſine peccato,ut poſſit.hær.dam.Gen.26.con.4.

Libidini ſatisfacere in quodlibet actu turpi melius eſt,quàm intus in corde tentari . error.dam.Gen.26 con.4.

Coire tenetur mulier cum quolibet uiro eam petente , & è contra.err.dam.Gen.26.conc.4.

Communes debere eſſe uxores.hær.dam.Gen.26.con. 4.

Connubia permiſta,ſeu promiſcua, urente carnis libidine , eſſe permittenda.hær.dam.Gen.26.con.4.

Concilium generale quantumcunque probè,ac legitimè fuerit congregatum in fide,ac moribus poſſe errare . Hoc Arius,Neſtorius,Io.Huſſ,Luterus aſſerunt,nè hinc ſua uenenoſa detegantur dogmata. err. dā.Deuter.17.con.7. & cap.19.conc.6

Concilij Nicęni Symbolum,& decreta deſtruēda.hęr. dam. Deut.17.con.7 & cap.19.con.6.

Concilium,ſiue quartam ſinodum repudiandam. hęr.dam. Deut.17.con.7 & cap.19.con.6.

Conciliorum generalium determinationes canones , & decreta nihil ualere hęr. dam.Deuter.17.conc.7 & cap.19. concl 6.

Conciliorum ſanctionibus non omnes tenētur obedire. error.dam.Deut.17.con.7.& cap.19.con.6.

Vis nobis facta eſt eneruandi authoritatē cōciliorum,& libere cōtradicendi eorum geſtis,& iudicandi eorum decreta,& confidenter cōfitendi quicquid uerum,uidetur ſiue probatum fuerit ſiue reprobatum à quocunque cōcilio.err.dam.Gen.16.cō 5.Exod.18.con.4.Nu.2.cō. 10, & cap.4.con.3.4

Confeſſionem nullam fuiſſe antiquitus ſecretam malè actæ uitæ, ſed apertam (ut opinor)quam nec legimus exactam a quoquam.err dam. Leuit.5.con.7.

Confeſſio clancularia, quæ nunc recepta eſt & in aurem fit,uidetur ex conſultationibus priuatis eſſe nata ; quæ ſolet apud epiſcopos fieri , ſiquis ſcrupulus urgeret animum.err dam.Leuit.5. con.7.

Confeſſionem admiſſorū ſecretam , apparet Hieronymi tempore,nondū fuiſſe inſtitutā hær.dam. Leuit.5.cō.7.

Conſecrare corpus Chriſti poſſe omnem hominem iuſtū ſuæ actionis , etiā ſi laicus,ſiue ſis uir,ſiue ſit mulier fuerit, ſed ſi mortale committat, hanc poteſtatem amittit, etiam ſi ſacerdos ſit hær dam. Num. 3.con.3

Propter tuam contritionem nullo modo cōfidas abſolui, ſed propter uerbum Chriſti quodcunque ſolueris,&c. hic inquam confide ſi ſacerdotis obtinueris abſolutionem , & crede fortiter te abſolutum , & abſolutus uerè eris,quicquid ſit de cōtritione.err.dam. Leuit.5. con.9.

Nullus debet ſacerdoti reſpondere , ſe eſſe cōtritum , nec ſacerdos requirere err.dam.Leuit.5.con.9.

Si per impoſsibile confeſſus non eſſet contritus, aut ſacerdos non ſerio , ſed ioco abſolueret, ſi tamen credat ſe abſolutū,uerißimè eſt abſolutus.error.dā. Leui.5.cō.9.

Veriſſimum eſt prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucuſque data præſtantius,de cætero non facere, ſumma pœnitentia,optima pœnitentia, noua uita. error dam.Leuit.5.con.9.

Corrigere Prælatos , ac Dominos ſuos poſſunt ſubditi, ac populares homines ad libitum ſuum , cū uiderint eos delinquentes. err.dam. Gen.14.con.6. Exod.32. con.5. Num.12 con.9.

Crucis ſigno non eſſe muniendum.hær.dam.Nu.23.con.4

D

Decimas eſſe puras eleemoſinas. erro. dam. Gen. 14. con.6. Leuit.23. con.2.

Decimas poſſunt parochiani ob peccata ſuorum prælatorum ab eis ad libitum auferre.erro.dam.Gen 14.con.6. Leuit.23.con.2.Num.3.con.11.Numer.12. con.9.Num. 35.con.1.

A decimis, cenſibus,atque redditibus,& ab obediētia principum cum quis ſeſe eximit , & emancipet, libertatem eſſe dicunt liberi.err.dam.Num.12.con.9.

Laici non tenentur decimas dare alicui ſacerdoti, uel prælato Eccleſiæ Romanæ; quia nō ſunt in tanta perfectione , & paupertate , in quanta fuerunt Apoſtoli Chriſti, ideò debent dari ipſis (aiebant Pſeudo Apoſtoli) quia ſunt pauperes Chriſti.er.dam.Gen.14.con.6. Leuit. 23. con.2. Num.3.con.11.

Deus non eſt malorū factor.er.dā Ge.16.con.1. C.3.cō.22

Deus non poteſt habere filium , quia uxorem non habet; nam ſi Deus haberet filiū , omnis res eſſet in periculo tanquam futura inde ſeditio.hær. dam. Gen 1.con.19.

Deus a nobis nihil aliud requirit , quam ut ipſum ſolum cognoſcamus.er.dam.Gen.2.con.6 & ca.4.con.10. Ge. 17.cō.5. Num.11. con.2. Deuter.11.con.1.

Deum non eſſe omnipotentem. hær.dam. Gen.1.con.1.

Deum nullum eſſe , nullam diuinam prouidentiam. hær. dam.Gen 17.con.1.

Deo nolente , & iubente , diabolus mentitur in cordibus hominum.error.dam.Gen.3.con.6.

Deus non eſt omnipotens.error.dam.Gen.1.con.1.

Deum eſſe crudelem blaſphemauit Nouatianus. er. dam. Gen.3.cō.11.Ge.3. con.21. Gen.6.con.3.Ge 6.cō.2 Exo. 12.con.6,Leū.1.cō.6.Leu.26.con.11.12,Nu.11.con.12.

Deū non unū,ſed tres eſſe Deos.hær.dam. Gen.1.con.19.

Deus nullus ſibi faciunt Euāgelij.error.dā. Gen.1.cō.19.

Deus non permittit mala fieri, ut eliciat bona,ſed mala in mundo proueniunt ex neceſſitate materię uel naturæ. error.dam. Exod.16.con.5.

E

Eccleſiæ poſſunt Domini temporales bona temporalia auferre ad arbitrium ſuū poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus,error.dam.Num.12.con.9.

Eccle-

Eccleſiam non cõtinere bonos, & malos; ſed ſolos bonos ad eã pertinere, hær. dam. Gen. 7. con. 1, Nu. 3. cõ 8.

Eccleſiam ex ſolis prædeſtinatis, & in gratia exiſtentibus conſtare, malos uerò ad eam non pertinere. hær. dam. Gen. 7. con. 1. Num. 3. con. 8.

Eccleſiam Chriſti eſſe in Aphrica: nec uſquam niſi iſtic eſſe uerum baptiſma. hær. dam. Gen. 7. con. 3.

Eccleſiam errare poſſe, & aliquando erraſſe: nec tãtam eſſe eccleſiæ certitudinem in definiendo, ut errare non poſſit. err. dam. Exod. 13. con. 6.

Eccleſiam penes ſe ſolos eſſe aiunt campates. err. dam. Gen. 7. con. 3.

Eccleſiaſticos uiros habere poſſeſſiones eſt contra ſanctã ſcripturam. err. dam Leuit. 23 con. 2. & cap. 25. con. 10.

Eccleſiã, ſiue clerum ditare eſt contra regulam Chriſti. err. dam. Leuit 23. con. 2. & cap. 25. con. 10.

Eccleſiã ditando errauerũt Sylueſter Papa, & Conſtãtinus Imperator. err. dam. Leuit. 23 con. 2. & cap. 25. con. 10.

Eccleſiaſtici, Papa cum omnibus clericis poſſeſſionem habentibus ſunt hæretici, eò quòd poſſeſſionem habẽt, & oẽs cõſentientes eis ſcilicet Domini ſeculares, & cæteri laici. err. dam. Leuit. 23 con. 2. & cap. 25. con. 10.

Eccleſiæ bona eſſe diſſipẽda perſuaſit Lutherus. err. dam. Leuit. 23. con. 2. & cap. 25. con. 10. Num. 3. con. 11. & cap. 12. con. 9.

Extra Eccleſiam Cath. Rom. homines ſaluari poſſe, quem libet in ſecta ſua. er. dam. Gen. 7. con. 3. Exod. 12. con. 7. Leuit. 4. con. 5. & cap 19 con. 5.

Eccleſiæ Romanæ obedientes ſunt damnati. err. dam. Gen. 7. con. 3.

Eccleſiæ Romanæ Auctoritas eſt omnino euacuata, & iã diu ceſſauit propter malitiam Prælatorum. error. dam. Num. 12. con. 9.

Eccleſia Dei ſunt ipſi ſoli, qui dicuntur Apoſtoli, & ſunt in illa perfectione, in qua fuerunt Apoſtoli Chriſti. err. dam. Gen. 7. con 3.

Eleemoſynæ tantæ ſunt uirtutis, ut qui eas exercuerit quantumlibet criminosè, & nefariè uiuat æternum tamen ſupplicium non eſt habiturus. err. dam. Gen. 3. con. 16. Deuter. 15. con. 4.

Enoc apud inferos manere, quòd ad Chriſtum non acceſſerit. hær. dam. Gen. 5. con. 5.

Epiſcopum non eſſe ſimplici ſacerdote ſuperiorem hær. dam. Leuit. 8. con. 1.

Epiſcopos omnes, & presbyteros dignitate, & authoritate equales eſſe: Potentia diuitiarum, uel humilitate paupertatis, inferiorẽ uel ſublimiorẽ epiſcopũ fieri. err. dã. Leuit. 8. con. 1.

Epiſcopalem gradũ, ac ſacerdotalem ordinẽ, cæteroſque ſacri ordinis miniſtros, nihil eſſe. hær. dã Leuit. 8. cõ. 1.

Euam non eſſe formatam ex coſta Adæ reipſa, ut littera Gen. habet: q̃ non iuxta litterã, ſed ſecundum miſteriũ non quidem p allegoriam, ſed e p parabolam eſt intelligenda. err. dam. Gen. 2. con. 15.

Euangelium de ipſe poſt aduentum ſuæ ſectæ dixerunt quidã nuncupati flagellãtes ſe. er. dam. Deut. 10. con. 1.

Euangelicam & apoſtolicam doctrinam contrariam eſſe legi, & prophetis. hær. dam. Deuter. 10 con. 1.

Euangelicos homines non obligari ad bona opera diuinæ legis. error. dam. Deuter. 8. con. 5.

Poſt Euangelium Chriſti aliud Euang. ſubdet, & ita pro ſacerdotio Chriſti aliud Euangelium ſuccedet. er. dam. Deuter. 10. con. 1.

Euangelio Spiritusſancti adueniẽte ſiue clareſcente opere Ioacum (quod ibidem dicitur Euangelium æternum, ſiue Spiritusſancti) euacuabitur Euangelium Chriſti. er. dam. Deuter. 10. con. 1.

Euchar. ſacr. cibum nec prodeſſe, nec obeſſe. hær. dam. Nu. 9. con. 6 & Nu. 25. con. 3.

Sacram. Euch. cibum ſoli corporis ſaluti prodeſſe. hær. dam. Gen. 49. con. 2. Numer. 9 con. 6.

In euch. ſacr. non eſſe uerum Chriſti corpus, niſi in uſu hær. dam. Leuit. 6. con. 4. & cap 24. con. 1.

In Euch. ſacramento extra actualem ſumptionem nõ eſſe Chriſti corpus. err. dam Leuit. 6. con 4. & capi 24. cõ 1.

Euch. ſacramentum nõ eſſe ſeruandum in altari, in tabernaculo, aut in quocunque alio loco. err. dam. Leuit. 6. con. 4 & cap. 24. con. 1.

Magnus error eſt eorum, qui accedunt ad hoc ſacramentum, huic inniti, quòd ſint confeſſi quòd non ſint ſibi conſcij alicuius peccati mortalis, quòd præmiſerint orationes ſuas & præparatoria: omnes hi iudicium ſibi mãducãt, & bibunt: ſed cõfidant, & credant ſe gratiam ibi conſecuturos, hæc ſola fides facit eos puros, & dignos. hęr. dã. Gen. 49 con. 2. Leuit. 7 con 4. Leuit 23. con. 7. Leuit. 22. con. 2. ex Num 8. con. 8. & cap. 9. con 3.

In euch. non fieri Trãſubſtantiationem, non fiendam adorationem extra uſum non eſſe ſacramentum. hær. dam. Leuit. 6. con. 4. & cap. 24. con. 1.

Corporis ſanguiniſque Chriſti ſumptionem ad ſalutem nihil prodeſſe. hær. dam. Exo. 16. con. 6. Num. 9. con. 6. & cap 25. con. 3.

Excommunicare aliquẽ nullus Prȩlatus debet, niſi prius ſciat eum eſſe excommunicatum à Deo. error. dam. Num 23. con. 1.

Sacerdos Chriſti uiuens ſecundum legem eius, & habẽs notitiam ſcripturæ & affectum ad ędificãdam populum, debet prȩdicare, non obſtante prȩtenſa excommunicatione. er. dam. Deut. 25. con. 1.

Quilibet prȩdicantis officium de mandato accipit, qui ad ſacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi non obſtante excõmunicatione. er. dam. Deut. 25. cõ. 1.

F

FAto conuerſationes humanas eſſe attribuendas. error. dam. Gen. 3. con. 13. & Leuit. 7. con. 6.

Fatali ſigno animas noſtras, & corpora humana aſtringi. hęr. dam. Gen 3 con. 13. Leuit. 7. con. 6.

Signa 12. quæ mathematici obſeruare ſolent, per ſingula aĩæ, uel corporis membra diſſipata eſſe, & nominibus Patriarcharum aſcripta. error. dam. Gen. 2 con. 13. Leuit. 25. con. 5.

Fato omnia agi, nullamque eſſe Dei prouidentiam. Gen. 1. con. 13. Leuit. 25. cõ. 5 Leuit. 26. con. 2. Deut. 28. con. 4.

In ſeptem aſtris, & 14. litteris rerum omnium perfectionem, uitam denique, & generationem omnium hominum conſiſtere. hær. dam. Gen. 1. con. 13. Leuit. 7. con. 6. Deuter. 28. con. 4.

Ex conditione corporum cęleſtium futura pendent infãtium, quòd ſi quis totam conditionem cœleſtis harmoniæ haberet, plenè cognoſceret tam præterita quàm futura. err. dam. Leuit. 7. con. 6.

Corpora cęleſtia, & diſpoſitiones eorum, in quibus incipimus aliquid operari, dirigunt operationes noſtras, à principio uſque in finẽ per tantum, & per totum ita q̃ iſta conſtellatio ſolum in qua & ſub qua opus incipitur, quantumcunque opus ſit uoluntarium, dominatur à principio uſque in finem. er. dam. Leuit 7. con. 6.

Motus uoluntatis ſubſunt corporibus cęleſtibus. er. dam. Leuit. 7. con. 6.

Feſta nulla ſanctorum, ſiue diuorum celebranda. hær. dã. Gen. 2. con. 3. Leuit. 23. con. 5.

Feſtis diebus eſſe operandum quia opus bonum eſt. err. dam. Gen. 2. con. 3. Leuit. 23. con. 5. Num 28. con. 4.

Fidei rationem inquirere non opus eſt; ſed in ſua quiſque perſuaſione perſeuerare debet. hær. dã. Num. 2. con. 10. & cap. 4. con. 1. & cap. 13. con. 7. Deuter. 12. con. 4.

Fide nihil eſſe credendum; quòd uirtutem noſtri intellectus excedat. hær. dam. Num. 2. con. 10. & cap. 4. con. 1. Nu. 13. con. 7. & cap. 23. con. 5.

Si es adulter, ſcortator, uſurarius, auarus, alijſuè pollutus peccatis, ſi tantùm credis ſaluus es. hęr. dam. Exo. 5. cõ. 4. Leuit. 15. con. 4.

Fidem ipſam tenentes, quam docebat Eunomius quidã Arrianus, dicebat ille, fore ſaluos etiam ſi quãtumlibet grauia peccata committerent, & in illis perſeuerarent. er. dam. Exo. 5. con. 5.

Fidem ſolã abſque ullo alio opere eſſe ſatis ad uitam ęternam conſequendã. er. dã. Gen. 17. con. 5. Nu. 14. con. 9.

Fidẽ habẽti nullum flagitium, nullum ſcelus imputatur. hær. dam. Leuit. 11. con. 7.

Fides ſi ſit firma, & fixa, qualiacũque ſint opera hominis ſemper certus erit de ſua ſalute, er. dam. Gen. 17. con. 5. Leu. 15. con. 4. Num. 14. con. 9.

Credendum non eſt niſi per ſe notũ, uel quod ex per ſe certis poſſit declarari hęr. dam. Nume. 2. cõ. 10. & c. 13. cõ. 7. Num. 4. con. 1. & cap. 23. con. 5.

In fidei diſciplina rationibus potius, quàm ſacræ ſcripturę authoritatib. & teſtimonijs agendum eſſe. hę. dā. Nu. 2. con. 10. & c. 4. con. 1. & c. 13. con. 7. Numer. 23. con. 5.
Fiduciam gratiæ aut gloriæ conſequendę nullo pacto collocandam eſſe in noſtris operibus. hęr. dam. Gen. 17. cō. 5. Ge. 18. con. 6.
Fideles quamuis inuolui ſint multis malis, ſeruabuntur per Chriſtum. err. dam. Gen. 17. conc. 5. Leuit. 4. conc. 6. Deuter. 7. con. 1.
Flagellare ſe, prodeſt ad delenda quæcunque peccata, potius quam confeſſio quælibet imò id eſt præferendum martyrio. hær. dam. Numer. 16. con. 9.

G

GRatiam non eſſe abijciendam velut prorſus inutilem, ſed eſſe amplectendam, quia illa accedente, facilius poſſit haberi gloria æterna. error. dam. Leuit. 18. con. 1.
Abſque gratia Chriſti, hominē poſſe omnia præcepta Dei implere & ſuis meritis uitam æternam conſequi. err. dā. Leuit. 18. con. 1 Deut. c. con. 4.
Gratiam in baptiſmo ſemel receptam non poſſe poſtmodum amitti. hær. dam. Num. 13 con. 4.
In gratia ſe eſſe, quilibet eſt obligatus ad credendum. hær. dam. Num 20. con 4.
Abſque gratia omnia hominem Dei præcepta adimplere, uitam æternam conſequi, nullum peccare, quemlibet iuſtum eſſe, hominem ad ſtatum perfectionis peruenire poſſe, ſi uellet. error dam. Leuit. 18. con. 1.
Gratos ſe eſſe Deo per Chriſtum homines debere credere, quantūlibet impurè, & ſceleratè uiuant. Leu. 11. cō. 7. & cap. 15. con. 4 Deut. 29. con. 5.
Sine Dei gratia, uel auxilio poteſt homo omnia peccata uitare, & omnes admonitiones propheticas adimplere. error. dam. Leuit. 17. con. 1. Num. 34. con. 2.

H

HÆreticos omnes bene ſentire. er. dam. Leuit. 11. con. 8. cap. 13 con. 2.
Hæreticos non eſſe aliqua corporali pœna puniendos, ſed diuino iudicio relinquendos. error. dam. Exod. 17. con. 2. Leuit. 13 con. 5.
Hæreticos ſupplicio afficientes, illis iniurij, & criminis obnoxij erunt. hęr dam. Exod. 17. con. 2. Leuit. 13. con. 4.
Vt hæretici nonnihil immutabāt in literis ſacris quo ſuū tuerentur errorem, ita. err. dam. Num. 14. con. 1.
Hæretici ſunt tollerandi, & non occidendi. error. dam. Leui. 13. con. 7. Leu. 20. con. 9.
Hæreticos comburi eſt contra uoluntatem ſpiritus. error. dam. Leuit. 13. con. 7. Leuit. 20. con. 9.
Hæreticum prodere eſt crimen, & inexpiabile peccatum in Spiritum Sanctum. error. dam. Leuit. 13 con. 10.
Hominem nullum ab Adam uſque ad Chriſtum placuiſſe Deo, ſed omnes fuiſſe damnatos, ac uixiſſe ſecundum carnem. error. dam Gen. 4. con. 2. Gen. 5. con. 5. Gen. 6. cō. 6. Leuit. 55. con. 7.
In horis canonicis cantandis dicendiſque fruſtra conteri tempus. error dam. Leuit. 10. con. 9 Num. 28. con. 1.
Sacerdotes omnium prolixis precibus hiſque præſcriptis aliquoties, ineptis, ac ridiculis, ut dixerim, impijs onerātos. error. dam. Leuit. 26. con 9 Num. 28. con 1.
Qui quotidie Pſalmos non intellectos remurmurant non meditantur in lege Domini, ſed aerem uerberāt. error. dam. Leuit. 26. con 9

I

IEiunium nullius eſſe meriti apud Deum. error. damn. Deu 9. con. 6.
Ieiunium nullū quadrageſimę inſtituit Chriſtus nec ieiunio ſuo 40. dierū dedit exemplū ieiunandi, imò neminem teneri famem ſuſtinere propter ieiunium, quod ex hoc uitam ſuam minuat. hær. dam. Deuter. 9. con. 6.
Ieiunare certis diebus eſt cultus dæmonum. hær. damn. Deuter. 9. con 6.
Vocat refectio, & à certis cibis abſtinentia tempore ieiunij præcipiuntur contra rationem, & contra ſcripturam. hær. dam. Deuter. 9. con. 6.
Imaginem ſacram crucifixi fœdantes, oppugnātes, eijcientes. error. dam. Num. 21. conc. 8.
Imagines patris, & Spiritus Sancti in Diuinis effigiēdas. hę. dam. Exo. 24 con. 5.
Imagine Chriſti eſſe idolum. hær. dam. Num 21. con. 8.
Imagines tolendas eſſe ab eccleſia. err. dam. Gen. 47. con. 5. Num. 12. con. 7.
Imagines in templis habere idolatria eſt, ſiue ſint Chriſti, ſiue cuiuſcunq; Sancti. err. dam. Gen. 23. con. 2. Gen. 47. con. 5. & cap. 21. con 8.
Imagines thurificare idololatriam eſſe. hær. dam. Numer. 21. con. 8.
Imaginem Dei, ad quam factus eſt homo corpori, non animæ eſſe impreſſam. err. dam Gen. 1 con 20.
Imagines non eſſe faciendas, quæ adorentur. er. dam. Exo. 20. con. 2. Num. 12. con. 7. Num. 21. con 8
Statuas ſubuertendas. err. dam. Gen. 13. con. 2. Exo. 20. cō. 2. Numer. 12. con. 7 Numer. 21. con 8.
Impeccabilem reddi poſſe hominem in hac uita. error. dam. Leuit. 18 con. 1 Num. 15. con 10. Num. 50 con. 4.
Imperfecti hominis eſt in actibus uirtutum ſeſe exercere, & perfecta anima licentiat a ſe uirtutes. err. dam. Gen. 4. con 10 & cap 19. con 3.
Inimicum decipere eſſe licitum. hær dam. Deut. 23. con. 4. Exod. 23. con. 2.
Inimico ſiquis damnum inferret, nō eſſe peccatum, etiamſi ad id agendum periurijs, aut quouis mendacio iuuetur. error. dam. Exod. 23. con. 2. Deut. 23. con. 4.
Inimicos odiſſe, licitum eſſe. err. dam. Exod. 23. con. 2.
Iuſtum ... impiorum ... , ſine ab eis. Recedere non modo eſſe integrum, ſed & honeſtum, pium & ſalutare dixit Caluinus. error. dam Gene. 16. con. 5. Exod. 18. con. ... Num. 2. con. 10. Num. 4. conc. 3. 4. & 12. con. 9. & 21. con 8. & 25. con 5.
Iudicium nullum eſſe futurum. Siue iudicium uniuerſale iam factum eſſe, & nullum amplius eſſe futurum. error. dam G ... con 1.
Iudic ... non eſſe. Et iudicium non eſſe futurū error. dam Gen. 7. con 2.
Iudicio proprio ita ſtandum eſſe, ut nullo modo licitum ... æternæ ſalutis, aliena ſententia ita adhærere, ut eam non noſtro proprio iudicio amplectamur. hęr. dam. Num 2. con. 1. & cap 13. con. 7 & cap. 14. con. 13. 14. & cap 23. con. 5.
Doctores ponentes, quod aliquis per cenſuram eccleſiaſticam emendandus, ſi corrigi noluerit iudicio ſeculari ſit tradendus pro certo ſequuntur in hoc Pontifices, ſcribas, & phariſæos, qui Chriſtum nolentem eis in omnibus obedire, tradiderunt Pontio Pilato. error. dam. Num. 2. con 1. Deut 21. con. 5.
In die iudicij omnes homines ante tribunal Chriſti non cō parebunt cum ſuis corporibus reddituri de factis proprijs rationem, ut referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. hær. dam. Gene. 17 con. 1.
Iuramentum ita eſſe licitum, ut etiam periurare liceat. error. dam. Leuit. 5. con 2.
Iura, periura, ſecretū prodere noli. hær. dam. Gen. 26. con 2
Iuramenta, quę fiunt ad humanos contractus, & commercia ciuilia roboranda, illicita ſunt error. dam. Gen. 24. con. 1.

L

LEgem ueterem ſimul cum noua iuxta omnia illius pręcepta eſſe ſeruandam. hær. dam. Leuit. 26. con. 4.
Legem ueterem, & circumciſionem in obſeruantiam eſſe reducendas. error. dam. Leuit. 26. concl. 4. Deut. 12. concluſ.
Legem ueterē, malam eſſe, & à malo principio procedentem. hær. dam. Deut. 33. con. 2.
Legem Moyſi ... conatus eſt appelles. error. dā. Deut. 33. con 2.
Legem ueterem, & prophetas nō eſſe accepetandas, quia eis contrariatur Euangelica, & Apoſtolica, doctrina. hær. dam. Deut. 10. con. 1.
Legem nullam, ſiue ab hominibus, ſiue ab Angelis ullo iure Chriſtianis imponi poſſe, niſi inquantum ipſi uelint. Liberi enim ſumus ab omnibus, inquit Lutherus. error. dam. Gen. 3 con. 2.
Liberum hominis arbitrium nullum eſſe. hær. dam. Gen. 2. con. 4. Exod. 23. con. 3.

Libe. rum

Liberum hominis arbitrium nullam habere in ſuis operationibus actiuitatem, non agere, ſed pati. Hær. dam. Gen.1.con.4.

Liberum hominis arbitrium deſtitutum gratia Dei, quantò magis nititur, tantò grauius peccat. Hær. dam. Exo.1. con.3.

Liberum arbitrium hominis eſt potentia paſſiua, non actiua, & neceſſitate mouetur ab appetibili. Hær. dam. Gen. 1.con.4.

Libertate nihil fit, ſed omnia ex neceſſitate eueniunt. Hær. dam. Exod.13.con.3.

Liberi arbitrij non eſt homo. Hær dam. Exo.13.con.3.

Libertas per principes extincta, eſt armis uindicanda. Erro. dam. Num.16.con.3.

Poteſt homo in hac uita tantam uirtutis perfectionem acquirere, ut reddatur omnino impotens ad peccandum, & amplius in gratia proficere non ualeat. Hær. dam. Num.15.con.10. Num.20.con.4.

In libertatis ſpiritu uiuunt ſub habitu Monachorum Satrabantæ. Error.dam.Gen.3.con.2.

Liberum arbitrium, ita hominē habere, ut ſi uelit in Deū credat, & nō credat; ſi illi ita uidere uideatur, & placeat: & ita in eo quod credit, ſi uelit perſeueret, uel non perſeueret. Hær.dam. Leuit.20.con.11.

Liberum arbitrium poſt peccatum eſt res de ſolo titulo, & dum facit quod in ſe eſt, peccat mortaliter. Hær.dam. Exo.1.con.3. Exod.2.con.1. Num.13.con 1.

Liberum arbitriū hominis ſuis uiribus poſſe diuina mandata implere. Hær.dam. Numer. 34. concluſ. 2. Deut. 6. concluſ. 4.

Licentiam quālibet in delitijs carnis, in eſcis comedendis, in fucu, in ornamentis, in impudicitijs eſſe licitam. Hęr. dam. Gen.3.con.2.

Linguam unam ſolam fuiſſe ante ædificationem Babel aſfirmare eſt hæreticum dicere. Error. dam. Gene.10.con.1. Gen.11.con.1.

Linguas plures fuiſſe ante ædificationem Babel, credendū eſt. Err.dam.Gen.10.con.1 Gen.11.con.1.

Litteras eſſe abijciendas, & ſpiritum uiuificantem ſequendum. Error.dam. Num.4.con 7.

Luxuriæ nullum eſſe peccatum. Hær.dam.Gen.34.con.9.

M

MAgicam artem palàm eſſe exercēdam docuit Carpocrates. Err.dam.Leuit.6.con.6. Leuit.20.con 4.

Magiæ tantum tribuit Menander, ut Angelos nullo pacto aliter uinci poſſe aſſereret, quàm magicæ cuiuſdam artis diſciplina. Error. dam. Leuit. 7. concluſ. 6. Leuit.20. concluſ.4.

Malum eſſe aliquando à Deo, aliquando a materia prima. Error.dam.Gen. 16.con.1.

Malum non eſſe a Deo qualecunque ſiue culpæ, ſiue pœnæ. Hær dam.Gen.3.con.22.Gen.16.con.1.

Maria Virgo nec profecit, nec proficere potuit in gratia, nec aliquid gratiæ in die Pentecoſtes conſecuta fuit. Err. dam. Num.15.con.10.

Maria Virgo poſtquam peperit Chriſtum, fuit à Ioſeph uiro ſuo carnaliter cognita. Hær.dam.Num.8.concl.3.& 18.con.3.

Maria Virgo præter unigenitum Chriſtum, alios peperit filios. Hær.dam.Num.8.con.3.& 18.con.3.

Mariam non eſſe Dei genitricem, nec dicendam Matrem. Hær.dam.Gen.36.con.2.

Martyrium pati pro Chriſti cōfeſſione dementia eſt. Hær. dam.Gen.44.con.1.Exod.2.con.4.

Martyrium non eſſe ſuſtinendum pro Chriſti oretenus confeſſione; quia ore tantum negans Chriſtum propter perſecutionem, in fide permanet. Hær. dam.Gen.44.con.1. Exo.2.con 4.

Martyrium pati pro Chriſto ipſas Virgines, ſtolidum eſt, eò quòd uoluptatis gaudia nō guſtauerint. Error.dam.Gen. 44.con.1.Exod 2.con.4.

Martyres ſtolidos fuiſſe Apoſtolos, nolēdo abiurare Chriſtum coram hominib. & ob id ſe occidi permittendo. Hær. dam.Gen.44.con.1.

Martyrē Chriſti ſe iactabat Theodorus Beza Hęreticus ob flagitia, ac mores illicitos pulſus, Error. damn. Exod.9. concluſ.2.

Matrimonium eſſe inuentum quoddam humanum. Hær. dam. Gen.1.con.22.

Matrimonium, quaſi per ſe malum, eſſe damnādum Hęr. dam.Gen.1.con.22.

Matrimonium nil aliud eſſe, niſi occultum meretricium. Hær.dam.Gen.1.con.22. Gen.24.con.5.

Matrimonium, ſiue coniugium eſſe reſpuēdum. Hær.dam. Gen.1. con.22.

Matrimonium carnale eſt peccatum mortale. Hær. dam. Gen.1.con.22.

Matrimonium eſſe fornicationem iuratam, niſi continenter coniugati uiuant. Hær. dam. Gen.1.con.22.

Matrimonium nihil differre à ſcortatione, ſed idem eſſe. Hær.dam.Gen.1.con.21.Gen.24.con.5.

Melchiſedech ſacerdos non fuit purus homo, ſed Chriſtus, aut alia Dei uirtus ſcilicet ſpiritus ſanctus. Hær. dam.Gen.14.con.6.

Mentiri licere contra proprium iuramentum, & ſectam ſuam, quantum poſſunt, occultare. Hær. dam. Exod. 9. concl.2.

Meritis ac iuſtitiæ hominum nihil penitus tribuendum, ſed cuncta Deo ſunt tribuenda. Hær. dam. Exod. 32. conclu.3.

Nō propter iuſtitiam, & æquitatem cordis tribuit quicquā Deus hominibus Hær.da.Exo.31. con.3.

Merita humana non æſtimari apud Deum. Hęr.dam.Gen. 18.con.5.Exod.32.con. 3.

Miracula in Eccleſia nulla uera fiunt. Hær. dam. Exod. 18.con.2.Num.14.con. 3.

Miracula ſanctorum, Dæmonum fuiſſe præſtigias. Hęr. dam.Exod.18.con.2.Num.14.con.3.

Miſſam non eſſe ſacrificium, quia in ea nulla prorſus offertur oblatio. Hær.dam.Gen.14.con.5.Leuit.21.con.7. & 24.con.2.

Miſſam non eſſe à Deo inſtitutam, non eſſe ſacrificium, nō eſſe opus bonum. Hær.dam.Gen.14.con.5.Leuit.21. con.7.& 24.con.2.

Monachus nemo ſaluari poteſt in religione priuata. Hær. dam. Exod.3. concluſ.2. Leuit 11. concluſ. 11. Leuit. 20. concluſ. 3.

Monachus in religione priuata exiſtens inhabilis eſt ad obſeruandam mandatorum Dei. Erro.dam. Exo.3.con. 2.Leu.11. con.11.

Religionum inſtitutores D. Benedictus, Dominicus, Franciſcus ſunt damnati eò, quod inſtituerunt religionem, niſi forſitan de hoc pœnituerint. Erro.dam.ibid.

Clauſtrum incolentes omnes ſunt extra charitatem, ideò damnantur: & falſificant, quotquot ſunt, doctrinā Chriſti. Error.dam. Exod.3.con.2.

Moyſen non a Deo, ſed malum fuiſſe, & ſtultum. Hær.dā. Deut.33. con.1.

Moyſes reprehendendus eſt, quòd bella geſſerit Err. dam. Deut.23.con.4.

Mulieres ad ſacerdotium iuſtè promoueri poſſe. Hær. dā. Num.3.con.3.

Mulierem ſacris ordinibus initiari poſſe. Hær.dam.ibid.

Mundum fuiſſe ab æterno, & materiam elementorum ex qua factus eſt mundus, non eſſe factam, ſed Deo coæternam. Error.dam. Gen.1.con.2.

Mundus non incępit, fuit ab æterno, & erit in æternum. Error.dam.ibid.

Mundum creatum non à Deo, ſed ab Angelis, ſiue ab Archangelis. Hær.dam.Gen.1. con.5.

Mundum, ſiue hominem non à Deo factum, ſed à trecentis ſexaginta quinque cœlis. Hær.ibid.

N

NAtalem Domini ſecundum carnem non eſſe uenerādum. Hęr.dam. Gen.17 con.6.

Neceſſitate abſoluta omnia euenire. Hær.dam. Nu.13.co. 1.Deut. 28.con.4.

Neceſſitate nihil eſſe faciendum, ſed omnia debere fieri liberè, & citra ullam coactionem. Error. dam. Gene.3. concl.2.

Noë non fuiſſe ſaluum, ſed apud inferos manere eò, quod ad Chriſtum non acceſſerit. Hær.dam. Gen.7.con.4.

Nudi orant, & inter ſe mares fęmineque conueniunt. Erro.dam.Gen.3.con.9.& con.11.Num 33.con.2.

Nuptias eſſe illicitas. Hær.dam Gen.1.con.22.

Nuptiarum fœdera inter ſe iungentes peccare. Err.dā.ibid.

O

OBediendum non eſſe Rom. Pontifici, aut alijs eccleſiæ Prælatis. Hær. dam. Num. 2. con. 10. & 14. cõ. 13. & 14. con. 14.
Obedire alicui humanæ poteſtati non tenentur illi, qui ad perfectionis ſtatum peruenerint. Hær. dã. Nu. 2. con. 10. & 14. con. 3. 14.
Obediendum nõ eſſe ſtatutis Papalibus Erro. dam. ibid.
Occidendos eſſe omnes infideles cum principibus, & magiſtratibus. Error. dam. Num. 16. con. 3.
Occidi quilibet tyrannus poteſt, & debet licitè meritoriè p quẽlibet uaſſalum ſuũ, & ſubditũ, et per inſidias, nõ obſtante quacunque confœderatione inter eos facta etiã cum iuramento firmata, abſque ſententia, & mandato iudicis. Hær. dam. Num. 16. con. 6.
Omnia eueniunt de neceſſitate, quare homines ignorantes ſuper q ſpectãt, deſiderant, & timẽt futura. Num. 13. con. 1.
Omnia ex neceſſitate abſoluta fieri, nec poſſe aliter fieri, q̃ fiunt, Hær. dam. Num. 14. con. 1.
Opera omnia cuiuslibet etiam rectè facta quomodocunq; ſunt peccata, Hær. dam. Gen. 4 con. 3.
Opera bona nulla debet facere homo, cũ ad ultimum ſtatũ perfectionis uenerit. Hær. dam Gẽ. 19. con. 3.
Imperfecti hominis eſſe in operibus uirtutum ſeſe exercere. Hær. dam. Gen. 2. con. 6. Gen. 4. con. 10. & 19. con. 3.
Opera nulli homini eſſe neceſſaria ad uitam æternam conſequendam. Hær. dam. Num. 14. con. 9.
Sine operibus ſolam fidem iuſtificare. Hær. dam. Deuter. 6. concl. 8.
Opera bona perniciosa eſſe ad ſalutem. Hær. dam. Gen. 2. con. 6. Gen. 4. con. 3. Num. 14. con. 9.
Opera bona non eſſe neceſſaria ad ſalutem. Hær. dam. Geneſ. 17. con. 5.
Operum legem eſſe reijciendam. Hær. dam. Deut. 28. con. 3 & con. 3.
In opere bono iuſtus peccat. Error. dam. Gen. 4. con. 3.
Opera etiam propria, et bona, ut à Spiritu Sancto piorum corda inhabitante eſſe peccata. Hær. dam. Gene. 2. con. 7. Gen. 4 con. 1.
Operationem manuum uti malignam eſſe reijciendam. Err. dam. Gene. 2. con. 6.
Orandum non eſſe pro reprobis Err. dam. Exo 8. con. 3.
Orationes inutiles ſunt, Err. dam. Gen. 8. con. 6, Geneſ. 20. con. 4. Exod. 32. con. 2. & Num. 13. con. 1.
Orationes quas facit Eccleſia pro infidelibus, & alijs peccatoribus ut conuertantur, ſiue pro fidelibus, ut perſeuerẽt, fruſtra fieri. Hær. dam. Gen. 20. cõ. 4. & cap. 8. con. 6. Exo. 32. con. 1.
Orare in Eccleſijs nihil prodeſt. Hær. dam. Gen. 12, con. 5. & cap 8. con. 3. 4. Exo. 19 con. 3.
Orationes ad Deum effuſas naturali quadam vi uerborum & deſiderij humani ſunt efficaces. Er. dam. Leuit. 9. cõ. 5.
Ordinationem clericorũ reſeruari Papæ, & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris. Erro. dã. Leuit. 8. con. 4.

P

PApa ſi ſit præſcitus, & malus & per cõſequens mẽbrum diaboli, nõ habet poteſtatem ſuper fideles ab aliquo ſibi datam: niſi fortè à Cæſare. Error. dam. Nu 27. con. 1.
Non eſt ſcintilla apparentię: quòd oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regẽs eccleſiã, quod ſemper cũ illa militante eccleſia conuerſetur. Hær. dam. Nu. 17. con. 3.
Chriſtus ſine talibus monſtruoſis capitibus per ſuos ueraces diſcipulos ſparſos per orbẽ terrarũ melius ſuam eccleſiam regularet. Error. dã. Exo. 32. con. 1. Num. 17. cõ. 3.
Apoſtoli & fideles, & ſacerdotes Domini ſtrenuè in neceſſarijs ad ſalutem regularunt Eccleſiam, antequam Papę officium fuiſſet introductum: ſic facerent, deficiente per ſummè poſſibile Papa, uſque ad diem iudicij. Err. dam. Num. 17. con. 3.
Pontifex Ro. legitimè inſtitutus non eſt uicarius Chriſti. Hær. dam. Leui. 8. con. 8.
Pontificem Rom. reliquis epiſcopis parem eſſe. Hær. dam. Leuit. 8. con. 8.
Quòd Papa ſit ſuper omnes, & vnus Epiſcopus ſuper aliũ, non à Chriſto, ſed hominum electione conſtitutum eſt. Hær. dam. Leuit. 8. con. 8.
Pontifici ſummo non eſt præſtãda obedientia, aut alijs quibuſuis Eccleſiæ prælatis. Hær. dam. Num. 31. con. 2.
Papam debere ipſi potius morem gerere, quàm ipſe Papæ dictitabat Anaſtaſius Imperator. Err. dam. Nu. 27. con. 1.
Ro. Pontifex Petri ſucceſſor non eſt Chriſti uicarius ſuper omnes totius mundi eccleſias ab ipſo Chriſto in beato Petro inſtitutus, Hær. dam. Leu. 8. con. & Deu. 17. con. 7.
Certum eſt in manu Eccleſiæ, aut Papæ nõ eſſe ſtatuere articulos fidei, imò nec leges morum, ſeu bonorum operum. Hær. dam. Exo. 18. con. 5.
Pontif. Romanum Chriſti uicarium nõ habere uniuerſalis Eccleſiæ primatum. Hær. dam. Deu. 17. con. 7.
B. Petrus Apoſtolus non plus fuit caput Eccleſiæ, q̃ quilibet aliorum Apoſtolorum. hær. dam. Deut. 17. con. 7.
Papa Archiepiſcopus, epiſcopus, ac ſimplex ſacerdos ſunt oẽs æqualis auctoritatis, ac iuriſdictionis ex inſtitutione Chriſti: ſed quòd unus plus habeat alio, eſt ex cõceſſione Imperatoris, & ſicut conceſſit, ita reuocare poteſt. Hær. dam. Numer. 27. con. 1.
Paradiſum eſſe conſcientiam diuini iudicij cõtemptricem ſecuram, ſtupidam, & cõſopitam. Erro. dam. Ge. 3. cõ. 16.
Peccatum originale nullum eſſe. Hær. dam. Gen. 2. con. 19. Gen. 4. con. 2.
Peccatum originale non cõtrahere pueros, nec pp peccatũ originale baptizare. Her. dam. Gen. ubi ſupra.
Peccatum originale eſſe tantùm naturæ morbum, non peccatum. Hær. dam. Gen. ubi ſupra.
Peccatum originale nullum eſſe, nec paruulos recenter natos, nec etiam conceptos illud cõtrahere, nec credendũ Auguſtino hoc aſſerenti. Hær. dam Gen. ubi ſupra.
Peccatum non eſſe à libero arbitrio. Hær. dam. Gen. 3, concluſ. 13.
Peccata omnia eſſe paria. Error. dam. Exod. 9. con. 6. Leu. 4. con. 1. Num. 15. con. 5. Deuter. 29. con. 5.
Peccatum non eſt, niſi opinione eorum, qui ſe peccare putant. Hær dam. Gen. 20. con. 2. & cap. 12. con. 8.
Peccare eum amplius nõ poſſe, qui ſemel per gratiam fuerit iuſtificatus. Hær. dam. Gen. 3. con. 16. 24.
Peccare ille non poteſt, qui ad tantam uirtutis peruenit perfectionem in hac uita, quantam aſſignabant Beguinę, & Begardi. Error. dam. Gen. 3. con. 24.
Nullus peccat uolendo aliqualiter aliter, quàm Deus uelit eum uelle. Error. dam. Gen. 2. con. 10. Exod. 8. con. 1.
Peccans conformat uoluntatem ſuam uoluntati beneplaciti Dei, ſic quòd ille uult, ſicut Deus uult eum uelle. Hær. dam. Geneſ. 2. conclu. 10. Exod. 8. conclu. 1. Leuitic. 13. concluſ. 7.
In peccatum relapſi ad pœnitentiam non ſunt admittendi, ſed ad luporum rapinam, & diaboli, prædictũ proijciendi. Hær. damn. Gen. 4. concl. 17. & cap. 45. con. 1. & cap. 3. con. 11. Num. 15. con. 2.
Peccata omnia noſtra ad pœnam non imputari, præter unũ infidelitatis peccatum. Err. dam. Deut. 8. con. 5.
Peccati fomes, etiam ſi nullum adſit actuale peccatum, moratur exeuntem à corpore animam ab ingreſſu cœli. Er. dam. Deuter. 7. con. 6.
In peccatum prolapſi non ad pœnitentiam, ſed ad diaboli prædam admittendi. Hær. dam. Gen. 45. con. 1. & cap. 4. con. 17. Deut. 19. con. 2.
Perfectionis gradum tantum poteſt homo in hac uita acquirere, ut nec peccare amplius, nec in gratia proficere ualeat. Hær. dam. Gen. 19. con. 5. Leuit. 18. con. 1. Num. 15. con. 11. Num. 20. con. 4.
Perfecta anima licentia a ſe uirtutes: quia imperfecti hominis eſt exercere ſe in actibus uirtutum. Error. dam. Ge. 4. con. 10. Gen. 19. con. 3.
Philoſophiam immiſcentes theologi ſuis operibus non rectè faciunt. Error. dam. Deut. 21. con. 3.
Philoſophiam omnem eſſe damnandam. Error. dam. Deut. 21. con. 3.
Poteſtatem ſuam, & dona non præſtat Deus peccatoribus. Hær. dam. Gen. 41. con. 4. Exod. 32. con. 5.
Poteſtati legitimæ ſubiectos non eſſe homines. Hær. dam. Gen. 3. con. 2. Num. 16. con. 3.
Poteſtatem ciuilem eſſe eijciendam. Hær. dam. Gen. 3. con. 2, Gen. 41. con. 4. Num. 16. con. 3.
Poteſtates ſeculares peccant mortaliter puniendo malefactores, uel hæreticos. Hær. dam. Gene. 16. con. 2. Leu. 20. con. 1. Num. 5. con. 8.

Præce-

Præcepiſſe Deum impoſſibilia, ut à nobis ſeruentur. hær. dam. Gen. 1. con. 8. Gen. 29. con. 2. Deu. 30. con. 2.
Precibus, & ſacrificijs Deus nō placatur. error. dam. Gen. 8. con. 6. Deu. 25. con. 1
Prædicare, ſiue audire uerbum Dei dimittentes ob hoſium excōmunicationes, ſunt excōicati, & in die iudicij traditores Chriſti habebuntur. err. dam. Deu. 25. con. 1.
Prædicare uerbum Dei licet diacono, uel presbytero ſine auctoritate ſedis Apoſtolicæ, uel Epiſcopi catholici. err. dam. Deu. 25. con. 1.
Prædeſtinatis a Deo ad uitam æternam non obeſſe quæcunque ſcelera ab eis commiſſa, & pie uiuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi a Deo ad mortē ſunt ordinati. hær. dam. Gen. 4. con. 6. 7. Num. 14. con. 10.
Prædeſtinatū à Deo ad uitā, etiam ſi ipſe mala opera agat, nunq̄ poſſe eſſe membrum diaboli, & econtra prædeſtinatum ad mortem, quantumcūque ipſe bene uiuat, nunquam poſſe eſſe membrum Dei. err. dam. Gen. 4. con. 6. 7. Nu. 14. con. 10.
Ex ſola prædeſtinatione, & præſcientia diuina omnia pendere, & nulli homini bonum opus prodeſſe, aut malum obeſſe. err. dam. Gen. 4. con. 6. 7. Nu. 14. con. 10.
Si ad prædeſtinationem referas humanam uolūtatem nec in externis, nec internis operib⁹ ulla eſt libertas, ſed eueniunt omnia iuxta prædeſtinationem diuinā. hær. dam. Gen. 4. con. 7.
Præordinauit Deus aliquem ab ęterno propter alicuius bona futura. err. dam. Leu. 20. con. 7.
Presbyteros exercere poſſe munus Epiſcopi in eius abſentia. err. dam. Leu. 8. con. 2.
Presbyteros non differre ab Epi. err. dam. Leuit. 8. con. 2.
Principes omnes, & magiſtratus cum infidelibus eſſe occidendos. error. dam. Nu. 16. con. 3.
Diuina prouidentia. err. dam. Gen. 17. conc. 1.
P. prouidentia Dei non eſt de indiuiduis, & de hic inferius exiſtentibus. error. dam. Gen. 17. con. 1. Leuit. 25. con. 5.
Prouidentiam Dei de rebus humanis nullā eſſe. hęr. dam. Gen. 17. con. 1. Leu. 25. con. 5.
Prouidentiæ diuinæ omnia committendæ eſſe. error. dam. Gen. 18. con. 1.
Prouidentia alla diuina mundus non regitur. error. dam. Exo. 2. con. 2. Leuit. 25. con. 5.

R

Religioſi in religionibus priuatis degentes à religione chriſtiana excluduntur. err. dam. Leuit. 11. con. 11.
Qui ingreditur quacunque priuatam religionem ſiue mendicantium, ſiue poſſeſſiones habentium, ille ipſe ex hoc ad Dei mandata obſeruanda redditur ineptior, atque inhabilior. error. dam. Leuit. 11. con. 11.
Clauſtra fundantes peccant, & in ea ingredientes ſunt uiri diaboli. error. dam. Leuit. 11. con. 11.
Ingredientes religionem, aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſeruandum diuina mandata, & per cōſequens ſunt inhabiles ad perueniendum ad regnum cęlorum, niſi ipſi apoſtatauerunt ab eiſdem. err. dam. Exo. 3. con. 2. Leuit. 11. con. 11.
Reſtituere rem furto ſublatam nō eſſe neceſſarium, ut qui uitam conſequatur ęternam, ita ut confeſſarij ad ſatiſfaciendum non ei iniungāt, ſed ad aliquam portionem ſibi diſtribuendam, ut abſolutionē obtineat. error. dam. Leuit. 5. con. 8.
Reſtitutionem rapinę non eſſe faciendam, ſed ſatis eſſe eleemoſinam facere, ut furti, & rapinæ peccatum deleatur. error. dam. ibid.
Ad reſtituēda oblata non teneri quenquam. err. dam. ibid.

S

Sacerdotes omnes Chriſtianos eſſe, & æqualem habere poteſtatem nulla ſtatus, aut ſexus diſcretione facta. er. dam. Exo. 28. con. 1.
Sacerdotes minores in abſentia Epiſcopi exercere poſſunt officia ſacramentalia, qualia ſunt conſecrationes altaria olei, uel chriſmatis benedictionem ordinū collat. hær. dam. Leuit. 8 con. 2.
Sacerdotes membra ſatanę eſſe. error. dam. Deut. 33. cō. 5.
Sacerdotium eſſe abrogandum. hęr. dam. Gen. 14. con. 4.
Ad ſacerdotium mulieres poſſe promoueri. hær. dam. Nu. 3. con. 3.
Sacramenta Eccleſiæ tria tantum Bapt. Pen. & euchariſtia expreſsè ſunt in ſacra ſcriptura inſtituta, cętera autem quatuor humanitus per Eccleſiam tradita. hęr. dam. Nume. 19. con. 2.
Sacrificia oblata Deo, ſeu ſpiritus, nihil proſunt, ut per ea aliquid conſequamur, ſed naturaliter habent effectum, propter quem fiunt. erro. dam. Gen. 15. concl. 3. Leuit. 1. concl. 2.
In ſacrificium, panem, & caſeum ſoli Deo, eſſe offerendum. hær. dam. Gen. 14. con. 5.
Saluari poſſe quemlibet in ſecta ſua extra Eccleſiam cath. & Ro. Exo. 12. con. 7. Leu. 4. con. 5. Leu. 19. con. 5. & c. 22. con. 7. Nu. 2. con. 10. Deut. 12. con. 4.
Saluabuntur Animæ tam eorū, quos fideles uocamus, quā infidelium, hær. dam. Gen. 3. con. 17. Leui. 4. con. 5. Leui. 22. con. 7. Nu. 2. con. 10. Deut. 12. con. 4.
Sanctos non eſſe ab hominibus honorandos. hęr. dam. Nume. 13. con. 7.
Sanctorum ſuffragia in cęlis regnantium non eſſe expectenda. hær. dam. Exo. 32. con 3. Nu. 11 con. 1.
Sanctorum inuocationis fundamenta per optimos, & ſanctos patres iecit Sathan. hær. dam. Nu. 11. con. 1.
Sanctis altaria dicata, & imagines purificare: ipſorumque ſanctorum inuocationes idololatriam eſſe. hęr. dam. Exo. 32. con. 3. Nu. 11. con. 1.
Sancti non orant pro nobis, ideo non oportet implorare eorum ſuffragia, quia abſorti gaudio cœleſti nobis nequeunt intendere, nec in aliquid aliud uacare. err. dam. Num. 11. con. 1.
Sāctorum imagines, reliquias, Aras, Eccleſias, Monaſteria ſacraria oppugnabāt, deſtruebāt. err. dam. Nu. 12. con. 7
Sanctorum merita nulla applicari poſſe. err. dam. Exod. 32. concl. 3.
Studia generalia, & uniuerſitates, collegia, graduationes, & magiſteria à Papa, uel Epiſcopis in Eccleſiam Dei ſunt uana gentilitate introducta, & nō plus Eccleſiæ proſunt quam diabolus. error. dam. Nu. 4. con. 7.
Scripturæ ſacræ textum nudum ſolum recipiendum legendum in ſcholis, atque populo proponendum in Eccleſia abſque ulla expoſitione, ꝙ omnes ſumus a Deo diuinitus edocti. error. dam. Gen. 27. con. 3
Scripturę ſacræ, ac verbum Dei tractare licet laicis, etiam mulieribus ęquè, ac ſacerdotibus. err. dam. Gen. 27. cō. 3
Script. ſ. quemlibet pro arbitratu ſuo poſſe exponi, nihil in ea difficile, nihil obſcurum ſibi perſuaſum habere. err. dam. Gen. 27. con. 3.
Script. ſ. ex ſe adeo eſt clara, ut nulla hominum de ea ſit neceſſaria approbatio. error. dam. Gen. 27. con. 3.
Script. ſ. iudicandæ non eſſe poteſtatem pęnes Eccleſiam, quaſi quod ab huius nutu, illius celſitudo pendeat. err. dam. Leuit. 13. con. 1.
Script. ſ. diſcernendæ à ſcriptura hominum ſiue uerbi Dei a uerbis hominum, Eccleſiam, habere quidem poteſtatē ſed proinde non iudicem eſſe. error. dam. Leu. 13. con. 1.
Nihil ultra, quam ſacris literis proditum, eſſe definiendū, cętera omnia eſſe problemata in illud reijcienda tempus, cū ſublato ſpeculo uidebimus Deum de facie. err. dam. Nu. 21. con. 8.
Script. ſ. aliquid ultra ueritate ad decorem addiderunt euāgeliſtæ. err. dam. Nu. 24. con. 1.
Script. ſ. ſicut hiſtoriæ profanæ, quædam ad decorem, & ornamentum continent, quę uera non ſunt. err. dam. Nu. 24. con. 1.
Sepeliri corpora humana quacunque tellure, ſiue locus ſit ſacer, ſiue non nihil diſtare. error. dam. Gen. 47. con. 3.
Nihil prorſus prodeſſe animæ, quod corpus in loco ſacro ſepeliatur. error. dam. Gen. 50. con. 3.
De ſepultura non eſt curandum. error. dam. Gen. 47. con. 3.
Serpentem ęneum adorabant, eique ſacrificabant ſerpenticolæ. error. dam. Nu. 21. con. 12.
Serpentem qui primos decepit parentes, Chriſtum fuiſſe, & ſcientiæ, boni, & mali auctorem, ideò adorandum. hęr. dam. Gen. 3. con. 15.
Seth quoq; ipſum, & eſſe Chriſtum Ieſum, aſſeruerunt. err. dam. Gen. 5. con. 3.
Somno ſemetipſos tradentes ſomniorum ſuorum phantaſias,

ſia prophetias appellabant Anthiaſiſtę. err.dam.Leui.7. conc.6.
Somniorum phantaſias uocãdas eſſe prophetias.err. dam. Leuit.7.con.6.
Somnijs,& uiſionibus attendendum.erro. dam. Leu.7.con cluſ.6.
Spem noſtram non procedere ex meritis docuit Lutherus qui opera noſtra nihil mereri cenſuit.err.dam. Gen.15. con.5. Gen.17.con.5.Gen.18.con.5.
Studia liberalia iuuentuti Chriſtianę interdicẽda.err.dam. Num.4.con.7.
Subditos,ac populares homines poſſe ad libitũ ſuum Dominos,ac prælatos delinquẽtes corrigere.err.dam.Exo. 32.con.5.Nu.12 con.9.
Subditos,ac populares homines iuſte poſſe ſubtrahere tributa a dominis,& decimas a ſacerdotibus,cum eos peccatores eſſe cognouerint.err.dam.Exo.32.con.5.
Subiectos non eſſe homines alicui legitimæ poteſtati hęr. dam.Gen.3.con.2.Gen.16.con.4. Nu.16.con.3.
Symbolum Nicęnum eſt deſtruendum.hær.dam.Deu.19. con.6.

T

TEmpla in diuorum nomine conſecrata, nullius eſſe utilitatis,nec prodeſſe in eccleſia Dei.hær.dam. Gen. 35.con.1.Exo.19.con.3. Exo.39.con.1.Leuit.26.concl.1. Deut.12.con.4.
Templum Dei latè patens eſt mundus, & coarctant eius maieſtatem,qui Eccleſias, monaſteria, oratoriaq; conſtruunt,tanquam propitia in eis diuina maieſtas inueniatur hęr dam.Deut.16.con.6.
Templum ; ſeu Eccleſiam conſecratam non plus ualere ad orandum,quàm ſtabulum porcorũ.error.dam.Exo. 19.con.3.Leuit.26.con.1.& 27.con 5 Deut.12. con.4.
Templa,Eccleſia inuaſit,ſpoliauit,euertit,Monaſteriaque deſtruxit zacha.err.dam.Exo. 26.con.1.Leuit.26. con.1. & 27.con.5.Nu 4 con.1. (ualet & pro ſingulis ſic de templo numeris ſignatis.)Nu.7. con.1.2.Nu.18. con.2.(ualet etiam pro ſingulis hic &c. Deut.12.con.4.
Templa,altaria,incenſa,uaſa luminaria, ueſtes, imagines ſacrificia abijcienda.error.dam.Gen.12.con.3. Gen.28. concl.3.4.Exod.19.conc.3.Exod.26.con.1 Leuit.22.cõ. 1.& 26.con 1.& 27.con.5 Deut.12.con.4.
Templa,altaria,incenſa,uaſa,luminaria,ueſtes,imagines, ſacrificia abijcienda.error.dam.Gen.12.con.3. Gen.28. con.3.4.Exo.19.con.3 Exo.26.con.1.Exo.39.con.1. Leui.22.con.1.& 26.con.1.& 27.con.5.Deut.12.con.4.
templis habitare Demones,error.dam. Gen.28. con.3. 2.4.Exod.19.con.3 Exod.26.con.1.Exod.39. con.1.Leuit. 26.con.1.& 27.con 5.
Templum uel Eccleſiam adire orandi cauſa, uel in ea orare nihil prodeſſe.hær.dam.Gen.12.con.5.Gen.28. con. 3.4.Exo. 19.con.3 Exod.26.con.1 & 39.con.1.Leuit.26. con.1.
Templis, & Aris in feſta ſigna intulit Andr. Carolſtadius. err.dam.Gen.28.con.3.4 Exod.19.con.3.Exo.26.con.1. & 39.con.1. Leuit.26.con.1.& 27.con.5.
Ita bene adorari poteſt Chriſtus in nemoribus,ſicut in Eccleſia,& melius.err.dam.Gen. 28.con.3.4.Exo.19.cõ.3. Exo.26.con.1.Leuit.26.con.1.
Traditiones patrum prorſus reijciendæ ſunt.hęr.dam.Nume.21.con.8.
Nihil ultra,quam ſacris literis habetur, eſt definiendum. err.dam.ibid.
In quęſtione fidei præter diuinas ſcripturas nihil omnino recipiendum.err.dam.ibid.
Vnam eſſe naturam,ſeu deitatem communem tribus, ſed non unam eſſentiam.hær.dam.Gen.1.con. 19.
Vnam ſubſiſtentiam eſſe patrem, fil. & Spiritum ſan. communem uerò ipſum Deum,ſubſtantiam, & naturam.er. dam.Gen.1.con.19.
Subſtantias tres eſſe,ſeu naturas quaſdã ſimiles.hær. dam. Gen.1.con.19.
Perſonam unum eſſe diuerſis nominibus nominatam.err. dam.Gen.1.con.19.
Perſonas non eſſe tres,ſed ut unum Deum, & unam Perſonam.err.dam.ibid.
Perſonas eſſe inęquales.hęr.dam.Exo.20.con.9.
Filium non poteſt habere Deus, cum uxorem non habeat, ſi.n.filium haberet, omnia iam eſſent in periculo, tanquã futura ſit indè ſeditio, & neceſſario inter eos ſchiſma oboriturum.hęr.dam.Gen.1.con.19.
Filio potentior eſt Pater,quòd filium genuerit Deum creatorem,filius autem non:& potuit gignere,nõ filius. hęr. dam.Gen.1.con.6
Aduerſus Turcas præliari, eſt repugnare Deo uiſitanti iniquitates noſtras per eos.erro.dam. Exod. 17.con.2. Nu. 21.con. 1. Deut.23.con.4.
Tyrannum quemlibet poſſe occidi per quemcunque ſubditũ meritoriè, & per clanculares inſidias non obſtante quocunque pręſtito iuramento,nec expectata ſententia, uel iudicis mandato.er.dam.Num.16.conc.6.

V

VAſa ſacra Eccleſiæ magnæ diripienda mandauit Iulianus.Error.dam.Leui.22.con.1.Leuit.26.con.1. Leui. 27.cõ.5.Num.4 con.1.& 18.con.2.
Verbum Dei tractare licet mulieribus æquè ac ſacerdotibus:& quemlibet S.ſcript.ſenſum,qui ſibi placuerit, pro ipſo Dei uerbo habere,ac defendere.error.dam.Deuter. 17.con.7. Deu.25.con.1.
Verecundiam non eſſe habendam,nec ullo pacto erubeſcendum de quacunq; re a natura nobis donata error. dam. Gen.3.con.9.& con.21.
Verecunda omnia publicitus nudata geſta & Gabriel. Prat. Turre. ſupini poſſe & in publico poſſe homines, ut iumenta,ſimul coire.error.dam Gen.3.con.9.& con.21.
Veſtes ſacras ſpernendas eſſe. hær.dam. Exo. 28. conclu. 3. Leu.22.con.1.Leu.26.con.1.& 27.con.5. Num. 4. con.1. Num 18.con.2.
Vim ui repellere non licèt Chriſtiano.error.dam.Num.31. .con.1.
Virgines pro Chriſti nomine pati ſtultum eſt, quod uoluptatis,gaudia non guſtent. hær.dam.Gen.44.con.1.Exo. 2.concl.4.
Virtutes exercere hominis eſſe imperfecti.hęr.dam.Gen.19 concl.3.
Virtus uitium,& uitium uirtus eſt libertinis,& quintiniſtis. error.dam.Gen.4.con.16.Leuit.19.con.3.
Viuendum eſſe ſolum ſecundum carnem in lege Domini. hær.dam.Leuit.11.con. 7.
Voluntas a Deo licet mutari poſſit,nunquam tamen de facto immutatur.error. dam.Gen.33.con.1. Exo.11.con. 9.
Vota nihil prodeſſe, imò uota omnia tum priuata tum monaſtica eſſe damnanda,quod uideantur neceſſitatem, & coactionem quandam hominibus inferre.erro.dam.Ge. 3.con.2.Gen.31.con.3.Leuit.27.con.1.Num. 15. con. 1.
Vota hodie non ualere niſi ad operum iactantiam, & præſumptionem hær.dam.Num.15.con.1.
Vſuram exercere ſiue dare ad uſuram non eſſe peccatum error.dam.Deut.23.con.7.

INDEX CONCILIORVM ROMAN. PONT. SS. PATRVM, AC SCRIPTVRARVM, IAM OLIM CAVSAS CONTROVERSAS

hic ſparſim allatas definientium: quorum definitiones verbatim etiam, inibi ponuntur.

A

ABel, & uniuerſaliter omnes ab Adã uſque ad Chriſtum, qũo reſpectu ſalutis æternæ ſe habuerint, ſm ſcripturas plures apertas, nec non ſubtiliter examinatas. Id qđ eſt in fauorem concluſionis 1. cap. 4. Gen. cart. 47.

Adam à quo ſit factus, & qualis fuerit: ſm Cõcilium Conſtãtinopolitanum ſextum, & regulas fidei ad Petrũ. Id quod eſt in fauorem con. 21. c. 1. Gen. 13.

Adam ex qua cauſa fuerit mortus: ſm Cõcilium Mileuitanum, Aphricanum, Arauſicanum, Auguſtinũ. Id quod eſt in fauoram con. 11. c. 1 Gen. 10.

Adam ex qua cauſa fuerit incarceratus: ſm Concilium Arauſicanũ, Mileuitanũ, Aphricanũ. Id qđ &c. cõ. 10. c. 3. G 38

Altaria, templa, incenſa, uaſa, luminaria, ueſtes, imagines, qũo ſint tractanda: ſm Concilium Gangrenſe, Trid. ſcripturas plures. Id quod &c. con. 3. c. 12. Gen. 76.

Aĩa humana an ſit immortalis: ſm Conciliũ Lateran. Leonis 10. ſcripturas plures. Id quod &c. cõ. 6. c. 3. Exod. 29.

Anima intellectiua an ſit per ſe forma corporis &c. ſm Papam Leonẽ 1. regulas fidei ad Petrum, Cõcilium Viennẽſe Toletanum. Id quod &c. con. 5. c. 1. Gen. 17.

Anima humana qũo producta: ſm Papam Clementẽ quintum in Concilio Viennenſi. Id quod &c. con. 4. c. 2. Ge. 16

Anima intellectiua an propagetur de carnis ſubſtantia: ſm Papã Leonẽ 10. in Concilio Lateranenſi, concilia omnia determinantia, ꝙ anima ipſa eſt ſubſiſtens uel immortalis. Id quod &c. con. 1. cap. 1. Deut. 4.

Antiqui oẽs an uixerint ſm carnẽ, an Deo diſplicuerint, an damnati ſint: ſecundum ſcripturas plures apertiſſimas. Id quod &c. con. 7. c. 15. Leuit. 97.

Apoſtoli an oſtenderint magnam ſapientiam in præponendo Chriſti confeſſionẽ propriæ uitæ: ſm S. Fabianum Papam, Hieronymum, Acta totius Eccleſiæ annualia, ſcripturas plurimas ſubtiliter examinat. Id quod &c. con. 1. c. 44. Gen. 160.

Appropriata, an propria, diuinis perſonis ſint Potentia, Sapientia, Bonitas, ſecundũ Concil. Flor. Conſtantinopolitanum 1. Nicænum 1. & omnia legitima, atque recipiũt in ſymbolo fidei ly Conſubſtantialem. Id quod &c. cõ. 6. c. 1. Gen. 6.

B

BEatitudo an in delitijs carnis, an in datore formarum, uel ubi conſiſtat: ſecundum Papam benedictum, Concilium Florent. ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 2. cap. 15. Gen. 86.

Bracchium ſeculare an licitè ab Eccleſia inuocetur ad puniendum eos, qui per cenſuras corrigi nolunt, ſecundũ Papam Martinum quintum, Leonem, Concilium Conſtantienſe, Conſtãtinopolitanum quintum, ordinem poteſtatum, Ambro. Hierony. Aug. Acta Imperatorum catholicorum, ſcripturas ſubt. exam. Id quod &c. con. 1. c. 2. Nu. 5. & con. 5. c. 21. Deut. 117.

Bruta an ſint intellectualia: ſecundum regulas fidei ad Petrum, ſcript. apertas. Id quod &c. con. 15. c. 1. Gen. 10.

C

CAmpanarum uſus an ſit licitus, & proficuus; ſecũdum ſcripturas. Id quod &c. con. 2. 3. 4. c. 10. Nu. 39.

Caput unũ uiſibile (hoc eſt Papa) Regens totam Eccleſiam an ſit neceſſarium in ea: ſecundum Concilium Conſtantienſe, factum Chriſti, ſcript. plur. ſubt. exa. Id quod &c. con. 1. cap. 32. Exod. 115.

Caym quòd ſit damnatus: ſecundum Ambro. Aug. ſcriptu. plur. Id quod &c. con. 9. c. 4. Gen. 52.

Caym ꝙ nihilipendendus: ſecundum Concilium Nicænum 2. ſcript. plures. Id quod &c. con. 16. c. 4. Gen. 54.

Charitas an poſſit ſtare cum peccato mortali, & an faciens aliquod tale peccatum in charitate (abutẽdo tñ noĩe charitatis) excuſetur: ſm Concilium Later. Inno. 3. Lateranẽſe Leonis 10. Trid. ſcrip. ſubt. exam. Id quod &c. conc. 1. c. 9. Leuit. 45.

Ceremoniæ ſacramenti ordinis an ſint magnipendendæ: ſm Concilium Trid. Id quod &c. con. 1. c. 29. Exod. 109.

Ceremoniæ an debeant eſſe in Eccleſia, & an ſint res indifferentes: ſm Concilium Hiſpalenſe 2. Trid. multipliciter, B. Hierony. Id quod &c. con. 2. c. 18. Nu. 142.

Cibi prohibiti ab Eccleſia an licitè poſſint comedi, & quæ ſit ſana de cibus ipſis doctrina; ſecũdum Concilium Toletanum 8. Trid. Apoſtolorum, totam Eccleſiam catholicam facto ſuo, ſcript. ſubt. exam. Id quod &c. con. 9. c. 2. Gen. 18. & con 13. c. 11. Leuit. 65.

Concilia generalia an admittere debeant laicos ad notandum (ut aiunt): ſecundũ Cõcilia Apoſtolorum, Decretũ, Acta, & S. Silueſtri Papæ, & Apoſtolorum, ſecundũ ſynodum 8. approbando dicta Baſilij Imperatoris, ſcrip. plu. ſubt. exam. Id quod &c. con. 6. c. 18. Exod. 83. & conc. 6. c. 19. Deut. 121.

Concilium generale legitimè factũ an poſſit in fide, & moribus, determinando errare: ſecundũ conciliũ Apoſtolorum, Concilij Nicæni primi teſtimonium miraculoſum SS. Greg. Aug. multipliciter, ſcript. plur. ſubt. examin. Id quod &c. con. 6. c. 19. Deut. 111.

Confeſſio ſecreta an ſit nouiter introducta, uel antiqua, in Eccleſia, & à quibus laudabiliter originem traxerit ſecũdum Concil. Tridentinum, Papam Leonem 1. regulam Apoſtolicam. Id quod &c. con. 7. c. 5. Leuit. 27.

Conſecratio miniſtrorum altaris, ac ſacerdotum, an ſit antiqua traditio in Eccleſia: ſecundum Concilium Trid. multipliciter. Id quod &c. con. 1. c. 29. Exod. 109.

Contritio de peccato ſufficiens an ſit de neceſſitate ſalutis: ſecundum Papam Leonem 10. Concilium Trid. multipliciter. Id quod &c. con. 9. cap. 5. Leuit. 18.

Coſta Adæ ex qua formata eſt Eua an fuerit realis, uel figuralis; ſecundũ Papam Inno. 3. iunctis præſertim regulis in propoſito aureis. B. Aug. ſecundũ cõtextũ ſcript. ſubt. exam. Id quod &c. con. 15. c. 2. Gen. 21.

Chriſtus an pro omnibus tanq̃ oĩum ſaluator (quaneũ eſt in ſe) uel ſolum pro fidelibus & Pijs mortuus ſit ſecundum Concilium Trid. Nicænum 1. in ſymbolo fidei, omnia legitimè ſequentia, Chryſ. ſcrip. plur. apert. & ſubtil. exam. Id quod &c. con. 6. c. 4. & con. 8. c. 16. Leuit. 21. 107

Chriſtus an fuerit pro nobis uerè crucifixus, & mortuus ſecundum concilium Epheſinum primũ multipliciter, Cõſtantinop. quintum, ſymbolum fidei ab oĩbus concilijs legitimis approbatũ, bullam Papæ Pauli 4. Papam Leonẽ primũ, Concilium Nicænum primũ ſcript. plur. ſubt. exa. Id qđ &c. con. 1. cap. 17. Nu. 133. & con. 7. c. 9. Deut. 54.

Clerici an manu propria debeant arma capere, ſeu pugnare: ſecundum Conc. Toletanum 4. Meldenſe SS. Thomã Ambroſium. Id quod &c. con. 3. c. 1. Nu. 4.

Clerici quam magna dignitate ſint præditi, & differentes à perſecutoribus Apoſtolorum: ſecundum S. Sylueſtrum Papam, Concilium Trid. Id quod &c. con. 3. c. 1. Nu. 6.

Clericorũ res an benè poſſint minori in precio hñi, q̃ res ſecularũ: ſecundũ multa &c. Id qđ &c. con. 11. c. 3. N. 15.

Clerici peregrini an ſine teſtificatorijs literis admitti debeãt ad officia ſua: ſm canones Apoſtolorũ Concilium Antiochenum, Calcedonenſe, Triden. multipliciter. Id quod &c. con. 4. c. 18. Nu. 143.

Clericici nõ reſidentes, iuxta officiũ ſuũ, an licitè percipiãt fructus beneficiorum ſuorum ſecundum Papã Bonifacium. 8. Leonem 10. in Concil. Lateranenſ. Concilium Tridentinum multipliciter, Bullam Papæ Pij. 4. & alios

Geneſ. b multos

multos. Id quod &c. con. 6. cap. 18. Num. 144.

Credere an ſit quilibet obligatus hoc, quòd ſit in gratia: ſm Concil. Trid. ualdè multipliciter. Id quod &c. con. 4. 5. cap. 10 Num. 157.

Credere an debeat fidelium quis, gratum ſe eſſe Deo per Chriſtum quantumlibet temporè, & ſceleratè uiuat ſecundum Concilium Trid. SS. Chryſoſt. Aug. ſcript. plur. ſubtiliſſimè exam. Id quod &c. con. 4. cap. 15. Leuit. 92. & con. 5. c. 29. Deut. 186.

Crucis ſigno ꝙ laudabiliter, & utiliter ſe muniant homines: ſecundum Concilium Nicæn. 2. conſuetudinē Eccleſiæ SS. Patrum exempla. Id quod &c. cō. 4. c. 23. Nu. 188.

Crucis titulus an præfiguratus ſit ſuper crucifixum Dñum ponendus: ſecundū ſcripturam ab Auguſt. ſubtiliter, pro hacque explanatā. Id quod &c. con. 2. c. 17. Nu. 135.

Cultus Dei externus (puta templorum, ueſtium, uotorū &c.) an ſit licitus, & placeat Deo, ſecundum multa, & ſpeciatim Concil. Trid. multipliciter. Id quod &c. con. 1. cap. 4. & con. 8. c. 8. & con. 2. c. 18. Num. 16. 34. 39. 142.

D

Decimæ an ſint eleemoſinæ, & poſſint licitæ denegari ijs, quibus debentur, et ꝙ peccatores ſint: ſecundum Concilium Cōſtantienſe, Triburienſe, Lateranenſe Innocētij 3 Trid. Papam Gelaſium, Honorium, ſcript. ſubt. exa. Id quod &c. con. 6. c. 14. Gen. 84.

Dedicatio altarium, lapidum, templorū, & ſimiliū, cū benedictione, & unctione, ad cultum Dei pertinentiū an ſit licita & ueneranda ſm factū ſapiētis Salomonis, Patriarchæ Iacob, & Dei. Id quod &c. con. 4. c. 30. Exod 111.

Deus an permittat mala fieri, ut inde eliciat bona: ſm Concilia omnia Pontifices ſummos, SS. Doctores, & ſpeciatim Aug. ponentia ſiue ponentes prouidentiam in Deo ſecundum totam Eccleſiam facto ſuo, ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 1. c. 16. Exod. 77.

Deus an ſit corporeus, ſecundum SS. Thomam, Aug. Decretum, Concilium Lateranēſe Inno. 3. ſcript. ſubt. exam. Id quod &c. con. 4. c. 33. Exod. 125.

Deus ꝙ ualde pius, & diligens honeſtatem, ſm ſcript. plur. Aug. facta ſanctorum. Id quod &c. con. 21. c. 3. Gen. 40.

Deus an ultra ſui cognitionē, aliquid aliud requirat à nobis: ſm multa concilia, & ſpeciatim Triden. SS Hierony. Chryſoſt. multipliciter, Auguſt. ſcript. plur. ſubtil. exa. Id quod &c. con. 10. c. 4. Gen. 52. & con. 2. cap. 21. Nu. 43 & con. 1. c. 11. Deut. 58.

Deus admodum benignus eſt; ſecundum Greg. factū Chriſti orantis in cruce, ſcrip. plur. ſubt. exam. Id qđ &c. con. 2. 3. c. 6. Gen. 60. & cō. 6. c. 1. & cō. 12. 13. c. 16. Leuit. 8. 170.

Deus an precibus, & ſacrificijs placetur; ſm ſcript. plurim. tum apertas, tum ſubt. exam. Id qđ &c. con. 5. c. 8. Ge. 69

Dei eſſentiā numero unā habere plures perſonas; ſecundū Papā Gelaſiū, concilium Lateranenſe Martini quinti, Conſtantinopolitanum primum, iuncta quadā regula Aug. aurea. Id quod &c. con. 19. c. 2. Gen. 11

Deum non præcepiſſe impoſſibilia, ſm Concilium Triden. SS. Hieron Aug. Tho. Id quod &c. con. 8. c. 1. & con. 2. cap. 29. Gen. 7. 126. & con. 2. c. 30. Deut. 108.

Diabolus an ſit mendax, contra Dei uoluntatē, ſecundū Cōcilium Trid. ſcrip. ſub. exa. Id quod &c. con. 6. c. 3. Gen. 25

Dicata in ſeruitiū Dei (ut ueſtes, calices &c.) an licite poſſint ad alios uſus applicari; ſecundum Papā Stephanum ſcripturam Danielis. Id quod &c. con. 1. c. 12. & conc. 5. cap. 47. Leuit. 144. 175.

E

Eccleſia an malos ēt cōtineat; ſm Conciliū Conſtantiēſe, ſcript. plur, ſubt. exam. (cum excluſione contrariorū) Id quod &c. con. 1. c. 7. Gen. 64. & con. 8. 9. c. 2. Nu. 9.

Eccleſia an ſit ſolum alicubi, ita quod non poſſit eſſe alibi ſm Papā Honorium, Bonifacium, ſymbolū fidei, Aug. ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. conc. 1. c. 7. Gen. 64.

Eccleſia catholica an poſſit errare in definiēdo ea, ꝙ fidei, & morū, ſunt, ſm Papā Leonē. 9. concilia multa ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 6. c. 13. Exo. 68.

Eccleſia an habeat poteſtatē iudicandæ ſcripturæ (ſ. ꝙ hæc ſit à ſpiritu ſancto, illa non hic ſenſus in ſcriptura a ſpiritu ſancto cōditus eſt ſenſus ſpiritus ſancti, iſte non) ſm Cōcilium Trid. Papam Gelaſiū, ſcript. apertiſs. & ſubt. exam. Id quod &c. con. 1. c. 13. Leuit. 70. & con. 4. c. 14. Nu. 83.

Eccleſia an debeat excōmicare & pſequi malos, ac hæreticos, ſm regulas fidei ad Petrū cōcilia oīa ſpeciatim Conſtantinop. quintū. Id qđ &c. con. 8. c. 13. & cō. 2. c. 13. Leu. 61 72

Eccleſia an potuerit inſtituere impedimenta matrimonij, & an in eorū inſtitutione errauerit: ſm Concil. Trid. multipliciter, Papam Innocen. 3. in Conciliū Lateranenſi. Id quod &c. con. 11. cap. 16. Leuit. 116.

Eccleſiæ an magis credendū ſit in rebus fidei, quàm alteri cuicunque, quantuncunque alias ſancto & docto direti, reuelatum ſibi fuiſſe contrariū: ſm Concil ſextū generale (in facto. ſ. Polycronij) Trid. (in indice) Papā Leonē X. S. Tho. Id quod eſt pro limitatione con. 5. ca. 16. Gen. 92.

Eccleſiam extra catholicā Roman. an poſſit ſaluari quis: ſecundū Concil. Lateran. Innocen. 3. Trid. Conſtan. Cōcil. omnium recurſum ad ſedē Apoſtolicā, Papā Bonifaciū, Nicolaū, prim. Leonem IX. Anaglectum. SS. Aug. multipliciter, Cyprianum, Regulas fidei ad Petrū, ſcript. plur. ſubt. exam. Id qđ eſt in fauorē concluſ. 3. cap. 7. Gen. 65. & cō. 7. cap. 12. Exod. 65. & con. 5. cap. 19. Leuit. 122.

Eccleſiaſtici uiri an poſſint, abſque offenſionem ſacrarum ſcripturarum habere poſſeſſiones: ſm Concil. Conſtan. Trid. Papam Pium, Vrbanum, Factō ſancti Th. Epiſcop. & martyris. Id quod &c. con. 2. cap. 23. Leuit. 150.

Eccleſiaſtica bona an poſſint licitè incipi, aut diminui: ſm concilia multa ſpeciatim Aurelianenſe 2. multiplicater, plures ſummos Pontifices. Id quod &c. con. 10. cap. 25. Leuit. 161. & con. 11. cap. 3. Num. 15.

Eleemoſina an tantæ ſit uirtutis, ut etiam in peccato perſeuerans per eleemoſynam ipſum ſaluari poſſit a damnatione æterna: ſm Regulas fidei ad Petrum, Conſtitutiones Apoſtolicas, Concil. Cabilonenſe 2. Aug. ſcripturas plu. ſubtiliter exa. Id quod &c. con. 16 cap. 3. Gen. 33. & con. 4. cap. 15. Deuter. 90.

Enoch an apud inferos maneat, ſecundum SS. Patres, ſcripturas plures. Id quod &c. con. 5. cap. 5. Geneſ. 58.

Epiſcopus an ſit ſuperior ſimplici ſacerdote: ſm Concil. Trid. multiplici. Hiſpalēſe. Id qđ &c. cō. 1. ca. 8 Leuit. 37.

Euangelium an ſit contrarium legi antiquæ, an ſit aliquando ceſſaturū: ſm Papam Alex. 4. Eccl. catholicā, Concil. Trid. Theophilactum. SS. Doctores, conſtitutiones Apoſtolicas, ſcript. plurimas & apertas & ſubtiliter examinatas. Id quod &c. con. 1. cap. 10. Deut. 56.

Excommunicatio an ferri debeat in eum, quē excommunicaturus ſpeciali reuelatione neſcit, eſſe a Deo excōicatū ſm Concil. Conſtan. Meldenſe, Aluernenſe, Triburienſe, ſcript. ſubt. exam. Id quod &c. con. 1. cap. 23. Num. 187.

Excōmunicatio an ualde timenda ſit, etiā iniuſta: ſm Papā Ioā. 22. Bonifaciū 8. Greg. Id qđ &c. cō. 5. ca. 15. Leuit. 93.

Euchariſtia an ſit etiā ſacrificium: ſm Concil. Trid ualdè multipliciter. Id quod &c. con. 7. cap. 11. & con. 2. cap. 24. Leuit. 142. 154.

Euchariſtia an ſit ſeruāda in tabernaculo altaris, an in uſu tantūm ſit, an ad infirmos deferenda: ſm Trid. multipliciter, Niſſenum primum, Guarmatienſe, Papā Honoriū 3. Innocen. 3. in Concilio Generali. Id quod &c. con. 4. cap 6 & con. 2. cap. 24. Leuit. 31. 152.

Euchariſtiam ſumere uolens an, ſi exiſtat in peccato mortali, teneatur ad actualē cōfeſſionē: ſm Concil. Trid. multipliciter, Cabilonenſe, Auguſtenſe, Papā Leonem. X. SS. Cyprianum, Anſelmū, Ambro. Auguſt. Theophylactū, ſcrip. ſubtil. exam. Id quod &c. con. 4. cap. 7. Leuit. 33.

Euchar. ſumere an ualdè profit. ſm cōcil. Aphricanū, Trid. multiplicater. SS. Tho. Aug. Cyprianū, Cyrillū, Chriſoſt. Eccleſiam in ſequentia de feſto corporis Chriſti, ſcript. plurimas. Id quod &c. con. 2. cap. 49. Gen. 180. & con. 6. c. 16. Exo. 78. & con. 6. c. 9. & con. 3. cap. 25. Num. 38. 197.

Euchariſtia quam ſanctè percipienda ſit, & quanta diſpoſitione præuia: ſecundum Concilium Trid. multiplicater. Id quod &c. con. 1. 3. cap. 9. Num. 35.

F

Fato an oīa agantur: ſecundū ſcript. & apertas & ſubtiliſſimè, examinatas. Id quod &c. con. 2. cap. 16. Leui. 166. & con. 4. cap. 28. Deut. 161.

Fatum an dominetur conuerſationibus humanis: ſecundum Concilium Bracarenſe, Bullam Papæ Sixti. V. Id quod &c. con. 13. cap. 1. Gen. 9.

Feſtorum obſeruatio, qualis, & an tunc abſtinendum ſit ab operibus ſeruilibus, ſecundum Concilium Tridentinū, SS. Chryſoſt. Ambroſ. ſcriptur. plurimas tùm apertas, tū ſubtiliter examinatas. Id quod &c. con. 3. cap. 2. Gen. 25.

&c. con.

& con.4.cap.28. Num.205.

Feſtorum cultus, ſeu obſeruãtis, an liceat, Deoque placeat: ſecundum B. Ignatium, Acta multiformia Domini noſtri Iesv Christi, ſcrip plures ſubtil.examin. Id quod &c.con.3.cap 25.Leuit.156.

Feſtorum multiplex inſtitutio an ſit rectè facta ab Ecc.ſm Cõcil.Laodicenſe.SS Tho.Chryſoſt. Hiero.Aug.Ambro. ſcript.plur. ſubt.examin. Id qđ &c.cõ.5.c.23.Leuit. 152.

Fideles contra infideles pugnando an modum ſpecialem, ut uiucant, ſeruare teneantur, & quem: ſecundum experientiam ſub Papa Innocen. 3. Vrbano 2. Paſchali 2. Eugenio 4.Calixto 3.Pio V.ſecundum ſcript.plur.ſubtil. examin Id quod &c.con.1.4.13.cap. 21. & cõ.1. cap.22. Numer.161.171.

Fidei in quæſtione ad aliquid recipiendũ ſit præter diuinas ſcripturas: ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter, Papam Greg. Regulam catholicorum inuiolabilem. Id quod &c.con.8.cap.21.Nu.161.

Fide ſola abſq; operibus bonis an ſaluetur homo:ſm ſcrip. apertiſſimas, & ſubtil.exa.Id qđ &c. cõ.6.cap.6.Deut.58.

Fideles, ſi inuoluti ſint peccatis mortalibus, an quandiu ſic manſerint ſaluari poterunt: ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter, Florentinum, Papam Pontificium, Benedictum, ſcriptur. plurimas ſubtiliſſime (etiã cum excluſione cõtrarij ſenſus) examinatas. Id quod &c. con.5.cap.4.Leuit. 20.& con.1.cap.7.Deut.29.

Flagellare ſe an ita proſit ad delenda peccata, ut præferatur confeſſioni, aut martyrio: ſecundum Concilium Tridentinum, Auguſt.ſcrip.plur. Id quod &c.con.9.cap.16. Num.155.

Fomes peccati originalis an exeuntem è corpore animã, nullumque habentem peccatum originale aut actuale, retardet ab ingreſſu cœli:ſecundum Papam Leonem X. Concilium Tridentinum, Auguſti. Id quod &c. con. 6. cap 7. Deut. 33.

G

Gratis Dei quid poſſit in homine, & an prior deſerat illum; ſecundum Concil. Trid. & ſcriptu. plur. Id quod &c con.6.cap.6. Gen.63.

Gratia an per bona opera augeatur; ſecundum Concilium Trid multipliciter. Id quod &c con.6.cap.15 Leuit.94.

Gratia Dei an homini tribuat ſolùm cognitionem faciendorum, uel etiam facultatem illa cognita perficiendi, ſecundum Concilium Mileuitanum. Id quod &c. con. 5. cap.10. Num.40.

Gratia ſemel recepta an poſſit amitti; ſecundum concilia ſpeciatim Mileuitanũ, ſcrip plur. ſubt. examin. Id quod &c.con.5.cap.13. Num.75.

Gratia in aliquo an tanta ſit quandoque, ut amplius proficere in ea non poſſit; ſecundum Concilium Viennenſe Clementis quinti, Tridẽtin. D. Thomam. Id quod &c. con 10 cap.15. Num.110.

Gratiam ſe habere, an ſit obligatus quilibet ad credẽdum; ſecundum Cõcilium Trid.ualdè multipliciter. Id quod &c con.4.5.cap.20.Num.157.

Gratia Dei an ſit neceſſaria homini ad uitandum peccata, implendum diuina mandata, ad conſequendum uitam æternam; ſecundum Aug.multipliciter, Cõcilium Arauſicanum multipliciter, ſcripturas plur.maximè Ezechie. 36.ſubtil.examin. Id quod &c. con.7. cap. 5. & concl.4. cap.6. Deut.10.54.

H

HÆretici quàm cauilloſi, uerſuti, & ueneno ſi; ſecundũ ſcripturas plurimas eoſdem ad uiuum depingentes, ſecundum Hieronym. Aug. Id quod &c. con. 2. cap.16. Num.114.

Homo an debeat amare Deum propter beneficia: ſecundũ totam Eccleſiam catholicam facto ſuo SS. Gregorium Auguſtinum, Papã Gregorium XI.ſcript.plur.ſubt examin. Id quod &c.cõ 4 c.8.Et con.6.cap.13. Gen.68.60.

Homo an poſſit ſeruare mandata Dei abſque ipſius auxilio: ſm Concilium Arauſicanum multipliciter, Papã Cœleſtinũ primũ multipliciter, SS.Hieronymũ Auguſtinũ multipliciter, ſcript plur.maximè Ezechielis.36. Id qđ &c concl.1.cap.16. Leui.114.Et con.7.c.2. Et con. 4.c.6. Deut.10.14.

Homo an poſſit reddi impeccabilis in hac uita: ſecũdum Concilium Viennenſe Clementis V. Tridentinũ ualdè multipliciter. Id quod &c. concl.10.c.15.Et concl.4. 5. cap.20.Num.110.157.

Horis in canonicis cãtandis, orationibus prolixis, pſalmis non intellectis, perſoluendis an conteratur tẽpus fruſtra: ſm Papã Gregor. VII. in cõcilio generali, conciliũ Agathenſe, uniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ conſuetudinẽ, Præcepta ſummorum Põtificũ, SS.Ambroſ. Aug. Id qđ &c. con.9.cap.36.Leuit.169.Et concl.1.cap.28.Numer.203.

Hæretici quam male ſentiunt & qui ſint; ſm cõcilia oĩa legitima ſpeciatim Cõſtantinop quinm, ſummos Pontifices nẽs, a tẽpore Apoſtolorũ, regulas multas fidei ad Petrũ ſcripturas plurimas ſubtiliſſimè ad longũ exam. Id quod &c.concl.8.cap.11.& con.2.c.13.Leu.61.72.

Hæretici an ſint afficiendi ſupplicio: ſm Papã Grego. 11. Innocentiũ in cõcilio Carthaginenſi, Aug ad Vincentiũ Papã Fœlicẽ, ſcrip.plurimas ſubtil.exam. Id quod &c.cõ. 4.5.6.8.c.13.Leu.73.74.78.

Hæretici an ſint occidendi, & cõburendi; ſm Leonẽ X. leges & Auguſtorũ, leges Põtificias, B.Thomã generalem Eccleſiæ conſuetudinẽ, acta Chriſti, Petri, Aug.multipliciter, Chryſoſt. ſcript. plur. maximè Matth. 5.& pſal.2. ſubtiliſſimè examinatas. Id quod &c.con.7.8.c.13.& cõ. 9.cap 20.Leu.76.78.131.

Hæretici an debeant manifeſtari & accuſari; ſm Papã Gregorium VIIII. Ioannem 22.ſcript.ſubt. examin. Id qđ &c.concl.10.c.13 Leu.85.

Hæretici an debeãt reſtituere damna, q̃ fecerunt, antequã ab Eccleſia recipiantur, ſm regulã iuris, confeſſionem Berengarij, & multa Leuit.5.con.8.Id quod &c.concl.3. c.14.Leu.85.

I

IEiuniũ an ſit licitũ, & utile: ſm Eccleſiã catholicã, Papã Leon. 4.Teleſphorũ, Cõcilium Agathenſe, Aurelianenſe, Tridentinũ, canones Apoſtolorũ, SS. Ignatiũ, Hierony. ſcript.plur. Id quod &c con.6.cap.9. Deuter.53.

Imago Dei an corporis, uel ſĩę, hominis impreſſa ſit: ſm Papã Fœlicẽ primũ, cõcilium Epheſinũ primũ, & multa alia. Id quod &c.concl.10.cap.1.Gen.15.

Imagines ſanctorũ an ſint adorãdæ: ſm Cõciliũ Nicænum 2.(ponẽdo diſcrimen inter imagines Sacræ Eccleſiæ, & paganorũ), ſextã ſynodũ, Papã Greg. III. Factũ & Domini noſtri Iesv Christi, & Luco Euãgeliſtę, & Papæ Sancti Silueſtri, ſm ſcript.ſubtil.exam. Id qđ &c.con. 5.c. 47.Gen.174.Et con.2.cap.20.Exo 87.Et concl.8.cap.25. Num.165.

Imagines Dei patris, & ſpiritusſancti; ſm ſuã diuinitatẽ, an poſſint effigiari: ſm concilium Nicænum 2.ſcript. plur. ſubt.exam. Id quod &c.con.5.cap.24.Exod.99.

Inimicus an ſit odiẽdus, decipiẽdus, damnificãdus: ſm ſcripturas plurimas & apertas & ſubtiliter examinatas Id quod &c.con.2.cap 23.Exo.99.Et con.4.c.23. Deut.175.

Inobedientia reſpectu inſtitutionũ a maioribus noſtris factarũ an ſit licita: ſm acta D.N.Iesv Christi, ſcripturas plurimas ſubtil.exam. Id qđ &c.cõ.1.c.18.Exo.80.

Interceſſiones ſanctorũ expetere an bonũ ſit ſm ſcript.plu. ex Aug.exam. Id qđ &c.cõ.1.c 11.Num 42.

Iudæi an in iudaiſmo permanẽtes aliquãdo ſaluãdi ſint: ſm Papã Alexan.IIII Regulas fidei ad Petrũ, ſcript.plur. & apertiſſimas & ſubt. exami. Id quod &c. con.9. cap.34. Exo.132.

Iudicium proprium an ſequendum ſit in rebus ad ſalutem pertinẽtibus, maximè in credibilibus, cõtra ſententiam ſuperiorum: ſecundum B.Hierony.ſcri.plur.ſubt.exam. Id quod &c.conc.7.cap.13.Num.79.

Iuramentum an ſemper ſit licitum, maximè ſi de periurio timeatur: ſecundum ſcrip.plur.ſubt.exam. Id quod &c. conc.5.cap.5.Leuit.23.

Iuſtificatus an poſſit amplius peccare: ſecundum concilium Tridentinũ, Viennenſe, multipliciter. Id quod &c. con.24.cap 3.Gen.46.

L

LAici an debeãt intereſſe Concilijs generalibus ad notãdum (ut aiunt): ſecundum normã Conciliorũ Apoſtolorum, Acta S. Silueſtri Papę, dicta Imperatorum Baſilij, Martiani, approbata, ſm ſcript.plur.ſubt.examin. Id quod &c.con. 6.cap.18.Exod.83.& con.6.c.19.Deu.121.

Lex uetus an fuerit bona, & à bono principio data, ſecundum ue Acta Chriſti multiplicia (inſerta ſolutione obiectionis) Sanctum Thomam, ſcriptu. plur. & apertas, & ſubt.exa. Id quod &c. concluſ.2.cap.33. Deut.182,

Lex uetus an ſimul cum noua ſeruanda ſit; ſecundum Concilium Apoſtolorum Actu. 15. ſubtiliter examinatum Sanctum Thomam, diſcurſum epiſtolarum D. Pauli. Id quod &c. concluſ.4. cap.26. Leuit. 167. & con.9. cap.12. Deut.79.

Liberum arbitrium hominis an poſſit uiribus propriis ſine gratia peccata uitare, omnes propheticarum monitiones implere, æternam uitam conſequi; ſecundum Cõcilium Arauſicanũ multipliciter, Auguſtinum multipliciter, ſcript. plur. maxime Ezech.36. ſubtil. examin. Id quod &c.conc.7.c.2.& conc.4.c.6.Deut.10.24.

Liberum arbitrium an ſit actiua potentia: ſecundum Conciliũ Trid.& alia multa. Id qđ eſt in ſau.con. 4.c.1.Gen.5

Liberum arbitrium gratia deſtitutum an ſi nititur, ſe diſponere ad gratiam, peccet; ſecundum Concilium Trid. Papam Leonem 10. ſcrip.plur. ſubt. exam. Id quod &c. con 3.c.1.Exod.6.7.

Liberum arbitrium an poſt peccatum ſit res de ſolo titulo & an tunc faciendo quod in ſe eſt, peccet mortaliter; ſecundum Concilium Trid.Papam Leonẽ 10.ſcript. plur. ſubtiliter exam.Id quod &c.conclu.1.cap.2.Exod. 10. & con.1.cap.13.Num.65.

Liberum arbitrium hominis an detur, an libertate uel ſola neceſſitate ducatur; ſecundum Concilium Conſtantienſe, Arauſicanum, Trid.ſcript.plur.ſubt. exa. Id quod &c. con.7 c 13.Exod.60.67.

Libertas uana ſub habito monachorum (qualis erat Sarabaitarum) quam deteſtanda ſit; ſecundum Aug. Concilium Senonenſe, omnia legitima tractantia de obedientia ſcript.plur.ſubt.exa. Id quod &c.conc.2.c.3. Gen.23.

Libertatis nomine an licentia quælibet in deliciis carnis, &c.ſit licita: ſecundum Concilium Ancyranum, Elibertinum, ſcript Id quod &c.conc.2.c 3.Gen.23.

Liberum arbitrium an ſic ab homine habeatur, ut ſi uelit, in Deum credat; & ſic in eo quod credit, ſi uelit, perſeueret; ſecundum Concilium Trid.Mileuitanum, multipliciter. Id quod &c.con.12.c.20.Leuit.135.

Libertas an ea ſit, qua quis ſeſe eximit ab obedientia ſuorũ ſuperiorum, & principum; ſecundum concilium Conſtantienſe, ſcript plur. Id quod &c.con.2,c.3.Geneſ.23.& con.9.cap.19.Nu.62.

Liber nè ſit aliquis ab obſeruatione mandatorum Dei: ſecundũ Concilium Trid.ualde multipliciter, id quod &c. con.9.c 15.Num.109.

Libertas quod non ſit uindicanda armis, ſecundum practicam à ſtaphilo narratam peſſimum exitum ſortitam, ſecundum Conſtantienſe Concilium, ſcript.plur. Id quod &c. conc.3.c.16.Num.120.

Literæ an ſint abiiciendæ: ſecundum Concilium Conſtantienſe Tridentinum, Toletanum, ſcript.plur.ſubt.exam Id quod &c.con.7.cap 4.Num.19.

Luxuria an magnum ſit peccatum: ſecundum Concilium Elibertinum, Tridentinum, Auguſtinum in Decreto, ſcript. plur. Id quod &c. con.3.cap.34.Gen.137.

M

MAria uirgo mater an nunquam peccauerit, ſaltẽ uenialiter; An in gratia proficere potuerit, ſpeciatim in die Pentecoſtes, licet eſſet plena: ſm Conciliũ Viẽnenſe Clementis V.Tridentinum, Papam Gregorium 11, Id quod &c.con.10.c.15.Num.110.

Maria beatiſs.uirgo quõ ſit uera mater Dei: ſm Concilium Epheſinũ primũ, Lateranẽſe Martini primi, Concilium quintum generale. Id quod &c.con.2.c.36.Gen.139.

Maiores an poſſint in ſuis inſtitutionibus licitè ab inferioribus non obſeruari.i.(ut ſic loquar) nõ obediri: ſm multa, & ſcript.plur.ſubt.exam.Id quod &c.con.3.4.c.4. & con.9.c.12.Nu.17.62.

Malũ pœnale an ſit ſemper à Deo: ſecundũ ſcript.plur.ſubt. exam. Id quod &c.cõ.2.c.3.& con 1.c.16.Gen.44,89.

Martyriũ an ſuſtineatur laudabiliter pro uirginitate tuẽda aut ẽt pro Chriſti cõfeſſione: ſecundũ Factũ B. Virginis, ſolemnia facta totius Eccleſiæ catholicæ, cõcilium Telẽſe, cõſtitutiones Apoſtolicas, ſcrip.plur.ſubt.exam. Id qđ &c.cõc.4.c.2.Exod.20.

Matrimonium quale: ſecundum Concilium Trid. Papam Lucium. Id quod &c.conc.22.c.1.Gen.14.

Matrimonii inſtitutio an ſit à Deo; ſecundũ concilium generale maximum, id eſt, Lateranẽſe Inno.3. Id quod &c. con.23.cap.1,Gen.14.

Melchiſedech an fuerit Chriſtus uel ſpiritus ſanctus: ſecundum Decretum 24.q.3.c.quidam, & ſecundum ſcrip. Id quod &c.con.6.c.14.Gen.84.

Menſurare ſuperiora pro nobis naturaliter cognita an ſit ualde inconueniens, & damnoſum: ſecundũ multa, &c. ſcript.ſubt.Exam. Id quod &c.conc 5.cap.23.Num. 191.

Merita humana an æſtimentur apud Deum: ſecundum Concilium Trid.ſcript.plur.ſubt. exam. Id qđ &c.con.5. cap.18.Gen.99.

Merita humana an dentur, & quanti ualeant apud Deum; ſecundum Concilium Trid. multipliciter. Id quod &c. conc.3.c.32.Exod.118.

Miniſtri altaris etiam minores an ab antiquo fuerint in Eccleſia: ſecũdum Concilium Trid. Id quod &c.con.1.c. 29. Exod.109.

Miracula uera q̃ neceſſaria fuerint in Eccleſia ſecundum ſcript.plur & rationes, ſubtiliter exam. Id quod &c. cõ.2 cap.18.Exod.81.

Miracula in Eccleſia, & ſanctorũ, q̃ uera ſint, & irrepræhẽſibilia: ſecundũ Concilium Trid.Papam Alex.3.Innoc.3. Honorium 4.Decretum ſcrip.plur.ſubt. exam. Id quod &c.con 3.cap.14.Nu.81.

Miſſa an ſit ſacrificium, à quo ſit inſtituta, quid in ea ſit offerendum: ſecundum Concilium Lateran. Innoc.3. Floren.Trid. multipliciter, canones Apoſtolorum, Papam Alex.primum, Iulium primũ.SS. Doctores. Id quod &c. con.5.c.14.Gen.83.con.7.c.21 Leuit.142.

Miſſa an omni religionis cultu celebranda ſit: ſecundum Concilium Tridentin. multipliciter. Id quod &c. conclu 8.c.8.Num.34.

Monachus quàm bene ſaluari poſſit, & an ex eo, q eſt religioſus in religione priuata (puta prædicatorũ) ſit aptior ad obſeruandum mandata Dei, q̃ ſecularis: ſecundũ Cõcilium Conſtantienſe Nicænum, Papam Eugenium (16. q.1.c.placuit (Facta ſedis Apoſtolicæ, concilium Latera. Innoc.3. Trident. Papam Clementem approbãdo opuſculum (contra impugnantes religionẽ) D. Thomæ, Alexan.3.SS. Hieronym.Chryſoſt. Thomam multipliciter, ſcript.plur.ſubt.exam. Id quod &c.concl.2.c.3. Exod.26 & con.13.c.13.Leuit.64.

Moyſes an ſpeciali modo fuerit à Deo; ſecundum Diony. Aug.ſcript.ſubt. Exam. Id quod &c.con.1.c.33.Deu.180.

Mulier an poſſit, ſacris ordinibus initiari: ſecundum Papã Greg.9.concilium Triden. D. Thomam multipliciter, ſcrip Id quod &c.conc.3.c.3.Nu.13.

Mundus an incœperit; ſecundum Concilium Nicænum primum & omnia legitima, ut quæ recipiant ſymbolum fidei eius, & ſpeciatim Lateranenſe Inno.3. Id quod &c.cõclu.2.c.1.Gen.4.

Mũdus an ſit a ſolo Deo ſm Conciliũ Conſtantinop primũ & oĩa legitima, ut quæ recipiant ſymbolũ fidei eius, & ſpeciatim Lateranenſe Inno.3. Id qđ &c.cõ.5.c.1. Gen.6.

N

NAtalis D.N.I. Chriſti ſecũdum carnem an ſit ſummè uenerandus; ſecundum Concil.Braccarenſe primũ, Acta totius Eccleſiæ catholicæ S. Leonem Papam conſtitutiones Apoſtolicas. Id quod &c.con.6.c.17.Gen.97.

Natura diuina an ſenſerit pœnam in paſſione Chriſti; ſecũdum Greg.11.Concilium Epheſinum primum, Conſtantinopolitanum quintum, Eccleſiæ officium S. Cyrillum in cap.12.per concilia multa approban S. Quintianum de fide ſua. Id quod &c.con.7.c.37.Gen.148.

Neceſſitate abſoluta an omnia fiant; ſecundum Concilium Conſtantienſe, ſcript.plur. Id quod &c.con.1.c.13.Nu.65.

Noè an ſit ſaluus: ſecundum ſcrip.plur.ſubt.exam. Id quod &c.con.4.cap.7.Gen.66.

O

OBedire an teneantur omnes ſuis prælatis in pertinentibus ad ſalutem; ſecundum Concilium Flor. in approbando ſymbolum Athanaſii S. Antonium Acta eiuſdem, SS. Ignatium, Policarpum, Concilium Trid. multiplicitet. Id quod &c.con.10.c.2.Nu.10.

Obligentur nè omnes homines ad obſeruandum mandata Dei: ſecundum Conciliũ Trid. multipliciter. Regulas fidei ad Petrum. Id quod &c.conc.5.c.8.Deut.43.

Oleum ſanctum, taliumque benedictio, an ſint magnifaciẽda; ſecundum Concilium Tridentinum, Romanum B.Sylueſtri, Toletanum primum, Laodicœnum, Arelatenſe, Turonenſe, Moguntiacum, Oxonienſe, Latera-

Lateranenſe Innocentij 3. Papam Innocentium primũ. Id quod &c. concl. 4. cap. 30. Exod. 3

Omnipotentia an ſit in Deo: ſecundum Concilium Lateranenſe Innocentij 3. Nicenum primum, Cõſtantinopolitanum primum, Epheſinum primum, Calcedonenſe, Florentin. Tridentinum. Id quod &c. concl. 1. capit. 1. Gen. 4.

Opera ſint ne utilia, & neceſſaria, ad ſalutem, ſecundum Concilium Tridentinum, multipliciter Viennenſe, Papam Leonem X. ſcript. plur. apertiſſimas. Id quod &c. con. 6. cap. 2. & concl. 3. & cap. 4. Gen. 17. 48. & con. 9. c. 14. Num. 89.

Operum bonorum qualitas, & à peccatis ſeiunctio, quanta ſit, ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter, Papam Gregorium, ſcript. plur. Id quod &c. concl. 1. cap. 4. Gen. 46.

Opera bona, ultra cognitionem de Deo, & fidem ueram, an requirantur neceſſario ſalutem, ſecundum Concilium Tridentinum, ſcript. plur. ſubtilit. exam. Id quod &c. con. 5. c. 17. Gen. 96.

Opera bona an ſint fidelibus neceſſaria ad ſalutem, ſecundũ ſcript. apertiſſimas, & ſubt. examinatas. Id quod &c. con. 6. cap. 6. Deut. 28.

Opera bona an ſint reijcienda, ſecundum Concilium Tridẽtinum ſcripturas apertiſſimas. Id quod &c. con. 2. 3. c. 28. Deut. 159. 200.

Orare in templo an proſit, ſecundum Concilium Tridentinum, Gangrenſe conſuetudinem uniuerſalis Eccleſiæ ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 4. cap. 12. Gen. 76. & con. 1. cap. 7. Num. 30.

Oratio an fieri debeat pro aliquo particulari, & an pro reprobis, ſecundum Concilium Conſtantien. Tridentinum, Acta Eccleſię in Paraſceu. ſcript. plu. ſubtil. examin. Id quod &c. concl. 3. cap. 8. Exod. 46.

Oratio an ſit utilis: ſecundum Concilium Conſtantienſe, Toletanum 4. Eccleſiam in miſſa, facta & Chriſti, & B. Virginis matris, & Apoſtolorum, & Stephani, & Heliæ, ſecundũ ſcript. plur. Id quod &c. con. 3. cap. 17. Et concl. 2. cap. 32. Exod. 80. 117.

Orationes ad Deum effuſæ an ui quadam uerborum naturali ſint efficaces ad hoc, ut exandiamur: ſecundum Concilium Arauſicanum ualdè multipliciter, ſcript. ſubtiliſſime examin. Id quod &c. concl. 5. cap. 9. Leuit. 47.

Ordo an ſit propriè ſacramentum: ſecundum Concilium Tridentinum. Id quod &c. con. 1. c. 29. Exod. 109.

P.

PApa an ſit ſuper Imperatorem, Reges &c. de iure diuino ſecundum Concilium Conſtãtienſe, Florẽtinum apertiſſimè, decretum Gregorij, Gelaſij, Innocentij 3. Id quod &c. con. 1. cap. 27. Num. 202.

Papa, uel Eccleſia, an poſſit ſtatuere articulos fidei, aut leges morũ, ſecundũ Acta Conc. Niceni I. Conſtantinopolitani primi, Epheſini primi, Calcedonenſis, & omnium legitimorum (includunt enim concilia Papam, tanquam caput, ut ibi multipliciter conſideranti patet). Id quod &c. con. 5. cap. 18. Exod. 82.

Papam unum an oporteat eſſe in Eccleſia: ſecundum Concilium Conſtantienſe, iudicium Moſaycum, concilia multa, ſcripturas. Id quod &c. conclus. 3. cap. 27. Numer. 202.

Papę an præſtanda ſit ab omnibus obedientia: ſecundum B. Cyprianum multipliciter, Concilium Florentinum, Decretum, Leonem 9. Id quod &c. concl. 2. cap. 31. Num. 209.

Paſtores reſpectu ſubditorum ſuorum quomodo ſe habere debeant, ſecundum Concilium Tridentinum, Decretum, ſcript. ſubtil. exami. Id quod &c. con. 7. 8. 9. 10. Num. 47.

Peccare an poſſit quis, poſtquam plena fide recepit baptiſmum: ſecundum Concilium Mileuitanum, & alia ſcriptu. plur. ſubt. examin. Id quod &c. concl. 4. cap. 13. Numer. 73.

Peccata alia ab infidelitate an imputentur ad pœnam: ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter, regulas fidei ad Petrum. Id quod &c. con. 5. cap. 9. Deut. 43.

Peccata an imputentur habenti fidem: ſecundum regulas fidei ad Petrum, ſcript. manifeſtas, ac ſubt. examin. Id quod &c. con. 7. cap. 11. Leuit. 60.

Peccata omnia an ſint paria: ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter, Florentinum. SS. Hieronymum, Auguſtinum multipliciter, ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 6. cap. 9. Exod. 51. Et con. 1. c. 4. Leuit. 16. & cõ. 5. cap. 15. Num. 104. & con. 5. c. 29. Deut. 166.

Peccata an ſint ſolùm in opinione: ſecundum Papam Clementem V in Concilio Viennenſi, ſcript. plur. ſubt. exa. Id quod &c. conc. 8. c. 12. & con. 2. cap. 20. Gen. 78. 102.

Peccatum originale an ſit, an a pueris cõtrahatur, an per baptiſmũ tollatur: ſecundum Conciliũ Mileuitanum, Arauſicanum, Tridentinum multipliciter, Papam Innocentium, ſcrip. plur. Id quod &c. con. 2. cap. 5. Gen. 56.

Peccatores qualeſcunque an ad pœnitentiam ſint admittendi, & poſt ipſam ad priſtinos honores: ſecundum canones Apoſtolorum, Papam Leonem, Cęleſtinum, Iulium, Cornelium in Concilio Romano, concilium Nicenum 1. 2. Calcedon. Lateran. Leonis X. Trident. SS. Fabianũ Papam, Calixtum, ſecundum Acta Chriſti, ſcript. plur. ſubt. examin. Id quod &c. conc. 17. cap. 4. & con. 1. c. 45. Gen. 55. 162. & con. 2. cap. 15. Num. 201. & con. 1. ca. 30. Deut. 167.

Peccator an peccãdo uelit aliter, quã Deus uelit eum uelle: ſecundũ Concilium Tridentinum, Valentinum, Arauſicanum, Cõſtantinopolitanum V. regulas fidei ad Petrũ ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 1. cap. 8. Exo. 45. & con. 7. cap. 11. Leuit. 60.

Peccato in mortali exiſtentes, etiam quòd eſſent fideles catholici, an ſaluari poſſint: ſecundum Concilium Tridentinum, multipliciter, Toletanũ 3. Pariſien. Senon. SS Bernardum, Chryſoſtomũ, Theophilatum, ſcript. plur. ſubtilit. examin. Id quod &c. conc. 4. 5. cap. 5. Exod. 36.

Peccandi uoluntas ubi, & quomodo: ſecundum Concilium Valentinum, Arauſicanum, Tridentinum, Mileuitanũ, Carthaginenſe, Papam Innocentium. Id quod &c. cõcluſ. 10. cap. 2. Gen. 19.

Perfectio tota an poſſit in hac uita acquiri, ut reddatur homo impeccabilis, & impotens ad proficiendum in gratia maiori: ſecundum Concilium Viennenſe clementis V. Id quod &c. conc. 5. cap. 19. Gen. 101. & con. 1. c. 18. Leuit. 114.

Perſeuerantia uſque ad finem in bono an poſſit certo promitti ſibi ab aliquo: ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter. Id quod &c. con. 6. cap. 15. Leuit. 94.

Perſonæ diuinę an ſint omninò æquales: ſecundum Concilium Nicęnum primum, Romanum primum B. Silueſtri, Conſtantinopolitanũ primum, Lateranenſe Inno. 3. Papam Damaſum, ſymbolum Athanaſij, Diuum Thomam. Id quod &c. Conc. 9. cap. 20. Exod. 90.

Pontifex Romanus an habeat poteſtatem iudicandæ ſcripturæ (id eſt, diſcernendi canonicam à non canonica, & uerum ſenſum canonicæ à falſo eidem canonicæ ab hominibus attributo): ſecundum Concilium Tridẽtinum, Florentinum, Papam Gelaſium in Decreto, ſcripturam apertiſſimam. Id quod &c. conc. 1. c. 13. Leuit. 70.

Pontifex Romanus an ſit Chriſti Vicarius, & habeat uniuerſalis Eccleſiæ primatum: ſecundum tractatum de primatu Petri in tomo primo conciliorum circa princip. SS. Doctores, concilia, ſpeciatim ſanctum Thomam pluſquam multipliciter, ſcript. plures ſubtiliſſimè (adiuncta Patrũ nonnullorum expoſitione) examinatas. Id quod &c. con. 7. cap. 17. Deut. 104.

Poteſtas ciuilis an ſit eijcienda; & an Deus hanc, aliavè dona ſua, concedat peccatoribus: ſecundum Concilium Conſtantienſe, ſcript. plurimas ſubt. exam. Id quod &c. con. 4. c. 41. Gen. 155.

Poteſtates ſeculares an teneantur punire hæreticos, alioſq; malefactores ſecundum Papam Leonem primum, Agathonem, Martinum V. Pium V. ſynodum Conſtantinopolitanam ſextam, Lateranenſem Martini primi, Clerum Alexandrinum, uniuerſos Epiſcopos Ægyptiacæ diœceſis facta Leonum in lacu, Ignis in fornace, ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. conc. 2. cap. 16. Gen. 90. & concl. 1. cap. 20. Leuit. 125.

Pugnare contra Turcas &c. Perſequi, ſupplicio afficere excommunicare, hæreticos, an liceat: ſecundum Papam Leonem 10. Paſchalem 2. Vrbanum 2. Calixtũ 2. Eugeniũ 3. Luciũ 3. Greg. 8. Clementẽ 3. Cęleſtinũ. 3. Innoc. 3. Honorium 3. Greg. 9. Innocen. 4. Alex. 4. Greg. 10. Ioan-

cẽ.21.Martinum 4.Nicolaum 4. Innocẽ.6. Vrbanum.5. Concilium apud clarum montem, concilium lateranen ſe Calcati 2,concilium ueronenſe;ſecundũ Papam Greg. 11.contra Lull,ſcript.plurimas ſubtili, examin. Id quod &c.con.2.cap. 17.Ex.79. Et con.1.cap. 21. Num.160. Et con.3.cap. 23. Deut.136.

Præcepta Dei aliqua an ſint obſeruatu impoſſibilia:ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter.D. Hieronymum. Id quod &c.con.9.cap.15. Num. 109. & con 2. cap.30. Deut.168.

Prædeſtinati an ſint liberi in operando.i.an ex prædeſtinatione formantur neceſſitatem ad operandum ſic, uel ſic, ita quòd libertatem non habeant ſuæ uoluntatis: ſecundum concilium Cõſtantienſe,Valentinum,& multa,ſummos Pontifices. Id quod &c.con.7.cap.4. Genc.50.

Prædeſtinatis opera bona an ſint ad ſalutem neceſſaria: ſecundum concilium Conſtantienſe, Valentinum, Arauſicanum multipliciter, Tridentinum,multipliciter,ſcript. plures.Id quod &c. con.6. cap.4. Gen.49. & con.10. cap. 14. Num.90.

Prædeſtinati an ſint aliqui ab æterno propter ipſorum bona opera futura:ſecundum cõcilium Arauſicanum multipliciter,Valentinum, Sanct.Thomam, Auguſt. ſcript. plur.,maximè Ezechiel. 36.ſubtil. examinatas. Id quod &c.con.7.cap.20.Leuit.130.& con.7.cap.2.Deut.10.

Prædicare an liceat alicui,etiam alias idoneo,abſque licentia ſuorum ſuperiorum: ſecundum concilium Conſtantienſe,Lateran. Leonis 10. Tridentinum, Carthaginenſe 4.Braccarenſe primũ ſcrip.ſubtiliter examin. Id quod &c.con. 1.cap.25. Deut.146.

Principes, & poteſtate an, & quali, ſubiectione ſint proſequendi:ſecundum concilium Conſtantienſe,ſcript.apertiſſimas. Id quod &c.con 3.cap.16.Num. 120.

Prouidentia Dei an ad omnia extendatur; & quanta mala fiant; quantaque bona impediantur, ex negatione talis prouidentię: ſecũdum concilia omnia legitima,Pontifices ſummos,uniuerſas ſcripturas ponentes Deum reperiri (quæ ſcripturæ & plurimę ſunt & examinantur).Id quod &c.con.1.c.17.Gen.93.

Prouidentia diuina an cadat ſuper contingentia, humanaque indiuidua,& mundum: ſecundum multa Chriſti ualidiſſima argumenta, ſcript.plurimas ſubtil. examin. Id quod &c.con.8.cap.2.Exo.12.& c6.5.cap.25.Leui.157.

R

Religioſi an facilè poſſint ſaluari: ſecundum conciliũ Conſtantienſe,ſedem Apoſtolicam,ſcript.per locum a maiori examinatas. Id quod &c. con.4.cap.3. Nu.13.

Reprobi an abſque hoc,quod malè operentur,damnabuntur; ſecundum concilium Conſtantienſe, Valentinum, ſcrip. &c. Id quod &c.con.6.ca.4. Gen 49.50.

Reprobi an hac in uita poſſint non peccare, & bene agere; ſecundum con.Conſtantienſe, Valentinum, Arauſicanũ, ſcrip.&c. Id quod &c.con.7.ca.4. Gen. 50.51.

Reſtitutio alienorũ an ſit de neceſſitate ſalutis & quibus; ſecundum regulas iuris,Decretum;D.Thomam;Id quod &c.con.8.ca.5. Leuit.28.

Romanus Pontifex pro tempore an ſit Chriſti uicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias, ab ipſo Chriſto in B. Petri Apoſtoli perſona inſtitutus; ſecundum Concilium Conſtantienſe,Florẽtinum pleniſſimè,Patriarcham Gręcorum,Papam Leonem.10. Id quod &c. con. 8. cap.8. Leuit.44.

S

Sacerdos an ſit omnis chriſtianus: ſecundum Conciliũ Tridentinum multipliciter ſynodum.8. generalem.Id quod &c.con.1 cap.28. Exod. 107.

Sacerdotes quam falsè & calumniosè incuſentur ab aliquibus, quòd ſint membra ſathanæ: ſecundum concilium Aquiſgranẽſe multipliciter; SS. Hier. Aug. Id quod &c. con.5,cap.33. Deut. 184.

Sacerdotiũ an ſemper duraturum ſit: ſecundum Cõcilium Tridentinum, Pariſienſe, Papam Nicolaum primum, Leonem 9.ſcript.plur.ſubtil.exam.Id quod &c.concl. 4. 4.cap.14.Gen.82.

Sacerdotiũ quid ſit contra nonnullos abſcuri nominis garrientes:ſecundum ſacrum Concilium Tridentinum. Id quod &c.con.1.cap.29. Exo.109.

Sacerdotes minores an poſſint exercere officia Epiſcopalia ſaltem in abſentia Epiſcopi: ſecundum Concilium Conſtantienſe,Hiſpalen.c 2. Decretum. Id quod &c. con.2. cap.8. Leuit.37.

Sacramenta aliqua illorum ſeptem an ſint humanitus per Eccleſiam inſtituta: ſecũdum Concilium Tridentinum Papam Lucium,D.Thomam. Id quod &c.con.2. ca.19. Num.145.

Sacrificia an proſint ad aliquid conſequendum a Deo: ſecundum ſactum totius Eccleſiæ, ſcript.plurimas multum ſubtil.examin. Id quod &c.con 3. cap. 15. Gen.89.

Saluari an poſſit unuſquiſque in ſecta ſua extra Eccleſiã catholicam Romanam: ſecundum Regulas fidei ad Petrũ multipliciter,recurſum omnium legitimorum conciliorum ad ſedem Apoſtolicam Romanã pro robore ſui ipſorum,Aug.Papã Clementem prim,ſcript.plur.ſubt.examin. Id quod &c con.5.cap.19.Leuit.122. & con.4 cap. 12.Deut.73.

Sancti per ſuffragia ſua(.i.per orationes, & merita)an proſint nobis; & an ipſa ſint a nobis expetenda: ſecundum D.Thomam multipliciter,Papam Innocen.3.in Concilio generali.Id quod &c.con.3 cap.32. Exodo.118.

Sancti quam ualde ſint honorandi,& contrarium deteſtandum: ſecundum SS. Auguſtinum Hieronymum &c.ſcript plur.ſubt.examen.Id quod &c concluſ.1.4.5.6.7.cap. 12.Numer.58.

Senſualitas hominis an ſit aliquando totaliter ei ſubiecta ita,ut poſſit quis libere cõcedere corpori,quicquid placuerit: ſecundum concilium Viẽnenſe Clemẽtis V.(multa errata occaſione huius concluder). Id quod &c.con. 5.cap.19.Gen.101.& concluſ.1.cap 18.Leuit.114.

Sepultura an licitè,& proficuè, in loco ſacro requiratur à moribundis: ſecundum SS. Auguſtinum, Athanaſium, Damaſcenum, totam Eccleſiam, Papam Gregorium, ſcriptur. plur. Id quod con.3.c.47.& con.3.cap.50. Gen. 171.180.

Seth an ſit Chriſtus, uel adorandus: ſecundum concilium generale, ideſt Lateranenſe Inno.3. (cum fuerit maximum),Regulas fidei ad Petrum, ſcript.plur. Id quod &c.con.3.c.5.Gen.17.

Signo crucis quàm laudabiliter,& ſalubriter, ſe muniant Chriſtiani ſecundum concilium Nicenum 2.conſuetudinem uniuerſalem Eccleſiæ,acta ſanctorum. Id quod &c.concl.4.cap.13.Numer 188.

Subditi an poſſint licitè prælatis ſuis peccatoribus ſubtrahere ea,quæ alias ipſis bonis debent; ſecundum concilium Conſtantienſe,Papam Nicolaum in Decret.multipliciter,ſcript.ſubt.examin. Id quod &c. con.5.cap.32. Exod.120.& con. 9.cap.12.Num.62.

Superiores non caſtigantes delicta ſubditorum(pro qualitate criminum)an ſint ſine culpa: ſecũdum Papam Leonem,Bonifacium,& multa. Id quod &c. con.8.cap.5. Numer.24.

Superſtitio omnis an ſit illicita: ſecundum Papam Sixtum V.Concilium Braccarenſe,Tridentinum, Directorium Inquiſitorum, Decretum.S.Thomam ſcript. plurimas. Id quod &c.con.6.cap 7.& con.4.cap.10.Leui.35.128.

Scriptura ſacra an poſſit exponi aliter, quam ſenſus ſpiritusſancti, uult ſecundum Decretum concilium Tridentinum,ſcript.plur.Id quod &c.con.4.c.14.Num.83.

Scriptura ſacra an contineat aliquam uel minimam falſitatem: ſecundum Concilium Foroiulienſe, Florentinum, Auguſtinum,ſcript.ſubt.examin.& illam irrefragabiliter apertiſſimam Prouerb.8. Iuſti ſunt &c. poſitam in Deuter.conclu.2.cap.13.pro regula uniuerſaliſſima. Id quod &c.con.1.c.24.Num.192.

Scriptura ſacra an ex ſe adeo clara ſit,ut nulla egeat expoſitione: ſecundum Concilium Florentinum,ſcript. plurimas ſubtiliter examin.Id quod &c. cõ 3.ca.27.Ge.118.

Spes noſtra an ex meritis etiam procedat: ſecundum Concilium Tridentinum multipliciter. Id quod &c. con. 5. cap.15.Gen.89.

Studia liberalia,generalia &c.an ſint chriſtianæ iuuentuti, & alijs interdicenda: ſecundum Concilium Conſtantienſe,Tridentinum, Toletanum, Factum & Apoſtolorum & in Alexãdria.Id quod &c. concl. 7.cap.4.Numer.19.

T

Templa à quibus inhabitentur an plurimi facienda ſint, cum uaſis ſuis &c. an ſint utilia in Eccleſia Dei, ſecundum B. Papam Syluestrum, Sixtum, Vrbanum IIII. Stephanum, Acta diuinæ iuſtitiæ Concilium Tridentinum Acta. B. Io. Euang. Lucæ, Conciliō Gangrenſe, Synodum 7. generalem, Chryſoſt. Ambr. Auguſt. Acta laudabilia Regum, ſcrip. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 3. c. 28. & concl. 1. ca. 35. G. 120. Et con. 2. c. 35. Et con. 1. c. 36. Et con. 1. c. 39. Exo. 134. 135. 138

Templa quantum ualeant ad orandum; ſecundum Papam Honor. IIII. Acta Saluatoris noſtri, Vrbani primi, Clementis I. B Marci Euangeliſtæ, Auguſtinum, ſcrip. plur. ſubt. examin. Id quod &c. concl. 3. c. 19. Exo. 85.

Templa an laudabiliter exterinſecus ornentur, ſeu (quod in idem reddit) cultus templorum externus an aliquid iuuet, Deoque placeat; ſecundum traditiones catholicorũ Patrum antiquas, facta laudabilia Principum, Regum, Imperatorum, B. Chryſoſtomum ſcripturas plurimas ſubtiliter examin. (ad excluſionem etiam falſi ſenſus) Id quod &c. concl. 4. c. 25. & con. 2. c. 35. & con. 1. c. 36. Et con. 1. c. 38. Exo 101. 134. 138. Et con. 4. c. 12. Le. 68.

Templa, locaque ſimilia cultui diuino dicata, quàm ſint æſtimanda ac Deo grata; ſecundum Concilium Aquiſgranenſe, multaque alia, B. Chryſoſt. Theophilatum ſcripturas plur. maximè Aggæi ſubtiliſſimè, exam. Id quod &c. concl. 1. c. 26. & con 1. c. 40. E. 103. 140. & con. 1. c. 26. L. 163. & concl. 1. c. 7. N. 30.

Titulus ſuper crucе Domini ponẽdus an præfiguratus ſit; ſecundum ſcript. per Auguſtinum prolixè ac ſubtiliter explanatam. Id quod &c. conc. 2. cap. 17. N. 135.

Traditiones Patrum quàm uenerandæ ſint; ſecundum Cõcilium Tridentinum, Papam Gregorium, regulam inuiolabilem catholicorum. Id quod &c. con. 8. cap. 21. Num. 165.

V

VEſtes an celari licitè poſſit in omni caſu: ſecũdum Papam Bonifacium, SS. Thomam, Auguſtinum in Decret. Iſidorum in Decret. ſcript. plur. ſubt. exam. Id quod &c. con. 2. c. 26. Gen. 109.

Veſtes ſacræ an ſint in magno prætio habendæ: ſecundum concilium Tridentinum multipliciter, librum SACERDOS IN AETERNVM. Id quod &c. concl. 3. cap. 28. Exod. 108.

Viæ ad ſalutem, intra eccleſiam tamen catholicam, an ſint diuerſæ ſecundum Auguſtinũ, ſcript. plur. Id quod &c. con. 5. cap. 2. Numer. 7.

Vim ui repellere an liceat, ſecundum Papam Leonem X. in Concilio Clementem V. vniuerſitatem Pariſienſem. Id quod &c con. 1. c. 31. Num. 209. 2.

Vires naturæ, aut etiam legis Moſaycæ an potuerint, à peccato mundare hominem, ſecundum concilium Tridẽtinum, Arauſicanum multipliciter, Mileuitanum, ſcrip. ſubtil. examin. Id quod &c. concl. 7. c. 15. Leuit. 97.

Virginitas perpetua B. Mariæ matris Dei an tanta ſit, ut negare eam ſit pluſquam hæreticum, ſecundum bullam Apoſtolicam Pauli 4. Id quod &c. con. 3. 4. c. 8. & con. 2. c. 18. Nu. 32. 142.

Virtutes an ſint exercendæ, & ſemper, ſecundum Conciliũ Viẽnenſe Clementis V. ſcrip plurimas ſubtiliter examinatas. Id quod &c. con. 3. cap. 19. Geneſ. 100.

Vitium an ſit uirtus, & uirtus uitium, ſecundum Regulas fidei ad Petrum, ſcript. plur. Id quod &c. con. 5. cap. 19. Leuit. 122.

Voluntas hominis an poſſit neceſſitari ad peccandum, & quomodo ſe habeat reſpectu peccati, ſecundum Concilium Conſtantinopolitanum. 6. Lateranenſe Martini primi, Papam Leonem primum. S. Tho. Id quod &c. cõ. 13. 14. c. 3. Gen. 29. 30. 31. 32.

Voluntas hominis an a Deo de facto mutetur, ſecundum concilia, ſummos Pontifices, legem, prophetas, doctores, multipliciter, ſcript. plur. ſubtil. exami. Id quod &c. con. 1. c. 33. G. 134. Et con. 9. c. 11. Ex. 57.

Vota an proſint, ſecundum Concilium Toletanum 4. Tridentinum, Lateranenſe (S. Innocentij III.) Lugdunenſe. Id quod &c. con. 3. c. 31. Gen. 130.

Vota an licitè fiant (eo q. ſ. omnia uidentur eſſe liberè facienda citra ullam coactionem), ſecundum Concilium Cartaginenſe primum, Elibertinum, Arelatenſe 2. ſcrip. plur. Id quod &c. con. 1. c. 3. Gen. 23.

Vota an ſint damnanda, ſecundum Concilium Carthaginenſe 4. Toletanum 4. Valentinum, Elibertinum, Auguſtinum, Factum Apoſtolorum, ſcript. Id quod &c. con. 1. c. 27. Leuit. 172. Et con. 1. c. 3. Num. 207.

Vota an obligent ad ſui obſeruationem, ſecundum ſcript. plur. apertiſſimas. Id quod &c. concl. 1. cap. 15. N. 100

Vnctio ſacra an in ordinatione requiratur ſalubriter, ſecũdum Concilium Tridentinum. Id quod &c. concl. 1. c. 29. Exod. 209.

Vſuram committere an ſit peccatum mortale, ſecundum Papam Clementem V. in Concilio Viẽnenſi, ſcript. plur. Id quod &c. con. 7. c. 23. De. 138.

INDEX

INDEX CONCLVSIO. SCRIPTVRALIVM EX LITTERA ELICITARVM EX EADEMQVE LITTERA SINGILLATIM

(ut in corpore libri totius uidere eſt) ſuper quinque libros Moyſis, probatarum.

Ex Geneſis capitulo primo, concluſiones 23.

1 DEVS eſt omnipotens. fol. 4
2 Mundus non eſt æternus ; ab æterno conditus a Deo. 4
3 Quod creatur, poſtquam eſt, non ualet ex ſe quicquam facere. 5
4 Iuſtificare impium maius eſt, quam creare cælum & terram. 5
5 Omnia per uerbum Dei facta ſunt 5
6 Omnia opera Sanctiſſimæ Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. 6
7 Nomina Cardinalia, more hebræorum, ſumuntur ut plurimum pro ordinalibus. 7
8 Deus mandans ut faciamus, iuuat, ut mandatum impleamus. 7
9 Aqua naturaliter tegit totam terram. 8
10 Nunc rerum multiplicatio, non fit per creationem, ſed per generationem. 8
11 Conſeruatio ſpeciei eſt maximè intenta. 8
12 Quodlibet non fit ex quolibet. 8
13 Aſtrologia naturalis bona eſt. 9
14 Inferiora gubernantur ſuperioribus rationibus. 9
15 Animæ irrationalium omnium ſunt ex traduce. 9
16 Deus cooperatur naturæ operibus. 10
17 Deus utitur cauſis ſecundis. 10
18 Generare ſibi ſimile conuenit tantum illis, qui ſunt in actu perfecti. 10
19 In diuinis una eſſentia, plures perſonæ. 11
20 Homo eſt ad imaginem Dei ſecundum animam non ſecundum corpus. 12
21 Homo naturaliter eſt dominus omnium ex eo quod eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei. 12.
22 Matrimonium eſt res licita bona ſancta. 13
23 Matrimonium fuit inſtitutum ante peccatum. 14

Ex cap. II. Concluſ. 15.

1 BOnum, & perfectum, conuertuntur. 15
2 Homines, in quibus Deus requieſcit per cognitionem, & amorem benedicetur à Deo magis ac magis. 15
3 Sanctificatio feſtorum conſiſtit in hoc ; quod homo tunc in Dei cognitionem & amorem exurgere ſtudeat. 15
4 Vir extra paradiſum formatus eſt. 16
5 Anima humana uenit de foris. 16
6 Deus dat nobis beneficia ſua, ut operemur inde ; non ut ſimus inertes, & otioſi.
7 Debemus cuſtodire beneficia Dei, poſtquam recepimus illa. 18
8 Carnem noſtram ex præcepto ſuſtentare tenemur. 18
9 Ieiunium, ſiquantum ciborum determinationem dicit, fuit inſtitutum ante peccatum. 18
10 Inobedientia eſt peccatum mortale. 19
11 Peccatum nocet etiam corpori. 20
12 Adam fuit perfectus in ſcientia rerum naturalium. 20
13 Pater, & mater, fuerunt ſemper excluſi à matrimonio. 21
14 Adam adhuc in paradiſo terreſtri cognouit Chriſti incarnationem. 21
15 Vir debet diligere uxorem ſuam. 21

Ex cap. III. Concluſ. 23.

1 DIabolus ſemper incipit a ſuperbia quãdo tentare uult. 20.
2 Libertas diabolica eſt nolle ſubdi præceptis maiorum, & hoc uere eſt contra libertatem & ignorare propriam libertatis diffinitionem, ad litteram. 22
3 Tentatori non debemus reſpondere. 24
4 Quantum deſiſtit fides tantum preualet tentatio 24
5 Diabolus eſt pater mendacij. 24
6 Diabolo tẽtatio fuit de tribus ſ. de gula, de ſuperbia de Auaritia 25
7 Nocumentum primis parentibus, non prouenit ex malignitate cibi 26
8 Peccata ſunt ſecundum ſe erubeſcibilia. 26
9 Confeſſio peccati eſt tam Deo accepta, ut hanc prior Deus a peccatore inquirat. 27
10 Initium confeſſionis, & conſequenter ſalutis noſtræ, eſt cognitio proprij peccati 28
11 Maxima Dei bonitas in conuertendo peccatorem oſtenditur. 28
12 Excuſatio peccati contrapenditur directè remiſſioni peccati. 28
13 Nullus eſt ſufficiens cauſa peccati noſtri niſi propria noſtra uoluntas. 29
14 Mulier decepta eſt per uerba ſerpentis, non autem vir 32.
15 Peccare ſub ſpe ueniæ conſequendæ non tantum eſt peccatum, ſed quandoque ſpe ipſa fruſtrari meretur. 32
16 Diabolo ex hoc, quod decipit homines accreſcit pœna. 33
17 Quod non credit, iam iudicatus eſt. 34
18 Non tantum mors, ſed etiam incineratio eſt pœna peccati. 36
19 Deus puniendo etiam, miſericordiæ recordatur. 37
20 Peccato actuali duplex pœna debetur ; ſ. pœna ſenſus, & pœna damni ibidem
21 Pœnæ infliguntur quandoque hominibus per Angelos bonos 39.
22 Pœnæ infliguntur peccatoribus ſæpius per creaturas inanimatas. 41
23 In præceptis Dei ſubintelligitur uitatio etiam occaſionum committendi. 44

Ex cap. IIII. Concluſ. 19.

1 DEus attendit principalius affectum quam cenſum. 46
2 In lege naturæ reperiebatur fides. 47
3 Sacrificia antiquorum ualebant ex opere operantis. ibid.
4 Inuidentia fraterna grauis eſt, dum quis dolet, quod frater eſt acceptus Deo. 48
5 Malorũ eſt, quãdo nõ exaudiuntur, hoc non attribuere propriæ indignitati, ſed magis (ut mali blaſphemant) Dei partialitati. ibidem
6 Reprobi ſi bene egerint, ſaluabuntur. 49
7 Reprobi poſſunt in hac uita bene agere, & uitare peccata. 50
8 Deus per ſynderoſim ſemper admonet nos, ut conuertamur. 51
9 Peccatum quod per pœnitentiam non deletur ſuo pondere ex ſe trahit ad aliud. ibidem
10 Ex beneficijs habitis, aut ex correctionibus factis erga nos, deſiſtere, aut non proficere, eſt ſignum damnationis æternæ. 52
11 Iudex debet diligentiſſimè inueſtigare cauſam, & neminem damnare inaudita parte. ibidem
12 Volẽs ſynderoſim ſupprimere ꝑ peccati excuſationẽ, uel ipsã euitare per induſtrioſam obliuionem (procurando ſcilicet ut conſcientiæ remorſum non audiat) : talis facere hoc non poteſt, immo ipſam ſemper magis, ac magis, remurmurare facit ibidem
13 Peccatum noſtrum nos accuſat ; & cauſa maxima inſtantia contra nos uindictam a Deo expoſcit. 53
14 Peccator eſt peior rebus, etiam inanimatis. 53
15 Peccator punitur, quando punitur res ab eo poſſeſſa. ibid.
16 Iudicium Dei contra peccatores adeo iuſtũ eſt : ut etiam inanimata ſi cognoſcerent, ipſum approbarent pro iuſto. 54

17 Pecca-

17 Peccatum deſperationis diſplicet maximè Deo. 55
18 Iniquitas facit hominem formidoloſum, inquietum, & impacatum. ibidem
19 Ex iuſtorum occiſione non patitur finaliter detrimentum Eccleſia, quia loco illorum alij ſubrogantur. 56

Ex cap. V. Concluſ. 5.

1 HOc nomen Adam, eſt nomen commune mari, & fœminæ, ſicut apud latinos eſt hoc nomen homo 56
2 Omnes generantur cum peccato originali. ibid.
3 Seth fuit homo natus in peccato originali miſerijſque ſubiectus, ut alij. 57
4 Mors differri poteſt, ſed a nullo uitari. 58
5 Enoch propter fidei meritum translatum eſt. ibidem

Ex cap. VI. Concluſ. 8.

1 EX beneficijs Dei homines mali, ſibi ipſis relicti, peiorantur. 59
2 Deus, antequam peccatorem puniat, & ei punitionem comminatur & ſpatium ei pœnitentiæ offert; & hoc totum facit, ut conuertatur. ibidem
3 Deus punit hominem quaſi inuitus, & caſtigat ipſum ex amore, & ut Pater 60
4 In peccati deteſtationem quandoque puniuntur ea, quæ cum peccatore conuerſantur, etiam quod ipſa nullo modo peccauerint 62
5 Totus mundus non ſufficit ad peruertendum hominem, etiã quibuſcunque malis exemplis, ſi ipſe homo non uult. 62
6 Dei gratia poteſt præſeruare hominem à peccato in quocũque periculo & conſeruare in bono. 63
7 Deus ſic bonus eſt: ut, etiam tempore malorum penè infinitorum, hominibus malis relinquat bonos. ibidem
8 Dei iuſtitia puniendo miſericordiam nunquam excludit. ibid.

Ex cap. VII. Concluſ. 4.

1 IN Eccleſia præſentis ſeculi etiam mali reponuntur, & ſunt cum bonis 63
2 Eccleſia iure catholica dicitur. 64
3 Extra eccleſiam non eſt ſalus. 65
4 Archa Noè Eccleſiam Dei ſeptem modis figurabat. ibidem

Ex cap. VIII. Concl. 6.

1 ECcleſiæ perſecutores ex ſeipſis deficiunt poſtquam ipſam Eccleſiam in altum perſequendo eleuauerint: ipſa in ſublimi remanente 66
2 Ly Donec, dicit quandoque tempus infinitum. 67
3 Sacrificia antiquorum accepta erant Deo tantum ex deuotione offerentis. 68
4 Qui Deo referunt gratias de beneficijs acceptis, maiora dona ab ipſo percipiunt. 68
5 Peccatum fragilitatis eſt remiſſibile, idest aliqualẽ uidetur habere excuſationem apud Deum 69
6 Placatur Deus ſacrificijs orationibus, & ſimilibus pijs operibus. 69

Ex cap. IX. Concluſ. 2.

1 DEus poſtquam iratus fuerit, miſericordiæ recordatur & amplioris miſericordiæ. 70
2 Irreuerentia erga patrem punitur, & reuerentia erga eũdẽ præmiatur, & eſt de iure naturali, & conſequenter reuereri ipſum natura dictat, ac ad illum male ſe habere natura ex homine. 70

Ex cap. X. nulla Concl. annotatur hic,
Ex cap. XI. Concl. 5.

1 EX beneficijs Dei quandoque mala elicimus. 72
2 Diligenter cauſa examinanda eſt, antequam proferatur ſententia. 73
3 De Ingratitudine noſtra, qua donis diuinis abutimur, etiã Deus miratur. 73
4 Ex malo pœnæ elicit Deus bonum & perſonæ tribulatæ; & perſonæ alterius ab ipſa, quæ tribulatur. 73
5 Non debemus nobis promittere longam uitam ob id: quòd iuuenes ſumus. 74

Ex cap. XII. Concl. 9.

1 VOlenti fieri grandis apud Deum, opus eſt: ut apud ſe ipſum fiat minimus: & cõſequenter uolentẽ ad Deum accedere oportet; à ſe ſuiſque ſaltem uolũtate, recedere. 74
2 Deus uolens exaltare aliquem facit totum oppoſitum eius: quod fit ab hominibus idem uolentibus. 75
3 Altaria in honorem Dei ædificare eſt non tantùm legi ſcriptæ, ſed etiam naturali gratitudini conſentaneum. 75
4 Licet ædificare Altaria ibi, ubi aliqua diuina uiſio, uel miracula, facta ſunt 76
5 Orare in loco ad hoc determinato (puta in Eccleſia, ad altare) licitum eſt. 76
6 Apud gentiles maius peccatum erat Adulterium, quam homicidium. 77
7 Licet occultare ueritatem cum aliàs præcepto non cogimur, etiam ſi audientes uerba occultantis ad aliam partem trahi ſuaſi fiat. 77
8 Non omnis ignorantia excuſat aliquem; nã ſi ei imputetur peccatum ex tali ignorantia proueniens: ex hoc uidelicet quòd non fecit debitam diligentiam ad ſciendum quippiã; etiam quòd aliquando uideretur ſibi quaſi tutus, ſeu feciſſe debitam diligentiam. 77
9 Ly, ut, ſumitur quandoque conſecutiue tantum. 78

Ex cap. XIII. Concl. 6.

1 HAbere diuitias eſt licitum. 79
2 Diuitiæ ſunt quandoque multi periculi eis, qui illas poſſident, etiam quod ſint perfecti. 79
3 Si quis, etiam nobis chariſſimus ſit nobis occaſio alicuius peccati, ab illo ſeparari debemus: & hoc cum bona (ſi fieri poteſt) ſui gratia 79
4 Scandalorum occaſiones non amputandæ ſolùm, ſed etiã à nobis proijciendæ ſunt, idest procul iaciendæ, non debiliter relinquendæ. 80
5 Prouiſio ſcandalorum facit hominẽ diſpoſitum ad dona & reuelationes diuinas; & conſequenter ad melius guſtandum Deum, & ſeruiendum Deo. 80
6 Deus uult, nos appendere profunditer ſua beneficia nobis præſtita. 80

Ex cap. XIIII. Concl. 7.

1 SI relinquendi ſunt corporaliter aliquid ex quauis bona occaſione: non ſunt tamen relinquendi quo ad charitatis amorem. 80
2 Ly frater, quandoque in ſcriptura pro conſanguineo etiam non utérino, nec ex parte patris, nec ex parte matris, ſumitur 81
3 Sacerdotium Melchiſedech, & conſequenter Chriſti, qui eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, eſt antiquius ſacerdotio Leuitico. 82
4 Sacerdotiũ Melchiſedech, eſt maius ſacerdotio Leui car 82
5 Sacramentum panis, & uini, eſt etiam ſacrificium; & conſequenter Miſſa, in qua offertur eucharistia, eſt ſacrificium etiam pro alijs. 84
6 Soluere Decimas ſacerdotibus eſt de iure naturali car 84
7 Miſſa eſt à Spir. Sanct. ante legem inſtituta, & quidem ſolemniter. 85

Ex cap. XV. Concl. 5.

1 VIri ſancti ſibi timent, qũ ſibi ſuccedunt proſpera car 85
2 Deus eſt uera merces ſanctorum 86
3 Terra promiſſionis erat poſſidenda à filijs Iſrael ſolum: quã diu remanerent in cultu Diuino. 87
4 Non peruenitur ad Regnum Dei: quamuis alicui certò dandum: niſi per uarias tribulationes 88
5 Vita æterna datur ex iuſtitia filijs Abraham 89

Ex cap. XVI. Concl. 5.

1 MAla pœnæ cauſantur a Deo. & ab ipſo tanquam cauſata accipienda ſunt. 89
2 Prælati malè agũt, diſſimulãdo nimis defectus ſubditorũ. 90

3 Deus

3 Deus propter iudicia ſua occultiſſima tribulat nos quandoque 90
4 Deus uult nos ſubijci noſtris ſuperioribus 91
5 Ad probandam humilitatem maiorum uel ad conſeruandã ſiue augendam eandem, uel ad merendum, uel ad ſimile quid Deus concedit quandoque aliqua dona inferioribus: quæ denegat ſuperioribus. 91

Ex cap. XVII. Concl. 6.

1 PErfectio noſtra conſiſtit in ambulare coram Deo; idest in ambulare ſemper in omnibus uijs noſtris, ac ſi eſſemus (ut uerè ſemper ſumus) coram Deo, idest in habere ſemper Deum præ oculis 92
2 Debemus grati magis ac magis eſſe Deo toties, quoties nobis beneficiũ de nouo impendit, nec nobis uel noſtris meritis aſcribere beneficium aliquod. 93
3 Nomina diuinitus impoſita hominib. ſignificant dona illis à Deo collata 94
4 Circumciſio data eſt in ſignum, nõ in cauſam, iuſtificationis. 94
5 Promiſſa Dei intelliguntur cum conditione hac. ſi ſ. cuſtodierimus mandata eius. 96
6 Riſus Abrahæ proceſſit ex magnitudine fidei; tantum abeſt, ut ex uacillatione in fide proceſſerit. 96

Ex cap. XVIII. Concl. 5.

1 OPera charitatis ſunt exercenda cum maxima charitate Hoc eſt, hoſpites ad hoſpitium non modo inuitandi ſunt & recipiendi: ſed etiam debemus habere pro maxima gratia que aliquis Dei ſeruus uelit acceptare ſeruitium noſtrum. 98
2 Vnus & idem effectus poteſt eſſe bonus uel malus, ſecundum cauſam, unde procedit 98
3 Adeo Deus ſeruis ſuis deficere non uult; ut etiam dicatur, hoc non poſſe. 98
4 Non eſt præcipitandum in ſententijs: ſed diligenter examinanda omnia. 99
5 Societas bonorum expetenda non tantùm ut per eos boni fiamus ſed etiam ut per eorum merita nobis parcatur. 99

Ex cap. XVIIII. Concl. 5.

1 HOſpites tenentur de iure naturali conſeruare eos, qui apud ſe hoſpitantur 100
2 Peccator, cum in profundum peccatorum uenerit, cõtemnet. ibidem
3 Poſt inceptionem uiæ ſalutis reſpicere (hoc eſt, redire ad priſtinam uanam conuerſationem, uel circa occaſiones peccatorum commorari) eſt periculoſum, ne totaliter pereamus. ibidem
4 Punitiones aliquorum ſunt ad utilitatem cæterorum ſeu Eccleſiæ Sanctæ Dei 101
5 Periculoſiſſimum eſt cohabitare quibuſcunque mulieribus. car 101.

Ex cap. XX. Concluſ. 5.

1 LIcet occultare ueritatem, ſine mendacio tamen (uide c. 12 con 7.) 101
2 Aliqua ignorantia, etiam ſi in ſpecie uideatur excuſare, non excuſat (uide ibid concl 8). 102
3 Deus pugnat pro ſeruis ſuis 103
4 Orationes ſanctorum uirorum multum nobis proſunt. car. 103
5 Comminationes diuinæ intelliguntur cum hac conditione, ſi ſ. perſtiterimus in malo, etiam quòd abſolute proferantur. 103

Ex cap. XXI. Concluſ. 3.

1 OBedientia eſt ita Deo placita, ut Deus, in bonis nos uelit obedire etiam inferioribus 103
2 Timor ſeruilis ſolus non ſufficit ad hæreditatem cæli capeſſendam 104
3 Longanimitas eſt neceſſaria ſeruis Dei. ibid.

Ex cap. XXII. Concluſ. 5.

1 DEus uult, ſe ſuper omnia diligi à nobis. 104
2 Obedientia debet eſſe prompta, nec ſecundum rationẽ ullas difficultates expaueſcere, nec aliqua apparentia impedimenta in excuſationem adducere. ibidem
3 Deus dicitur plerumque in ſacra ſcriptura cognoſcere, quãdo facit nos cognoſcere. ibidem
4 Iurare per Deum non eſt illicitum ibidem
5 Deus non eſt ingratus facientibus, aliquid propter ſeipſum. 105

Ex cap. XXIII. Concluſ. 4.

1 LIcet plorare amicos mortuos. 105
2 Adorare hominem ſuper terram, adoratione duliæ, eſt licitum. ibidem
3 Licitum eſt emere fundum, in quo ſit ſepulchrum, uel Eccleſia, quamuis non ſepulcrum, nec eccleſiam. ibidem
4 Sepelire mortuos & hoc in ſepulchro parentum ſuorum uel ſanctorum, uel aliàs propinquorum eſt licitum. ibidem

Ex cap. XXIV. Concluſ. 5.

1 IVramentum eſt licitum quandoque. 106
2 Licitum eſt cum debita reuerentia petere a Deo ſignũ ad hoc, ut inſtruatur quis, quid circa aliquod factum ſit placitum Deo. ibidem
3 Ad omne beneficium gratias agamus Deo ibidem
4 Obedientiam explere a nobis plurimum debet eſſe cordi. ibidem.
5 Diligere intenſe uxorem ſuam eſt laudabile. ibidem

Ex cap. XXV. Concluſ. 5.

1 ORationes noſtræ ſunt ad hoc, ut impleatur uoluntas Dei circa aliquod negocium. 107
2 Prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum. ibidem
3 Orationes adhibendæ ſunt pro illis etiam rebus, quæ ineuitabiliter uenturæ ſunt ibidem
4 Boni & mali, eiſdem pro tempore inueniti ſunt. 108
5 Iacob in acceptione primogenituræ non peccauit. 109

Ex cap. XXVI. concluſ. 7.

1 FIlij à Deo temporalibus bonis quandoque donantur propter bona opera parentum etiam quod ipſi filij ſint mali. 109
2 Licet celare Veritatem (uide cap 12 con 7.) ibid.
3 Amplexus, oſcula & huiuſmodi ſunt licita inter coniuges. 110
4 Adulterium apud gentiles etiam habebatur pro peccato; & magno ibidem
5 Adulterium morte puniebatur apud gentiles. 111
6 Cedere, & dare locum iræ, ſeu inuidiæ aliorum decet homines ſanctos. ibid.
7 Bonitas eſt tanta uiri, ut etiam homines nequam amare illũ tandem cogantur, & conſequenter ijdem qui eiiciebant, atque eijciebant uirtuoſum ipſum tandem coacti ſunt diligere & cum illo ipſo conſortium amicitiamque iungere pro maximo ducere. ibidem

Ex cap. XXVII. Concl. 4.

1 OBedientia adeo ſecura res eſt ut uerus obediens in dubijs nullum malum patiatur, etiam quod iniungens obedientiam erraret, & maledictionem dignus eſſet. 112
2 Celare ueritatem factis, licet. (uide cap. 12 concl 7 & cap. 26 con 2) 114
3 Non ſemper ſenſus litteræ in ſacris litteris eſt ſumendus, licet ſemper ſenſus litteralis. 118
4 Benefacta aliorum mali in malum interpretantur. 119

Ex cap. XXVIII. concl. 6.

1 QVãdoq; in ſcriptura prius ſummatim dicitur id, quod poſt per partes ſingillatim narratur. 119
2 Verus obediens, etiam antequam obedientiam compleat, à Deo

Deo maximas conſolationes recipit. 130
3 *Locus Deo dicatus (puta templum, chorus) multum eſt venerandus.* ibidem
4 *Licitum (eſt etiam natura dictante) ædificare templa, ſeu domos Dei, & hoc licet ubi etiam, ubi aliquid diuinum apparuit.* 131
5 *Licet vouere etiam conditionaliter.* 131
6 *Sub voto etiam illa, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis cadere poſſunt.* ibidem

Ex cap. XXIX. Concl. 4.

1 *FRatres ſumuntur in ſcriptura pro conſanguineis, etiam quod non ſint germani.* 131
2 *Amor facit breue, & leue, id quod longum alias, & graue eſt.* ibid.
3 *Deus moleſtias ab alijs deſpectos colligit; & donis priuat, quos magis amari videt ab alijs.* 126
4 *Boni coniuges debent amare ſe inuicem propter prolem habendam, & non facere, quòd amor ſit principalis cauſa coniugij.* 127

Ex cap. XXX. Concl. 5.

1 *MVltum deſiderabatur proles ab antiquis ſanctis.* cap. 128.
2 *Ex beneficijs acceptis maiorem de accipiendis fiduciam debemus ſuſcipere.* ibid.
3 *Ex conſortio uerorum temporalia etiam bona malis accreſcunt.* 129
4 *Prouidere familiæ ſuæ, & multo magis ſibi, eſt de iure naturali.* ibid.
5 *Imaginatio facit caſum.* 129

Ex cap. XXXI. concl. 6.

1 *DEus non ſinit malos nocere quantum volunt nec quantum poſſunt.* 129
2 *Deus facit vindictam iniuriam patientibus* 129
3 *Votum factum Deo, & dedicare ei eccleſiam, eſt gratum Deo ipſi* 130
4 *Deus tantam ſuorum prouidentiam habet, ut etiam ſolicitus ſit, ne quiſquam in verbis noceat illis.* 130
5 *Quando per bonum eſt, ut boni rationibus falſis obſtruant os loquentium contra ſe, ipſis bonis iniqua* 131
6 *Tandem impij amicitias iuſtorum, quos prius affixerant, quærere ſolent. & hoc propter eorum influxus (vide ca. 26. concl 7)* 131

Ex cap. XXXII. Concl. 7.

1 *APparitiones diuinæ fiunt ſecundum exigentiam negotiorum: accommodatæ ſunt ad ea negocia pro quibus apparent* 131
2 *Homo non debet omittere facere illa, quæ recta ratio dictat in periculis, etiam quod ſit aſſecuratus à Deo de euaſione, aut de victoria, ſeu bono ſucceſſu in illis.* 134
3 *In tribulationibus debemus recurrere ad Deum, non deſperare* 132
4 *De beneficijs acceptis debemus rememorari in orationibus, anteq́uam petitionem noſtram offeramus Deo.* 132
5 *Oratio debet fieri ex humilitate, ut exaudiatur.* 133
6 *Munera placant homines* 133
7 *Opera facta ab Angelis in corporibus aſſumptis ſunt ad aliquid ſignificandum tantum.* 133

Ex cap. XXXIII. Concl 3.

1 *COr regis in manu domini eſt, & conſequenter cor cuiuſque, & quocunque voluerit vertet illud* 133
2 *Datur adoratio Duliæ, & hoc etiam malis, eo quòd videlicet in aliquo excellant, adorare licitè poſſumus.* 134
3 *Quando homo liberatur ex anguſtijs, debet hoc omnipotenti Deo aſcribere, non ſuis meritis.* 131

Ex cap. XXXIIII. Concl. 3.

1 *CVrioſitas, inuerecundia, et quod mulier oſtendat ſe aſpectibus aliorum maximè incitamentum; eſt cauſa multorum malorum* 131
2 *Licitè diſſimulat quis aliquid, cum illi prouidere non poteſt.* 137
3 *Peccatum luxuriæ, ſeu amor inordinatus mulierum puerorũ vel &c aliquando eſt cauſa ſubuerſionis etiam ciuitatum rerum publicarum familiarum vel &c.* 137

Ex cap. XXXV. Concluſ. 4.

1 *ALtaria ita Deo placent, ut etiã de illis faciendis præcipiat: ac pro gratijs referendis illa accepta, & competet illa in numero gratiſsimus habenda* 137
2 *Volens Deo gratias referre illi acceptas debet bene viuere vel ſaltem de malo actu conteri prius.* 138
3 *Locus ubi fit aliqua diuina apparitio licitè poteſt vocari Domus Dei, ac Deo Dicari ſine altare ibi conſtruendo, ſiue eccleſiam.* 138
4 *Ab antiquo S. Patres ſepulturas non tantum pro mortuis fecerunt: ſed etiam ſepulturas nobiles, & conſequenter licitò ſunt à chriſtianis, niſi aliud obſtat.* 139

Ex cap. XXXVI. Concl. 2.

1 *PRo anima ſumitur quandoque compoſitum quod ſuis anima ſenſibili præditum ſeu (quod idem eſt) quodam animal* 139
2 *Sufficit ad hoc quod dicat quis verus pater hominis alicuius, ut diſponat ſufficienter materiam ad introductionem animæ rationalis: licet non aliter generet, neque creat animam rationalem.* ibid.

Ex cap. XXXVII. Concl. 7.

1 *GErere curam proximorum eſt de iure naturali.* 139
2 *Parentes, & conſequenter alij, licite amant magis illos de ſuis, quos genuerunt meliores.* 140
3 *Somnia aliquando immittuntur à Deo ad aliquid ſignificandum.* 141
4 *Infirma mundi elegit Deus, minora, & ea quæ non ſunt, ut fortiora, celſiora, & ea, quæ ſunt, deſtruat atque confundat* ibidem
5 *Odientes nos debemus (etiam quòd lex euangelica non eſſet) amare, de illorum bonis ſolicitari, illos iuuare: & conſequenter malũ pro malo non reddere, ſed eſſe ſimplices in malo.* 142
6 *Multa conſilia cõtra Chriſtũ ſæpius fecerũt Iudæi* 143
7 *Chriſtus ſecundum humanitatem paſſus eſt, non ſecundum diuinitatem, licet hac vera ſit prop. Deus paſſus eſt.* 148

Ex cap. XXXVIII. Concluſ 3.

1 *MOllities eſt peccatum ſummopere Deo diſplicens, aliàque ſeminis emiſſio.* 149
2 *In foro conſcientiæ aliqua ſunt mala; quæ non ſic reputantur eſſe mala in foro fori.* ibid.
3 *In propria cauſa decipitur quis, qui tamen in aliena benè ſe habet.* ibid.

Ex cap. XXXVIIII. Concl. 8.

1 *PRæſentia Dei per gratiam nobiſcum, eſt ratio; quòd omnia nobis proſpere ſuccedant.* 150
2 *Poteſt quis ſcire coniecturaliter, ſe habere gratiam Dei: & opera ſua digna a Deo, ut pote placentia illi.* 151
3 *Propter conſortiũ bonorũ proſperantur quãdoque mali.* 151
4 *Recordatio condigna beneficiorum Dei eſt maximum præſidium, ac firmum conſtringens nos ad hoc; ut vitemus peccata.* 151
5 *Quandoque ſtuprum non ſumitur pro ſpecie diſtincta ab adulterio; ſed accipitur pro adulterio.* 152
6 *Gratia hominũ difficile acquiritur, eſt facile perditur.* 152
7 *Maxime confidendum eſt in Deo, præſertim in tẽpore, quãdo derelinquimur ab hominibus.* 152
8 *Iuſtus & in proſperis, et in aduerſis ſemper eſt idem; ſemper ſuper omnes res mundi; & nunquam ſubieſſit.* 152

Ex cap. XXXX. Con. 3.

1 *IOſeph figurauit Chriſtum ad limbum deſcendentem; & in mundo conuerſantem.* 153
2 *Exiſtentes in tribulationibus debent exercere ſolicitè operã miſericordiæ tum corporalia, tum ſpiritualia: & per hoc liberabun-*

liberabuntur à tribulationibus ſuis. 153
9 Res proſperæ ſæpius cauſant in nobis obliuionem Dei, benefactoris noſtri. 154

Ex cap. XXXXI. Concluſ. 7.

1 DEus promtior ad miſerendum eſt, quàm ad puniendum, & etiam facit cum tentatione prouentum ut poſſimus ſuſtinere. 154
2 Exiſtentes in neceſſitate reminiſcimur multotiens eorũ, quorum opera nobis neceſſaria eſt, licet prius obliti eorum fuerimus. 154
3 Antequam repræſentemur ante Deum) ſiue in choro, ſiue in Miſſa, ſiue aliàs) orando debemus nos præparare. ſ. in reijciẽdo ſuperfluas cogitationes, & nouã notã proponendũ 154
4 Deus habet maiorem Prouidentiam quantum ad effectum, de exiſtentibus in ſublimitate, quàm de inferiorib ut ſic. 155
5 Sicut Deus dat nobis ſupra id, quod petimus: ita boni quando viderint hoc expedire, tribuunt alijs ſupra id, quod ab ipſis petitur 156
6 Sacra ſcript. utitur vulgaribus modis loquendi pro captu noſtro. 156
7 Grati Deo eſſe debemus de beneficijs receptis, & nobis proponere aliquod memoriale ad recordandum de his, nẽ obliuio ſurrepat, & illa maxim[e] pendere. 156

Ex cap. XXXXII. Concluſ. 4.

1 IVramentum eſt quandoque licitum, & etiam iurare per creaturas, ut ſ. relationem habent ad Deum. 156
2 Somnia immittuntur à Deo ſecundũ connectentiam ad rẽ per ſomnia ſignificatam aliquo modo. 157
3 Quando patimur nouam pœnam ſine noua culpa, debemus, illam pœnam, ex peccatis veteribus prouenire. nobis perſuadere: Noſtram iniquitatem ex illa pœna tanquam excitari ad memoriam reuocare; Dei iuſtitiã in illa pœna laudare. 157
4 Prælatus in corrigendo ſubditos debet ſeruare duo ſ. exterius duritiẽ diſciplinæ, & interius dulcedinẽ amicitiæ. 158

Ex cap. XXXXIII. Concluſ. 4.

1 SApientis eſt mutare conſilium melius penſatis cauſis, & acquieſcere etiam minoribus rationabilia loquentibus. 158
2 Vnumquidque recipitur per modum recipientis, & qualis unuſquiſque eſt, taliter alia facillime interpretatur 158
3 Iure cum excommunicatis interdicimur communicare, cum hebrais balneari, & huiuſmodi. 159
4 Ioſeph, in dando partes ipſi Beniamin, repræſentauit; quòd Deus plura beneficia contulit homini; quàm alijs. 159

Ex cap. XXXXIIII. Concl. 2.

1 PEccatum ſecundum dictamen naturalis rationis eſt abhominabilius, quàm ſeruitus temporalis, Immo propter peccatum fugiendum eligenda eſt ſeruitus talis, & qualibet pœnalis. 160
2 Bona conſcientia ſecura ubique eſt & ſecurè loquitur ubiq; etiam ſi habeat multos, & magnos, contraria uiſitantes obtendentes 161

Ex cap. XXXXV. Concl. 6.

1 VErè pœnitentibus, de offenſis contra nos factis non poſſumus cum bona conſcientia negare, & ueniam & amicitiæ ſigna, & pacem, quando talem nos illorum pœnitentiam cognoſcimus. 161
2 Deus ex malo elicit bonum, etiam contra opinionem humanam. 163
3 Quando quis contrauenitur voluntati Dei ſecundum unam rationem, tunc ipſe nolens adimplet voluntatem Dei ſecundum aliam rationem, adeò diuina voluntas eſt omnipotens. 173
4 Pœnitentes animandi ſunt ad ſpem, & fiduciam, non autem in deſperationem, inducendi ibidem
5 Ioſeph, ad totaliter peragendam pœnitentiam à fratribus, uoluit, quod ipſi fratres referrent patri ſuo, ipſum Ioſeph uiuere eſſe in Aegypto, eſſe Dominum terræ. 164
6 Ioſeph in multis figurauit Chriſtum hoc in capitulo Geneſ. 45. 164

Ex cap. XXXXVI. Concl. 3.

1 IN ſacra ſcriptura quandoque ſumitur unum et perſona pro ſeipſa quandoque pro poſteris ſuis tantum 166
2 Deus cognominatur in ſcripturis conformiter ad effectus factos tunc, uel in breui fiendos per eum. 167
3 Illemet, quaſi peccat, debet ſatisfacere pro peccato, eo modo, quo peccauit ſi poteſt. 167

Ex cap. XXXXVII. Conlc. 5.

1 SAncti viri iudicant tædioſum, quod mundani gaudioſum, & amarum, quòd iſti dulce. 168
2 De iure gentium ſacerdotibus debentur temporalia à laycis, nec grauaminibus Regum temporalium debent moleſtari 169
3 Licite quis ſolicitus eſt de ſepultura ſui corporis, & in quo loco ſepeliendum ſit 171
4 Iurare, ſi ſuis conditionibus requiſitis ueſtiatur, eſt licitum 170
5 Adorans imaginem adorat illum tunc, cuius eſt imago. ibidem

Ex cap. XXXXVIII. concl. 6:

1 DEus nobis multotiens concedit pluſquam ſperamus, & petimus. 174
2 Proprium bonorum eſt habere ſemper Deum præ oculis. 174
3 Hoc nomen Pater, ſumitur quandoque pro auunculo. 175
4 Generationes horum inferiorum cauſantur miniſterialiter ab Angelis, & auctoritatiuè à Deo; ibid.
5 Formis benedictionis etiam ſacramentalis (à proportione loquendo) poſſumus addere aliquid, dummodo additum nõ ſit corruptiuum formæ, neque intentio addentis ſit mala. 176
6 Humilitas Chriſti, eiuſque ſublimitas in Effraim mirabiliter expreſſa eſt. ibid.

Ex cap. XXXXIX. Concl. 3.

1 AD audiendum verbum Dei requiritur attentio atque deuotio 177
2 Sacramentum altaris dat multas conſolationes ſpirituales, & impinguat deuotione illos, quòd ſe bene regunt, atque gubernant. 178
3 Mala etiam culpa eo modo, quo permittuntur à Deo ſunt bona, atque benedictiones. 180

Ex cap. XXXXX. Concl. 3.

1 MOs condiendi corpora aromatibus fuit Iudæis, etiam ante legem datam. 181
2 Quod Bona ex malis prouenirunt, à Deo eſt, non à natura malorum. 182
3 Aliud eſt ſepultura, aliud depoſitum. ibidem

Expliciunt concluſiones litterales, demptis paucis allegoricis, ſuper totam Geneſim, quę in uniuerſum conſurgit in concluſiones 295.

INDEX RERVM
MEMORABILIVM.

A

ABEL Deo placuit per fidem. 47
Abel occiſio quid figurauerit cum ſubrogatione alterius. 56
Abraham cur poſt uictoriam timeret. 85
Abrahæ ritus unde proceſſerit.
Abrahā nihil poſſedit in terra promiſs. 104
Abrahā quomodo in obediētia maxima fuerit ſtabilis. 104
Abraham quõ intelligatur data terra promiſſionis. 166
Abraham, & Iſaac quõ dicantur ambulaſſe in conſpectu Dei. 174
Abraham cur plorauerit Sarram. 105
Abſtractorum, & concretorum differentia. 28
Abſtinentia quam ſit Deo grata 18
Abſtinentiæ præceptum iniunctum fuit Adamo ad ſolam obedientiam habendam.
Abundantia cur in ambobus ſomnijs Pharaonis præmittatur. 154
Abundantiam, & cariſtiam opponi. 154
Abuſu beneficio. 128
Actio una quomodo procedat a duobus agentibus. 11
Accuſare ſuum peccatum, eſt iuſtorum proprietas. 30
Accuſatio quomodo non ſit mala. 139
Adam poſt innocentiam amiſſam erubuit de nuditate. 27
Adam ubi es quod modis intelligatur. 28
Adam ſi peccauit, id non fuiſſet ex eius libero arbitrio, ſed etiam ex Deo. 28
Adam, & Eua ſe excuſando quomodo accuſarent. 30
Adam uoluntariè peccauit non coactus. 31
Adam a quo fuerit inductus ad comedendum. 32
Adam quõ magis peccauerit quam Eua, & ecõtrouerſo. 31
& quomodo æqualiter. 33
Adam merito fruſtratus eſt ſpe remiſſionis peccati. 33
Adam cur uocauerit mulierem Euam. 39
Adami penitentia unde, quomodo, & qualis fuerit 40
Adam & Eua educti à delicto ſuo. 40
Adam quomodo pœna ſenſus, ac damni punitus. 41
Adamus cur uxori complacuerit. 41
Adā nomē q d ſignificet, & quõ propriū primi hominis. 56
Adam cur dicatur genuiſſe filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. 66
Adam quæ ſcientia ignoraret bonum, & malum. 13
Adam quomodo impeccabilis a Deo factus. 13
Adæ anima, & corpus ſimul formata. 16
Adamus erat in ultimo ſtatu perfectionis, quando inſſit illi Deus ut operaretur uirtuoſè. 17
Adamus nulla neceſſitate ſed propria uoluntate peccauit. 19
Adam mortuus eſt ex culpæ demerito. 20
Adā ſi non peccaſſet in iuuentute ſemper permanſiſſet. 20
Adam fuit perfectus in ſcientia rerum naturalium. 20
Adam in Paradiſo perfectè cognouit incarnationē Xpi. 21
Adam cognitio multiformis atque admirabilis, & naturalibus, & ſuper naturalibus. 21
Aditio quõ poſſit fieri ad ſacramentorum formam. 176
Adoratio propter quid exhibeatur. 54
Adoratio dulia quæ. 134
Adoratio duliæ quod exhiberi poſſit Papæ. 135
Adoratio quod non ſignificet ſolum latriam. ibid.
Adorans ſignū alicuius quod dicatur adorare illum. 173
Adorantes ſculturas quomodo dicebantur fatui. 173
Adorantes imagines Chriſtiani quo nõ poſſint dici fatui. 173
Adorare homines ſuper terram quomodo ſit licitum. 105
Aduerſa propter peccata uenire quomodo intelligatur. 109
Aduerſa mundi quomodo ſint utilia. 154
Adulterium quomodo maius apud gentiles peccatū erat quam homicidium. 77
Adulterium æſtimare maius peccatum, quàm homicidium quomodo ſit erroneum. ibid.
Adulterium ſimili pœna ut homicidium compēſari debet, licet non æquali. ibid.
Adulterium quod ex ſola lege naturali haberetur pro peccato. 110
Adulterium unde dicatur. ibid.
Adulteriū quod apud gentiles morte puniebatur. 111
Aegyptus quomodo interpretetur. 144
Aeternum quid ſit. 4
Affluentia bonorū tpaliū quõ non indicet breuitatem hominis. 109
Agar quomodo fugiendo duplicem culpa admiſerunt. 91
Altaria ædificare naturali gratitudine conſentaneum. 75
Altaria quantum placeant Deo. 137
Altaria ædificare quod liceat ibi ubi aliqua miracula facta ſunt. 76
Alteratio exteriorum quõ aſſimiletur accidentibus. 178
Amare parum Deum quod ſignum ſit. 128
Ambulans ſimpliciter quid dicatur. 113
Ambulare ſecundū caput ſuū quantū Deo diſpliceat. 103
Ambulare coram Deo quo intelligatur. 93
Ambulare cum Deo quomodo accipiatur. 58
Amicitia inter Angelum, & hominem ante peccatum. 44
Amicorum proprium quid. 105
Amon occiditur a ſeruis & cur. 34
Amor Dei quomodo edificiet ciuitatē Hieruſalē, & amor ſui Babiloniam. 74
Amor mulierum quantorum malorum cauſa ſit. 137
Amor noſter in Deum propter nulla rem retardari debet. 104
Amoris effectus. 115
Amor quod contraponatur labori. ibid.
Amoris proprietas quæ. ibid.
Amplexus, oſcula & huiuſmodi quomodo ſint licita inter coniuges inter alios uero peccata mortalia. 110
Angeli inferiores miſſi nominantur quoque nomine ſuperiorum mittentium. 44
Angelorum quatuor ordines ſuperiores nõ mittuntur in exterius miniſterium. ibid.
Angelorum bonorum zelus ſuper quorumcunque amicitiā honoris diuini. ibid.
Angelus Moyſi loquens quomodo uocetur Deus. 8
Angeli à principio cognouerunt incarnationem Chriſti, cū quæ iuſſi ſunt adorare. 24
Angeli cur corpora aſſumant. 138
Angelorum opera in corporibus aſſumptis ad q d fiant. 138
Angelus cur a Ioanne Adorari noluerit. 135
Angeli quomodo Babilonem curarent & ipſa non ſit curata. 147
Angeli mali, quod ſint maximè contra Iudæos. 147
Angeli quod cuſtodiant homines. 175
Angeli cur dentur ad cuſtodias. 175
Angeli quod cognoſcant ſingularia materialia. ibid.
Animæ fidelis ſponſus. 74
Animæ irrationalium unde ſint. 9
Animalia quomodo ſubdita ſunt homini. 22
Animalia quõ poſt peccatum dominari poſſint ab homine
Animalia fera coram ſanctis humiliabantur. 13
Anima eſt forma corporis. 16
Anima ſine corpore non habet eſſe perfectum in ſpecie. 16
Anima rationalis à Deo eſt. ibid.
Anima rationalis immortalis & cur. ibid.
Anima uegetalis & rationalis non ueniunt extrinſecus. 16
Anima rationalis ſecundum Ariſt. immortalis. ibid.
Anima Adæ intellectiua & tanquam norma ad percipiendum quomodo aliorum hominum animæ producantur. 17
Anima quomodo dicatur ſterilis. 136
Anima quandoque ſumitur per toto animali. 139
Animus delinquentis quomodo corrigatur. 159
Animam ſuam quis in hoc mundo amet. 168
Anima quomodo ueſtis dicatur. 164
Animam ſua in manibus ſuis habere quid ſit. 169
Anima quomodo fiat prudens. 80
Anima hominis quomodo ſit cœlum. 178

Animalis homo quis ſit. 179
Animaduerſio in peccatorem. 100
Animalia ſacrificanda cur ab Abraham diuidantur. 87
Antiquitas quomodo maiorem auctoritatem imponet. 84
Annunciationum temporum differentia. 57
Apparitiones diuinæ quomodo fiant. 131
Apoſtolus quomodo ad Dei ſe familiam ſpectare oſtendat. 54
Apoſtoli quo nunciarent quę uiderant in Ægypto. 166
Aqua quomodo ſit locus terræ. 8
Aquę cur iuſſæ fuerint congregari in locum unum. ibid.
Aquę cur modo non cooperiant terram. ibid.
Area typum gerit Eccleſię. 63
Archa Noe quod modis Dei Eccleſiam figurauit. 65
Articulus SS cur ponatur in ſymbolo penes articulum ſanctæ Eccleſiæ. 216
Aſer quomodo interpretatur. 178
Aſer panis cur dicatur pinguis. 179
Item cur dicatur præbere delicias regibus. 179
Aſer panis quomodo ſit figura ſacramenti altaris. 179
Aſtrologia naturalis quæ ſit, & quod eſt bona. 9
Aſtrologia iudiciaria quæ ſit, & quod non licita & cur. 9
Aſſentire S. M. Eccleſiæ quam bonum. 103
Aſtutia diaboli in quo conſiſtat. 214
Auaro tam deeſſe, quod habet quam quod non habet. 124
Auctoritati Eccleſiæ magis ſtandum quam cuiuſcunque doctoris. 162
Auferentes à ſacerdotibus bona temporalia. 170
Auditus duplex. 178
Audientes uerbum Dei ſunt tantum exteriori. ibid.
Auxilium diuinum quomodo omnibus detur aut non. 8
Auxilium diuinum omnibus paratum eſt. ibid.

B

BAbilon non curata quod ſit Iudęorum populus. 147
Baptiſmus ad quid obliget. 17
Beata Virgo ex Dei priuilegio nunquam peccauit. 46
Beata Virgo in paſſione filij Dei totum fidem unam integram ſeruauit. 68
Beatam Virginem in paſſione filij quodam ſtupore dubitaſſe quomodo intelligatur. 97
Beata Virgo quomodo ſit uerißima Dei mater. 159
Beati quomodo de ſeruitijs ſibi factis ſint pati. 98
Beatitudo noſtra in quo conſiſtat. 86
Benedici à Deo quo uere poſſit homo. 15
Benedici ſeu maledici hominem à Deo quomodo intelligatur. 15
Benedictio filiorum à Iacob deſiderata quid eſſet. 175
Benedictus quot modis Chriſtus. 26
Benedictio operatiua, & ſacramentalis quomodo differant, & conueniant. 176
Benefactorem amare quomodo teneamur. 69
Beneficia cur nobis conferantur à Deo. 17
Beneficia quomodo ab homine cuſtodiantur. 18
Beneficiatus beneficium non cuſtodiens eo priuatur. 18
Beneficia cur debeamus aſcribere & de ijs gratias agere. 93
Beneficia diuina ſibi exhibita cur unuſquiſque recolere ubi debeter. 128
Beneficia accepta in oratione rememoranda antequam aliquid petatur. 192
Beneficiorum natura quæ. 72
Beniamin quomodo magnus præ Ioſeph. 128
Beniamin quomodo humanum genus repræſentauit. 159
Bona in proximum profunt, & proximo, & facienti ea. 18.
Bona uoluntas in beatis quid erit poſt diem iudicij. 34
Bona temporalia quod non ſint uere bona. 109
Bona hic habita quomodo ſint cauſa multorum malorum. 269
Bonas ſocietates non amplectentes cur in mala ruant. 129
Bonæ res quandoque malorum figura ſunt. 36
Bonitas Dei in quo conſiſtat. 28
Bonitas Dei magna. 34
Bonitas uitæ quod omnia aduerſa uincat. 181.
Bonitatis quanta ſit uis. ibid.
Bonitatis uis quomodo noſcatur. 212
Boni, & mali quomodo eodem tempore in Eccleſia reperiantur. 168
Boni quomodo ſint oues. 129
Boni quomodo etiam ſecundum malos non errauerunt. 132
Boni non debeant ęgre ferre irriſiones malorum. 115
Boni quantum æſtimentur à Deo. 151
Boni quomodo uocentur liberi. 161
Bonorum prouidentia, & malorum ſtultitia in quo appareat. 48
Bonum ex integra cauſa malum uero omnifariam contingit. 142
Bonum tantum à Deo procedere. 181
Bonum quomodo ſit ſui ualde diffuſiuum. 21.158

C

CApertinſtorum Chriſtus malorum diabolus. 50
Carbones congere ſuper capita inimicorum, quid ſit. 143
Canitia in pęnam peccati originalis datur hominibus. 49
Caro ab Adam deſcendens quomodo ſit caro peccati. 38
Catechiſmus quid ſignificet. 44
Catholici cur credant ſic uel ſic. 109
Cauſæ ſecundæ unde eſt quod dentur. 10
Cauſæ primæ actione ceſſante nihil poſſet facere cauſa ſecunda. 11
Cauſa peccati, peccati ſufficiens nulla creatura præter uoluntatem eſſe poteſt. 31.32
Cauſa quomodo diligentiſſimè examinari debeat ante prolationem ſententiæ. 73
Cauſa propriè uero in propriè quæ. 95
Caym quomodo fratricidium commiſerit. 58
Caym cur occiderit Abel. ibid.
Caym peccauit in Spiritum ſanctum & quomodo. 48
Caym cur remiſſus ſit ſine perſcriptione pęnæ. 58
Caym abominandus 54
Cęcitas mentis quę. 278
Cœlum, & terra cur renouabuntur. 62
Centuplum accipere quomodo intelligatur. 75
Cenſuras multas eſſe contra non reddentes decimas. 170
Ceremonias quæ ſit ab Epiſcopis in initio ædificationis Eccleſiæ quod fuerit ab antiquo figurata. 122
Certamen pium inter nos, & Deum. 93
Cerua S. Ægidium lactauit. 13
Charitatis opera quomodo exercenda. 98
Charitatis opera quomodo ligent Deum. 98
Charitatis mandatum cur uocetur nouum. 125
Charitatis operum effectus. 153
Chriſtus habet unam perſonam, & duas naturas. 21
Chriſtus nullo modo peccare potuit. 38
Chriſtus quare dicatur habuiſſe ſimilitudinem carnis peccati non autem carnem peccati. 38
Chriſtus non fuiſſet Chriſtus ſi aliquo modo peccare potuiſſet. ibid.
Chriſtus quomodo ſit cum Eccleſia uſque ad conſumationem ſeculi. 65
Chriſtus quomodo de fide Centurionis miratus dicatur 73
Chriſtus quod ſit Abraam maior. 82
Chriſtus magis ſollicitus de obedientia quam de cibo. 106
Chriſtus quomodo ſolus Eccleſiæ fundamentum. 122
Chriſtus cur piſcatores elegerit. 127
Chriſtus, quod magis à patre diligatur cunctis fratribus. 140
Chriſtus quam accuſauerit fratres ſuos apud patrem. ibid.
Chriſtus omnibus utilis. 145
Chriſtus quod melius dicatur paſſus quam natura humana in Chriſto paſſa. 148
Chriſtus cur dixerit regnum ſuum non eſſe de hoc mundo. 164
Chriſtus cur gentilibus ipſum uidere cupientibus reſpondens mentionem faciat de grano mortificando. 165
Chriſtus cur dicatur expectatio gentium. 176
Chriſtus cur uocauerit ſe maiorem uel minorem. 177
Chriſtus cur dederit illa reſponſionem diſcipulis S. Ad ſepeliendum me fecit. 181
Chriſtus quomodo Aquila. 75
Chriſtus quomodo dicatur genitus à patre in ſenectute quo ad diuinitatem. 140
Chriſti manuncula. 74

Chriſti

Chriſti uelle eſt poſſe. 82
Chriſti iuſtus ſemper appaitura. 141
Chriſtianorum quidam cur maiorem fiduciam in Deum habere teneantur quam alij. 128
Chriſtiani quomodo intent per creaturas. 172
Cibari hominem eſt à Deo præceptum. 18
Cibis non indiguiſſet ſi fuiſſet immortalis. 18
Cibi cur prohibeantur in Eccleſia. 27
Cibos non prohibi ex malitia ſua. 26
Circuncìſio ad quid data. 44
Circuncìſio quomodo ſit ſacramentum antiquæ legis. 94
Circunſtantia in confeſſione explicandæ quæ. 30
Claudicans moribus quis. 144
Cognitio proprij peccati quæ. 28
Comparitarorum ante tribunal Chriſti quatuor genera erunt. 36
Comminationes diuinæ, quomodo intelligantur. 103
Concilium ſuperbiam noſtram retundens. 5
Conditor rerum tam uiſibilium quam inuiſibilium eſt ſolus Deus. 1
Côditio peſſima malorum in hæreticis anthonomatice exiſtens. 119
Conditiones tres requiſitæ ad iuramentum. 172
Concluſiones tractæ a bonis, & malis, ex memoria mortis. 168
Confeſſor quilibet quomodo dicatur non habuiſſe ſimilê, qui conſeruaret legem excelſi. 169
Confeſſio peccati quam accepta ſit à Deo. 28
Confeſſio proprij peccati eſt principiû noſtræ ſalutis. 29
Coniuges quam ob cauſam inuicem ſe amare debeât. 127
Conſilium nullum contra conſilium Domini. 163
Conſcientia erronea quod non excuſet. 102
Conuertens aliquem quomodo dupliciter bene agat. 35
Conuerſi ad fidem per mortem ſanctorum. 56
Contriſtari non debere de mortuis qûo intelligatur. 105
Conſolationes à Deo Iacob ante completam obedientiam 120
Conſilia fratrum Ioſeph contra ipſum qd ſignificent. 143
Contritionis effectus. 159
Contemnêtes ſepelire corpora mortuorum quod multum errent. 171
Coſtam mariti eſſe primariam originem uxoris. 21
Corruptibilia quare molè plicentur. 8
Coruus cibauit S. Antonium & quomodo. 13
Corui pauerunt Heliam. ibid.
Corpus deprimitur ea anima, & non econuerſo. 16
Corpora ſanctorum quod non incinerentur unde ſit. 37
Corpus in principio quomodo conditum ſit proportionatum animæ. 39
Cor humanum quomodo terræ aſſimilietur. 52
Corporis omnes partes cum propter peccatum puniantur. 62
Côrpus, & aîa cur qñq; in præſenti ſimul proſperantur. 62
Contendere cum deo quomodo non poſſumus. 103
Cor inobedientia mactatur. 105
Cor cuiuſque quomodo in manu Dei ſit. 133
Corruptio, unde nulla ſit generatio. 136
Corpora defunctorû quod nam ſola duce diligerentur. 181
Creatio cur prior omnibus a Moyſe tractetur. 1
Creatio quid ſit. 4
Creatorem cur ponatur in ſymbolo poſt ly Omnipotentem. 4
Creatio eſt opus Trinitatis ad extra. 6
Creatio & alia opera in quo conueniant. ibid.
Creauit quandoque ſumitur pro producere. 10
Creaturæ quomodo dum Deum offendimus offendantur à nobis. 54
Crudelitas quomodo à Deo prorſus aliena. 60
Credere quid ſit. 97
Crucem unam fugere uolens in aliam incidit. 103
Crudelitas aliqua quomodo poſſit dici bona. 104
Cruditas uirorû in uxores uituperat, & amor laudatur. 106
Credere tantum uolentem quomodo intelligatur. 109
Credere quid ſit. 124
Credere in Deum quid ſit. ibid.
Curam gerere proximorum, qûo à natura dictetur. 139
Curioſitas, & inuerecundia quod multorum malorum ſit cauſa. 135
Curioſitas magnifacienda. ibid.
Curioſitas cur D. Paulus attribuat peccatorum multitudinem. 136
Curioſitas cur ita noceatur. ibid.
Cuſtodiuit Deus ne Abimelech peccaret in ſe quomodo intelligatur. 102

D

DAns ſuaſionem peccandi quomodo pœnam mereatur ſimiliter dans ſuaſionem beneficiendi mereatur. 35
Decimas non ſoluentes quod peccent. 170
Decimas ſacerdotibus ſoluere quod ſit de iure naturali. 84
Decimas non reddens ſacerdotibus qûo non excuſetur. 84
Decimas dare ſacerdotibus ꝙ nô ſit pura eleemoſina. ibid.
Decimarum dationes quomodo ſit ſufficiês cauſa eſſe Dei ſacerdotem. ibid.
Decimarum partes quod fieri debeant. 85
Decipi quid ſit. 126
Defectus ſubditorum quomodo imputentur prælatis. 90
Deficere uel non perficere ex beneficijs quid importet. 52
Demonum fides qualis ſit. 36
Denominatio alicuius a quo fiat. 40
Deſperatio quomodo ſuper omnia ſit fugibilis. 55
Deſperatio quomodo ſit hominibus periculoſiſſima. ibid.
Deſiderium antiquorû habêdi prolê unde accuſaretur. 128
Deſpectos ab alios quod Deus ſæpe colligat, & amatos donis priuet. 126
Detrahere alicui quid ſit. 116
Deus quo in iubendo ab hominibus deferat. 7
Deus in iubendo eſt ſuauiſſimus. ibid.
Deus non præcipit impoſſibilia. ibid.
Deus quomodo præſupponat ſeruâda à nobis ſua iuſſa. 7
Deus uſque modo operetur, & ceſſauerit ab omni opere ſuo. 8
Deus cooperatur non operibus. 10
Deus ſolus non operatur, ſed & creaturæ. 10
Deo una eſſentia, & tres perſonæ conueniunt. 21
Deus eſt eſſentialiter ipſamet charitas. 28
Deus plus quam nos noſtram ſalutem inquirit. 29
Deus qûo uelit bonam, & malam uitam, & mortem. ibid.
Deus magis appetit nobis indulgere quam nos indulgentiam obtinere. ibid.
Deus cur ad Adamum uenerit. 30
Deus prior cœpit facere, & poſtea docere. 29
Deus cur examinet de peccato uel non. 36
Deus induerit primos parentes tunicis pelliceis. 39
Deus cur primos parentes de paradiſo omiſerit. 40
Deus quomodo creet malum. 44.73
Dei in cauſa nemo cognoſcendus. 45
Deus cur per inſenſibilia caſtiget peccatorem. 46
Deus quomodo principalius attendat affectum, quam cenſum. ibid.
Dei bonitas pluſquam admiranda atque laudanda. ibid.
Deum præcipere alicui ut peccet eſt impoſſibile. 47
Deus quomodo duos habeat oculos. 51
Deus uidet omnia ſimpliciſſimo uno actu. ibid.
Deus qûo nos per ſynderesim admoneat de peccatis. ibid.
Deus non uult aliquos perire. 51.60
Dei ſeruus cur nihil de temporalibus deſit. 53
Deus nô armabit omnem creaturam in ultionem inimicorum ſuorum in die iudicij. 54.70
Dei pugna cum hominibus. 59
Deus quam ſpatium pœnitentiæ offerat peccatori anteqnâ eum puniat. 59
Deus quomodo miſericors, & miſerator & iuſtus. 60
Deus quomodo quaſi inuitus puniat peccatorem. 60
Deus cur mandet ipſi Noê ut in arca ſeruetur. 61
Deus quomodo ſolus bonus. ibid.
Dei gratia quo poſſit præſeruare hominem à quocunque peccato. 63
Dei gratia defectus qûo ratio ſit, qñ quis ab ipſa decidit. 63
Dei iuſtitia punitiua quomodo miſericordiam non excludat. 63
Deus quomodo uelit omnes homines ſaluos fieri. 64
Deus cur uellet ibi offerri ſacrificia. 68
Deus quomodo placetur. 69
Deus totaliter immutabilis. ibid.
Deus quomodo poſtquam iratus fuerit miſericordiæ recordetur. 70

Deus quod ex odio non puniat. 70
Deus quod nõ deneget gratiã ſuã facienti quod in ſe eſt. 70
Dei ex beneficijs quomodo quandoque mala eliciamus. 72
Deus quomodo de ingratitudine noſtra miretur. 73
Deus cur dei beneficium homini habet cognoſcat ipſum eo abuſurum. 73
Deus quomodo ex malo pœnæ eliciat bonum. 73
Deo gratiæ agendæ de malis pœnæ. 73
Deus quomodo uiã perfectionis docuerit Abrahamũ. 75
Deus quid exaltando homines faciat. 75
Deus quomodo nos ſua beneficia appendere uelit. 80
Dei munificentia maxima. 80
Deus non facit, ſed permittit culpam. 90
Deus cur nos quandoque tribulet. 90
Deus cur aliqua dona concedat inferioribus quæ deneget ſuperioribus. 91
Deus quomodo non reſpiciat perſonam hominis 92
Deus cur ſe nobis dederit. 92
Deus nomen unde dicatur. 93
Deus quomodo ſeruis ſuis deeſſe non poſſe dicatur. 98
Deus quibus reuelet ſecreta ſua. 98
Deus cur multa reuelet prælatis quæ non alijs. 98
Deum clementia, ſeu pietate uinci dicatur. 99
Deus cur dicatur deſcendere ad conſideranda hominum facta. ibidem
Deus quomodo ad miſerandum pronus. ibidem
Deus quomodo pugnet pro ſeruis ſuis. 103
Deus quomodo nos per mediam perſonam doceat. 104
Deus uult ſuper omnia diligi a nobis. 104
Deus quomodo plerunque in ſacra ſcriptura dicatur cognoſcere. 104. item neſcire.
Deus quomodo ſit beneficus. 105
Deus cur à nobis petat cor. ibidem
Deo ſoli ſeruiendum quò intelligatur. ibidem
Dei præcepta nobis dantis intentio. 114
Deus cur ignis conſumens dicatur. 125
Deus quid beneficia conferendo intendat. 128
Dei uocationis unus modus. 129
Deus quod non ſinat malos nocere, nec quantum nolunt nec quantum poſſunt. 129
Deus ſolus eſt timendos. ibidem
Deus quòd facit iudicium iniuriam patientibus ibidem
Deus cur ſe uocarit Deum Bethel. 130
Deus ſuorum quantam prouidentiam habeat. 130
Deus fuiſſe quæcunque uoluit quomodo intelligatur. 131
Deus quod intentatur malorum ſit. 132
Deus cur alicui ſalutem ſuam reuelet. ibidem
Deus noſter ſeu domine noſter in orationibus cur præponatur. 133
Deus ſolus adurandus quomodo intelligatur. 135
Deus iuſtitias iudicaturus quomodo intelligatur. 149
Deus cur nos hortetur ad recolenda beneficia. 152
Deus ꝙ ſit uerißimus ac fideliſſimus amicus. ibidem
Deus cur dicatur deſcendere cum amico ſuo in foueã. 152
Deus quomodo ſupplicium uota excedat. 156
Deus cur largitus ſit plura dona homini quam alijs creaturis. 159
Deus quod maius bonum eliciat ex malo. 163
Deus quomodo totaliter dicatur deſtruere malum. 163
Deus cur ad Iacob loquens fortiſſimum ſe nominet. 167
Deus quomodo ſilius exhibeat quam promittit. 174
Deus quõ omnia diſponat in hoc mũdo per Angelos. 175
Deus quomodo cognoſcat alia a ſe. 175
Deus quomodo intelligatur dimiſiſſe hominem in manu conſilij ſui. 176
Deus quod ſpecialem prouidentiam habeat de iuſtis. 176
Deus & ſancti quod non doleant de peccatis. 181
Deus quod iuſtus in omnibus uijs ſuis. 181
Diabolus à quibus tentando incipiat. 22
Diabolus quid primos parentes interrogando intendat. 22
Diabolus cũ loquitur mendaciũ ex proprijs loquitur. 25
Diabolus quomodo ſit mendacij pater. ibidem
Diaboli prima tentatio de quibus fuerit. 26
Diabolo quõ pœna ex deceptione hominum creſcat. 34
Diaboli uita quo ad tentandum quo protendatur. 35
Diabolus etiam ſi tentatione ſua non faciat cadere homines tamen propter hoc à Deo punietur. ibidem
Diabolus infidelis dicendus. 36
Diabolus cur ſcriptura utens non ſit bonus. 148
Diabolus cur dicatur negotium. 147
Dies & nox quid ſignificent. 9
Dies integer quis. 65
Diffendendum de Deo non eſſe. 29
Dignitas hominis quanta. 159
Dilectio coniugum quomodo poſſit fieri mala 107
Dilectio ſubditorum erga prælatos unde procedat. 114
Diſcordia uoluntatis Cayn a uoluntate domini. 51
Diſceſſio a Domino propria quomodo fiat. 74
Diſceſſio ab bona ab aliquo quæ. 81
Diſcipuli quõ futuri eſſent odio omnibus hominibus. 146
Diſponere ſuauiter res quid ſit. 50
Diſperſio Iudæorũ quomodo peior diſperſione turrim ædificantium. 144
Diſſimulatio defectuum ſubditorum quid cauſet. 90
Diſſimulatio quomodo licita. 137
Diues in inferno ſepultus cũ nolebat mitti ad fratres ſuos aliquem. 36
Diuitias habere licitum eſſe. 79
Diuitem intrare in regnum cęlorum quomodo ſit impoſſibile. 79
Diuitiæ quomodo multi ſint periculi. ibidem
Diuitijs carere quòd ſit melius quam eas habere. ibidem
Diuitiarum diuerſitas in bonis, & malis. ibidem
Doctor bonus quis. 156
Doctores uarij quomodo ſint audiendi. 95
Dolere quomodo dicatur Deus. 61
Dolentis effectus quis. ibidem
Dolor cordis intrinſecus quid ſit. ibidem
Domini Dei cor dulciſſimum atque erga homines tenerrimum. ibidem
Dominus quomodo uoluntatem timentium ſe faciat. 112
Dominica dies cur ab Eccleſia celebretur. 7
Dominium duplex. 12
Dominium hominis ſuper animalia competebat ipſi naturaliter & quomodo. ibidem
Dominium hoc quomodo amiſerit. ibidem
Dominium hoc quomodo ipſi remanſerit. ibidem
Dominium quõ eſt relatiuũ ad ſubiectionẽ ſeruilẽ. ibidem
Dominium hoïs ſuper animalia ante peccatum erat plenum. ibidem
Dominium duplex. 37
Domus Dei quæ dicatur. 122
Donec quomodo quandoque dicat tempus infinitum. 67

E

EBrietas quando ſit peccatum. 66
Eccleſia cur detrimentum non patiatur ex occaſione iuſtorum. 56
Eccleſia cur iure catholica dicatur. 64
Eccleſia non eſſet catholica ſi eſſet in uno loco tantum. 64
Eccleſia eſt Chriſti regnum. 64
Eccleſia etiam quomodo ratione temporis ſit catholica 65
Eccleſi acatholica, quæ intelligatur. ibidem
Eccleſiæ perſecutores quomodo ex ſe deficient. 66
Eccleſiæ perſecutores quomodo ipſam nolentes iuuent 67
Eccleſia quomodo ſit firmamentum, & hoſtes eius infirmamentum. 67
Eccleſia ſancta Romana audiẽda hæreticis ſuadet cui. 103
Eccleſiæ obedire nolens ordinationi Dei reſiſtit. 103
Eccleſia cur dicatur paradiſus terreſtis miſticus. 114
Eccleſia quomodo ex perſecutionibus proficiat. 116
Eccleſia cur uocetur domos Iacob. 152
Eccleſia materialis quomodo ſignificet Eccleſiam miſticam. ibidem
Eccleſia quõ panem ad edendum ſe habere exprimat. 124
Eccleſia. S. quomodo Rachel aſſimiletur. 128
Eccleſia curta in ſuis orationibus prius rememoret beneficia à Deo accepta. 135
Effectus unus quomodo poſſit eſſe bonus uel malus. 98
Egreſſio a facie Dei quid importet. 51
Eleemoſinas pro miſſa celebranda quomodo licitum. 83
Electis quod modis omnia cooperentur in bonum. 150
Electis quòd etiam peccata cooperentur in bonum. ibid.
Eleemoſina quæ nam peccata extinguat. 33.34
Electionem ſaluãdorũ preſopponere miſericordiã Dei. 49
Emere fundum ad uſum ſepulturæ quomodo licitum. 105
Enoc cur fuerit tranſlatus. 58

Enoc & Heliã contra Antichriſtum uenturi. 59.63
Errare quomodo non ſit ſemper hæreticũ. 22
Error minimus in fidem in maximũ euadit nocumẽtũ. 24
Error paucis in principio quomodo magnus in fine. 25.51
Error in principio peſſimus. 25
Eſau quomodo hereticus figurauit. 108
Eſau cur benedictionem amiſerit. 110
Eſau quomodo Apoſtolus Paulus figurauit. 134
Eſſentia non poteſt multiplicari. 13
Eſſe aliquid ſecundario quod non tollat aliud eſſe idem primario. 122
Eua cur tam faciliter caſui appropinquauerit. 24
Eua multis miſeriis repletur. 24
Eua cur diabolum non fugauerit. 25
Eua fuit quodammodo incredula dictis Dei Adã non 32
Eua peccauit in Deum, & in proſſimum. 33
Eua merito Adam ſubiecta fuit. 37
Eua ante peccatum; quomodo uiro ſubiecta. 37
Eua cur ex latere Adæ fabricata. 106
Euangeliſtæ cur non meminerint de apparitione Chriſti B. V. poſt eius reſurrectionem. 67
Euchariſtia quomodo ſit ſacrificium. 82
Euchariſtiæ ſacramentum cur dicatur hoſtia 84. & una
Euigilantia Iacob ante confirmationẽ uiſorũ ab eo in ſomnio cur ẽ ſcriptura memoratur. 123
Excuſatio peccati quõ contraria remiſſioni ipſius. 30
Excuſationes Adami in poſteris eius deteſtatur Eccleſia 30
Excuſatio eſt maximum peccatum. 30. & cur 31
Excuſatio aſſimilatur peccato in ſpiritumſanctum. 31
Expoſitio ſcripturæ unde petenda. 105
Exemplum aquarum diluuij Eccleſiç perſecutoribus accõmodatum. 67
Extra Eccleſiam quomodo non ſit ſalus. 65

F

FActurem quomodo accipiatur in ſymbolo. 4
Falſitas quõ nõ niſi cooperta pſuciat. 67. ueritas ecõtra
Falx quomodo in alienam meſſem non mittenda. 115
Falx ſcriptuarum quænam ſit. 116
Familia Dei quomodo quis contineatur. 54
Felix qui. 108
Fęmina ad quid uiri adiutorium facta ſit. 14
Feſtorũ debita reuerentia mereatur benedictionẽ à Deo 15
Feſtorum debita ſanctificatio quomodo fiat, & corporaliter, & ſpiritualiter. 15
Feſta cur inſtituta. 55
Feſta inſtituere pp aliqua beneficia quõ licitum. 83
Feruor indiſcretus pro mala cauſet. 150
Fides quid ſit. 173
Fides quomodo ſufficit ad uitam æternam. 17.96.124
Fidei credibilia ſunt prima principia Chriſtiani nois 24. & uitæ ſpiritualis. 25
Fides firma neceſſaria maxime in tempore tentationis. 25
Fides eſt fundamentum omnium uirtutum. ibid.
Fidei catholicæ, quàm euidentia ſigna. 36
Fides quod in lege naturæ reperiebatur & quomodo. 47
Fides quomodo ſit eſca animæ. 123
Fides catholica quod innitatur primæ ueritatis 124
Fidelitatem ſeruare amico quomodo teneamus. 110
Fides quomodo dicatur mortua. 125
Fidem mortuam habens quomodo ſit de Eccleſia. 125
Fidendum non eſt de cuiuſque bonitate. 136
Fides quid ſit. 173
Fiducia magna à ſeruis Dei habenda. 99
Fiducia heretica quid ſuadeat. 108
Fiducia quando de beneficijs accipiendis ſit habenda. 128
Figura, & figurarum quomodo ſe inuicem declarent. 134
Filius Dei quomodo uiſibilis, & inuiſibilis dicatur. 12
Filium Dei aſſumere carnem noſtram per ſalute noſtra fuit contra merita noſtra. 48
Filij quomodo proſperari intelligantur propter merita patrum. 54
Filior Dei cũ huiuſmodi filiabus miſceri cur fuerit peccatum magnum. 59
Filijs Zebedei quod rectè reſponſum. 88
Filijs quomodo quandoque propter bona opera parentum bonis temporalibus Deo donentur. 109. & econtrario.
Filiæ à parentibus donis retinendę. 136
Fortiſſimus omnipotens, & protector, quod non idem impotens. 167
Formatio hominis ubi. 16
Fruſtra aliquid alicui attribui quomodo intelligatur. 11
Fructua bonæ, & malæ terræ qui. 52
Frater quomodo quandoque ſumatur in ſcripturis. 81.125
Fraudulenter ueniſſe Iacob intelligitur pro prudenter. 117
Fratres Chriſti quõ reputatint facta ipſius ſomnia. 140
Fratres Iudęorum qui. 147
Fratres Ioſeph quomodo paterentur nouam abſque nouo peccato. 157
Fratres Ioſeph quomodo aſſimilentur bono latronis. 157
Fratres Ioſeph furti argui cur audacter ſe defendant. 161
Fratres Ioſeph qua ipſum intentione uendiderint. 163
Fratres Ioſeph quomodo fratri ſuo peccatum reggere potuiſſent. 164
Fugiens tribulationes quomodo fugiat regnum Dei. 88.

G

GEneſis intentio quæ. 1
Geneſis uocabulum quid ſignificet. 1
Generatio, & corruptio quomodo cauſentur. 9
Gentes quomodo in fine uicere perdent Iudęis. 165
Geſta ſanctorum quomodo ſint nobis gloſa ad intelligendam ſcripturam. 117
Germinare quid ſignificet. 45
Gloria æterna quinta futura. 100
Gloriandum non eſſe de hominum gratia. 127
Gradus fęlicitatis. 39
Gratitudo dota quomodo non remanet poſt peccatum. 13
Gratia Adami, & ſanctorum qualis. 44
Gratia quomodo ſtet cum libero arbitrio. 58
Gratiar de beneficijs acceptis Deo referentes quomodo ab ipſo maiora dona recipiant. 68
Gratitudo uirtus, & qualis. 68.
Gratitudo & ingratitudo, quod diuerſa operentur. 93
Gratiæ de omnibus Deo referendę 101. & quomodo. 166
Gratiæ Deo referendæ de hoc quod non ſumus in hominũ gratia. 127
Gratia hominum quomodo fugienda 127
Gratias Deo referre nolens ipſi acceptas quid facere debeat 138.
Gratiam hominum aucupari quam uanum. 152
Grauiter auribus audire quid ſit. 178

H

HAbere timorem domini quid ſit. 174
Hæreticorum colluuies cum ſuis ſcriptis damnatur uſque ad unum apicem. 11
Hæreticæ ſcolæ magiſtrum eſſe diabolum ſcriptura monſtrat. 22
Hæretici peccato uno peccata alia palliant. 22
Hæreticorum tentatio ſimilis diabolicæ tentationi. 23
Hæretici peccant in Spiritum ſanctum, & quo peccato. 34
Hæretici aſſimilantur Caym. 48
Hæreticorum tentationem de reprobatione quomodo uideat. 49
Hæretici faciunt ſuos reprobos eſſe damnatos antequam mortuos. 50
Hæretici deridendi. 67
Hęreticis quomodo nulla ſit habenda compaſſio. 69
Hæretici altaria deſtruentes quomodo naturali dictamini contraueniant. 75
Hæretici quomodo pſeudo Apoſtolis ſimiles. 75
Hæretici ſcripturas ſuo modo exponentes quod non exeunt ſenſus. 77
Hæretici q̃ uolunt ſedere ad dexteram Chriſti ſine calicis bibitione. 88
Hæretici dormire quomodo dicantur & ſomnum ſuũ. 88
Hæretici unde ſuas perſuaſiones trahant. 96
Hæretici ſunt lupi rapaces. 102
Hæretici non placantes mortuos quid oſtendant. 105
Hæreticorum generatio quomodo mala & adultera. 108
Hæreticorum diffinitio à B. Ioanne. ibid.
Hæreticorum duplex conditio. ibid.
Hæreticos quomodo a catholicis cognoſcantur. ibid.

Hæretici quid nam propriæ ſint 108
Hæretici à quo moueantur ad diſcendendum ab Eccleſia. 108
Hæretici quo plures uxores accipiant contra matrĩ 168
Hæreticus quis ſecundum D. Aug. ſit 108. & ſecundũ Apoſt.
Hæreſis uocatur electio irraoonabilis 109
Hæretici quo ſtatuti ſint contra faciem ſuam. 113
Hæreticorum obedientia diſſuadentium mala uoluntas. 113
Hæretici quod libertatem ueram nobis ſurripiunt 114
Hæreticorũ hora quomodo ex facto Iacob abſtruātur. 116
Hæretici quomodo per Mariã ſororem Moyſi figurati. ibi.
Hæretici quomodo ſibimet pœnas infernales nunc inferãt & prenoſticentur in futuro. ibid.
Hæreticus anthonomaſticẽ peccator uocatur. 117
Hæretici quomodo Iacob contraponantur. ibidem
Hæretici quomodo uerbis non ſenſu ſcripturarum utãtur 118
Hæreticorum epitheta ſunt docti & inſtabiles. 119
Hæretici quod ſint diabolici. 121
Hæreticorum dogmata quod quantum in ipſis eſt dignitate diuinæ derogent. 123
Hæretici quomodo dicãt bonum malũ, & malũ bonũ. ibi.
Hæretici cur execrãtur. ibid.
Hæretici quomodo ſimiles prophetis non miſſis & currentibus. 132
Hæreticos recte igni adiudicari. 158
Hebræi cur antiquitus à Deo magnificati. 151
Homo quæ teneatur. 8
Homo cur ſit omnibus animantibus excellentior. 12
Homo cibis indigebat ante peccatum. 18
Homo primus, ita eſt productus ut poſſet eſſe principium aliorum. 21
Homini quomodo competat eſſe principium alterius. ibi.
Homo ordinatus ad finem ſupernaturalem. ibid.
Homo primus occiſus eſt mendacio. 25
Homo poteſt peccare ex ſolo ſuo libero arbitrio. 31
Homo per peccatum factus eſt pecus. 37
Homo cur dominetur homini. ibi.
Homo in ſui prima inſtitutione incorruptibilis à Deo conditus 39
Homines mali quomodo ex beneficijs Dei mala eliciãt. 59
Hominum malum ingenium & deteſtanda maximè ingratitudo 59
Hominum malitia quomodo Dei bonitati opponatur. ibi.
Hominum malitia quomodo ex bono malum extrahat. ibid.
Homo qũ caſtigatur gratias Deo agere debeat & cur. 60
Homo quomodo non debeat de ſui caſtigatione dolere. 61
Hominum maxima delatio. ibid.
Homo ſi non uult, quomodo nec à toto mundo peruerti poſſit? 62
Homo a Deo beneficiatus quomodo cito ſubuertatur. 72
Homo quantumcunque ſanctus debet grauiſſimum habere quod pro ipſo rogetur in Miſſa. 83
Hõ in hac uita quid non poſſit reddi impeccabilis. 101
Hominẽ nõ in ſolo pane uiuere quomodo intelligatur. 124
Homo quod non debeat in periculis omittere facere illa, quæ recta ratio dictat. 131
Homo quod ſex partibus plus ſit donatus quam aliæ creaturæ. 159
Homo quod non iuſtificetur ſine timore Domini. 174
Homo cur ſit ſtaturæ rectæ. 179
Honeſtas maximæ Deo placet. 41
Honeſtas corporalis à Deo factis ac uerbis in ſcriptura multum commendatur & oppoſitum damnatur. 41
Hoſpites ad quæ teneantur. 100
Hoſpites quomodo male faciãt crudelitatẽ exercentes. ibi.
Humanum genus quomodo ſit ab uno 22
Humilitas Dei admiranda 99
Humanum cor quodnam ſit. 105
Humanum genus quomodo ſit Chriſti frater uterinus. 159
Humilitas Chriſti ac ſublimitas quomodo figurata. 177
Hyperbatõ proteron regula quãdo & a quibus ſeruãda. 91

I

IAcob quomodo catholicos figurauit. 108
Iacob quo I acceptione primogenituræ nõ peccauerit 109
Iacob quomodo monſtrum libens & non ut nocuerit. 113
Iacob uerba à matre ſibi dictata quo mẽdaciũ ſonarẽt. 115
Iacob quod contra uerum in uerum crediderit. ibidem
Iacob quomodo ad intellectum ſcripturæ nobis per exemplari detur. 116
Iacob cur ad ly primogenitus tuus adiunxerit Eſau 117. & quomodo exponi debeat. 117
Iacob ab omni fraude quomodo alienus ibid.
Iacob quod idem intendat per domũ Dei & portã cœli. 122
Iacob quod per domum Dei intellexerit quid materiale. ibid.
Iacob quomodo unũ iſtũ lapidẽ uocauerit domũ Dei. ibid.
Iacob cur noluerit panẽ a Deo & ad edendum. 123
Iacob cur immediate poſt uiſionem nouerit. 125
Iacob amaſſe Rachelem pluſquam Liam quomodo intelligatur. 127
Iacob quomodo Eccleſia denotauit. 134
Iacob cur ad defendendi oblationem nõ acceptaris ibid.
Iacob quomodo filijs rationabilia petentib. acquieuerit. 158
Iacob quomodo dicatur reuertens ex Aegypto. 166
Iacob cur de annis uitæ interrogatus reſpondeat de annis peregrinationis. 168
Iacob cur uocauerit annos ſuos malos. 169
Iacob quomodo adorauit faſtigium uirgæ. 173
Iacob cur Abraam uocauerit patrem. 175
Iacob quomodo inuocet Deum & Angelum. ibid.
Iacob in benedictione cur poſtquam adduxit Deum addidit & Angelum 176
Iacob locuturus filijs ſuis cur dicat eia congregamini. 177
Iacob cur ingeminet. 178
Iacob quomodo benedixerit ſingulis filijs proprijs benedictionibus. 180
Iacob cur dicatur fide adoraſſe faſtigium. 173
Iacob quod omnes conditiones habuerit 172
Idolatria nullum peccatum grauius 34
Idolum nihil eſſe in mundo quomodo intelligatur. 173
Idẽ ſecundũ diuerſa iudicia diuerſimode quod poſſit. 126
Ieiunium eſt utile ad multa & neceſſarium. 18
Ignauia hominum maxima. 80
Ignis nomine quid ab Aug. intelligatur. 43
Ignorans quomodo ignorabitur. 70
Ignorantia quomodo non omnis excuſat peccatũ. 77. 102
Ignorantia non tollens rationem boni, ſeu mali. 78
Imago Dei in homine attenditur ſecundum aĩam non ſecundum corpus & cur. 12
Imago Dei eſt una. ibid.
Imago Dei & ſimilitudo quomodo differant in homine. 13
Imago Dei in homine eſt quoddam donum naturale. ibi.
Imago Dei in homine in quo conſiſtat. ibid.
Imago nomen quomodo in ſacris litteris ſumatur 56
Imaginem terreni hominis portare quid ſit. 86
Immortalitas in quo funderetur. 16
Immortalis quomodo fuerit primus homo. 18. & 20
Impietas libertinorũ multum omnino & uriq; cauẽda. 34
Impatientia ſua tribulatus ſibi ipſi aggrauat maximè tribulationem. 42
Impij cor quaſi mare feruens. 55
Impiorum dies pro nihilo apud Deum reputantur. 57
Impoſſibilia Deum iuſſiſſe dicentes oſtendunt ſe extra charitatem eſſe. 125
Imprecationes prophetarum quomodo intelligantur. 181
Imaginatio quod faciat caſum. 129
In inferno ſolo non eſt ordo. 123
Inanimata quo ſanctis fauerint & malis nocuerint. 13
Inanimata ſi cognoſcerẽt peccatũ quo ipſũ deteſtarent. 45
Inceſtus Thamar quomodo fuerit inceſtus uel tantum fornicatio. 150
In cura meditationis mortis quod nociua. 168
Incineratio pœna peccati. 37
Incinerationis nomine quid intelligatur. ibid.
Incineratio quomodo omnibus communis. 38
Incineratio cur Adamo inflicta ibid.
Inconſideratio nouiſſimorum quid. 40
Incarnatio filij Dei eſt à tota Sanctiſſima Trinitate. 6
Incorruptibilia propagari ab inuicem non ſolent. 10
Incertitudo noſtri ſtatus ex quo procedat. 29
Incarnatio quomodo denotet alia myſteria humanitatis. 89
Inchoatio pœnitentiæ quomodo differat ab ipſius conſummatione. 161

indaga-

Indagatores factorũ aliorũ q facile à Diabolo capiũt. 135
Indiuiduum incorruptibile & indiuiduum & ſpecies eſt 8
Inducens alium ad peccandum quomodo mereatur fieri ſubditus illius. 37
Infidelitas eſt origo omnium uitiorum. 25
Infideles in iudicio abſque examine damnabuntur. 36
Infideles negant principia fidei ibid.
Infideles ex ore proprio per collationem ſuorum actuum in die iudicij damnabuntur 37
Inferi portæ aduerſus eccleſiam non præualebunt 63
Infirma mundi quomodo & cur digantur a Deo 142
Ingratitudo quomodo magnifacienda 93
In honeſtatis condemnatio 41
Inimicitia inter ſerpentem & mulierem quõ ponantur. 35
Inimicitia inter Angelos & Adamum, quomodo laudabilis & uituperabilis 45
Inimici hominis quõ domeſtici eius ſint. 53.114.118
Iniquitas quomodo faciat hominem formidoloſum. 55
Iniquitas quomodo a prælatis figuranda. 90
Iniquitas uiri quomodo intelligatur eſſe melior quã mulier benefaciens. 101
Iniuriam accipientes uix ſe patiẽter habere debeant 123
Inobedientia quid 149
Inobedientia Adam omnibus noxia fuit, & multifarie deformis eſt. 19
Inobedientia quomodo peccatum mortale ſit. ibid.
Inobediẽtia in Adam & in nobis, quotnã peccati ſit. ibid.
Inobedientia fuit formale in tranſgreſſione. ibid.
Inobedientia Adę includit multa peccata. ibid.
Inobedientia Adæ cauſauit in ipſo mortem & captiuitatẽ ſub poteſtate Diaboli. 20
Inobedientia Adæ quod in alijs ſit originale peccatum 20
Inobediẽtia, & animas, & corpora ad mortẽ damnauit. 20
Inobedientia iuris ciuibus fugienda. ibid.
Inobedientiæ loquella. 118
Innocentiæ ſtatus quomodo non ſit recuperabilis in præſenti uita. 27
Inordinatus animus quomodo ſibi ipſi pœna ſit. 146
Inſenſibilia quõ zelent pro honore conditoris ſui. 45.54.
Inſpirauit in eum ſpiraculum uitæ quõ intelligatur. 16
Inſenſibilia quomodo meliora ſunt homine quatenus peccatorem. 45
Inſenſibilia cur puniant peccatores. ibid.
Inſidijs uti in bello quomodo liceat 77
Intentio diabolica ad quid tendat 30
Intelligentia rationalis in quibus ſit. 9
Interceſſiones ſanctorum cur dentur. 10
Intellectus & uoluntas ſunt fundamenta diuinarum perfectionum. 12
Intentio eorum qui Chriſto dicebant: deſcendat de cruce & credemus ei. 116
Intentio Iſaac uolentis benedicere. 117
Interrogatio quomodo duplex. 97
Interceſſio ſanctorum ſuadetur a Deo. 103
Intentio Eccleſiæ in oratione qualis. 107
Intentio Iudæ de mittendo Chriſto in ciſternam ueterem in quo differebat ab intentione Iudæorum. 144
Interpretatio ſomniorum Pharaonis, unde comprehendatur eſſe bona. 159
Intus exiſtens cur perhibeat extraneum. 159
Inuidentia fraternæ gratiæ. 48
Inuidia cur crimen peſſimum ſit. 140
Ioannes Baptiſta repræſentauerit Iacob. 126
Ioannes Euangeliſta quòd fuerit tranſlatum in paradiſum cœleſtem. 58
Ioannes quomodo eſſet Helias, & Iacob Eſau. 115
Ioſeph cur hoc nomine fuerit uocatus. 128
Ioſeph quod fecerit fratribus accuſationem fraternã priuſquam eos accuſaret. 139
Ioſeph cur plus cunctis fratribus amaretur a Iacob. 139
Ioſeph quòd nunquam cognouerit B. Virginem. 68
Ioſeph primo ſomnio cur ſecundum ſit adhibitum. 141
Ioſeph nõ occiſus, & tunica ſanguinolẽta qd ſignificẽt. 148
Ioſeph cura fratre bis dicatur deuoratum. ibid.
Ioſeph in carcere quomodo Chriſtum figurauit. 153
Ioſeph antequam Pharaoni præſentaretur cur, tondeatur & ueſtiatur ab alijs & non a ſe. 155
Ioſeph cur ex beneficijs diuinis nominauerit filios. 156
Ioſeph cur ſe ueritatem fratribus oſtenderit. 158
Ioſeph quomodo Chriſti. 159
Ioſeph cur uoluerit cyphũ abſcõdi in ſacco Beniam. 161
Ioſeph quomodo teneretur oſtendere fratribus ſigna dilectionis. ibid.
Ioſeph cur nõ ſit uſus miſericordia ſine debita iuſtitia. 162
Ioſeph cur imperet fratribus ut peccatum ſuum detegent patri. 164
Ioſeph cur uoluerit patri nuntiare gloriam ſuam. ibid.
Ioſeph cur ſaluator mundi uocatus. ibid.
Ioſeph quomodo in multis Chriſtum figurauit ibid.
Ira in Deo quid dicat. 60
Irreuerentiam erga patrem punire & reuerentiam pręmiare quomodo ſit de iure naturali. 70
Iræ ſiue inuidiæ aliorum cedere quòd decet iuſtos. 111
Iſaac quod poſt benedictionem Iacob habuerit aliquã reuelationem 117
Iſaac oratio quomodo intelligatur. 107
Iſmaelitarum quæ ſint conditiones. 144
Iſraelitę ſexuplicitèr fuerint a Deo afflicti in Ægypto. 154
Iter Iacob in Meſopotamiam. 113
Iudas quomodo dicatur tradidiſſe Chriſtũ in mortẽ. 144
Iudas quomodo patri eodem modo quo peccauerat ſatiſfecerit. 168
Iudex cum debeat inueſtigare cauſam, & neminem damnare inaudita parte. 52
Iudæorum cæcitas. 53
Iudęi cur ſint priuati terra promiſſionis. 87
Iudęi cur ad inuidiam moti contra Chriſtum. 141
Iudęi quòd uirtutẽ Chriſti totaliter abolere noliſſent. 141
Iudęos ſeipſis priuaturos ſalute quomodo figurammm, 141
Iudęi quomodo Chriſtum in ciſternam ueterem mittere uoluerint. 143
Iudęi ementes Chriſtum quod Iſmaelitarum conditiones habuerint. 144
Iudæi ſeruos fecerint. 145
Iudæi quomodo Pharaones. ibid.
Iudæos fore Iſraelitas q fuerit a Iacob profeſtatum. ibid.
Iudæi quomodo aſſimilentur clam. 146
Iudæi quomodo exaltarent nolentes nomen Chriſti & ſua perdiderint. 146
Iudæorum congregatio uocatur ſinagoga ſathanæ. 146
Iudęi cur male interpretarentur Chriſti facta. 159
Iudæi quõ inuidiam ſuam erga Chriſtum explicarint. 165
Iudæi cur uendi Chriſtum deſiderarint. 165
Iudæi cur non memorentur in hæreditatem Chriſti. 165
Iudæi quomodo in fine magno deſiderio cõuertentur. 165
Iudęi & Gręci non eſſe diſtinctionem quõ intelligatur 165
Iudæi cur iuuantes ponerent manus ſub fæmore. 172
Iudicium Dei contra peccatores quale. 54
Iudicij Iacob mirabilitas. 126
Iudicium de diuerſis quomodo faciendum. 97
Iudicia hominũ circa ambigua quomodo coercenda. 98
Iudicium temerarium damnantur. 73
Iudicandæ quæ ſint res ſm ea quæ inſunt illi per ſe 110
Iuſti quomodo imperent. 37
Iuſtitia punitiua Dei quõ miſericordiæ commiſceatur. 39
Iuſtificatio maiorem arguit potentiam quam creatio & quomodo. 9
Iuſti licet quotidie in peccata ſaltem uenialia cadant non tamen deſinunt eſſe iuſti. 7
Iuſtum quod ſit. 129
Iuſti cur quęrant iuſtorum amicitias. 131
Iuſtificatio unde procedant. 102
Iuſti quomodo uocentur. 108
Iuſtus quis. 142
Iuſti cur dicantur pennati. 152
Iuſti cur dicantur habere lunam ſub pedibus. 153
Iuſti quomodo peccatoribus indignentur. 158
Iuſtus quod ad nullus paueat occurſum. 161
Iuſtum eſſe ante Deum quid ſit. 175
Iuſti quomodo lętabuntur cum uiderint uindictã. 181
Iurare per Deum quomodo non ſit illicitum. 104
Iuramentum quomodo ſit licitum. 106
Iuramentum quomodo licitum. 156
Iuramentum triplex. 172
Iuramentum quomodo diffiniatur & cur ita. 172
Iurare per Deos falſos quòd non liceat. 172
Iuramentum quo iurauit Ioſeph omnes conditiones habuerit. 172

Labor

L

Labor humanas fauores aucupantium quam uanus. 127
Lamentari de Deo nullus iuſtus poteſt. 8
Lamentari de præcepto quod ſit malum ſignum. 185
Legatus a latere quid ſit. 25
Legatus quis cur dicatur. 115
Leones cur fuerint mites in Danielem, & crudeles in malos homines. 13
Lepra quod falſam doctrinam denotet. 116
Letaniæ quod in maxima deuotione habendæ. 155
Lex malis quomodo ſcripta in cordibus noſtris. 70
Lex Chriſti quomodo nobilior quam uetus. 82
Lex uetus a quo habuerit profeſſionem. 82
Libertas diabolica quid. 22
Libertas catholica quid. 22
Libertatis nomen idem catholicis, & hæreticis ſed nominis diuerſa ratio. 22
Libertatis nomen ſolum ſacræ ſcripturæ deteſtantur, nomẽ autem ſimul cum ratione approbant. 22
Libertatem catholicã quomodo Deus homini ſuaſerit. 23
Libertas catholica in quo conſiſtat. ibid.
Libertas eſt nomen æquiuocum ad ueram falſamque ſe extendens. ibid.
Liberum arbitrium ad quid hominibus datum. ibid.
Libertatem Chriſtianorum non eſſe carnis ſed Spiritus. ibi.
Liberi arbitrij potentia. 5
Libidinoſe aſpicere quod ſit peccatum mortale. 110
Libertas quòd & ab irrationalibus amatur. 114
Liberatio ab anguſtijs cui debeas attribui. 135
Libertas mirabilis Chriſti fidelium. 152
Linguosum eſſe, multum nocere. 24
Linguas plures fuiſſe ante ædificationem Babel aſſerere quomodo ſit error. 72
Literæ ſenſus in ſcripturis quomodo non ſemper ſumendus. 115
Literæ ſenſus quomodo differat à literali. ibid.
Literæ ſenſus omnibus communis. ibid.
Locus Deo dicatus pro ſit reuerendus. 130
Locus ubi aliqua diuina apparitio fit quomodo poſſit licitè uocari domus Dei. 138
Longanimitas quomodo ſeruis Dei ſit neceſſaria. 104
Longanimitas Abrahæ unde proceſſerit. 104
Loquendi modum ouliam eiſo quo ſcriptura non utatur. 156
Loth quomodo ſomniator reputatus. 140
Luna quid ſignificet. 153
Lutherus quomodo ſibi contradicat. 24

M

Mala quomodo non facienda ut ueniant bona. 34
Mala pœnæ a quo cauſentur 89. quomodo libenter ſufferenda. 89
Mala temporalia quomodo non ſint uere mala. 109
Mala culpæ quomodo ſub prouidentia Dei cadant. 163
Mala hic habita quomodo ſint cauſa multorum bonorum. 169
Mala rite cogitata, quòd uertantur in bona. 169
Mala culpæ quomodo ſint a Deo. 181
Mali non exaudiuntur quomodo id Dei partialitati attribuant. 48
Mali quoque in Eccleſia præſentis ſeculi connumerãtur. 63
Mali quomodo uocentur palea. 108
Mali cur laudare bonos cogantur. 112
Mali quoque aliorum benefacta interpretantur. 119
Mali quomodo aſſimilentur aſpicienti in cocleare. ibidem
Moyſi immediatè loquens erat Angelus c. 1
Mundus an ſit æternus. 4
Mundum eſſe æternum ponere eſt hæreticum. 4
Mundi nomine Angelos cointelligi. 5
Manus Dei quomodo dicatur hominem plaſmaſſe. 5
Matrimonium a Deo cum benedictione ſanctificatum. 13
Matrimonium commendatur a Deo. 14
Matrimonium maximu differt à meretricio. ibidem
Matrimonium quando inſtitutum. ibidem
Matrimonium quid. ibidem
Manualia opera non maligna iudicanda. 19
Morti annexa, ſeu amica ſunt multiplicia & ante, & in hora mortis. 20
Mulier cur de hominis coſta facta. 21
Mulierem de hominis coſta factam eſſe, intelligendum eſſe hiſtoricè in rei ueritate. ibidem
Mulier cur fuerit decepta. 24
Modus facilis uincendi hoſte. 24
Mendacium à quo primo inuentum. 25
Memorabiles ſententiæ ſcripturæ, ſacræ. 29
Non facienda, ut ueniant bona. 34
Mulier quomodo conterat caput diaboli. 35
Mortis ſtatutum à quo fuerit, & quo mediante. 38.53
Materia omnis proportionari debet ſuæ formæ. 39.40.45
Miſericordia Dei magna. 39
Mors cur reuocatur in memoriam Adamo à Deo. 39
Miſeria Adami. 40
Mulier quid indicet dicendo; Ne forte moriamur. 40
Manuum labor non omnes tenentur. 43
Malum pœnæ quomodo dicatur malignitas, & malitia. 44
Non exaudiunt quomodo id Dei partialitati attribuãt. 48
Modus quo quiſque ſaluari debet. 51
Materiæ duplex conditio. 39
Mortis conſideratio. 57
Mors quòd poſſit differri, non autem uitari. 58
Moriemur quomodo omnes antequam reſurgant. 58
Miſericordia Dei quomodo eius iuſtitiã non impediat. 61
In Eccleſia præſentis ſeculi connumerantur. 63
Mors in Eccleſia quomodo melior quam uita extra. 67
Melchiſedech quis fuerit. 81
Miſſas facere celebrare, pro ſe, uel pro alijs unde trahatur. 83
Miſſa, cur Miſſa dicatur. 83
Miſſarum celebratio pro quibus congruat. 83
Miſſam celebrare pro aliquo beneficio adipiſcẽdo quomodo licitum. 83
Melchiſedech quòd dixerit Miſſam. 83
Miſſæ in ſacrificio offerri debet tantùm panis, & uinum aqua mixtum. 83
Melchiſedech quòd fuerit purus homo. 84
Melchiſedech ſine patre ſine matre &c. quomodo intelligatur. 84
Miſſa a quo inſtituta, & quomodo. 85
Merces quid. 86
Meritum condigni quid. 86
Merces cui proprie detur. 86
Modus euitandi maledictionẽ negligentiæ in Dei cultu 87
Mandatum Dei quare dicatur latum. 89
A quo cauſentur. 89
Quomodo libenter ſufferenda. ibidem
Miſericordiæ maximæ ſignum cur ſit cum caſtigamur à Deo. 91
Merita humana apud Deum æſtimari. 99
Mulieribus cohabitare quòd periculoſiſſimum ſit. 101
Mors infœlicitas grandis dicitur. 105
Vocentur palea. 108
Quomodo non ſint uere mala. 109
Mœchiæ nomine quid intelligatur. 101
Modus bonus prædicandi in quo conſiſtat. 111
Bonus cogantur. 112
Mortiferum bibitum quõ, & quando non noceat. ibid.
Mirabilia nimis de ueris obedientibus. 113
Benefacta interpretentur. 119
Malum ſignum quomodo ſit quando homo ab alijs facta ambigua in malum interpretatur. ibidem
Aſſimilentur aſpicienti in cocleare. ibidem
Miniſtri regis quomodo ipſius excellentiã grandem oſtendant. 122
Mortuum quid dicatur. 125
B. Martinus plures gratias habuit ante epiſcopatum quàm in Epiſcopatu. 127
Mali bonos offendentes cur ſint ingratiſſimi. 129
Moneta quomodo placant homines. 133
Miſericordia de offenſis quomodo à Deo poſtulanda. 138
Mortem Chriſti non profuturam Iudæis ipſum occidentibus quomodo prophetatum. 141
Mollicies quam magnum peccatum ſit. 149
Medicus cur ſibi non medeatur. 149
Miſericordia noſtra parua quomodo magnam miſericordiam à Deo recipiat. 153
Minus malum de duobus eligendum. 160

Mutus

Metus cadentes in conſtantem uirum qui nam ſint. 160
Quomodo ſub prouidentia Dei cadant. 163
Quomodo ſint cauſa multorum bonorum. 169
Quod uertantur in bona. ibidem
Mors practicè cogitanda. ibidem
Malum peſſimum in benedictione Dan. 180
Sint à Deo. 181

N

NOmen rectè impoſitum debet correſpondere rei. 4
Naturaliter non ineſt, omne, quod a principio datur. 13
Naturaliter data remanent poſt peccatum. ibid.
Nomina diuinalium quæ uocauit Adam fuerunt non ſolū uocalia, ſed conuenientia rebus. 20
Nomen conueniens debet conuenire naturam rei. ibidem.
Notitia eorum, quę naturaliter ſcire poſſunt non ſufficit homini ad finem, & aliorum gubernationem. 21
Nocumentum primis parentibus non ueniſſe ex malitia cibi. 16
Nuditas corporalis quomodo poſt peccatum tantū ſit erubeſcibilis. 27.186
Non credens quomodo iam iudicatus ſit. 36
Noë meritus quomodo eius domus ſaluata. 66
Noë iuſtitia quomodo ad merendum uitam ęternam eſſet ſufficiens. ibid.
Noë ebrietas quomodo non fuerit contra iuſtitiam. ibid.
Noë ſacrificium quod in charitate factum. 68
Noë ſacrificium cur acceptauerit Deus. ibid.
Nomina hominibus diuinitus impoſita quid ſignificent. 94
Nomina cur mutentur tendenti ad perfectionem. ibid.
Nomen uerum quale. ibid.
Natalis Chriſti ueneraudus. 97
Nicolaitæ unde dicantur. 110
Nicolaitarum hæreſis ex quo orta. ibidem
Nubere eſſe melius quam uri quomodo intelligatur. 111
Nuncupatio autem pro ueris huius S. Eccleſiæ. 115
Noë cur octo tantum in arca ſaluarit. 140
Noë quomodo ſomniare reputatur. ibid.
Negotium perambulans in tenebris quid ſit. 147
Nemo ſcit utrum amore uel odio dignus ſit quomodo intelligatur. 151
Negare homini ſigna familiaritatis quando neceſſitas expetit quid ſit uindicta. 161
Nunciare gloriam Chriſti quomodo ſit gloria patris. 166

O

OMnipotentia Dei agnoſcitur ex creatione. 4
Omnipotentia Dei quæ nam poſſit. ibidem
Omnipotentia Dei mirabiliſſima. ibidem
Omnipotentia Dei pluſquam mirabilis. 5
Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. 6
Opera Trinitatis ad extra cur dicantur indiuiſa. ibid.
Orationes cur dentur. 10
Originalis iuſtitia non erat naturale donum. ibid.
Operatio eſt finis cuiuſuis rei creatæ. 11
Omnipotens Deus cur dicatur. 12
Originale peccatum poteſt uocari peccata. 19
Obedientia quæ nam magis laudabilis. 23
Obedientia debet fieri ſimpliciter, & non diſputandum. 24
Origo prima ſalutis noſtræ nunquam à nobis incipit. 28
Omnipotentia Dei, & bonitas erga hominem. 32
Occaſio tentationis inuenitur in quolibet genere peccati. 35
Ornatus mulierum & uirorum. ibid
Ordo naturalis quoad præminentiam quid exigat. 37
Originali peccato, ut ait originale debetur tantum pœna damni. 42
Opus bonum non eſt peccatum. 46
Omnes quomodo generentur cum peccato originali. 56
Odor ſuauitatis quid. 68
Opera quæ dicantur Deo odibilia. ibidem
Orare in loco determinato quomodo Deo gratum hominique proficuum. 76
Orare in Eccleſia quomodo magis prodeſt, q̄ in cæteris locis. 76
Occaſio omnis peccati quomodo deſerenda. 79
Opera noſtra quomodo mereantur uitam æternam. 86
Opus Dei negligenter faciens, maledictus. 87. & quomodo.
Obedientia ad ſuperiores quomodo ſit Deo accepta. 91
Obedientia quanta bona cauſet. 91.117
Obedire ſuperioribus quomodo ſit iuſtum. 91
Officia pro defunctis. 98
Orationum ſuffragia quantum ualeant. 99
Opinio quomodo non faciat peccatum non eſſe peccatum. 102
Orationes ſanctorum quòd multum proſint. 103.107.
Orationes factæ pro alijs quam ſint acceptæ Deo. 103
Orationibus aliorum ſe cōmendare quam bonum ſit. ibi.
Obedientia quantum placeat Deo. 103. 105.
Obedientia perfectiſſima qualis eſſe debeat. 104
Obedientia quod ſibi crudelis exiſtat. 104
Orantes non multum loqui debere quomodo intelligatur. 105
Obedientiam explere quomodo debeat nobis eſſe cordi. 106
Orationes noſtræ ad quid fiant. 107
Orare ſicut ethnici quomodo intelligatur. ibidem
Oratio ethnicorum cur damnetur. ibidem
Orationes Eccleſiæ quomodo nunquam ſint fruſtatoriæ. ibidem.
Orationes infidelium quomodo nunquam impleantur. ibidem.
Orationes pro quibus adhibendæ. ibid.
Orare Deum quod non ſit uanum. ibidem
Orantium magna dignitas. 108
Oculum in mulierem defigere quis dicatur. 110
Obedientia quàm ſecura uia ſit. 112
Obedientia cur ſit uia regia. 112.150
Obedientia quod ſit ſecurior uia pro ſalute noſtra. ibidem
Odor ueſtium Iacob quid indicarit. 112
Obedientia quod in dubijs excuſet. 113
Obedire rectè uolenti quòd aduerſa multa occurrant. 113.117.
Obedientia comœdię ſimilis. 117
Obedientiæ loquella. 118
Opinio hominum malorum & circa ſe, & circa alios. 119.
Opinio bonorum de ſe & de alijs. ibid.
Obediens uerus quòd antequam obedientiam compleat conſolationes maximas a Deo recipiat. 120
Ordo cauſarum quis. 123
Ordinatum tanto magis aliquid eſt, quanto magis Deo appropinquat. ibi.
Obſtruere os loquentium contra ſe quomodo quandoque ſit bonum bonis. 131
Odorem mittens ex ſui contritione 45.132.
Oratio quomodo fieri debeat. 133
Orationes ethnicorum de ſuperbia taxantur. ibid.
Orans credens exaudiri quomodo ſuperbus ibid.
Occaſiones malæ relinquendæ. 135
Orationem peccatoris eſſe execrabilem. 138
Orantium cum alijs ſolicitudo non tantum de ſe, ſed etiā de alijs. ibid.
Orationes communes cur quandoque non exaudiantur. ibidem.
Odientes nos quòd à nobis amandi. 142
Obedientiæ magnitudo penes quid attendatur. 143
Obedientia quando magis laudanda. ibidem
Obedientia q̄ ſecure ambulare faciat. ibidem
Odium fratribus remittentes quam à Deo diligantur. ibidem.
Orantes in templis cur melius à Deo exaudiantur quàm orantes alibi. 151
Opera Dei quomodo ſcrutanda. 157
Occidere ſeipſum quid. 160
Odiens aliquem q̄ & eius amicum odio habeat. 161
Orantes per animis defunctorum quàm bene faciant. 171
Oratio uocalis cur requiratur ad ſeruiendum Deo. 178
Officium diuinum quomodo exoluendum. ibid.

P

PEr pentateucum quid intendatur. 1
Potentia agentis quanta eſſe debeat. 2

Potentia

Potentia creans neceſſario eſt infinita. 4
Præeminentia hominis quomodo intelligatur. 9
Potentia Dei immutabilis. 10
Propagatio quibus conueniat. ibid.
Perfectio alicuius rei eſt multiplex. 15
Perfectum tomplliciter dicitur, quotupliciter bonum. ibid.
Paradiſus quomodo homini conueniret. 16
Philoſophia contrarium fidei tenens non philoſophia, ſed infectio philoſophiæ dicenda. 17
Peccatũ non tollit ea, quæ naturaliter alicui conueniũt. 18
Paruuli cur baptizantur. 20
Pater & mater iure naturali excludũtur a matrimonio. 21
Productio mulieris cuiuſcunque eſt quid imperfectum, & quaſi per accidens. 22
Peccatum creaturę procedit ex ipſa creatura. 25
Peccatum originale quomodo remaneat. 27
Partes inferiores cur uerenda, ſeu pudenda uocentur. ibid.
Peccata quomodo ſint aſcribibilia ſecundum ſe. ibid.
Pœnitentes de quibus exigantur ab Eccleſia. 30
Peccatum quòd ſit a libero arbitrio. 31
Peccatoris hominis ignauia pluſquam miranda. 32
Peccatorem mortem auerſiunt. ibid.
Peccare quis nõ debet, ut pœnitentia de peccato faciat, ſed econuerſo. 33
Peccantes ſub ſpe diuinæ miſericordiæ, quomodo ſępius illa fruſtentur. ibid.
Peccare ſub ſpe diu miſericordiæ quomodo ſit, & non ſit peccatum in Spiritum ſanctum. ibid.
Promittentes ſibi uel aliis impeccabilitatem perſeuerantiam aut reſipiſcentiam damnatur. 34
Peccatum unum quantum eſt de ſe trahit ad aliud. 34. 51
Pœna accidentalis, & eſſentialis demonum. 34
Pecora quomodo ſerpenti præponantur. 35
Pectoris nomine ſignificatur ſuperbia, & cur. ibid.
Pœna hæreticorum, quomodo creſcat uſque in diem iudicij. 35
Priuilegia particularia non tollunt ius commune. 38
Prouiſio Dei, erga hominem contra peccatum. 39
Pœna duplex quomodo debetur peccato actuali. 41
Peccatum actuale duo continet. ibid.
Peccans nim actualiter monſtraliter magis diligit uoluntatem propriam quam Deum ibi.
Pœnæ præſentis uitæ ſunt medicinæ, & quomodo 42
Pœna originalis peccati diſtinguitur contra pœnam actualis. ibid.
Pœna originalis peccati quid. 43
Paruuli quo igne puniantur. ibid.
Peccatoribus quomodo iure proprio debeat infernus. 43
Peccata noſtra quod clament contra nos. 43
Pœnæ quomodo quandoque à Deo hominibus per Angelos bonos infligantur. 44
Per quæ quis peccat per hæc & torquetur. 44
Pœnæ per quæ infligantur peccatoribus. 45
Peccare quod quis poſſit poſt gratiam ſemel habitam. 46
Pij V. præclara auctoritas. 48
prædeſtinatus quomodo ſi male faciet damnabitur. 49. 86
Prædeſtinatio infallibilis quomodo. 49
Propoſitionum tranſitus errore ſtruit; non tranſitus deſtruit. 49
Præſcientiam Dei neceſſitatem non imponere. 49
Prædeſtinatus in hac uita exiſtens qualis. 50
Prædeſtinationem & reprobationem non tollere liberum arbitrium. ibid.
Prædeſtinationis ſigna. 52
Peccatum noſtrum quomodo nos accuſet. 53
Peccator ex uerbis ſuis quomodo condemnabitur. ibid.
Peccator quomodo ſibi pęnã conſtruat quam ſuſtinent. 53
Peccator quomodo peius rebus inanimatis. 53
Peccator eſt peſſimum animalium. ibid.
Peccator quomodo puniatur. ibid.
Peccatorum terræ cur infructuoſæ. ibid.
Peccatoribus cur bona temporalia concedantur. ibid.
Peccatoris principalis inimicus eſt ipſemet peccator. ibidem.
Peccatum deſperationis quomodo maxime Deo diſpliceat 55
Pœnitentia poſtulanti non deneganda. ibid.
Paruuli quo modo in Adamo peccarunt. 56
Peccatum originale quomodo ſe habeat in baptizatis. ibid.
Punitio uniuerſalis quomodo dicatur dies iudicij. 61
Peccati in deteſtationem quomodo quandoque ea quæ cũ ipſo peccatore conuerſantur, puniantur. 62
Piſces cur non fuerint mortui. ibidem
Perſonæ quædam cum peccatoribus conuerſantes quomodo non culpentur. ibid.
Peccatum fragilitatis quomodo ſit remiſſibile. 69
Peccatum ignorantię quomodo excuſabile. ibidem
Peccatum malitiæ quomodo irremiſſibile. ibidem
Patientiæ effectus. 70
Pſeudoapoſtoli cur auribus iudæorum prurirent. 75
Paupertas cur tutior uia ad uitam ſit. 79
Paſtor quomodo ſit cauſa erratorum ſubditorum. ibidem
Periculum amans quis. ibid.
Prophetia cur fugienda. 85
Paradiſus quòd ex iuſtitia ſanctis detur. 86
Peccati opera quòd a Dei regno excludant. ibid.
Promiſſa diuina quomodo intelligantur. 87. 96
Priuatio beneficiorum Dei occulta multum. 87
Prælati diſſimulantes nimis defectus ſubditorum quomodo maleſaciant. 90
Principes quòd teneantur caſtigare malefactores. ibidem
Proximum eſſe alicui quid ſit. 91
Perfectio noſtra in quo conſiſtat. 92
Prouidentia Dei de uniuerſis. 93. 175
Præuaricationes fuiſſe ſub priori teſtamentum quomodo ſecundum ſenſum uerum Apoſtoli intelligi debeat. 94
Peccator cum in profundum peccatorũ uenerit, quomodo contemnat. 100
Periculum amans quomodo peribit in illo. ibidem
Punitiones aliquorum cur fiant. 101
Peſtilente flagellato iuſtus ſapientior erit. 101
Peccata multa quomodo fiant, quæ fieri non creduntur. 102
Peccata cur imputentur nobis. ibid.
Pœnitentia placat Deum. 103
Præcepto diuino faciliori poſtergato aliud difficilius ſuccedit. ibid.
Plorare amicos mortuos quòd liceat. 105
Prædeſtinatio quòd ſanctorum precibus iuuetur. 107
Pluralitas opinionum catholicarum quomodo non obſtet Eccleſiæ. 108
Peccatum periurij quomodo teneat ſecundum locum poſt idolatriam. 109
Peierandum nulla de cauſa eſſe. 110
Patientia quomodo in D. Dominico locum magni concionatoris habuerit. 111
Patientiæ magna uis. ibid.
Patrem ſpiritualem aſſumere quàm ſit bonum. 112
Protectio pluſquam mirabilis obedientiæ erga ſuos filios. ibidem.
Præuentio noſtra in bonis quòd ſit à Deo. 114
Paſſiones quòd ſenſum peruertant. 119
Promiſſiones cur factæ fuerunt Iacob. 120
Panis ad edendum quis ſit. 124
Proles quomodo multum ab antiquis deſiderabatur. 128
Prolem deſiderare quòd ſit licitum. ibid.
Prouidere familiæ ſuæ uel ſibi, quòd ſit de iure naturali 129.
Poteſtas nocendi à quo ſit. ibid.
Puſillanimiter Deo ſeruientes cur reprehendantur. 130
Peccatum eſſe irremiſſibile quomodo intelligatur. 134
Paulus Apoſtolus cur paſſiones ſuſtinuerit. ibid.
Principiis malis obſtandum. 136
Pœnitentia quid. 138
Patrem eſſe alicuius quid requirat. 139
Peccatum publicum quod non indigeat correctione priuata. 140
Parentes quomodo licitè ament plus unum filium, quàm alium. ibid.
Papa cur ſe ſeruum ſeruorum Dei nominet. 142
Pœna iudęis infligenda pro Chriſti occiſione quomodo maxima. 144
Prophetia duplex. 146
Prophetiæ quomodo intelligendæ. ibid.
Peccatores cur ſtulti dicantur. ibid.
Propoſitio abſolutè prolata quomodo intelligenda. 149
Pœnę maximæ quomodo infligantur à Deo. ibid.

Præſen-

Præſentia Dei quomodo faciat omnia nobis proſpere ſuccedere. 150
Petrus poſt peccatum quomodo ſit cautior, & humilior. 150
Proſperarum rerum effectus. 154
Pharaoni cur Deus oſtendit pertinentia ad regimen. 155
Principibus cur duo Angeli dentur ad cuſtodiam. ibi.
Poteſtas & uſus poteſtatis quomodo differant. 156
Poteſtas quod non ammittatur amiſſo bono ipſius uſu. ibidem.
Pharao & fratres Ioſeph quòd naturali ratione ducerentur ad intelligenda ſomnia. 157.
Patientes nouam pœnam ſine nouo peccato quid facere debeant. ibidem
Paſſionum quanta ſit uis. 158
Pœnæ exterioris effectus. 159
Peccatum cur non ſit metus cadens in conſtantem uirum. 160
Peccatores quomodo ambulent uias difficiles. ibid.
Peccatum ſuper omne fugibile fugiendum. ibid.
Peccatores cur puſillanimes ac paruuli dicantur. 161
Pœnitentes quomodo animandi. 163
Peccator quomodo tractandus. ibid.
Peccans cur debeat eo modo ſatisfacere quo peccauit. 168
Patres antiqui cur corpora ſua ſepeliri curarint in terra promiſſionis. 171
Perfectio in quo conſiſtat. 178

Q

Qvodlibet quomodo non fiat ex quolibet. 8
Quis indicauit tibi quòd eſſes nudus quomodo ſit intelligendum. 27
Qualitas peccati primorum parẽtum quomodo cognoſcatur. 44

R

Refugium uniuerſale contra errores. 11
Ratio hominis poteſt domare omnia animalia. 12.
Requies Dei in homine. 15
Requies Dei die ſeptimo. ibid.
Requieſcere in quo debeamus. ibid.
Res in principio cur à Deo fuerint inſtitutæ. 21
Regulæ pro ſcripturis intelligendis. 22
Rubor, quænam cauſet. 27
Remiſſio peccatorum cur attribuatur ſpiritui ſancto. 31
Reuerti in puluerem duo includit. 37
Reuerſio in puluerem quid. ibidem
Regulæ iuris de priuilegijs. 38
Regula neceſſariſſima pro filijs S. Eccleſiæ. 43
Regula infallibilis in fide eſt Eccleſia. ibidem
Regnum Dei tantum ualet quantum habes. 47
Reſpectio Dei ad Abel quid fuerit. ibidem
Reprobi quòd ſi benè egerint ſaluabuntur. 49
Reiecta una propoſitione omnes aliæ in ſenſu ſimiles reiectæ intelliguntur. ibidem
Reprobi quomodo poſſint benè agere. 50
Reprobatus in hac uita exiſtens, & in inferno dãnatus quomodo differant. ibidem
Reprobi in hac uita exiſtentes & in inferno damnati quomodo habeant liberum arbitrium. ibidem
Reprobationem Dei neminem ad malum cogere. ibidem
Reprobationis circa negotium aurea Concilij uerba. ibid.
Reprobi ſigna. 52
Regula uniuerſalis per uitatiobus. 53
Regula deſcriptionis uitarum in ſcriptura. 50
Regulæ duæ circa loquellam ſcripturarum 67
Religioſorum obcæcationis radix quæ. 68
Regulæ decem pro legentibus ſacras ſcripturas. 71
Relinquere omnia quomodo quis intelligatur. 78
Relinquendi quomodo quidam ſint, aut non. 81
Reuelationes diuinæ quòd nulli ſint peccandi cauſa. 86
Regnum Dei quomodo conſequendum. 88
Ruina ſubditorum unde procedat. 90
Regula intelligendi uerba doctorum. 97
Rogare Deum quid. 103
Ratio formalis cur quis præmiatur à Deo. 105

Rationẽ probabilem adducere an liceat ſubdito contra inbeotem ſuperiorem. 113
Religioſus quomodo poſſit habitum occultare 114. non tã habitum chriſtianitatis. 115
Rebecca quòd reuelationem habuerit de prælectione Iacob à Deo. 115
Regnum Dei non in ſermone, ſed in uirtute eſſe. 118
Religioſi ſua inſtituta grauia non iudicantes quòd ſint uerè Iacobitæ. 115
Rachel cui aſſimiletur. 128
Rachel cur ex ſua gratitudine alium filium maſculum permeruerit. 128
Recurrere ad Deum in tribulationibus quòd debemus. 132
Religioſi conſcientiam quomodo ſtupretur. 136
Religioſi ciuitas quomodo corruat. ibid.
Religioſi quomodo aſſimilentur Dinæ. ibid.
Regnum terrenum cur detur pauperibus uel non. 142
Regnum Ioſeph cur in ſomnis apparuerit 142
Regere ſeipſum quòd ſit peſſimum. 149
Recordatio beneficiorum Dei quàm bona ſit. 151
Regnum Chriſti quid ſit. 167
Reges quomodo teneantur ſubditis prouidere. 176
Reges quid erga ſacerdotes facere deberent. ibid.
Rex ſpiritualiter quis ſit. 179
Ratio hominis cur dicatur partes ſuperior. ibid.
Reges cur Aſer panibus ſaturandi dicantur. 180

S

Scientia Dei eſt cauſa rerum. 5
Septima dies cur uocaretur ſabbathum. 7
Seruus Dei quomodo liber. ibid.
Semen cur in rebus productis relinquatur. 8
Species eſt durabilior indiuiduo & nobilior. 8
Simile quomodo generet ſibi ſimile. 8
Spiritus ſanctus cointelligitur in patre & filio, ueluti nexus amborum. 10
Similitudinem Dei amiſit homo per peccatum. 12
Similitudo Dei in homine eſt donum gratuitum gratiam gratificantem inferens. 13
Similitudo Dei in homine in quo conſiſtat. ibid.
Sponſi, & ſponſæ cur benedicantur. ibid.
Sacramenta noui erant ante peccatum. 14
Sacramenta dicuntur medicinæ peccati. ibid.
Sapiens ſolus rectè feſta celebrat. 15
Solennitates quomodo cuſtodiamus. ibid.
Spiraculum uitæ qui debeat intelligi. 16
Silentium multa bona operari, eſſe quæ multorum bonorum cauſam. 24
Serpens quomodo contrarius fuerit Chriſto. 26
Superbia quomodo initium omnis peccati, & cupiditas radix omnium malorum. ibid.
Suauitas Dei inuitantis Adam ad pœnitentiam. 28
Statutum ſuum nemo ſcit. 28
Serpens quem decepèrit. 39
Serpens cur pectore ſerpere dicatur. 32
Semen diaboli quid. ibid.
Semen mulieris quid. ibid.
Serpens quomodo mulieris calcaneo inſidietur. ibid.
Sentẽtia Domini cõtra diabolũ fuit noſtra inſtructio. ibid.
Scandala euitanda. ibid.
Saluandorum duplex genus. 36
Saluandi, & damnandi ſine examine qui, & quomodo opponantur. ibid.
Speculum infidelium pro ſtimulo urgentiſſimo ad reſipiſcentiam. ibid.
Subiectio ſeruitutis. 37.
Serpens cur dixerit mulieri; Nequaquam moriemini. 40.
Sudore uultus ſui quomodo omnes veſcantur pane ſuo. 43
Sacrificia antiquorum quomodo ualerent. 47
Sacrificiorum ueteris & nouæ legis differentia. ibid.
Sacrificia antiquorum quomodo cognoſcebantur eſſe accepta Deo, & quid per hoc ſignificabatur. 48
Syndereſis quid ſit. 51
Syndereſis officium. ibid.
Syndereſim ſupprimere uolens quid faciat. 52
Syndereſis debet connumerari inter beneficia. 53
Seruus peccati quàm infelix. ibid.
Stultitie peccatorum. ibid.

Seth quis fuerit, & qualis. 57
Seth cur ſpecialiter dicitur cõtraxiſſe originale peccatũ. 57
Seth quomodo non adorandus. 57
Seth quomodo, & cur non fuerit Chriſtus. 58
Spes uitæ æternæ quomodo data. 58
Serpens cur punitus. 61
Sapientia quomodo uincat malitiam. 63.163
Sacrificia antiquorum quomodo Deo accepta. 68
Sacra ſcriptura quomodo aliqua p anticipationẽ dicat. 71
Scandalum quomodo uitandum. 79
Scandalorum occaſiones quomodo proijciendæ. 80
Scandalorum protectio ad quę hominem diſponat. 80
Sacerdotium Melchiſedech quomodo ſit antiquius ſacerdotio Leuitico. 81 & nobilius. 81
Sacerdotium Melchiſedech quomodo maius ſacerdotio Leuitico. 82
Sacerdotij Leuitici perfectio unde manarit. ibid.
Sacerdotium nunquam defecturum. ibid.
Sacrificium quid ſit. ibid.
Sacramentum nouæ legis cur dicatur ſacrificium. 83
Sancti uiri quomodo in proſperis timeant. 85
Sancti uiri cur Deo ſeruiant. 85
Sancti cur in tribulationibus glorientur. 85.88
Sanctis temporalia bona quomodo ſint quædam munuſcula. 85
Sanctorũ iudicio temporalia bona quomodo ſint mala 85
Sanctorum iudicium quantum diſtet à mundanorum iudicio 86
Sanctos in temporalibus proſperari quomodo nõ malum ſignum. 86
Sanctorum merces uera quomodo ſit ſolus Deus. 86
Spes catholica cui innitatur. 89
Sterilitas apud antiquos cur eſſet malum. ibid.
Superioribus nos ſubijci quod uelit Deus. 91
Sacramentorũ nouæ legis & antiquæ differẽtia triplex. 94
Serui Dei quomodo Deum ligent, atque conſtringant. 98
Sententiæ quomodo non præcipitandæ. 99
Societas bonorum cur expetenda. 99.129
Status uitæ, & ſtatus gloriæ differentia quintuplex. 99
Sara quomodo uerè ſoror Abrahæ. 101
Superbia hominis in principio. 103
Sepelire mortuos quomodo ſit licitum. 104
Signum à Deo petere quomodo, & quando ſit licitũ. 106
Signum à Deo quomodo petatur dupliciter. ibid.
Sacerdos in canone quòd inuiſibiliter adoratur. 108
Simplicitas chriſtiana prudentiam includit. 109
Secreta quænam celanda ſeu manifeſtanda. ibid.
Secreta in confeſſione non audit homo, ſed ut Deus. 110
Sanctorum erga alios bona uoluntas. 111
Sapientia quomodo uincat malitiam, 112. uel uincatur ab ea. 112
Serpens cur dictus fuerit callidior. 114
Senſus Dei uictè quis. 116.118
Scripturas ſacras afferenti non cito credendum. ibid.
Scriptura quomodo quãdoque in ſummatim narret id, quod poſt ſingillatim narrat. 119
Societas maiorum fugienda. 121
Somnia diuina quomodo a ſomnijs diabolicis diuerſa. 122
Scriptura cur ad aliquã explicanda concitet, quæ ſunt nobis nota. 123
Scala uiſa a Iacob quòd ſit Eccleſia. ibid.
Saluti neceſſaria poſſe cadere ſub uoto. 124
Sancti quomodo in ſuis pœnis diiudicandis ſe abſque mẽdacio habuerunt. 126
Sancti quomodo aſſimilati fuerint Adamo in ſtatu innocentiæ. ibid.
Sancti cur ſe à mundo deſpici gloriabantur. 127
Spes futurorum cur firma ex exhibit onem præteritorum. 128
Suorum curam non habens quòd ſit infideli deterior. 129
Scandalum cur pueris non dandum. ibid.
Seruientes Domino quomodo ſint beati. 130
Scriptura cur dicat, reſpondendum ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam. 131
Sanctos adorare quòd licitè poſſumus. 135
Sterilis peperiſſe plurimos cur dicta fuerit. 136
Sepulturæ nobiles quòd licitè fiat à chriſtianis. 139
Somnia quandoque immitti à Deo, & cur. 141
Somnia ſancta, uiſiones, apparitiones, & reuelationes quòd ſit idem. ibid.
Somni conditiones ſeptem. 142. & quid figurent. 142
Simplicitas Ioſeph dupliciter mirabilis. 143
Septem ſpiritus nequiores quid denotent. 147
Stuprum quid ſignificet. 152
Somnium Ioſeph quam eleganter correſpondeat rei ſignificatæ. 157
Scriptura quomodo quod dicit obſcurius, in alio loco clarius dicat. 157
Sapientia diuina quòd omnia diſponat. ibid.
Seruitus quid ſit. 160
Seruitus peccati quòd durior corporali ſeruitute. ibid.
Sperandum ſemper in Deo. 163
Saulus Chriſtum perſequeretur. 166
Sapientia hominum mundanorum quæ. 168
Sacerdotes cur non fuerint compulſi à Pharaone uendere poſſeſſiones ſuas. 169
Sacerdotes quòd liberi à regum terrenorum grauaminib. 170
Sacerdotes noui quomodo ſint tantò digniores antiquis ſacerdotibus quantò Chriſtus eſt dignior illis animalibus 170
Sepelire mortuos quòd ſit ipſis gratiſſimum. 171
Sepelire mortuos quòd ſit opus miſericordiæ. ibid.
Sepultura Eccleſiaſtica priuari quam magna pœna ſint. ibidem.
Sepulturæ Eccleſiaſticæ priuatio quibus infligatur. ibid.
Sepultura in loco ſacrato quomodo mortuo proſit. ibid.
Scripturæ iuramentum uiuſperantes quomodo intelligendæ. 172
Synodus Tridentina cur prætulerit æditionem uulgatam alijs. 173
Stultorum oculi quomodo ſint in calcaneo, ſapientis uero in capite. 175
Summus Pontifex cur uocetur Papa. ibid.
Semen quid ſit. 176.
Senſus hominis cur dicatur pars inferior. 179
Sepultura, & depoſitum quomodo differant. 182

T

TRinitas tota ad creationem concurrit. 5
Tranſubſtantiatio. 6
Terra eſt in aqua ſicut in loco ſuo. 8
Terra aliquando cooperietur tota aquis & quare. 8
Terra quomodo eſſet ſubiecta homini ante peccatum. 12.
Terra poſt peccatum non remanſit ſub pleno hominis dominio. 13
Terrarum diuerſitas quid ſignificet. ibid.
Tentationem de non ieiunando, ſeu à cibis aliquibus non abſtinendo ſubſannat optimè Deus. 18
Tentatio quotidiana hæreticorum contra catholicos. 22
Tentatori maligno non reſpondendum. 24
Tentati de non obediendo quomodo ſe habere debeãt. 24
Tentationem ſerpentis eſſe hiſtorice intelligendam. 26
Tremendam uerba de irremiſſibilitate peccati ſpe reductorum. 34
Tentatio poſt primum peccatum quomodo creſcat. 51
Terra quomodo fuerit punita, & diſperſa. 62
Tribulationes quomodo ſint cauſa eleuationis Eccleſi. 67.
Terra quomodo eſſet laborioſius ante diluuium 71
Transferens terminos, quos poſuerunt priores quomodo maledicatur. 76
Trãsferre terminos quos priores poſuerunt quomodo intelligatur. ibi.
Terra promiſſionis a quibus eſſet poſſidẽda, & quãdiu. 87
Tepor poſt inchoationem uiæ ſalutis quomodo periculoſus. 100
Thare plures habuit uxores. 101.
Timor ſeruilis quod non eſt ſufficiens ad uitam æternam.
Tentatio Dei in quo conſiſtat. 106
Timor Iacob quomodo fuerit mortiferum bibitum non nocens. 112.
Templa ædificare quomodo licitum. 115
Templa Dei exterioſa quòd fuerint illi accepta. ibid.
Templa deſtruentes quòd contra ſalutem humani generis punient. ibid.
Templum cur à Iacob appellatum ſit, porta cœli. ibid.

Tem-

Templa tollentes quòd claudant cœlum. 122
Templum quomodo poſſit eſſe oſtium cœli, cum Chriſtus ſit ipſum oſtium. 122
Templa eſſe cœli portas quod non deroget honori Chriſti. 123.
Theſaurizandum non eſſe quomodo intelligatur. 129
Tribulationes cur nobis immittantur à Deo. 132. 135
Tentator quòd incipiat à longe. 136
Tranſitus Apoſtolorum ad gentes ubi præceptus ſit. 141
Tenebre in morte Chriſti cur factæ fuerint. 144
Thamar quomodo de inceſtu fuerit laudata. 149
Teoderi quid ſignificet. 154
Translatio uulgata quòd magis proprie loquatur quam translatio ſeptuaginta. 173
Translatio diuerſa quòd ſit à Spiritu Sancto, & nobis mira oſtendat. 173
Timor domini quomodo ſit initire ſapientiæ. 174
Timorem domini habere ſit ſanctorum proprium. ibid.

V

Verbum Dei quid. 5
Vnus ſiue unum, quomodo accipiatur quandoque in ſcripturis 7
Vna autem Sabbathi uenit Maria Magdalena, & quomodo intelligatur. ibid.
Vnumquodque tunc perfectum eſt cum poteſt gratia ſibi ſimile. 11
Vir debet eſſe uxoris cuſtos. 21
Viuere in ſpiritu libertatis quod non licet. 23
Vincula Dei ſunt alligatura ſalutis. ibid.
Vitatio occaſionum contrafaciendi intelligi in præcepta Dei. 24
Volens aliquid, uolente Deo non peccat. 25
Viatori quomodo ambulandum. 29
Voces ſerpentinæ. 30
Voluntas peccantis eſt cauſa ſufficiens ſui peccati. 31 62
Voluntas omnis caret coactionis neceſſitate. 32
Voluntas quomodo ſit fortior omnibus. ibid.
Vltima conſummatio bonorum & malum erit poſt diem iudicij. 34
Ventris nomine ſignificatur deſiderium carnalem & cur. 35
Voluntas quomodo cauſa ſit conuerſionis, & auerſionis in peccante. 42
Voluntas quomodo ordinetur. ibid.
Via arripienda ab afflictis pro adiutorio Dei conſequendo. ibid.
Viui quomodo dicendum aliqui. 58
Vxorum pluralitas contra rationem naturalem. 59
Vindicatio in peccatores duo continet. 60
Veritas quomodo ex ſe proficiat, & mendacium deficiat. 66
Vitam longam quomodo nobis promittere non debeamus. 74
Volens fieri grandis apud Deũ quomodo opus ſit, ut apud ſe fiat minimus. ibid.
Veritatem occultare quomodo, liceat. 77. 101. 109. 114
Vt, quandoque in ſcripturis ſumitur conſecutiuè. 78
Vtilitas ſacrificiorum unde proueniat. 88
Via ad uitam cur dicatur ſuaue iugum. 89
Vita æterna cui ex iuſtitia detur. ibid.
Via ad perfectionem ſpiritualem quæ ſit. 92
Via noſtræ ruinæ quæ. 93
Vtilitas circumciſionis quæ. 95
Vita hominum quomodo ualeat ad iudicandum de ipſis 97
Verbum caro factum, eſt maximum beneficium. ibi.
Veneratio ſanctorum. 98
Via perditionis quomodo lata. 102
Vxorem diligere, quomodo laudabile, uel uituperabile. 106.
Vxorem rectè amans quæ bona conſequatur. ibid.
Vxores a redendo debito abſtinentes quæ mala cauſent. ibidem.
Vxores quando à redendo debito excuſentur in conſcientia. 106
Vexationem ſuam redimere quid ſit. 109. & quomodo liceat. 133
Voluntas peccandi in eadem ſpecie peccati computatur in qua opus peccati. 110
Via contrahendi, & conſeruandi amicitiam. 111
Vitioſus quomodo quandoque laudet uirtute appoſita pre dictum. ibid.
Viuere ſecundum caput ſuum quòd ſit uia ad ſalutem ineptiſſima. 112
Voluntas noſtra ſuperioribus obedire nolens quid uelit. 114
Verbum Dei adulterare. 116
Voluntatem quòd magis attendat Deus, quàm opus. 120
Velle confiteri, baptizari, &c. quantum ualeant. 120
Vtilitas Eccleſiarum multa. 121
Vouere etiam conditionaliter quòd liceat. 125
Vilificatio quomodo melior quam magnificatio. 126
Vtilitas recordationis beneficiorum Dei. 128
Votum Deo factum quod ſit ipſi gratum. 130
Vtilitas flagellorum. 132
Venialia peccata quomodo ad mortaliſſima adducant. 135.
Venialia multa unum mortale facere quomodo intelligatur. 135
Via adhærendi Deo uera. 138
Virtuoſum eſſe quid requirat. 142
Venditio Ioſeph quàm proficua. 143
Venditio Chriſti quanta bona cauſarit. ibi.
Voluntas quomodo ſibi fabricet infernum. 146
Virtus bonorum operum quam miranda. 151
Virginitas in maſculo quòd non conſtituat ſpeciem luxuriæ. 152
Viſiones à Ioſeph interpretatæ cur ſomnia dicantur. 153
Vexatio quomodo det intellectum. 154. 157
Vocari ad concilium quis rectè dicatur. 156
Veritas quomodo omnibus anteponenda. 158
Veritatem non diligentes quòd faciant contra rationem naturalem & diuinam. 158
Veritas quomodo pariat amorem uel odium. ibid.
Via domini cur dicatur uia plana. 161
Voluntatem Dei adimplens non omnis benefacit. 163
Viç Dei quomodo differant à uijs hominum. ibid.
Vini effectus. ibid.
Veritas fidei quòd humanam ſcientiam tranſcendat. 164
Voluntas Dei quæ. 166
Vtilitas meditationis mortis. 168
Vectigalia non exigenda à ſacerdotibus rectè mandatum. 170.
Viri boni quomodo quandoque malorum ſint figura. 176
Verbum Dei quòd maxima attentione audiendum. 177
Verbum Dei ut audiatur fructuosè quantam diſpoſitionẽ requirat. 178
Voluntarium ſimpliciter quid. 181

NOS F. HIPPOLYTVS MARIA, Beccaria, de Monteregali, ſacræ Theologiæ profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis generalis magiſter, & ſeruus.

Viros doctrina inſignes, virtuteque ac morum integritate conſpicuos, quos pro Chriſti gloria, animarum ſalute, Chriſtianæque religionis augmento, in via Domini diu laboraſſe, & iugiter laborare cognoſcimus, ſicut ſyncera dilectione proſequimur; ita, nè ab incœpto opere deſiſtant, ſed ut illud perficere ſtudeant, monere, & hortari, & (vt noſtri eſt muneris) animare ſolemus: quatenus de virtute in virtutem euntes tandem videre liceat Deum deorum in Syon.

Porrò eis, qui iuxta talentum ſibi à Domino traditum nedum præſentes inſtruendo, ſed & poſteris doctrinæ ſuæ monumenta relinquendo, Chriſtianæ quidem reipublicæ plurimum vtilitatis, noſtro verò ordini multum ornamenti afferre poſſunt, quæ noſtrarum ſunt partium libentiſſimè impartimur: in idque incumbimus, vt laborum ſuorum fructus, & vigiliarum lucubrationes, ad communem omnium utilitatem, in lucem diligenter edantur.

Quemadmodum, tenore præſentium noſtri authoritate officij, tibi R. P. ſacræ Theologiæ Magiſtro F. Seraphino Capponi de Porrecta, noſtræ Prouinciæ LOMBARDIÆ (cuius ſingularem eruditionem iam pridem perſpectam habemus, & cognitam) concedimus: quinimmò in meritum SANCTÆ OBEDIENTIÆ mandamus; vt (ſeruatis omnibus; quæ, iuxta decretum ſacri Concilij Tridentini ſeſſ. 4. de editione, & vſu ſacrorum librorum, ſeruari debent) quantò citiùs typis committere, & prælo mandare ſtudeas, Veritates Aureas ſuper totam legem veterem, & Scholia ſuper Compendium Theologicæ veritatis Alberti Magni, & Formalizationes, ideſt Elucidationes formales totius ſummæ Angelici doctoris S. Thomæ; necnon Explanationem totius fidei Chriſtianæ ſuper ſymbolum Apoſtolorum: & Obſeruationes ſuper Prædicabilia, Prædicamenta, libros Poſteriorum, Phyſicæ, de Anima, Metaphyſicæ, & quęcunque alia impreſſione digna à te præmeditata.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Amen.

Quibuſcunq; in contrarium non obſtantibus. In quorum fidem, his noſtro ſigillo munitis manu propria ſubſcripſimus.

Romę die 15. Auguſti. 1590.

F. Hippolytus Maria, Beccaria, qui ſuprà, manu propria.

Locus ſigilli.

Aſſumptionis noſtræ anno ſecundo.

F. Vincentius, Calcius Soncinas, Magiſter, & Prouincialis Terrę Sanctæ.

PRO NOTITIA
SVMMARIA DICENDORVM,
AD LECTOREM CANDIDVM
PRAEFATIO.

PER modum concluſionis, non autem continuę expoſitionis, ad ſingula capitulorū inſignia præmonſtranda, progredi nos in toto opere hoc, nè mireris, amice lector; quoniam id non abſque magna, noſtroque tempori neceſſaria, cauſa factum eſt. Sic enim (quod ualdè res tempeſtatis huius expoſtulant) Et dogmata fidei catholicę, cui ſemper in primis militare ſententia fuit, eminentiùs (uelut in ſpecula) uniuerſis apparent ex, & ſuper, firmam petram ſcripturarum promanantia, ac ſtabilita: Et, nania hæreticorum deliramenta mox, quòd ſuper infirmiſſimam phantaſiarum ſuarum arenam ædificata ſint, ex oppoſito conſpiciuntur. Quo quid melius, quid facilius, quid utilius? Hinc fit: ut & fideles quique, perſpicuitate ſententiarum inſpecta, in fide plùs inſtructi ab harum lectione redeant, in Chriſto (quod optabat Apoſtolus) magis radicati atque ſuperędificati; & infideles patulam à longè fidei lucem uidentes vel (quod volebat propheta) à ſuis tenebris conuertantur, vel in ipſis conticeſcētes erubeſcant. Illinc etiam itidem emolumentum hoc non uulgaris cōmodi naſcitur; vt contra tàm apertum ſacrarum litterarum ſplendorem latrantes hęreticos, agnoſcamus eſſe illos; de quibus Apoſtoli quondam dixere, Petrus quidem, quòd ſunt indocti & inſtabiles, Paulus verò, quòd nihil ſciunt, ſed languent circa quęſtiones & pugnas verborum, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, proferentes de ſuo prophanas uocum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. Cœterum q̃ ij cauilloſi ſint, uerſuti, ac ueneno ſi, ſecundū ſcripturas plurimas eoſdem ad lineam depingentes; uide infrà lib. Num. c. 16. circa con. 2.

2 Quandocunque citantur aliæ concluſiones ad cognitionem alicuius materiæ tunc pertractatę, tu nomine concluſionis cointelliges etiam concluſioni illi annexa, in gratiamque illius dicta. Verbi cauſa. Damnatur iſte error à Gen. c. 4. con. 3. Sufficiet enim tunc: vt per aliqua dicta intra diſtrictum (vt ita loquar) talis concluſionis, qui erit ab illa tertia uſq, ad concluſionem quartam, de damnatione ipſius erroris tractetur. Et ſic de alijs.

3 Quando in ly PRO ECCL. SAN. DEI, dicitur ly Concluſio hæc &c. deſtruit &c. tunc nomine concluſionis, intellige tu ipſam non præcisè, ſed cum textu ſuo: imò textum principaliter, vt eſt fundamentum concluſionis ipſius. Adeò quòd ly Concluſio, ſumitur quandoque formaliter, quandoque fundamentaliter. i. pro ſuo fundamento quod eſt textus. Aliquādo ibid. dicitur ly Si, declarata, vel ly Vt ſic vallata &c. quæ uerba ſunt valdè notanda: nè aut fiat error in applicando, aut concluſio adducta ibi uideatur eſſe extra propoſitum illud.

4 Multas inuenies citationes, quæ ſunt huiuſmodi: Elucid. pri. par. art. num. 25. Vel, Elucid. Addi. arti. num. 33. Vel, Compen. Albe. li. 7. c. 2. Schol. Vel, Sacerdos in ęternū. Hoc eſt. Elucidationes formales ſuper primam partem Theologiæ Sancti Thomæ, in ordine articulorum, numero. 25. Item. Elucidationes formales ſuper Additiones ad tertiam partem. S. Thomæ, in ordine articulorum, numero 33. Item Compendium Alberti Magni lib. 7. cap. 2. cum Scholijs. Item Libro intitolato, Sacerdos in æternum, e Dechiaratione della ſacra Meſſa. Hic liber eſt in vulgari lingua compoſitus; & duobus ijs titulis, propter rationem ibi adductam, ſimul gaudet. Præmiſſi tres libri (ut, ſi volueris, poſſis eos inuenire; quoniam recenter

pro-

prodierunt) ſunt æditi per Magiſtrum Seraphinum Capponi è Porrecta, ordinis Prædicatorum. Per quem & Schol. illa ſuper Compendium Alberti, facta ſunt.

Citatur prima pars Sancti Thomæ quandoq; ſic. 1.q.3.art.&c. Quandoq; ſic pri.par. art.num.57. Vnde ſicut tunc ad numerũ quæſtionum curris, ita nunc ad articulorum; pro inueniendo quod volueris. Eiuſdem Sancti, prima ſecundæ; ſecunda ſecundæ; tertia pars, Additiones ad tertiam partem. ſic citãtur; 1.2.q,&c.2.2.q.&c.3.q.&c. Addi.q.&c.

Nota inſuper, ne mireris: quòd frequenter non adducimus totum textum per ordinem: ſed de textu illud ſolùm, quod tali, vel tali, propoſito tunc tractato ſuffragatur.

5 Nonnulla per errorem tranſpoſita noueris: quæ ſunt hęc. Cartarum Geneſ.num. 25. ly (Pro Eccleſia Sancta Dei, Hæc concl. 5. capitu. 3.) non debet ibi poſt concluſionem quintam eſſe; ſed poni poſt ſextam. Correctè igitur, præmiſſa concluſione ſexta cum ſua ratione, mox ſequetur ly Pro Eccleſia Sancta Dei, Hæc concluſio ſexta cap. 3. ſuo textui ſcripturæ coniuncta valet apertiſſimè &c. Vnde auferretur illud pro Eccleſia, quod ibi nunc eſt: & loco illius poſitio prædicta fiet.

Item ibid.cart.26.ly (Pro Eccleſia Sancta Dei, Prædicta concluſio ſexta cap.3.) non debet ibi poſt concluſionem ſextam eſſe; ſed poni poſt quintamdecimam. Correctè igitur, præpoſita concluſione quintadecima cum ſua ratione & corollario, mox ſequetur ly Pro Eccleſia Sãcta Dei, Prædicta concluſio quintadecima ca.3. ſic literaliter intellecta de tentatione ſerpentis &c. Vnde auſerretur illud pro Eccleſia, quod ibi nunc eſt: & loco illius poſitio præoſtenſa fiet.

Item ibid.cart.27.ly (Pro Eccleſia Sancta Dei, Concluſio hæc.8. cap. 3.) non debet ibi poſt concluſionem octauam eſſe; ſed poni poſt nonam, Correctè igitur, præpoſita concluſione nona cum ſua ratione & corollario, mox ſequetur ly Pro Eccleſia Sancta Dei, Concluſio hæc nona cap.3. deſtruit inſaniſſimos errores Adamianorum &c.

Item ibid.cart.33.ly (Pro Eccleſia Sancta Dei, Prædictam concluſionem quintamdecimam cap. 3.) non debet ibi poſt concluſionem.15.eſſe; ſed poni poſt ſextamdecimam. Correctè igitur, præpoſita concluſ. 16. cum ſua ratione, appendice, & corollario, mox ſequetur ly Pro Eccleſia Saucta Dei, Prædictam concluſionem ſextamdecimam cap. 3. maximè iuuat atque declarat Concilij Cabibilonenſis &c.

Item ibi.cart.9.linea 37.poſt ly Patet enim totum contrarium, vt diſcurrens per ſe cognoſcet: adde tu, Maximè adiuncta concluſione quinta capituli ſecundi.

De alijs erratis, ſi qua ſunt alicuius momẽti, facilè (opinor) per te ſapiens iudicabis: & impræſſori pro hac prima uice donabis veniam. Vide indices memorabilium.

Ne erres; aduerte hoc. In indice hæreſum multi errores notantur, ſecundum quòd iacent in authoribus referentibus illos: cùm tamen in corpore libri huius nec reponantur, nec reſellantur; niſi pro quanto ſufficit ad propoſitum illius concluſionis tunc occurrentis. Supponitur enim; eoſdem quò ad particulã tacitam, uel a nobis vel à cæteris alias (ſicuti re uera ſunt) eſſe damnatos. Verbi gratia. In indice dicitur: Caym, & Sodomitas, eſſe ſaluatos. In loco citato Geneſis error ille totus ſolũ de Caym loquitur propter rationes dictas. Quis etiam neſciat: ſodomitas, clamante & natura, & ratione, & tota ſcriptura damnari?

6 Quando citãtur hæreſes vel errores authorum horum uel illorum, & non aſſignatur aliquis relator talis hereſis uel erroris; tunc inſpiciendus ſemper intelligitur (licet de hoc nihil dicatur) Gabriel Prateolus Marcoſſius, in lib. ſuo de uitis & ſectis hereticorum, titulo tali (puta Caluiniſtæ, Lutherani, Albanenſes) ſecundum quòd author erroris occurrentis tunc nominabitur. Noueris etenim, me nemini prorſus errores aliquos attribuiſſe: niſi hoc ab alijs, quos vel nomino uel nominatos ſubintelligo, mutuaſſem.

7 Vbi hæreſes damnãtur per locum à figura, vel a ſenſu ſpirituali per nos ſic, uel ſic, expoſitis: tunc maximè adiungenda cointelliguntur concilia, aut ſummi Pontifices, aut ſacræ ſcripturæ pro efficacia determinationum illarum. Nam ex ſpirituali ſenſu precisè, non trahitur efficax argumentum: ut habet S. Thomas. 1.q.1.ar.10. cum Elucidationib.

8 Illuſoria hæreticorum phantaſmata, quę ipſi uocant rationes, non adducuntur, ſed ſolum nudus error ab eis dogmatizatus: tùm quia omnia illa ſunt puerilia ludibria, furioſaque dicta, ac ſcripta (vt ait Concilium Nicœnum 2. can.9.); tùm quia indiſciplinati eſt, ſollicitum eſſe nimis contra proferentem manifeſtè improbabilia (vt ait philoſophus. 1. Topic.cap.9.). Iam enim, tanquam manifeſtiſſimum, firmiſſimè tenendum, & nullatenus dubitandum, eſt; quòd illorum, quas dicunt, probationes ſunt in vniuerſum ſolubilia argumenta (ut docet Concilium Lateranenſe ſub Leo.X. Seſſ.8.).

9 Contra erronea itaque eorum dogmata ſat mihi uiſum eſt, afferre ſacroſanctas ſcripturas iuxta ſenſum Eccleſiæ catholicæ intellectas, legitima Cõcilia, Pontifices maximos, Patrum traditiones, ſaluberrimasque doctrinas. Ad quod agendum adductus ſum exem

plari quodam monitu Conc. Triden. Seſſ. 18. in ſaluo conduc. conceſſ. German. nation. dicentis. Cauſæ cõtrouerſæ ſecundum ſacram ſcripturam, Apoſtolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Eccleſiæ conſenſum, & SS. Patrum authoritates, in prædicto Concilio Tridentino tractentur. Hęc ibi.

10 Quantũ verò authoritatis pondus habeant, quantaq; reuerentia ab omnibus, maximè fidelibus, proſequenda ſint concilia nõ tantùm generalia, ſed & localia. i. prouincialia: attende. Synodus ſeptima generalis (vt ibi legitur). 350. Patrum, quæ & Concil. Nicœnum. 2. dicitur, action. 3. poſt lectionem ſex ſynodorum generalium, videlicet Nicœnę primę. 318. Patrum; Cõſtantinopolitanę primæ. 150. Patrum; Epheſinæ primæ. 200. Patrum; Chalcedonenſis. 600. Patrum, Conſtantinopolitanæ ſecundæ. 164. Patrum; Cõſtãtinopolitanæ tertiæ. 289. Patrũ, Synodus, inquã, illa ait ſic. His itaq; ſex ſacris ſynodis, quas ſolas vniuerſales agnoſcimus, cõcorditer orthodoxa fides ſtabilita eſt: nec aliã, prę ter has, ſynodum accipimus. Locales autẽ ſynodos non auertimus; ſed magis amamus, amplectimur, & recipimus: earum etiam diuinitùs inſpiratas canonicas conſtitutiones, correctiones, & utiles earum legiſlationes, ſumma obſeruatione colimus. Hæc ibi. Item can. 1. A. S. Apoſtolis priùs editos canones, & à ſanctis vniuerſalibus & localib. ſynodis amplectentes, anathematizamus eos, qui ab ipſis anathematizati fuere; deponimus, qui depoſiti fuere: nihilq; his adijcimus, non inexplebiles (vt auari) exiſtentes; ſed his, quę ab illis conſtituta ſunt, contenti ſumus. Hæc ibi. Synodus quoque octaua generalis (ut ibi legitur). 373. Patrum, quæ eſt Conſtantinopolitana quarta, Photio intruſo è ſede illa pulſo, Ignatium legitimum paſtorem eidem ſedi reſtituens, ſic canon. 1. ait. Regulas, quæ Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ tàm à Sanctis Apoſtolis, quàm ab orthodoxorum uniuerſalibus nec non & localibus Concilijs traditę ſunt, ſeruare ac cuſtodire profitemur: quibus & propriam uitam, & mores, & omnem ſacerdotij cathalogum regamus. Sed & omnes, qui Chriſtiano cenſentur uocabulo, damnationibus & iuſtificationibus, quæ per illas prolatæ ſunt canonicè ſubijci decernimus. Tenere quippè traditiones, quas accepimus, ſiuè per ſermonem, ſiuè per Epiſtolã Sanctorum, qui antè fuerunt; Paulus apertè admonet. Hæc ibi. Taceo: quòd Concilium Lateranenſe, ſub Innocentio III. maximum, longeque celeberrimum (vtpotè. 1215. Patrum; vt ibi legitur) de concilijs prouincialibus capit. 6. mandat; & per hoc ipſum illa approbat.

Super tot Igitur, tantaque ſuperiùs num. 9. poſita, ceu ſuper baſes aureas, fundatus ſermo noſter procedet, IN NOMINE DO- *Concluſionis inſcriptio.*
MINI SABAOTH, aduerſus omnes inimicos domus Dauid. i. Eccleſiæ Sanctę Dei. Cui tu, candide lector, tanquàm (ut dudum Apoſtolus inclamauit) columnæ & firma- *1. Tim. 3*
mento ueritatis, vnà mecum ſemper innixus, viue & vale fœlix in æuum.

VERITATES AVREAE SVPER TOTAM LEGEM MOSAICAM;

Et Primò ſuper Geneſim,

Per F. Seraphinum Capponi à Porrecta, Almi ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtrum.

Æditæ; DEO OPT. MAX. dicatæ: S. R. Eccleſiæ correctioni ſubmiſſæ.

Librorum Legalium, & ſpeciatim Geneſis, Methodus.

Quid intendatur per pentateuchum.

INTENTIO quinque librorum legalium eſt oſtendere: q, & quomodo, Lex uetus à Deo per Angelos Moyſi, & p Moyſen populo uoito in Gen. data ſit in Exo. Leuit. Num. & replicata in Deut.

NOT. Nam ille, qui immediatè loquebatur Moyſi erat Angelus: vt patet ex dictis. B. Steph. Actu.7. Apparuit, inquit, illi Angelus, in deſerto mõtis Synà, in igne flammæ rubi. Moyſes autem videns admiratus eſt viſum. Et accedente illo, vt cõſideraret; facta eſt ad eũ vox dñi dicens. Ego ſum Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Et infrà. Hic eſt, inquit, Moyſes; qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cũ Angelo, qui loquebatur ei in monte Synà, & cũ patribus noſtris; qui accepit verba vitæ dare vobis. Ex Apoſtolo itẽ dicente Gal.3. Lex propter trangreſſionẽ poſita eſt ordinata per Angelos, patet: q is, qui immediatè Moſen alloquebatur dando legẽ erat Angelus. Quòd autẽ vocetur etiam Deus (vt B. Stephani contextus ſuprapoſitus monſtrat) nihil officit: quoniam & miniſtro Pontificis legem aliquam ferente, vel aliquem abſoluente, ex auctoritate ſpecialiter ipſius ad hoc mittentis, a ſapientibus dicitur Pontifex legem iſtam tulit, talem abſoluit; etiam quòd nec miniſter ipſe ſit perſonaliter Pontifex, nec talia dicentes ignorent, miniſtri perſonam eſſe aliam à Pontificis. Et hæc nomenclatura magis ordinaria eſt; quàm ſit illa, qua diceretur, miniſter Pontificis fecit ſic, vel ſic: quoniam eſt formalior. Non enim perſona formaliter attenditur, ſed auctoritas in exequendo prædicta, & ſimilia: in cuius ſignum perſona præſente, ſi deſit auctoritas, nihil fit, cùm tamen auctoritate præſente, etiam quòd deſit perſona, vnde eſt originaliter illa auctoritas, aliquid, immo totum fiat, quod per talem auctoritatem fieri poteſt. Cùm itaque auctoritas dandi legem populo Iſraelitico reſideret in Deo, non in Angelo; conuenienter Angelus miniſter in actione iſta vocatur Deus. Quamuis enim in perſona non ſit Deus, ſed ſolùm Dei creatura: tamen, quantum ad actionem iſtam, quæ eſt, auctoritate Dei ſibi ab eo commiſſa, dare legem, eſt Deus. Formaliter ergo, iuxta prænotata, fit ſermo in his libris: quando Angelum datorem legis vocant Deum, vel etiam quando Angelus ipſe dando legem vocat ſe Deum. Quòd ſi materialiter, ideſt attendendo rem prolatricem legis, fieret nominatio (ut in lib. actuum, & in ad Galat.) tunc procul dubio ille Angelus non vocaretur Deus, ſed ſolùm Angelus. Cæterùm ſi ad hæc penetranda vis introduci facilius; vide: hunc eſſe morem frequentem ſcripturarum dicere perſonam vnam eſſe aliam: quando non perſona, ſed officium vel aliquid aliud, in talis locutionis propoſito principaliùs attẽditur. Vt Matth.11.17. & Mar.9. vbi Ioannes Bapt. à Chriſto vocatur Helias. Item Iſa.6. Angelus inferior vocatur ſuperior, ibi; Volauit ad me vnus Seraphin. Pro quo vide D. Thomam Eccleſiæ ſanctæ doctorem. 1.q. 112. art. 2. in reſpon. 2. ad argumen. 1. &, ſi Elucidationes formales ibi, ſimul conſulueris, multũ inde ad ſupradicta de Angelo dante legem iuuaberis; gratitudinem eius, & humilitatem agnoſcendo per hoc, quòd vocat ſe Deum.

Quæ ſit intentio Geneſis.

INTENDIT ergo in lib. Geneſis Moyſes deſcribere adunationem populi, cui danda eſt lex. Non enim uni perſonæ (propriè loquendo) lex datur: ſed populo. Aduna autem populus non poteſt, niſi prius propagetur. Ideò de hominum ipſorum propagatione præmittit. Propagari verò nequeunt homines; niſi prius eorum aliqui, tanquam prima propagationis principia, creentur. Hac de cauſa Moyſes ante omnia de creatione pertractat. Per hoc igitur vocabulum, Geneſis, vt hic appropriatur, quid intelligis? Tria per ordinem: Videlicet hominum creationem, propagationem, adunationem. Per hominum adunationem quid intelligis? Duo: ſcilicet diſtinctionem fidelium ſufficienter factam ab infidelibus: & collectionem inſimul ipſorum fidelium. Nam fidelibus ſimul collectis danda eſt poſtea lex in Exod. &c. Hominum creatio a quo eſt? A Deo, ſolùm. Hominum propagatio per quos, ceu principales patres, facta deſcribitur? Per Adam, & Noe. Hominum adunatio per quos, tanquam primaria capita, narratur effecta? Per Abrahã, Iſaac, & Iacob. Ergo Deus vnus eſt cauſa creationis, patres duo ꝓpagationis, tres p̃res adunationis. Ecce tota Gen.

Declaratio terminorum.

1 *Hæc eſt ſumma libri ſine computo capitulorum.*

A PRIMO illo ad ſecundum, ideſt a creatione, vſq; ad propagationem ſunt tria prima capitula. A ſecundo ad tertium, ideſt à propagatione, vſque ad adunationem ſunt ſeptem. A tertio, ideſt ab adunatione, vſque ad finem libri ſunt quadraginta. Quomodo a propagatione (taceo de creatione; cùm per patres non multiplicetur) vſq; ad adunationem ſunt capita ſeptem? Quia in gratiam Adami capitula duo, in gratiam Noe quinque conficiuntur. Quomodo ab adunatione, vſque ad finem libri ſunt quadraginta? Quia in gratiam ipſius Sem capitulum vnum; in gratiam Abraham tredecim, cum dimidio quartidecimi; in gratiam Iſaac reſiduum quartidecimi, & duo capitula ſequentia; in gratiam Iacob viginti tria, ſunt.

2 *Hæc eſt ſumma capitulorum generatim numeratorum.*

CIRCA primum illorum primò trium, ideſt circa creationem notabis tria: ſcilicet, [a]hominum [1]creationem; [b]creatorum [2]ſtatum; in [c]ſtatu poſitorum [3]lapſum. Circa ſecundum illorum primò trium, ideſt circa propagationem, factam tamen per Adam, nota duo: ſcilicet [a]generationem

3 *Hæc eſt ſumma capitulorum ſpe-*

ciatim numerarorū, per correſpō dentiam ad primam in diuiſionibus.

tionem eius [4]delendam, ex qua Chriſtus non erat naſciturus; & [b]generationem eiuſdem [5]permanſuram, ex qua Chriſtus erat naſciturus. Circa ſecundum illorum primò trium, ideſt circa propagationem; factā tamen per Noe, notatria: ſcilicet [a]generationem eius exiſtentem, & [a]ante diluuium, & in diluuio tùm ſuper terram [7]manente, tùm inde [8]recedente, & [9]poſt diluuium: [b]generationis eius [10]multiplicationem: [c]generationis multiplicatæ partim [11]reprobationem, partimque electionem. Circa tertium illorum primò trium, ideſt circa adunationem, factam tamen per Abraham, notabis tria: ſcilicet quòd ipſa eſt facta & per Abraham [a]incipientem, tùm reſpectu [12]Dei, tùm reſpectu [13],[14]proximi, tum reſpectu [15.16]ſui, & per Abraham [b]proficientem, reſpectu tum [17]Dei, tum [18.19]proximi, tùm [20.21]ſui: & per Abraham [c]perfectum, reſpectu tùm [22]Dei, tùm [23]proximi, tùm [24 et d.25]ſui. Circa tertium illorum primò trium, ideſt circa adunationem, factam tamen per Iſaac, notabis tria, ſcilicet quòd ipſa facta eſt per Iſaac, & [a]in prole [r.25]multiplicatum; & [b]in rebus, tùm [26]aduerſis, tum proſperis, probatum, & [c]de ſuæ poſteritatis [27]ordinatione ſolicitum. Circa tertium illorum primò trium, ideſt circa adunationem, factam tamen per Iacob, notabis tria; ſcilicet quòd ipſa facta eſt, & per Iacob [a]incipientem, tùm ratione [28]obedientiæ patris, tùm ratione [29 et d 30]multiplicationis prolis, tùm [r.30]ratione abundantiæ terrenæ facultatis: & per Iacob [b]proficientē, ratione tolerantiæ aduerſorum, tùm à [31]Laban, tùm ab [32]Eſau, quantum ad auditum, quantum [33]ad aduentum, tùm à [34]Sichem: & [c]per Iacob perfectum, Tam [35]in terra Chanaan deuotionem patientiamque monſtrando: ac [36]in ſui ſeparatione ab Eſau cum eius genealogia: Quàm in [37]deſcenſu in Ægyptum, tùm quò ad perſonas filiorum [videlicet & Ioſeph venditi, de conſilio Iudæ cum [38]Thamar fornicatoris; ac [39]poſt venditionem promoti, tùm in domo Phutifaris, tùm [40]in carcere, tùm [41]in regno Pharaonis; & aliorum [42]præter Beniamin, & eorundem [43]cū Beniamin] ibi occaſione Scyphi [44]afflictorum, nouiamq; [45]ipſius Ioſeph fratris ſui ex inſperato accipientiū; tùm [46] quò ac perſonam propriam: Quam [47]in habitatione Ægypti, tùm ibi poſt [48]benedictionem filijs Ioſeph cancellatis manibus, proprijsque [49]filijs omnibus, datam moriendo; tùm [50]inde aſportatione facta ſolemni, in ſepultura patrum ſuorum quieſcendo.

Not. 1. IN tertia hac ſumma literæ A, B, C, indicant, quæ ibidem notanda dicuntur; numeri verò capitula per ordinem: ita vt d. inter numeros poſitum, ſignificet dimidium; & r. reſiduum. Vt 24. & d. 25. ideſt cap. 24. & dimidium capituli 25. r. 25. ideſt reſiduum capituli 25.

Not. 2. PRAEDICTAE tres ſummulæ ſibi inuicem ordinatè correſpondent: vt patet conſideranti. Nam prima vocat ſecundam, & ſecunda tertiam; licet, vltra hoc, tertia correſpondeat etiam primæ, quò ad diuiſionum particulas. Quæ omnia conſiderando per te facilè comperies.

Geneſis ſummula capitularis incipit.

Cap. 1. VNIVERSA [1]Deus temporaliter, ante omnem diem, creat, [2]Creata primis tribus diebus diſtinguit, [3]Diſtincta poſtremis tribus diebus ornat; [4]Sic creata, diſtincta, ornata, in ſeruitium hominis eſſe declarat.

Cap. 2. Hominem [1]de terra formatum, ſpiraculoq; vitæ inſignitum, Deus in paradiſum transfert; [2]Tráſlato ipſi vnius pomi eſum cōminatonè interdicit; Ad [3]ipſum animalia quæque nomina cunctis impoſiturum adducit; Ex [4]ipſius dormientis coſta vxorem educit.

Cap. 3. Mulierem [1]ſerpens vafrè aggreſſam, cum viro, proſternit; [2]Proſtratis, vnà cum ſerpente, pœnas Deus infligit; [3]Prothoparētes è paradiſo eijcit; [4]Angelū, cum flámeo atq; verſatili gladio, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ ponit.

Cap. 4. Ex prothoparentibus [1]naſcitur Abel paſtor, & Caym agricola; Hic [2]pro fratricidio indebitè excuſato maledictus, vagus, ac profugus ſuper terram à Domino decernitur; A [3]quo etiam in pœnam deſperationis, nè paſſim occidatur, horribiliter inſignitur: [4]Qui Caym generat, ciuitatem ædificat; [5]Seth pro Abel parturit Eua.

Cap. 5. Genealogia [1]Adami, ex qua Chriſtus naſciturus erat, uſque ad Noe generantem contexitur; [2]Enoch inter homines (Dei gratia) ulteriùs non apparente.

Cauſa diluuij, [1]peccatorum carnalium multiplicatio, ponitur; [2]Ab iſta cauſa vniuerſali Noe excipitur; [3]Cui à Domino fabrica Archæ præcipitur; [4]In quam quid ſit, vel non ſit, introducendum ſtatuitur. *Cap. 6.*

Noe [1]cum omnibus ſibi a Domino præſcriptis Archam intrat; [2]Diluuium totam terram inundat; Et [3]omnia ſuper terram ſpiritum vitæ habentia omnino peſſundat. *Cap. 7.*

Paulatim [1]è terra diluuium recedit; [2]Receſſum talem Noe per columbam cognoſcit; [3]Qui, cum ſuis omnibus, mandante Domino, archám egreditur; [4]Cuius & ſacrificium pro gratiarum actione oblatum ab eodem Domino benignè ſuſcipitur. *Cap. 8.*

Deus ipſi [1]Noe & in ſpiritualibus, & incorporalibus, benedicit, [2]Eidem & verbo, & iridis ſigno, de diluuio tali nunquam amplius futuro prædicit; [3]Idem vino plantatæ vineæ inebriatus iacet in tabernaculo nudus; [4]Et diſpari pro reuerentia, vel irreuerentia, retributione filios donat poſt ſomnum expergefactus. *Cap. 9.*

Trium [1]filiorum Noe, ſcilicet Sem, Cham, & Iaphet, generationes ordiuntur; [2]Ab his, multiplicatione media, terrarum omnium partes inhábitatas poſtea fuiſſe, narratur. *Cap. 10.*

Superbia [1]ædificantium ciuitatem, & turrim, confuſione linguarum à Domino retunditur; [2]Qui ex hoc moti in vniuerſas terras diſperguntur; [3]Ex genealogia Sem replicata, & lingua hebræa in domo eius tantùm remanſiſſe, & Abram inde electum fuiſſe, oſtenditur. *Cap. 11.*

Abram, [1]iuſſu Domini, patriam ſuam egreditur; [2]Qui, pro gratiarum actione bis altare ædificato, ad montem inter Bethel & Hay, deinde ad meridiem progreditur; [3]Exorta fame, in Ægyptū deſcendēs de vxore Sarai, tanq̃ de credita ſolùm eius ſorore, periclitatur, [4]A Pharaone propter Sarai ſublatam flagellato ſecurus, integer, & comitatus, emittit. *Cap. 12.*

Diuitiæ [1]Abram, & Loth, contentionis inter ipſorum paſtores ſunt occaſio; [2]Quam per mutuum ab inuicem receſſum Abram, Loth conſentiente, fruſtum abſcindit, [3]Cui Abræ poſt talē abſciſſionem Dominus, & terram, & prolē multam pollicendo, apparuit; [4]Qui Abram Dn̄o ipſi, tanq̃ gratias de tali promiſſione agens, altare deuotus extruxit. *Cap. 13.*

Bellum [1]quatuor Regum contra quinque inſtruitur; [2]Belli cauſa adducitur; A [3]regibus quatuor bellantibus Loth capitur; [4]Cuius captura audita, Abram contra quatuor Reges pugnando, ab eis omnem ſubſtantiam cum ipſo Loth eripuit; A [5]quorum cæde reuertenti Melchiſedech obuians, panemq; ac vinum Deo offerens, benedixit; [6]Cui Melchiſedech vice verſa Abram tanquam de ſacrificio pro ſua victoria oblato gratus decimas ex omnibus dedit; [7]De cæteris nec aliquid minimum, etiam Rege ſodomorum annuente, pro ſe accipere conſenſit. *Cap. 14.*

Abram a Domino [1]ſibi per viſionem loquente prolem poſtulat; [2]Cuius poſtulationem Deus exaudit; [3]Exauditionemque per ſignum confirmat; [4]Et vitæ decurſum tùm Abræ, tùm ſeminis eius, deſcribit. *Cap. 15.*

Ab Abram, [1]ſuadente Sarai, ancilla in vxorem accipitur; [2]Ancilla ex conceptu elata a Sarai humiliatur; [3]Humiliationem non ferens a Domina ſua fugiēdo elongatur; [4]Angelo monente, qui & ei conceptæ prolis partum, nomē, atq; conditionem enarrat, ad Sarai Dominā ſuā reuertitur. *Cap. 16.*

Abræ [1]nomen à Deo, expreſſa ratione, commutatur; [2]Cui & circunciſio indicitur; [3]Ac de Sarra, iam noīe permutato, filius magnus promittitur; [4]Pro Iſmael quoque Abraham deprecans exauditur; [5]Cum quo, & tota domo, mox circunciditur. *Cap. 17.*

Abraham [1]tres Angelos hoſpitio (ut decet) recipit: Qui [2]Angeli & filium ex Sarra naſciturum, ipſa audiente, annunciāt, [3]Et ſodomorū ſubuerſionē Abrahæ reuelāt: Pro [4]quorū liberatione Abrahā multiplices Deo preces effundit. *Cap. 18.*

Vltima [1]deſtructionis ſodomæ cauſa, quæ fuit in hoſpites Angelos appetitus inhoneſtus, deſcribitur; [2]Ex ipſa deſtructione Loth cum familia liberatur; [3]Deſtructionem ipſam Dominus exequitur; [4]Reſpiciens retrò uxor Loth uertitur in ſtatuam ſalis; [5]Et Loth quaſi neſciens inceſtum committit cum filiabus ſuis. *Cap. 19.*

Abimelech [1]rex Gerarè Sarrā pro ſorore tantùm Abrahæ creditam tulit; [2]Pro quo facto regem ipſum Deus corripuit; [3]Correptus emendatur; [4]Ab emendato Sarra cum Abraham honorabiliter dimittitur; [5]Ad cuius Abrahæ preces Regi prædicto pœna relaxatur. *Cap. 20.*

Ex Abraham [1]Sarra Iſaac parturit; [2]Ad cuius Sarræ ſuggeſtionem, & iuſſum Domini, Abraham ancillam cum filio *Cap. 21.*

lio Iſmael cijcit; [3]Quos inter anguſtias poſitos Angelus confortauit; [4]Fœdus Abraham cum præmiſſo Abimelech Rege rogatus contraxit.

Cap. 22. Vt [1]Abraham offerat filium Iſaac in holocauſtum, præcipit Dominus; [2]Ad hoc præceptum implendum currit Abraham deuotus; [3]Ab Angelo, nomine Domini, ictum gladij Abrahæ ſuper Iſaac vibrati prohibente præceptum reuocatur; [4]Cui Abrahæ pro ſe, ſuisque poſteris propter hanc obedientiam Deus, iuramento medio, multiplicem benedictionem pollicetur.

Cap. 23. Sarra [1]moritur; [2]Abraham de ea ſolicitus eſt, ubi ſepeliatur; [3]Agrum, cum ſpelunca duplici, pro ſepelienda illa precio interueniente ab Ephron accipit, [4]Sicque in ſpelunca ipſa mortuam uxorem ſepelit.

Cap. 24. Abraham, [1]pro uxore filio Iſaac eligenda, ſeruum ad longinqua mittit, [2]Ad urbem Nachor, domumque Bathuelis, ſeruus, media oratione, peruenit; [3]A ſeruo ipſo parentum Rebeccæ, pro matrimonio prædicto, uoluntas inquiritur; [4]A' quibus, conſenſu Rebeccæ filiæ iuncto, ad uotum ſerui reſpondetur; [5]Conuiuium fit; [6]Rebecca a parentibus benedicta diſcedit; [7]Quam ſibi uxorem Iſaac dilectiſſimam perſonaliter accipit.

Cap. 25. Abraham [1]aliam uxorem ducit; [2]Teſtatus, & plenus dierum, moritur; [3]Ab Iſaac, & Iſmaele, ubi iacebat Sarra, ſepelitur; [4]Cuius Iſmaelis genealogia texitur; [5]Iſaac gemella proles, moribus diuerſis, deſcribitur; [6]Quorũ unus Eſau alteri Iacob pro lentis edulio primogenita uendit.

Cap. 26. Probatur [1]patientia Iſaac tùm in euentu famis, [2]Tùm in ſuæ, quam ideò dixit ſororem, trepidatione uxoris; [3]Tùm reſpectu gentis Paleſtinæ puteos ſuos obſtruentis; [4]Tùm reſpectu filij ſui Eſau contra uoluntatem ſuam atq; Rebeccæ, uxorem talem, talemque ducentis.

Cap. 27. Ab Iſaac, [1]poſtpoſito Eſau, ipſe Iacob benedicitur; [2]De tali facto coram eodem Iſaac Eſau filius conqueſtus non auditur; [3]Qui Eſau poſtea contra Iacob grandem ruinam machinatur; [4]Contra quas machinationes à Rebecca matre pro Iacob prudenter obuiatur.

Cap. 28. Iacob [1]mittenti ſe patri ad Laban auunculum ſuũ obedit; [2]Quapropter illuc proficiſcens diuinũ oraculum cũ uiſione ſcalæ recipit; [3]Per qđ myſteria multa cognoſcens gratiſſimũ Deo obſequium, erigendo ibi lapidem in titulum, deſuperq; fundendo oleum, exhibuit; [4]Atque uouit.

Cap. 29. Prędictum [1]iter ſuum Iacob terminat, [2]In termino pro matrimonij contractu, diù ſeruiendo, laborat; [3]Poſt labores duas uxores ſortitur; [4]Per quarum unam, Lyam ſcilicet, ſibi proles multiplicatur.

Cap. 30. Rachelis, [1]ac Lyæ & adoptiui, & naturales, filij naſcuntur; [2]Poſt quorum ortum pater Iacob in patriam ſuam redire deſiderat; [3]Qui a Laban precibus, & mercedis promiſſione retinetur; [4]Ex cuius mercedis conuentione ſapienter ultra modum Iacob ſibi diuitias parat.

Cap. 31. Iacob, [1]iuſtis de cauſis, cum ſuis omnibus uerſus patriã recedit à Laban; [2]Qui, poſtq̃ factũ reſciuit, ipſum Iacob abeuntẽ inſequitur; [3]Quo reperto, ſeſe inuicem hinc, indè, obiurgantur; [4]Et tãdem ſibimetipſis mutuò confœderant.

Cap. 32. Confortatur [1]Iacob ex occurſu Angelorum; [2]Qui pòſt ad placandum Eſau mittit multitudinem nunciorum, [3]Vt ab ipſo fratre eruatur, ſua partitur; [4]Præcatur; [5]A' luctante ſecũ Angelo poſt agonem mirabiliter benedicitur.

Cap. 33. Iacob prudentia mira utitur, & ante fratris aduentum, familiam propriam ordinando; [2]Et in fratris aduentu, ipſum ſepties adorando, gratioſè alloquendo, enxenijs beniгniſſimè donando; [3]Et poſt fratris aduentum, eius ſocietatem oblatam cautè declinando; [4]Deoq; pro bonis omnibus, erecto altari, gratias referendo.

Cap. 34. Dina filia [1]Iacob curioſa uiolatur; [2]Ad ſuaſionem ſuorum fratrum doloſam Sichimitæ circunciduntur; [3]Duo filij Iacob ciuitatem ipſam depopulantur; [4]A' quo, non ſine cauſa, familiæ propriæ timetur.

Cap. 35. De mandato [1]Domini, erigit ei Iacob altare in Bethel; [2]Qui rurſus Domino ſibi & apparenti, & benedicenti, & magna de ſe ſuisque poſteris pollicenti, erexit titulum pro gratiarum actionibus multa inſuper addens; [3]Cui pòſt Dominus Beniamin filium donauit, patientiam mox in morte Rachelis prædilectæ adijciens; [5]Cuius poſt honorificam Rachelis tumulationem, & cubile à Ruben maculatur: [6]Et filij ſinguli recenſentur: [7]Et iter ad Iſaac terminatur; [8]A' quo plenus dierum pater idem moriens ſepelitur.

Cap. 36. Genealogia [1]Eſau & quantum ad filios, & quantum ad alios poſteros, orditur; [2]Horum omnium à Iacob ſeparatio per diuerſam inhabitationem cõfirmata ſubindicatur.

Vendictionis [1]Ioſeph occaſio deſcribitur; [2]Vendendi & obedientia reſpectu patris, & diligens beneuolentia reſpectu fratrũ, depingitur; [3]Venditionis ordo cõtexitur; [4]Venditus, à fera comeſtus patri fictè à vẽditoribus nunciatur. Cap. 37

Iudas [1]uxorem exteram accipit; [2]Duobus ſuis primis filijs Thamar in matrimonio ſucceſſiue coniungit; [3]Quibus mortuis Thamar ex Iuda gemellos concipit; [4]Quæ uelut fornicaria morti adiudicatur; [5]Liberatur; [6]Gemelli ex ipſa procreantur. Cap. 38.

Ioſeph [1]in Ægypto ab emptore promouetur; [2]Fidelis, & caſtus in domo ſui promotoris enarratur; [3]A' muliere impudica promotori iniuſtè accuſat'; A' promotore in carcerẽ temerariè truditur; [5]Concarceratis inibi principatur. Cap. 39

Eunuchi [1]Pharaonis diuerſa in carcere uident, ſomniantes; [2]A' Ioſeph diuerſa pro ſomniorum expoſitione audiunt, ipſa prænarrantes; [3]Iuxta ueritatem ab eodem enunciatam in facto ſuccedunt interpretationes. Cap. 40

Pharaonis [1]ſomnia Ioſeph ſapienter interpretatur, [2]De futuris agendis Pharaonem ſapienter adhortatur; [3]A Pharaone propter utrunque Rex promulgatur; [4]Interpretatio ſomniorum ad unguem verificatur. Cap. 41.

Decem [1]fratres Ioſeph à Iacob miſſi in Ægyptum frumenta empturi deſcendunt; [2]A Ioſeph incognito dura audiunt, & ſentiunt; [3]Ad patrem ſuum nouem ex ipſis, & annonam ei, & quæ acciderunt referentes, redeunt. Cap. 42

Iacob [1]concedit, ægrè tamen, ut Beniamin cum alijs in Ægyptum deſcendat; [2]Poſt deſcenſum ex eo, quòd in domum Ioſeph ſunt introducti, pauеſcunt; [3]Diſpenſator ipſius domus, nè paueant, curat; [4]Hi redeuntem Ioſeph & muneribus, & adoratione, mitigare contendunt; [5]Cuius conuiuę facti mirificè ab ipſo in menſa honorati fuerunt. Cap. 43.

Cyphus [1]Ioſeph in ſacco Beniamin abeuntis ex Ægypto abſconditur; [2]Ab abſcondente ipſo eum inſequente inter fratres cyphus inquiritur; [3]A ſingulis licet denegatus, ab eodem in Beniamin ſacculo reperitur; [4]Quo reperto fratres omnes ad Ioſeph reuertuntur; [5]Ex quibus Iudas, pro Beniamin à ſeruitute liberando, ipſum Ioſeph multifariè deprecatur. Cap. 44

Ioſeph [1]cum fletu ſe fratrem illorum indicat; [2]Illis ob venditionis memoriam territis clementia & verba, & facta, demonſtrat; [3]Ad hunc pium rumorẽ congaudet Pharao; [4]Qui & ipſi Ioſeph plura committit pro patre eius in Ægyptum vehendo; [5]A quo Ioſeph dimiſſi confratres patrem multis bonis onuſti reuiſunt; [6]Cui totius rei ſeriem aperientes, ipſum præ gaudio in vitam reducunt. Cap. 45.

Iacob à [1]Deo confortatus in Ægyptum cum familia deſcendit; [2]Ante ſe, ad Ioſeph Iudam præmittit; [3]Quẽ Ioſeph patri obuiam feſtinus, atq; feſtiuus, occurrit; [4]Ibi tùm & patrem, & patris familiam, de reſponſis Pharaone dandis prudenter inſtruxit. Cap. 46.

Iacob [1]benignè cum ſuis, à Pharaone recipitur; [2]Receptis à Ioſeph de omnibus liberaliter prouidetur; [3]Per cuius induſtriam theſaurus Pharaonis, intactis tamen ſacerdotibus, augetur; [4]Qui & clementer Ægyptijs terram iam Pharaoni acquiſitam locat; [5]Et de ſepeliendo patre, vbi ei placuerit, iurat. Cap. 47.

Ioſeph [1]cum filijs proprijs ægrotum patrem viſitat; [2]Qui filij à Iacob, & in ſuos adoptantur, & cancellatis manibus benedicuntur; [3]Hic & de iſtorum filiorum prolificatione prophetat; [4]Et ipſi Ioſeph ſpecialem præ fratribus partem aſſignat. Cap. 48.

Iacob [1]ſingulis filiorum ſuorum propria nouiſſimo tẽpore ventura prædicit; [2]Eorum ſingulis benedicit; [3]De ſepeliendo ſe cum patribus ſuis mandat; [4]Collectisq; in lectulo pedibus, vltimum ſpiritum exufflat. Cap. 49

Ioſeph [1]ex intimis compatitur patri defuncto; [2]Honorat ipſum aromatum condimento; [3]Eundem plangit Ægyptus fletu ſeptuagenario; [4]Poſt quæ Ioſeph comitatu ſolemniſſimo aſcendit in terram Chanaam ad condendũ patrem in ſepulchro; [5]Quo, ſimul concelebratis exequijs, peracto in Ægyptum cum prædicto comitatu reuertitur; [6]Fratres omnium de ſui uindicta timentes denuò multipliciter cõſolatur: [7]De promiſſionis terra eis danda vaticinat'; [8]De aſportandis ſuis oſſibus eos conteſtat', [9]Moritur; [10]In Ægypto pro tẽpore aromatibus conditus aſſeruatur. Cap. 50.

Geneſis multiformiter ſummatæ finis.

CONCLVSIONES EX GENESIS,

CAPITVLO PRIMO.

Textus. IN principio creauit Deus cœlum, & terram.

Concl. 1. *Deus eſt omnipotens.* [Ex eo]

Ratio. TANTA potentia exigitur in agente quanta diſtantia inter actionis terminos inuenitur. Vt. Vigoroſior eſſe debet ignis, qui ligna viridia comburere habet, quàm qui ligna arida. Quare hoc? Quia igneitas, & viriditas (hi ſunt termini huius actionis, quæ eſt ignire lignum: vt patet) magis ab inuicem diſtãt: quàm igneitas, & ariditas. Ad rem modò noſtram. Termini creationis à ſe inuicem diſtant in infinitum: cùm inter ens, & non ens ſimpliciter, nulla ſit proportio. Conſequenter ergo potentia creans neceſſariò infinita eſſe debet: alioquin nunquam reduceret aliquid à non ente ad ens; quod eſt creare. Nam creare eſt aliquid de nihilo facere, ideſt, illud, quod prius nullo modo, i. nec actu, nec potentia erat, reducere ad hoc: vt aliquo modo, ſcilicet vel actu (vt forma) vel potentia (vt materia) ſit. Vnde Machabæorum lib. 2. cap. 7. Spiritus Sanctus ad hunc Geneſis locum correſpondens, & quaſi exponere volens ly creauit, dicit; quòd Deus fecit omnia hæc ex nihilo. Cùm igitur Deus creauerit: iam ex hoc verbulo patet, quòd ipſe eſt potentiæ infinitæ, ideſt omnipotens.

APPENDIX.

HINC ex concluſione, ſcilicet præmiſſa, habes, optimè factum: dùm in ſimbolo penes ly omnipotentem ponitur ly Creatorem: *Credo* (inquit Petrus Apoſtolus) *in Deum patrem omnipotentem Creatorem cœli, & terræ.* Quaſi ex ipſorum vocabulorum vicinitate dicatur: Deum eſſe omnipotentem agnoſco ex hoc; ꝙ eſt creator.

¶ Applica prædictam concluſionem cum annexis (pro quanto opus eſt) ad Euangelium Luc. 1. Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum. Vel ad epiſtolas D. Pauli Ephæſ. 3. Potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quam petimus aut intelligimus. Vel ad Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18. omnia poſſibilia ſunt apud Deum. Vel ad epiſtolam (ſi quando legatur) Hierem. 32. Non erit tibi difficile omne verbum. Vide infra concluſion. 5. Vel applica ad aliquid ſimile noui teſtamento, recitatum in ſancta Eccleſia.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

CONCLVSIO hæc. 1. cap. 1. deſtruit hæreſim Bezanitarum dicentium: Deum non eſſe omnipotentem. Patet enim hic totum oppoſitum. Damnatur quoque, & meritò, & per cõſequens cõcluſio hęc firmatur, ab Exod. 15. Dns quaſi vir pugnator, omnipotens nomẽ eius. Si eius nomen tantùm eſt omnipotens: ergo & ipſe multò magis (vt ita loquar). Nam nomen rectè impoſitum correſpondere debet rei. Damnatur & infrà. 17. ego Deus omnipotens. Item à Concil. Lateran. ſub Innocen. III. de ſum. Tri. & fi. cat. Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur: ꝙ Deus eſt omnipotens. Hæc ibi. Itẽ hoc patet ex ratione, & auctoritate multiplici: quas vide in egregio Eccleſiæ Sanctæ doctore D. Tho. 1. par. art. num. 152. 239. cum Elucid. ſemper. De hoc vide, & compendium Alberti Magni lib. 1. cap. 27. ſchol. & lib. 4. c. 6. ſchol. Ex hac igitur eadem concluſione exploditur etiam hæreſis Rabbi Moyſis (vt refert Direct. Inquiſit. 2. par. q. 4.) ignorantiſſimè dicentis: Deo aliqua eſſe impoſſibilia: vt, quòd accidens ſit ſine ſubiecto. Damnatur quoque à ſymbolo fidei tùm ab Apoſtolis, tùm à Niceno, tùm à Conſtantinopolitano primo, tùm ab Epheſino primo, tùm a Chalcedonenſi, tùm a quocunque legitimo Concilio, vt debet congregato, & approbato: vbi dicitur, Credo ſeu credimus in Deum omnipotentem. Et quomodo eſſet omnipotens, ideſt potens omnia; ſi aliqua facere non poſſet? Implicãt enim contradictionem hæc duo (vt patet) ꝙ ſit omnipotens, & quòd aliqua non poſſit. Relinquitur ergo; vt Deus poſſit omnia, ex quo eſt omnipotens. Et ſi quidem illa factibilia ſunt, hoc eſt, neque repugnantia perfectioni ſuæ, neque contradictionem inter ſe importantia, Deus poteſt ſimpliciter illa facere: ſin autem ſunt infactibilia, hoc eſt alterum illorum duorum habentia, Deus poteſt, quantũ eſt ex parte ſuæ potentiæ, facere illa. Ita quòd attenta infinita potentia Dei, nihil eſt impoſſibile, immo nec difficile, Deo. Quòd autem, accidens eſſe ſine ſubiecto, ſit de numero factibilium: habes & a S. Tho. 3. q. 77. ar. 1. & ab Eccleſia catholica per hoc, quòd in ſacramento Euchariſtiæ ponit tranſubſtantiationem: vt patet in Concil. Lateranen. ſub Innoc. III. de ſum. Trin. & fide cath. c. firmiter. & in Concil. Flor. de ſacramento Euchariſtiæ in decr. Eugenij IIII. Et in Concil. Tri. Seſ. 13. c. 4. cano. 2.

IN principio: *(ſcilicet temporis.)* *Textus.*

Concl. 2. *Mundus non eſt æternus, ideſt ab æterno conditus à Deo.* [Ex eo.]

Ratio. ÆTERNVM à parte antè, caret principio durationis: ſicut æternum à parte pòſt, fine durationis; Et æternum ſimpliciter, tam principio illo, quàm fine. Cùm ergo, Deus creauerit mundũ (vt hic dicitur) in principio: mundus vtique ſuæ durationis principium habuit. Per mundũ intellige etiam materiam mundi. Quia ergo mundus habuit huiuſmodi principium, non potuit eſſe ęternus.

Notatio. QVEMADMODVM duratio mundi, ſeu menſura eſt tẽpus continuũ: ita principium durationis mundi eſt inſtãs. Nam inſtans, vt ex 4. phy. habemr, eſt principiũ temporis.

Corollarium. POSITIO ergo illa, ſcilicet mundus eſt æternus, vel ſimpliciter, vel à parte antè, eſt poſitio hæretica: cùm ſit contra ſcripturam ſacram. Ergo poſitio hæc (ſcilicet mũdus non eſt æternus; modo dicto) tenetur per fidem. Ergo poſitio, quòd mundus non ſit æternus, demonſtrari non poteſt 1. q. 46. ar. 2. Ergo creatio mundi facta eſt in inſtãti. Duplici ergo de capite oſtenditur hic: quòd Deus eſt omnipotens. Vbi? In principio creauit cœlum & terram. Quomodo? Ex hoc, quòd creauit: nonnè eſt omnipotẽs? Iam id in prima concluſ. diximus. Ex hoc quòd tantam machinam, ſ. cœlum & terrã, in principio. i. inſtanti produxit: nonnè eſt omnipotens? Etenim tantã machinam in mille annis etiam producere, foret mirabilis potentiæ. Sine comparatione igitur mirabile eſt; ipſam in inſtanti condidiſſe. Adde facilem operandi modum, ſup concl. 5. *Omnipotẽtia mirabiliſſima Dei.*

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HÆC Concluſio 2. cap. 1. deſtruit hæreſim Albanenſium, Seleucianorũ, & aliquorum philoſophorum dicentium: mũdum fuiſſe ab æterno: & materiam elementorum, ex qua factus eſt mundus, nõ eſſe factam, ſed Deo coæternã. Patet. n. hic, ꝙ mundus incepit: conſequenter & ſua materia. Dãnatur quoque, & ꝑ cõſequens concluſio hæc firmatur, a Chriſto. Io. 17. clarifica me pater apud temetipſum claritate, quam habui, priuſquam mundus fieret. Item a prouerb. 8. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequàm quicquàm faceret. Item à Concil. Niceno. 1 in ſymbolo, Credimus in vnum Deum patrem &c. omnium viſibilium inuiſibiliumque factorem: Accipit enim hoc nomen, factorem, vt dicit productionem in tempore: quoniam non poteſt accipere illud prout dicit factionem ex aliquo. Nam concilium intendit declarare ſymbolum apoſtolorum ibi, Creatorem cœli, & terræ: & creatio (vt in prima concl. dictum eſt) ex nihilo eſt. Reſtat igitur, vt concilium per illa verba voluerit dicere; quod Deus eſt om-

omnium rerum productor ex nihilo, ita tamen vt illas fecerit in tempore, non autem ab æterno. Damnatur, & à concil. lat. ſub Innocentio 3. de ſum. trin. & fid. cath. firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd &c. Deus omnipotenti ſua virtute ab initio temporis ex nihilo condidit creaturam. Hæc ibi. Damnatur & multipliciter tùm ratione tùm &c. pri. par. art. num. 47. 246. cum elucid.

¶ Si ampliorem textus concluſ. huius 2. & 1. expoſitionem (ſcilicet. In principio Deus creauit cœlum & terram) inuenire deſideras: vide Doctorem Eccleſiæ Diuum Thomam in 1. q. 46. art. 2. & 3. Item. q. 61. art. 3. & q. 65. art. 2. & 3. Item. q. 66. art. 1. & q. 74. art. 3. Videbis etiam 2. 2. q. 171. ar. 3. Poteris quoque conſulere Compendium Alberti Magni lib. 2. cap. 1. vſq; ad 12. cum ſchol. Nomine enim mundi, cointelliguntur hic etiam Angeli.

Text. T Erra erat inanis, & vacua.

Concl. 3. *Quod creatur, poſtquam eſt, non valet ex ſe quicquam facere.* [Ex eo]

Ratio. Vide. Iam terra creata erat: Et tñ ex ſe nil facere valebat. Erat n. non tñ inanis; ſed etiam vacua. Inanis, quia nil de ſe producebat, ſeu productũ habebat: Vacua, quia nil de ſe ꝓducere valebat. Et actus igit & potentia de ſe ꝓducendi negatur à terra: dũ tùm inanis, tùm vacua dicit.

¶ Si vis ſuperefluenté expoſitioné de ly Terra erat inanis & vacua, conſule. 1. q. 66. art. 1. q. 67. art. 4. q. 69. art. 2. Item quæſt. diſpu. de potentia. q. 4. ar. 1. & q. de ſpirit. ar. 1.

Corol. Ergo Creaturæ & eſſe, & operari, & poſſe operari, & quamlibet aliam rem faciendi, eſt à Deo. Ergo ex nobis ipſis nihil ſumus Gal. 6. Ergo non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis 2. cor. 3. Ergo concilium arauſicanum cap. 22. rectè dixit; quòd nemo habet de ſuo, niſi mendacium, & peccatum. Ratio huius dicti eſt: quia creatura eſt ex nihilo (ſupra concl. 1.); & exiſtens ex nihilo poteſt ex ſe deficere, ſed nõ ex ſe proficere: cum nihil ſupra proprias vires per ſe agere poſſit.

Conſiliũ ſuperbiã noſtram retundit.

Text. F Iat lux, & facta eſt.

Concl. 4. *Iuſtificare iniuſtum maius eſt, quam creare cœlum, & terram.* [Ex eo]

Ratio. In Creatione cœli, Et terræ (vt vides) nulla prorſus repugnãtia fuit: cùm inquiat Deus fiat lux, & mox facta fit lux. In peccatorũ aũt conuerſione quantã repugnantiam quandoq; reperiri, habes in ſcripturis? Quoties vult congregare peccatores Deus, quemadmodum gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas: & ipſi nolunt? Vnde & conciliũ trid. ſeſ. 6. cap. 5. dicit; quòd homo excitantem, & adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſui iuſtificationem poteſt abijcere. Et in can. 4. dicit anathema in illos, qui dixerint; liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum ad obtinendam iuſtificationis gratiam, poſſe diſſentire, ſi velit; ſed merè paſſiuè ſe habere, & nihil omninò agere. Cùm itaque in creando nulla à creatura repugnantia fiat: in iuſtificando verò non item: quis non videat ex hoc; quòd iuſtificare impium (id quod ſenſit & Diuus Auguſtinus) eſt maius, quam creare cœlum & terram totam? Vbi enim repugnantia maior, requiritur maior potentia in agente (vt patet): vbi minor, minor. Maiorem ergo potentiã in Deo arguit iuſtificatio, q̃ creatio. Sed quomodo maiorem: cùm (vt in 1. cõcl. diximus) in creatione appareat omnipotentia. Nunquid omnipotentia aliquid maius eſt, aut eſſe poteſt? Minimè; ſimpliciter loquendo. At ratione aliqua attenta in iuſtificatione, quæ in creatione no eſt: dicere conuenit, quòd in iuſtificatione maior potentia oſtenditur, quàm in creatione.

Mat. 23.

¶ Amplioré expoſitioné de ly fiat lux & fact. eſt, ſi optas videto. 1. q. 67. ar. 4. q. 70. art. 1. q. 74. art. 1. & 3.

Coroll. 1. Non ergo maiorem potentiam arguit iuſtificatio, q̃ creatio; aut quia Deus eadẽ potentia vtrunque non agat, aut quia aliquid ſit omnipotentia maius: ſed ideo arguit, quia in iuſtificatione reperitur vnum potentiam grandiorem in agente exigens: quod vnum in creatione non inuenies. Deus ergo vbique omnipotens eodem modo ex parte ſui: ſed ex parte facti vt ſic loquar omnipotentior dicitur: inquantum in vno facto repugnantia ad illum reperitur, in alio autem non.

Coroll. 2. Ergo aduerſa, ſeu repugnantia, ſeruos Dei commendãt; eorum virtutum vim manifeſtando hominibus. Exemplum de ſcientia Angelici Doctoris: quam honorarunt contrarij, licet nolentes.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

Iſta Concluſio 4. capit. 1. quantum ad ea, quæ in eius declaratione de libero arbitrio inſeruntur, facit ad deſtructionem hæreſum Leutheri dicentis: Liberum arbitrium hominis nullam habere in ſuis operationibus actiuitatem, non agere, ſed pati. Et Trinitariorũ dicentium: ꝙ liberũ arbitrium hois eſt potentia paſſiua non actiua, & de neceſſitate mouetur ab appetibili. Et Albanenſiũ atq; Caluini dicentiũ: liberũ hois arbitrium nullum eſſe: ſeu ꝙ liberi arbitrij nõ eſt homo. Patet enim hic totum oppoſitum. Damnãtur quoque, & per conſequens ea quæ dicta ſunt in concluſionis declaratione confirmantur, a concil. Trid. ſeſ. 6. cap. 1. omnes homines vſque adeò ſeruos fuiſſe peccati, vt non indè liberari per vim naturæ, aut literam legis Moyſi ſurgere poſſent: tametſi in eis liberum arbitrium minimè extinctum eſſet, viribus licet attenuatum, & inclinatum. Hæc ibi. Item canon. 4. ſi quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quò ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat ac præparet: nec poſſe diſſentire (ſi velit): ſed velut inanime quoddam nihil omninò agere mereq́ue paſſiuè ſe habere: anathema ſit. Hæc ibi. Et canon. 5. Si quis liberum hominis arbitrium poſt Adę peccatum dixerit amiſſum eſſe & extinctum: aut rem eſſe ſine titulo, immò titulum ſine re: anathema ſit. Hæc ibi. Damnãtur etiam tùm ratione multiplici, tùm ſcripturis, Pontificibus, atque Cõcilijs ab eximio Eccleſiæ doctore. D. Tho. pri. par. ar. num. 408. 413. 352. cum elucid. Item 569. 255. cum elucid. Vlterius idipſum patet in eiuſdem Addit. num. 43. cum elucid.

D Ixit fiat, & factum eſt ita. *Text.*

Concl. 5. *Omnia per uerbum Dei facta ſunt.* [Ex eo.]

Non Manus admouit; non pedes, non brachia, non humeros, non corpus, non caput, non aliquid huiuſmodi ad opus applicauit: ſed verbum ſuum tantummodò. Quid eſt verbum ſuum? Filius ſuus: vt Ioannes habet. cap. 1. Ergo Deus pater per filium ſuum omnia creauit. Cùm igitur ad creationem etiam concurrerit ſpiritus ſanctus (Nam ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas); patet quòd tota ſancta Trinitas Creauit. *Ratio.*

Ergo ſcientia Dei eſt cauſa rerũ, vt dicitur. 1. q. 14. ar. 8. Per Verbũ enim, cùm procedat per modũ intellectus, congrue denotatur ſcientia. Vt dicamus, Dixit fiat lux, & facta eſt lux: ideſt ſcientia ſua Deus cauſauit lucem. Vnde & prouer. 3. dicitur: Dominus ſapientia fundauit terram. Ergo cùm dicitur alicubi, quòd manus domini fecerunt nos; & huiuſmodi: intelliguntur iſta per metaphoram. Quæ eſt hic metaphora? Audi. Quando aliquid artificioſe excellenſque operari vis: manus admoues. Vt ergo oſtendatur; quòd Deus hominem artificioſe, inquantum ſcilicet ipſum inter ſublunaria nobiliſſimũ, fecit: ideo dicitur, quòd Dei manus, velut organum organorum, hominem plaſmauerunt. Ergo facillimè Deus operatus eſt maximè impoſſibilia homini: Et illa, quæ requirunt omnipotentiam. Quid enim facilius ſit quàm quod verbo fit? Ergo bene dictum eſt infra 18. Nunquid Deo eſt quicquam difficile? Quaſi ex modo interrogandi, per affirmationem expreſſiorem dicatur, Dubitare vel leuiter, quòd aliquid ſit Deo, non dico impoſſibile, ſed aliqualiter difficile, eſt prorſus irrationabile, & inſani hominis: cùm hoc ſit manifeſtiſſimum cuique ratione ſaltem tenuiter vtenti. Ergo Deus non tantum eſt omnipotens quoad factum (vt ex concluſ. primæ ratione habes): ſed & quoad modum operandi facilẽ. Iſte modus mirabiliter nobis mirabiliſſimã omnipotentiã Dei facit. *Corollarium.*

Omnipotẽtia Dei plus quã mirabilis.

APPENDIX.

Transſubſtantiatio. HINC habes: ꝙ verbum Dei eſt creans. Nã verbũ ipſius creant res: vt apertè litera docet. Ergo hinc hẽs, & [illegible] de à fortiori, ꝙ corpus Chriſti eſt realiter in ſacramẽ in altaris. Audi. Quid maius eſt, creare: an creaturam vnã in aliã mutare? Vtiq; creare. Nam termini creationis ſunt diſtantiores, quàm mutationis: cùm ens & non ens ſimpliciter, creationis termini ſint; ens aũt & aliud ens ſint termini mutationis. Mutetur aliquid de albedine in nigredinẽ. Nonnè hic duos affirmatos terminos vides? Nam albedo & nigredo ſunt huius conuerſionis, ſeu mutationis termini. *Pro altaris ſacramento.* Maius igitur eſt creare, quàm conuerſionem, ſeu mutationem, facere; quoniam maiorem agentis potentiam creatio requirit, quàm mutatio. Ex his omnibus quid habes apertè? Quòd Conſecratio euchariſtiæ eſt admodum à Chriſtianis credibilis. Quare? Quia in conſecratione illa fit conuerſio rei in rem, non noua creatio; Et huiuſmodi conuerſio fit per verbum Dei, tanquam per formam (vt patet). Si igitur verbum Dei fuit ſufficiens ad creandum, quod eſt maius: Cur non ſit ſufficiens ad tranſmutandum, quod ſanè minus eſt? Si Credis *Argumentum efficaciſſimum.* Verbo Dei creationem realiter factam: Cur non credas, Verbo Dei tranſmutationem illam ſubſtãtiarum realiter fieri? Sicut ergo Creata non ſignificatiuè tantùm, ſed realiter facta ſunt (Homo enim, cœlũ, mundus, Creata, non fantaſtica: ſed realia ſunt;) & tamẽ ſolo Dei verbo facta ſunt: Ita corpus Chriſti ſanctum, ſanguiſque, non ſignificatiuè hoc eſt non tanꝗ in ſigno, ſed realiter poſt conſecrationem in altari ſunt: & tamen ſolo Dei verbo tranſſubſtantiatio illa facta eſt. Quòd ſi hanc tranſſubſtantiationem quis (vt hæreticus) non credit: aut verbum Dei *Contra hæret.* non eſſe vigoris eiuſdem dicet, quanti erat in creationis opere; aut certè mundum in fantaſia factum; aut tranſſubſtantiationem maiorem eſſe, quam creationẽ: aut ex ſancto euangelio non haberi realem Chriſti præſentiam eſſe in hoc ſacramento: quæ omnia abſurdiſſima ſunt.

¶DICTA in Appendice faciunt directè cõtra hæreſim Berengarij, & ſimilium, recitatam in, de conſecra. diſt. 2. cap. ego Berengarius. Vide concilium Trid. ſeſſ. 13. & 21. per cap. & canones.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 5. capit. 1. deſtruit hæreſes Simonis magi, Menandri, Saturniani (vt refert Prateolos. tit. Archontici, Baſſiliani, carpocratiani) dicentium: mundum non eſſe creatum à Deo, ſed ab Angelis, ſiue ab Arcangelis: Et Baſilidianorum dicentium: mundum & hominem non à Deo factũ, ſed à trecentis ſexaginta quinque cœlis. Patet enim hic totum contrarium. Damnantur quoque, & per conſequens concluſio firmatur, à concilio Conſtantinopolitano primo in ſymbolo fidei dicente, Credo in vnum Deum factorem cœli, & terræ viſibilium omnium, & inuiſibilium. Item ab omnibus alijs concilijs ſubſequentibus de hac re tractantibus vſque ad Concilium Trid. ſeſſ. 3. Item à Concilio Lat. ſub Inno. 3. de ſum. Trin. & fide cath. Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur, ꝙ vnus ſolus Deus pater & filius, & ſpiritus ſanctus eſt vnum vniuerſorum principium qui ſua omnipotenti virtute ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem, & corporalem (Angelicam videlicet, & mundanam) deinde humanam, quaſi communem, ex ſpiritu & corpore conſtitutam. Hæc ibi. Damnantur & abundanter multiplici tùm ratione tùm auctoritate in pri. par. ar. nu. 307. 333. 335. 336. cum Elucid.

¶SI copioſiorem expoſitionẽ textus concluſionis (ſcilicet Dixit Deus) videre optas; conſule. 1. q. 32. art. 1. & q. 47. ar. 1. & q. 65. ar. 4. Item de hoc eodem quæſtion. diſput. de potentia. q. 3. art. 18.

Text. DEus in principio creauit cœlum & terram; Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas.

Concl. 6. *Omnia opera ſanctiſſimæ Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa.* [Ex eo]

IN opere creationis eſt pater (en Deus), filius (En In *Princ.* principio), Et ſpiritusſanctus (en ſpiritus Domini). Concurrunt ergo tres omnes diuinæ perſonæ ad opus hoc. Opus autem creationis eſt nè ad intra? Non. Nam ad intra eſt generatio, Et ſpiratio tantùm: cùm generatione à patre procedat filius, Et ſpiratione ab vtroque procedat ſpiritusſanctus. Cùm itaq; in diuinis non ſint niſi duę perſonæ modo dicto procedentes; reſtat, vt creationis opus non ſit opus ad intrà. Quod ergo opus erit? A ſufficienti diuiſione eſt opus ad extra: Et non modò creatio eſt talis: ſed etiam quodcunque aliud opus.

CONVENIVNT ergo in hoc creatio, & omnia alia opera *Coroll.* præter generationem diuinam, & ſpirationem ꝙ ſunt operationes ad extra. Cùm igitur Creationis opus à tota ſanctiſſima Trinitate (vt viſum eſt) factum ſit: conſequens eſt, ꝙ omne opus ad extra à tota ſanctiſs. Tri. producatur. Vnde & concilium Toletanum ſextum, canon. 1. etiam de incarnatione filij Dei, ꝗ minus videri poterat à tota Trinitate eſſe, dicit: quòd tota Trinitas cooperata eſt formationem ſuſcepti hominis: quoniam inſeparabilia ſunt opera Trinitatis: licet ſolus filius humanitatem ſuſceperit. Nam de ſimilibus in eo, quo ſimilia ſunt, idem eſt iudicium. Hoc autem, ſcilicet omnia opera ad extrà à tota ſanctiſſima Trinitate fieri, eſt idem; quod Theologi dicunt, & nos docuimus: ꝙ opera omnia Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

ISTA Concluſio 6. capit. 1. deſtruit tanquam in radice, hæreſes Petri Abailardi (vt refert ipſum damnans S. Bernardus in epiſt. 160. ad Papam Innocentium) dicentis: quòd appropriata non ſunt potentia, ſapientia, & benignitas, Patri & filio & ſpirituiſancto in diuinis; ſed propria. Et Maximini Arriani dicentis: quòd pater eſt potentior filio. Et Eunomij dicentis: quòd ſpiritusſanctus eſt minor patre, & filio. Patet enim, hinc ſequi totum contrarium illarum hæreſum: vt ſapiens per ſeipſum cognoſcere poterit. Ideo enim opera diuinarum perſonarum ad extra, dicta ſunt indiuiſa: quoniam eſſentia earum eſt vna numero. Contra Maximinum pugnat tribus libris B. Auguſtinus eum multifariam damnans. Damnantur quoque prædictæ hæreſes multipliciter à ſacris literis, & concilijs. Pro quo in primis ſciendum: quòd quandocunque iſta prædicata, ſcilicet potentiam ſapientiam, bonitatem, eſſe communia diuinis perſonis monſtratur, per hoc vtique nihil horum eſſe alicui ipſarum proprium deſignatur: quoniam proprium, etiam iuxta grammaticam, illud eſt, quod vni ſoli conuenit. Relinquetur itaq; ex hoc: quod, ſi quando talia prædicata frequentius vni, quàm alteri, perſonæ attribuentur, talis attributio ſit intelligenda per appropriationem, non per proprietatem; & per conſequens talia ſic attributa dicentur & erunt appropriata, non propria. Damnat ergo ſcriptura ſacra dicentes, potentiam eſſe propriam patri, dum de filio inquit Hebr. 1. qui cum ſit figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ; id eſt imperio ſuo virtuoſo. Item de eodem ſap. 18. omnipotens ſermo tuus, Domine à regalibus ſedibus venit. Item de eodem Ioannis. 1. omnia per ipſum facta ſunt. Item de ſpiritusſancto pſal. 32. Verbo Domini cęli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Damnat etiam dicentes, ſapientiam eſſe propriam filio, dùm de ſpiritusſancto ait Iſai. 11. ſpiritus ſapientiæ, intellectus, conſilij ſcientiæ. Item de patre Rom. 16. Cognitũ ſoli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum. Damnat & dicentes bonitatem eſſe propriam ſpirituiſancto dum de patre ait. 2. Cor. 1. pater miſericordiarũ, & Deus totius conſolationis. Et de filio, ad Tit. 3. apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri. Damnat omnes illos ſimul concilium Florentinum per hoc, ꝙ in multis ſeſſionib. de ſpiritusſancti proceſſione tractans firmat hanc regulam: quòd in diuinis omnia ſunt vnum,

nisi

aſi vbi obuiat relationis oppoſitio. Quis vero neſciat, quòd inter potentiam, ſapientiam, bonitatem, non eſt relationis oppoſitio? Ergo per concilium illud & potentia omnibus tribus conuenit, & ſapientia, & bonitas; ita quòd tres perſonæ illæ ſunt vnum in potentia, ſapientia bonitate. Ratio alia eſt: quia (ſm concilium Nicœnum, & Conſtantinopol.i.) omnes tres ſunt conſubſtantiales, hoc eſt, vnũ in eſſentia. Potentia, aũt ſapiẽtia, bonitas, Dei eſt ſubſtantia diuina. Ex his concilijs per hoc, damnatur ẽt Arrianus ille, & Eunomius. Nam diſpares perſonas eſſe eſt impoſſibile: quarum eſt eadem numero ſubſtãtia, quæ eſt quicquid in Deo eſt. Damnari poſſunt multiplici ratione, & auctoritate per pri. par. art. num. 193. 194. 208. 215. 220. 224. 225. cum elucid.

Pro textu, ſpũs Domini fer. ſuper aquas. Vide. 1. q. 64. ar. 3. q. 66. ar. 1. Item pro textu (fiat, factum eſt, fecit, fiat firmamentum) ibi. q. 68. art. 1. 2. 3. & q. 71. & q. 74. art. 3.

Text. **FActum eſt veſpere, & mane dies vnus.**

Concl. 7. *Nomina Cardinalia, more hebræorum, ſumuntur, ut plurimùm pro ordinalibus.* [Ex eo]

Ratio. Hic apertiſſimè ſumitur ly vnus, pro ly primus. Nam pòſt in contextu dicitur: factum eſt veſpere & mane dies ſecundus. Ecce contextus declarat ſententiam. Si namque ly vnus ſtaret pro ly vnus, & non pro ly primus: tunc in litera ſubſumeretur, dies duo, non, dies ſecundus. Nam duo eſt nomen correlatiuum ad ly vnus: ſicut ly ſecundus eſt correlatiuum ad ly primus. Cùm itaque ſubſumat litera vt diximus: patet, quòd ly vnus ſtat pro ly primus. Quid autem eſt ly vnus, niſi nomen numerale Cardinale: Et ly Primus, numerale ordinale? Vnus namque numerum abſolutè ſignificat (vt patet): Primus autem numerum cum ordine. Verbi gratia. Diſcumbentium Antonius eſt vnus. Iam ſcis, quòd Antonius eſt in numero illorum: ſed neſcis, quem inter illos ordinem teneat. Sed ſi dictum audias; Diſcumbentium Antonius eſt tertius: Iam ſcis vtrunque; Et quòd inter diſcumbentes annumeratur Antonius, & quem locum in ordine illorum habeat. Nunquid ergo non apertiſſimè cernis, cùm dicitur, dies vnus, & ſubiungitur dies ſecundus: quòd nomen Cardinale ſumitur pro ordinali?

A P P E N D I X.

HInc habes: q ibi, Vna autem ſabbati venit Maria Magdalena ad monumentũ, nomen Cardinale *Ioan. 20.* accipi pro ordinali, non eſt nouũ: ſed a ſacris literis antiquiſſimè vſitatũ, & conſuetudini hæbreorũ, quales erant Euangeliſtę, valdè accõmodatum. Quod intelligens eccleſia, videlicet ly vna ſabbati, ſumi pro prima ſabbati: ideò celebrat diẽ dominicã, tanq̃ a reſurrectione Chriſti conſecratã quæ non promiſcue vna ſabbati, ſed prima ſabbati, eſt. Nã hæbræi à ſabbato totam ſeptimanam nuncupabant, tanquàm à nobiliori die apud ipſos: Et ideò prima ſabbatorum erat dominica, ſecunda ſabbatorum erat dies Lunæ tertia ſabbatorum dies martis, & ſic deinceps vſq; ad diẽ ſeptimam: quam, velut præ cæteris excellentiorem, vocabant abſolutè ſabbatum, ſeu diem ſabbati. Similem acce*Ioan. 20.* ptionem habes à Ioanne ibi, vna die ſabbatorum, cùm fo*Mar. 16.* res eſſent Clauſæ &c. Item a Marco ibi, vna ſabbati Maria Magdalena &c. emerunt aromata &c. Et in ſcripturis talem acceptionem multoties inuenies. Quam ſane ac*Matth. 28.* ceptionem ſemel Mattheus explicauit ibi; Veſpere ſabbati quæ luceſcit in prima ſabbati. Ecce illud, quod alij Euangeliſtæ dixerunt, Vna ſabbatorum per B. Matthęum apertè acceptum pro ly prima ſabbatorum.

Text. **FIat firmamentum, & fecit firmamentum.**

Concl. 8. *Deus mandãs, ut faciamus, iuuat ut mãdatũ impleamus: Immò ipſe implet in nobis.* [Ex eo]

Ratio. Fiat firmamentum; (Ecce mandatum à Deo:) Et fecit Deus firmamentum; (Ecce adimpletio.) Et patet idem per totum ferè hoc capitulum.

Ergo non mirum; ſi dixit ad dominum Iſaias: omnia opera noſtra operatus es in nobis domine. Ergo nec *Corollarium.* mirum, ſi dixit Chriſtus in Ioan. 17. ad patrem: opus conſummaui, quod dediſti mihi vt facerem. Quare non dixit: quod iuſſiſti (vt videbatur magis ordinarium); ſed prælegit dicere, quod dediſti mihi? Vt denotaret quod in concluſ. annotaui. Nàm ſi pater iuuat ad implendum ea, quæ mandat; immò is eſt, qui mandatorum ſuorum executionem operatur in nobis; Vtiq; pater ipſe dat nobis ea, quæ facimus (vt ait Chriſtus). Quòd ſi ipſe homini locutus fuiſſet dixiſſet; quod iuſſiſti mihi: quandoquidem dicere hoc hominibus mandantibus aliquid ordinarium magis eſt: at, quoniam Deum alloquitur, qui ab hominibus in implendo iuſſa differt, dixit, quod dediſti mihi, vt facerem. Differentiam hanc inter homines & Deum iubentes benè notato. Ergo Seruire Deo regnare eſt. Ergo vbi ſpiritus Domini ibi libertas. 2. Cor. 3. Hoc eſt. Ergo Seruus Dei eſt liber: non quia nõ teneatur *Seruus Dei quomodo liber.* ad obſeruandum mandata Dei, (quo modo hæretici peruerſiſſimè contra concilium Trid. ſeſſ. 6. can. 19. 20. 21. libertatem Chriſtianorum vocandam eſſe contendunt): ſed quia, Deum ſuorum mandatorum promptiſſimum executorem in ſeruis ſui libera voluntate, & actione eſſe, ſcripturæ teſtantur.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PRæfecta Cõcl. 8. c. 1. deſtruit Hæreſim Lutheri dicentis: Deum præcepiſſe nobis impoſſibilia. Patet enim hinc ſequi totum oppoſitum: vt ſapiens per ſe cognoſcet. Damnatur quoque à Genaſi. 29. concilio. 4. Item à. 1. Ioan. 5. Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: Et mandata eius grauia non ſunt. Et à Matth. 11. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Et a pſal. 118. Latum mandatum tuum nimis. Vbi mandata Dei non tantum poſſibilia aſſeruntur; ſed & non grauia, immò ſuauia & nimis lata. Vbi & notatur, quòd charitatem Dei non habent: & quòd ſuperbi ſunt corde, qui ea dicunt nõ eſſe leuia. Item damnantur à concilio Trid. ſeſſ. 6. cap. 11. Nemo temeraria illa, & à patribus ſub anathemate prohibita voce debet vti: Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. Nam Deus impoſſibilia non iubet: ſed iubendo monet & facere, quod poſſis: & petere, quod non *Deus eſt ſuauiſſimus in iubendo.* poſſis: & adiuuat, vt poſſis. Cuius mandata grauia non ſunt: cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei Chriſtum diligunt: qui autèm diligunt (vt ipſemet teſtatur) ſeruant ſermones eius: quod vtique cum diuino auxilio præſtare poſſunt. Licet enim in hac mortali vita quantumuis ſancti, & iuſti in leuia ſaltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant; non propterea deſinunt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa vox eſt, & humilis & verax: dimitte nobis debita noſtra. Hæc ibi. Et canon. 18. Si quis dixerit; præcepta Dei homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, anathema ſit. Hæc ibi. Damnatur & ab expoſitione fidei: B. Hieronymi ad Damaſum Papam, quam ipſe dicit hauſiſſe ex Eccleſia catholica. Execramur, inquit, eorum blaſphemiam: qui dicunt, impoſſibile aliquid a Deo præceptum eſſe; & mandata eius non à ſingulis poſſe ſeruari. Item ab Auguſtino de pecc. merit. lib. 2. cap. 7. Non poſſum, inquit, dubitare: nec Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe; nec Deo ad opitulandum, & adiuuandum, quò fiat, quod iubet, impoſſibile aliquid eſſe. Vult Auguſtinus per hoc dicere: quòd ideò impoſſibile eſt, Deum aliquod ad obſeruandum impoſſibile præcepiſſe; quia ſua præcepta intendit obſeruanda eſſe ab hominibus, præſuppoſito auxilio diuino, quod quantum in ſe eſt, & omnibus ac ſemper præſto eſt, & ad omnia, qualiacunque aut quantacunque ſint, actualiter ſeruanda adiuuare poteſt. Huic ſenſui: B. Auguſtini ſubſcripſiſſe voluit. D. Tho. 1. 2. q. 2. ar. 5. in reſponſione ad argumentum primum. Quam doctrinam altam, vt melius percipias, audi argumentum. Nullus tenetur ad id, quod nõ eſt in eius poteſtate, ſed credere aliquid explicitè, non eſt in hominis

poteſtate

poteſtate (dicitur enim Rom. 10. Quomodo credent in illum, quem non audierunt? Quomodo audient ſine prædicante? Quomodo autem prædicabunt, niſi mittantur?) Ergo credere aliquid explicitè homo non tenetur. Hæc ibi, pro argumento. Sed audi reſponſum. Ad primum ergo dicendum: quòd, ſi in poteſtate hominis eſſe dicatur aliquid, excluſo auxilio gratiæ, ſic ad multa tenetur homo, quæ non poteſt ſine gratia reparante (ſicut ad diligendum Deum, & proximum, & ſimiliter ad credendum articulos fidei): ſed tamē hæc poteſt homo cum auxilio gratiæ. Quod quidem auxilium quibuſcunque diuinitus datur, miſericorditer datur: quibus autem non datur, ex iuſtitia non datur, in pœnam præcedentis actualis, vel ſaltē originalis, peccati: vt Auguſtinus dicit in libro de correctione & gratia. Hæc ibi. Quæ ſi cum Auguſtino ſuprà contuleris: videbis ſenſum concordem horum. SS. DD. qui iam antea cōtra illam Lutheri hęreſim expreſſus fuit. Dixi, quòd auxilium illud, quantum eſt de ſe, ſemper omnibus præſtò eſt: quod & confirmatur Apocal. 3. ego ſto ad oſtium & pulſo (non dicit ſteti tantum, aut ſtabo, nec pulſaui tantum, aut pulſabo: ſed dicit ſto, & pulſo) Vnde patet cuique rectè conſideranti: ꝙ nō poteſt prorſus quis iure lamentari de Deo, ſi pro merito culpæ propriæ ſibi quandoque ſubtrahatur auxilium, ſed ſolum de ſemetipſo, cuius peccatum ſic iuſtiſſimè punitur. Ex præmiſſis per D. Tho. in ſecunda ſecundę, ne credideris, reduci poſſe ad bonum ſenſum Lutheri dictum: tùm quia Lutherus intelligit abſolutè dictum ſuum, tùm quia auxilium Dei ſuis præceptis (teſte D. Thom.) conintellectum ſemper & ſingulis præſtò eſt, quantum eſt ex parte ipſius auxilij. Remanét ergo Dei mādata ſemper poſſibilia, reſpectu cuiuſcunque hominis. Vide pri. par. art. num. 306. cum elucid.

Text. **C**Ongregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida.

Concl. 9. *Aqua naturaliter tegit totam terram.* [Ex eo]

Ratio. Iusso iuſſum eſt, vt congregarentur aquæ in locum vnum: & appareret arida: quia aqua cooperiebat totam terram ita, vt non appareret arida. Si enim apparuiſſet arida, vtique aqua non totam illam cooperuiſſet: Et ſi non totam cooperuiſſet, congregari aquas in locum vnum non iuberetur, Vt appareret arida. Concluſioni huic, ac rationi fauet quoque eximius Eccleſiæ doctor D. Thomas in prima quæſt. 69. artic. primo, in reſponſione ad quartum. Vide illum ibi: per illumque inde cognoſce virtualiter confirmari dicenda in appen. ſequen.

APPENDIX.

HInc habes: quòd phyloſofus lib. 4. phyſicorum verum dicit, cùm ait: quòd terra eſt in aqua, vt in loco ſuo: ſicut & aqua eſt in aere. Aqua namque ad hoc, quòd ſit locus terræ, debet undique circūſcribere terram (ſecundum quòd definitio loci indicat ibi) & conſequenter cooperire totam terram: quemadmodum & aer, vt ſit locus aquæ, circunſcribit vndique aquam totam, ſecundum ſuperficiem. Secundò hinc habes: quòd ideò nunc aquæ
2 non cooperiunt totam terram, vt detur locus animalibus, & plantis &c. Per accidens ergo eſt, quòd aquæ non tegant vndique terram: Et ideò dixi ꝙ naturaliter aquæ per ſe totam ipſam cooperiunt. Id autem quod eſt per accidens, non ſemper durat: ex conſequenti terra non ſemper remanebit apparens. Remotis ergo animalibus, vt in quorum gratiam terra diſcooperta eſt: videtur, quòd terra iterum aquis omni ex parte cooperietur. Et vt finis ſuo principio correſpōdeat (id quod naturale deſiderium eſt) videtur: quòd ſicut in principio (vt patet hic) terra vndiq; cooperiebatur aquis, ita in fine ad hunc ſtatum redibit. Poſt iudicium igitur, totam aquis cooperiendam, videtur triplici de capite: tùm quia per accidens diſcooperta eſt, tùm quia remota cauſa remouetur effectus, tùm quia finis naturaliter ſuo principio conformari deſiderat.

Text. **C**Vius ſemen in ſemetipſo ſit.

Concl. 10. *Nunc rerum multiplicatio non fit per creationem: ſed per generationem.* [Ex eo]

Ratio. Aut quid relinquitur ſemen in rebus productis: niſi vt ex ipſis rebus medio ſemine producantur aliæ res? Modò inter generationem & creationem hoc intereſt: quòd generatio fit ex aliquo, Creatio verò ex nihilo.

¶ Vide aliquid circa ly germinet terra herbam virentem &c. 1. q. 96. ar. 2.

APPENDIX.

HInc habes: quòd ſtant ſimul hæc duo, ſcilicet ꝙ Deus vſque modò operetur (vt habet Ioannes 5.) & quòd ceſſauit ab operando (vt habetur in cap. ſeq.) Quomodo? Ceſſauit ab operando per nouarum rerum creationē. 1. q. 73. ar. 1. ad 3^{m}. ſemper operatur in rerū naturis per nouarū rerū propagationē, ſeu generationē. 1. q. 105. ar. 5.

CVius ſemen in ſemetipſo ſit. Text.

Concl. 11. *Conſeruatio ſpeciei eſt maximè intenta.* [Ex eo]

Ratio. Ideò ſemen conſeruatur in indiuiduo: vt ſpecies continuari poſſit.

Vide aliquid circa hoc locis proximè nunc, concl. 10. citatis de prima parte S. Doctoris.

Corollarium. Ergo ſpecies eſt durabilior indiuiduo: & magis intenta. Nam intenta magis ſunt illa: quæ nobiliora ſunt. Quis autem non videat: quòd magis durabile eſt (cęteris paribus) minus durabili nobilius? Quòd autem ſpecies ſit indiuiduo durabilior: non neceſſe eſt probare.

APPENDIX.

HInc habes: quòd illa, quæ ſunt corruptibilia multiplicantur, vt conſeruentur ſaltem in ſpecie. Ideò enim multiplicantur arbores, fructus, & huiuſmodi: quia in vno indiuiduo conſeruari diu non poſſunt (vt patet) Quid ergo (a contrario ſenſu) neceſſe eſt incorruptibilia multiplicari in indiuiduo? Indiuiduum ergo incorruptibile, & indiuiduum, & ſpecies eſt: nec plura indiuidua ſub eadem ſpecie reperiuntur. Vide: quàm conformiter huic dicatur à S. Doctor. de Angelis. 1. q. 50. art. 4.

FAcientē ſemen iuxta genus ſuū. Text.

Concl. 12. *Quodlibet non fit ex quolibet.* [Ex eo]

Ratio. Si ex quouis ſemine quoduis fieret: non oporteret dari diuerſitatem ſeminum.

¶ Si vis aliquid plus circa hoc, vide 1. q. &c. vt citatur ſupra concl. 10.

APPENDIX.

HInc habes: quàm rectè Ariſtoteles neget Anaxagoram (primo phyſicorum) quoad hoc, ꝙ quodlibet fiat ex quolibet. Secundò habes. quid ſimile generat
Secundò. ſibi ſimile: in ſpecie ſcilicet, vel ſaltem in genere proximo. Ideò dicitur hic quandoque, quòd ſemen productū erit ſecundum genus ſuum: quandoque autem dicitur, ꝙ erit ſm ſpeciem ſuam (vt patet legenti a ly germinet terra vſque ad ly dies tertius). Vnde hæc diuerſitas loquendi de ſeminibus generantiū? Ad ſignificandum: ꝙ generantia omnia vel generant ſibi ſimile ſm ſpeciē, vel ſaltē ſecundū genus proximū. Verbi gratia. Homo hominem: Aſinus cum equa mulum. Tertiò hinc conſequenter habes: quomodo intelligas Ariſtotelem in 2. de Anima, quando
Tertiò. ait, quòd naturaliſſimum eſt cuique generare ſibi ſimile.

¶ Applica (pro tranſitu ad mores) ad Matth. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Non poteſt arbor bona malos fructus facere: neque mala bonos fructus facere. De hac authoritate, quomodo ſecurè exponi debeat, vide Elucid. 1. par. q. 74. ar. 2. append. Vel applica (ad literam) Mat. 7. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Vel ad Luc. 7. vnaqueque arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Vel ad ſimilia.

LVminaria ſint in ſigna, tempora, dies & annos. Text.

Concl. 13.

Ratio. Concl. 13. *Aſtrologia naturalis eſt bona.* [Ex eo]

ASTROLOGIA naturalis conſiderat hoc circa aſtra: ſcilicet quomodo ſint ſigna (vel ſcilicet pluuiæ, ſerenitatis, &c.) & diuidant tempora (ſcilicet meſſis, vindemię, &c. autumnum, æſtatem &c.) conſtituant dies (ſcilicet tot horarū lucis, totque noctis &c.) & annos (ſcilicet biſextiles, vel non &c.) Aſtra verò extenduntur naturaliter ad huiuſmodi (ſecundum quòd dicitur hic) ex conſequenti ars cōſiderans hæc circa aſtra eſt ars licita, & bona. Talis autem ars eſt aſtrologia naturalis: conſequenter ergo aſtrologia hæc licita, & bona eſt.

Notatio. DIXI ly naturalis, ad differentiam aſtrologiæ iudiciariæ. Per aſtrologiam autem iudiciariam intelligo omnem illam artem, quæ circa aſtra conſiderat illa, ad quæ non ſe naturaliter aſtra extendunt. Vt, conſulens aſtra ad iudicādum: Verum quis futurus ſit bonus, vel malus &c. talis dicitur Aſtrologus iudiciarius. Et huiuſmodi aſtrologia non eſt licita ars: quoniam trahit aſtra ad id, quod ſuapte natura non attingunt. Non enim aſtra animæ rationali dominantur: etiam ſecundum veros philoſophos. Relinquitur ergo: quòd huiuſmodi aſtrologia, tanquàm quoddam curioſum illicitum, dæmonum auxilio fulta ſit: ac ideò prohibita.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 13. capit. 1. ſic, vt nunc, gloſata deſtruit hæreſes abutentium aſtrologia, puta Bardeſſanis ſyri dicentis: quòd fato conuerſationes humanæ ſunt attribuendæ. Et Priſciliani dicentis: quòd animæ noſtræ, & corpora, aſtringuntur fatali ſigno. Et Atheorum dicentium: quòd omnia aguntur fato. Et Baſſi dicentis: quòd in ſeptem ſtellis, & viginti quatuor litteris rerum omnium perfectio & vita, & omnium hominum generatio conſiſtit. Et Algazelis (vt refert Direct. Inquiſ. 2. par. q. 4.) dicentis. quòd motus voluntatis ſubſunt corporibus cæleſtibus: Item quòd ex conditione corporum cæleſtium futura pendent in tantum, quòd ſi quis totam conditionem cæleſtis armoniæ haberet, plenè cognoſceret tàm præterita, quàm futura: Item quòd corpora cæleſtia & diſpoſitiones eorum, in quibus incipimus aliquid operari, dirigunt operationes noſtras à principio vſque in finem per tantum, & per totum: ita quòd iſta conſtellatio ſolùm in qua, & ſub qua opus incipitur, quantumcumque opus ſit voluntarium, dominatur a principio vſque in finem. Et antedicti Priſciliani dicentis: quòd ſigna duodecim quæ Mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ, vel corporis membra ſunt diſſipata, & nominibus patriarcharum aſcripta. Patet enim per ſupradicta in declaratione concluſionis totum contrarium hæreſum prædictarum. Damnantur quoque, & per cōſequens prædicta circa concluſionem firmantur, a Hierem. 10. à ſignis cœli nolite timere, quæ gentes timent. Vbi oſtendit propheta, illos errare more gentilium paganorum Deum ignorantium, qui dixerunt hæreſes prædictas: quibus homines à ſignis cœli timere ſuadent. Item à Concilio Bracarenſi 1. canon. 9. Si quis animas, & corpora humana fatalibus ſtellis credit aſtringi: ſicut Priſcilianus & pagani dixerūt: anathema ſit. & canon. 10. Si quis duodecim ſigna, quę mathematici obſeruare ſolent, per ſingula animæ, vel corporis membra diſſipata credunt, & nominibus patriarcharū aſcripta, anathema ſit. Hæc ibi. Ex his damnantur & omnia prædicta errantium: quoniam quandocunque damnatur vnum cointelliguntur omnia ſimilia condemnari. Nam de ſimilibus idem eſt iudicium: teſte philoſopho. Damnantur & à multiplici tùm ratione, tùm authoritate, imò & ſpecialiter in bulla Apoſtolica Sixti Quinti contra Aſtrologiā iudiciariā. De quibus omnibus vide Doctorē Eccleſiæ D. Thomam pri. par. art. num. 288. 352. 569. 572. 575. cum Eluc. ſemper. Damnantur, & infra Leui. 7. con. 6.

¶ Si maiorē vis expoſitionem textus cōcluſionis (ſcilicet fiant luminaria &c.) vide 1. q. 70. ar. 1. 2. & 3. cum Eluc. quod ſemper & vbique intelligendum eſt, quandocūque allegatur Diuus Thomas ſiuè in prima parte, ſiuè in Additionibus ad tertiam.

POſuit ea in firmamento cœli: vt præeſſent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras. *Text.*

Concl. 14. *Inferiora gubernantur ſuperioribus lationibus.* [Ex eo]

GVBERNATVR dies & nox lationibus cœlorum. *Ratio.* Quid intelligis per diem, & noctem? generationem, & corruptionem inferiorum: vtpote quæ per diei, ac noctis viciſſitudines cauſentur.

¶ Pro ampliori cognitione de ly poſuit ea, vt &c. vide 1. q. &c. vt ſupra concluſ. 13. citatur. Caue etiam: nè in dānatos ibi in fin. errores, extra veritatem hanc ſobriè, iuxta præmiſſa, intelligendam deductus incidas.

OMnem animam, quam produxerunt aquæ. *Text.*

Concl. 15. *Animæ irrationalium omnium ſunt ex traduce.* [Ex eo]

ECCE. Productio iſtarum animatum attribuitur aquis. *Ratio.* Cum itaque animæ quorumcunque brutorum, ſicut & iſtorum gradum intellectiuum non attingant: patet, quòd eadem ratione aliorum brutorum animæ a cōpoſitis ipſis generantibus producantur. Nam de ſimilibus in eo, quòd ſimilia ſunt, idem eſt iudicium.

ALIQVID eſſe ex traduce: eſt educi de potentia materiæ, ſeu de potentia ſeminis deciſi ab animali generāte, vt habetur. 1. q. 118. ar. 1. & 2. *Not.* Non ergo tales animæ creātur: ſed generantur, & corrumpuntur. Non (inquam) creātur propriè, inquantum ſcilicet creari eſt ex nihilo fieri: licet creari dicantur quandoque largè, inquantum ſcilicet ex aliquo producuntur.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

PRAEDICTA hæc 15. cap. 1. deſtruit hæreſim Gnoſticorum & Manichæorū dicentium: Beſtias omnes rationis eſſe capaces: & bruta omnia æquè vt hominem non ſolum ſentire, verum etiam intelligere. Patet enim hic totum contrarium: vt diſcurrens per ſe cognoſcet. Damnatur quoque, & conſequenter concluſio firmatur, à pſal. 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Damnatur & à regulis veræ fidei, quæ ponuntur ab Auguſtino in lib. de fid. ad Petrum, cap. 21. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites: in omni creatura, quam ſpiritualem, atque corpoream ſumma Trinitas fecit, ſolos Spiritus Angelicos & humanos intelligendi facultatem diuinitus accepiſſe: cæteros verò ſpiritus brutorum animalium rationalem intelligentiam non accepiſſe, & ob hoc omnino habere non poſſe. Propter quod dicitur hominibus: nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus. Et ideò nec animas pecorum in homines, nec animas hominum in pecora, poſſe aliquando tranſire. Hæc ibi. Item a pſal. 48. Homo, cùm in honore eſſet, nō intellexit: comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis. Ecce. Iumentis ſimilis fit homo per hoc, quòd non intellexit. At ſi beſtiæ haberent intellectum, ſeu rationem (vt hæreſis dixit): tunc homo per hoc, quòd non intellexit, diceretur eſſe factus diſſimilis iumentis, non ſimilis. Item reprobatur à Gen. cap. præſenti, vbi dicit. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinē noſtrā, vt præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs, vniuerſæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Præeminentia enim hominis ſuper animalia, de qua dicitur ly præſit, intelligitur quò ad animā intellectiuā, rōne cuius homo eſt ad imagine Dei: non autem intelligitur præcisè quò ad corpus. Sic nanque animalia aliqua ſunt homine quodāmodò præſtantiora: puta, Aquila in viſu corporali, ceruus in velocitate, Leo in fortitudine, vulpes in naturali ſagacitate, &c. vt per te diſcurrere potes. Adde, quòd alia animalia naſcuntur veſtita, naturaliter pro ſua portione armata, mox aut quaſi

mox

mox nata per ſe ambulant, paſcuntur, ſaltant, & huiuſmodi: quæ homini, quò ad corpus tunc denegata ſunt. Reſtat igitur: vt per ly præſit &c. dicere volueris, quod homo, non autem alia animalia, habet intellectum, & rationem (contra Gnoſticos, & Manicheos). Reprobantur & multiplici tùm ratione, tùm auctoritate, à pri. par. art. num. 364 464. 580. cum Eluc. Nam ſingulis horum poſtremorum articulorum nonnihil contrarium tenent in prædicta ſua poſitione Gnoſtici & Manichæi.

¶ Pro textu (ſcilicet omnem animam, quam produxerant aquæ &c.) plenius exponendo: vide. 1. q. 71. & q. 72.

Text. CReauit Deus Cete, & animam: quam produxerant aquæ.

Concl. 16. *Deus cooperatur naturæ operibus.*

Ex eo

Ratio. VIDE. Aquæ producunt cete grandia & illorum animas, aliosque piſces cum ſuis animabus: Et tamen dicitur, quòd Deus creauit illa omnia. Quorſum hoc dictum exiſtimas: niſi ad denotandum, quòd Deus cooperatur naturæ operibus? Hoc etiam anotauit Chriſtus, quando in Ioan. 5. dixit: Pater meus vſque modò operatur.

Examen LY creauit, ſumitur hoc in loco largè, prout ſonat idē quod produxit. Non enim creantur animæ brutorum (vt diximus): ſed educuntur de potentia materiæ ab agente ipſo, cooperante Deo.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HÆC ConclVſio 16. cap. 1. deſtruit errorem eorum, qui poſuerunt Deum non operari in quolibet operante. Patet enim hic totum oppoſitum: quòd ſcilicet Deus cooperatur omnibus naturis operantibus. Dānatur & error prædictus ab Iſa. 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Voluit enim per hoc propheta dicere: quòd Dominus in omni operante operatur: tanquam argumentans à fortiori ſic. Si Deus in homine operante operatur: ergo magis in quocunque alio operante. Nam minus videtur hoc poſſe verificari de homine, cùm ipſe (cointellige angelos) à Deo in manu ſui conſilij ſit relictus, Eccleſi. 15. Et tamen hoc ipſum de hominum operationibus verificatur. Multò igitur magis de omni alio inferiori operante verificari, neceſſum eſt: quandoquidem ſi de quo minus videtur ineſſe, ineſt: vtique (ſecundum regulam logicalem) et, de quo magis videtur ineſſe, magis inerit. Item apertius à 1. Cor. 12. Diuiſiones operationum ſunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Ergo ſecundum Apoſtolum, Deus non tantum operatur in omni operante: ſed operatur omnia in omni operante. Intellige tu omnia, dempto peccato, vt peccatum eſt: ſecundum eundem Apoſtolum dicentem. 2. Thi. 2. quòd Deus negare ſeipſum non poteſt. Damnatur & à Ioan. 5. Pater meus vſque modò operatur, & ego operor. Auctoritas enim hæc directè concludit contra prædictum errorem: cùm loquatur de gubernatione aſſidua, qua Deus res omnes gubernat. Ac ſi manifeſtius diceret. Pater meus continuè in omni re operante operatur, & ego ſimul cū eo in eadem re operor. Ex quo dicto ſumunt etiam Theologi, & benè: quòd opera Trinitatis ad extrà ſunt indiuiſa. In patre enim, & filio, cointelligitur quoque ſpiritusſanctus, velut nexus amborum. Auctoritatem verò illam aduerſarius, quaſi volens contra ipſam proprium defenſare errorem, non poteſt intelligere de opere creationis: ac ſi dicatur, quòd Deus vſque modò operetur nouas res creando: quoniam à tali operatione iam ceſſauit Gen. 2. Nihil enim ſub ſole nouum (ſcilicet totaliter) Eccleſ. 1. De huius intellectu vide 1. q. 73. art. 1. ad tertium cum Elucid.

Text. CReſcite; & multiplicamini.

Concl. 17. *Deus vult cauſas ſecundas.*

[Ex eo]

Ratio. VULT Deus, quòd multiplicentur homines ab hominibus: ex conſequenti vult cauſas ſecundas ad hoc, vt multiplicentur homines. Et hoc non ex ſui inſufficientia, ſed bonitate promanat. Non ex ſui inſufficientia quidem: quoniam, qui ſemel creauit vnum hominem, per eandem omnino potentiā infinitos (cùm infinita ſit creantis potentia) homines iterum atque alio tempore creare poteſt. Nam potentia ſua immutabilis eſt: ita quòd neq; creſcit, neque decreſcit: ſicut & ipſe Deus prima q. 9. art. 1. omnino immutabilis eſt. Ex bonitate verò talis Dei præmiſſa volitio dimanat: vt ex litera patet. Ideò enim antequam dicat Multiplicamini, priùs benedicit eis: Vt oſtendat ex bonitate ſua eſſe, quòd cauſas ſecundas in rerum adminiſtratione requirit. Qualis eſt illa bonitas? Talis ſcilicet: Vt rebus, vltra eſſe, velit dare eſſe cauſā aliarum rerum. Quòd enim & eſſe, & eſſe cauſam rei alicui donet, maiorem bonitatem verſus illam rem declarat: quàm ſi rei ipſi ſolùm eſſe communicaret. *Vnde eſt quod dētur cauſæ ſecundæ.*

APPENDIX.

HINC habes quid dicas ad hæreticos negantes interceſſionem ſanctorum, opera noſtra, & huiuſmodi. Deus (inquiunt) eſt ſufficiens per ſe, Chriſti paſſio, & oratio eſt ſufficiens per ſe, ad ſaluandum: Quare ergo requirantur & opera ad ſalutem noſtram, Et orationes ſanctorum, Et huiuſmodi? Tu hinc edoctus dicas ad illos: quòd inſufficienter .i. ab inſufficienti diuiſione arguunt: quaſi quod ſi orationes &c. dentur, hoc non poſſit niſi ex Dei inſufficientia prouenire. Quid ſunt orationes illæ, opera, & huiuſmodi: niſi cauſæ ſecundæ? Vidiſti modò hic: quod Deus ex inſufficientia non requirit cauſas ſecundas ad coagendum ſibi, ſed ex bonitate magna. Hoc ergo etiam ad ſciolos iſtos dicendum eſt conſequenter. Secundò habes: quòd hæretici tales murmurant de bonitate Dei: bonitatiq; eius hoc aſſerendo derogant: Et in numero illius aſcribendi ſunt, cui dictum fuit à patre familias: An oculus tuus nequam eſt, quia Ego bonus ſum? Contrariantur ergo hæretici tales & Deo, & hominibus vniuerſis, & omni creaturæ. Nam bonum hoc, ſcilicet eſſe cauſam ſecundam cooperantem Deo (id quod teſte Dionyſio diuiniſſimum eſt) ab omni creatura, ſic dicendo, auferre conantur. Tertiò habes ex ly Multiplicamini, quòd homo ſuapte natura mortalis annūciatur. Incorruptibilia namque ſuapte natura propagari ab inuicē non ſolent: vt patet ſuprà in appendice quæſtionis vndecimæ: & conſequenter illa, quibus propagatio ex ſe inuicem innotatur, per hoc corruptibilia ſecundum naturam ſuam oſtenduntur. Immortalitas ergo, quæ haberi condecebat in ſtatu innocentiæ, erat ex dono originalis iuſtitiæ: non ex natura ipſa: vt prima quæſt. 97. artic. primo, & ſequen. Ergo originalis iuſtitia non erat naturale donum: ſed gratuitum: vt prima quæſt. 95. artic. primo. Alioquin per peccatum non amiſiſſet hoc donum: quod eſt contra Concil. Trid. ſeſſ. 5. vbi dicit (anathematizādo contrarium) quòd Adam perdidit iuſtitiam in qua conſtitutus fuerat, non tantum ſibi, ſed etiam nobis. *Contra hæreticos.* *Secundò* *Mat. 20.* *Tertiò.*

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

COnclVſio hæc 17. cap. 1. deſtruit errorem Saracenorum, & Maurorum (vt refert Auerroes 12. Metaphy. textu 18. & D. Thomas lib. 3. contra gentiles capit. 69.) dicentium: quòd nulla res producta agit, ſed ſolus Deus ad præſentiam earum facit actiones has, vel illas. Puta. Humectatio (ſecundum iſtos) non erat actio aquæ, quaſi quòd aqua eſſet corpus actiuū humectationis illius: ſed erat actio ſolius Dei, quaſi quòd ipſe ſolus, ad præſentiam aquæ, ageret humectationem. Patet enim totum contrarium ex conclusione præſenti. Damnatur & per concluſionē 16. præmiſſam, vt patet conſideranti: Et à Gen. textu illo, Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen lignumque pomiferum &c. Vbi manifeſtiſſimè conſtat: quòd actiones hæ, puta germinare, facere ſemen, ferre poma, attribuuntur terræ, herbæ, ligno: & conſequēter quòd non ſolùm Deus operatur creaturarum operationes, ſed etiam creaturæ. Nec obſtat, quod

Iob. x.

Iob.x. opera naturæ attribuuntur Deo, dum ibi Iob alloquens Deum inquit, Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus, & neruis compegiſti me. Nam ex his, & ſimilibus, non habetur, quòd ſolum Deus operetur operationes naturales: ſed quòd ipſe, & quidem principaliter, cooperatur in natura creata operante (id quod concluſio. 16. prædixit). Et natura igitur, puta terra germinat herbam, hominem carnibus veſtit, oſſibusque compingit ac neruis; & Deus hæc omnia facit: quoniam in effectum cauſæ ſecundæ influit ſimul, imò etiã magis, cauſa prima: quandoquidẽ ceſſante actione cauſæ primæ, nihilominùs facere poſſet cauſa ſecunda. Damnatur quoque prædictus error à pſal. 103. omnia, tu Domine, in ſapientia feciſti. Quomodo autem feciſſet res in ſapientia: ſi res ipſę eſſent fruſtra? Tunc verò eſſent fruſtra res & earum virtutes: ſi nihil agerent. Virtutes quidem operatiuas, quæ in rebus inueniuntur, conſtat fruſtra rebus attribui, quando per eas nihil agitur: & res ipſas ſimiliter patet eſſe fruſtra, quando propria operatione deſtituuntur. Aliquid enim tunc fruſtra eſt, etiam ſecundum philoſophum, quando non attingit finem, ad quem ordinatur: & vnumquodque eſt propter ſuam operationem: ita quòd operatio eſt finis cuiuſuis rei creatæ. Omnes ergo res creatæ eſſent fruſtra: ſi operatione carerent. Cùm itaque dicit pſalmus, quòd Deus fecit omnia in ſapientia, per hoc apertè dicere intendit: quòd fecit omnia, vt ſuam ipſorum propriam haberent operationem. Vna igitur & eadem actio (puta humectatio) procedit à duobus agentibus: ſed ab vno tanquam à ſufficienter agẽte ad modum primæ cauſæ, ab alio autem tanquam ab agente per modum ſecundæ. Vide pri. par. artic. nume. 516. 566. cum Elucid.

¶ Pro concluſionis textu, vide. 1. quæſt. 70. 71. 72. & quæſt. 98. art. 1. Item ſecunda ſecundæ quæſt. 152. arti. 2.

Text. **C**Reſcite & multiplicamini.

Concl. 18. *Generare ſibi ſimile conuenit tantùm illis, qui ſunt in ætate perfecta.* [Ex eo]

Ratio. Prius dicitur, Creſcite: pòſt, Multiplicamini: ad ſignificandum id quod docuimus.

APPENDIX.

HInc habes illud Ariſtotelis dictum in libris de anima eſſe verum. Quod dictum? Vnumquodque tunc perfectum eſt: cùm poteſt generare ſibi ſimile. Ergo Adam perfectus fuit Creatus: vt. 1. q. 94. 95. Nam Adam ſubitò generauit, vt in cap. 4. & generaſſet etiam in ſtatu innocentiæ, vt. 1. q. 108. ar. 1. & 2.

Text. **F**Aciamus hominem ad imaginem noſtram.

Concl. 19. *In diuinis una eſſentia eſt, & plures perſonæ.* [Ex eo]

Ratio. Ecce. Imaginem in ſingulari dicit: faciamus dicit in plurali, & noſtram. Ergo in diuinis eſt vna eſſentia: & plures perſonæ. Vnde ſcis? Audi. Ibi eſt vnitas (ob hoc dicitur, Imaginem), ibi eſt pluralitas, (ob hoc dicitur, faciamus: & noſtram). Modò eſſentia non poteſt multiplicari. Quis enim capiat vnquam, eſſentiam multiplicari: qui audierit, Deus vnus eſt? Relinquitur ergo quòd vnitas conueniat eſſentiæ: pluralitas verò perſonis diuinis.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HÆc Concluſio 19. cap. 5. deſtruit hæreſes Noeti, Agarenorũ, Petri Statorij, Antichriſtianorum, Deiſtarum, Sabellianorum, Iudeorum, Serueti, Canonitarum, Angelitarum, Arrianorum. Hi omnes ponunt in Deo vel plures eſſentias dicentes, plures eſſe Deos: vel vnam perſonam tantùm realiter, etſi forſan aliqui illorum ponant plures nominaliter (ſicuti Noetus & Sabellius). Patet enim per cõcluſionem hanc totum oppoſitũ. Reprobantur quoq;, & per cõſequens pręmiſſa concluſio firmatur, à Gelaſio Papa, diſtinct. 15. ca. Sancta Romana. Hęc & his ſimilia, q̃ Simon magus, Nicolaus, Terni dus, Cerinthus, Marcion, Baſides, Ebion, Paulus Samoſetanus, Bonoſius, Mõtanus, cũ ſuis obſceniſſimis ſequacibus, Appolinarius, Valẽtinus, Manicheus, Fauſt⁹, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Noetus, Sebarius, Calixtus, Donatus, Euſtathius, Iubianus, Pelagius, Iulianus Latienſis, Cęleſtinus, Maximinus, Priſcillianus, Lapedius, Dioſcorus, Euticius, Petrus, & alius Petrus, ex quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Achatius Conſtãtinopolitanus cum cõſortibus ſuis: necnon & oẽs hæreſes, quas ipſi, eorumque diſcipuli, ſiuè ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt: quorũ nomina minimè retinemus: nõ ſolum repudiata, verùm etiam ab omni Romana Eccleſia eliminata, atque cum ſuis authoribus, authorumq; ſequacibus, ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum confitemur eſſe damnata. Hæc ibi. Item à Concilio Lateranen. ſub Papa Martino primo canon. 17. Si quis ſecundũ ſanctos patres, conſonanter nobiſcum eadem credens, nõ reſpuit, & anathematizat animo, & ore omnes, quos reſpuit & anathematizat, nefandiſſimos hæreticos, cum omnibus impijs eorum ſcriptis vſq; ad vnum apicem, ſancta Dei catholica, & Apoſtolica Eccleſia, hoc eſt, ſanctæ & vniuerſales quinque ſynodi, & ipſis omnes conſonanter probabiles Eccleſiæ patres. Dicimus autem Sabellium, Arriũ, Eunomium, Macedonium, Apolinarem, Polemonem, Euthycem, Dioſcorum, Timothæum, Elurum, Seuerum, Theodoſiũ, Collutbũ, Themiſtiũ, Paulũ Samoſetanũ, Diodorum, Theodorũ, Neſtorium, Theodulum, Perſam, Origenem, Didymum, Euagrium, & cõpendioſè omnes alios hæreticos, qui à catholica Eccleſia reprobi atque abiecti ſunt, quorum dogmata diabolicæ operationis ſunt genimina: & eos, qui ſimilia cum his vſque in finem ſine pęnitentia ſapuerunt aut ſapiunt, vel ſapient. Cum quibus meritò, vtpote eadem dogmatizantes & docentes (vt oſtẽſum eſt) Theodorum quondam epiſcopum Pharanitanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium Conſtantinopolitanum, & eius ſucceſſores Pyrrhum, & Paulum, & omnia impia eorum ſcripta anathematizamus; & eos, qui conſonanter non reſpuunt, & anathematizant prædictos hæreticos, eorumque ſcripta. Hæc ibi. Item à Concil. Conſtantinopolitano primo cano. 1. Cuſtodiendam eſſe fidem. 318. Patrũ, qui apud Nicæam Bithiniæ conuenerunt ad anathematizandam omnem hæreſim, ſpecialiter Eunomianorum, Arrianorum, Macedonianorum, Photinianorum, & Appollinianorum. Hæc ibi. Vides ne: quoties damnatur Arrius, Noetus, Sabellius, Seruetus, & generaliter omnes hęretici, cum ſuis dogmatibus omnibus, & ſcriptis vſque ad vnum apicem? Et per conſequens omnes prædicti à nobis nominati in principio concluſionis huius. 19. Cæterùm, etiam ſi de eorum dogmatibus, & ſcriptis omnibus expreſſa damnatio non fieret, nihilominus cointelligeretur eſſe damnata. Hoc annotauit, & docuit Auguſtinus in lib. de fid. catholic. ſub perſona quorundam, intelligendo omnes alios ſimiles, ſic dicens. Cùm Cæleſtius atque Pelagius in Epheſina ſynodo ſint dãnati: quomodo poterũt illa capitula recipi, quorũ damnantur authores? Intellige hoc Auguſtini dictũ vniuerſaliter (vt tactum eſt): niſi forte de alicuius ſcriptis Eccleſia permittens aliquid, dicat in contrarium: vt de Origene fecit. Nam Papa Gelaſius diſt. illa. 15. capit. eod. art. Origenis nonnulla opuſcula, quæ B. Hieronymus non repudiat, legenda ſuſcipimus: reliqua autem omnia cũ authore ſuo dicimus eſſe renuenda. Hæc ibi. Sit ergo pro ſemper tibi locus hic commune refugium pro diſcernendis erroribus ac reprobandis, etiã quòd nullum in ſpeciali contra illos adduceremus ſcripturæ ſacræ, Papæ vel concilij, canonem: propterea & annumeraui nũc multos hæreticos: & authores errorum (quo ad fieri potuit) vbicunque in hoc opere relatorum nominare, curaui. Damnantur etiam multipliciter prædictæ hæreſes (& ſpecialiter ibi narratæ ſunt) à pri. par. ar. num. 51. 166. 170. 172. Item 173. 175. 176. 177. Item 184. 201. 202. 217. Semper cum Elucid.

Colluuies hæreticorũ cũ ſuis ſcriptis, damnat, vſq; ad vnũ apicem.

Refugiũ vniuerſale contra errores.

AD imaginem Dei creauit illum, maſculum, & fœminam creauit eos. Text.

Ad hanc enim ultroneam fructuum terræ productionem ſignificandam dicitur cap. 2. quòd homo non erat, qui operaretur terram; & tamen dictum eſt hic, quòd terra germinabat herbam, fructus, arbores. Ecce: quam plenum dominiũ hominis erat antè peccatum ſuper terram. Poſt peccatum uerò, putas, tale dominium homini remanſiſſe? Neutiquã. Vt quid enim homini poſt peccatum dixit Deus: Maledicta terra in opere tuo? &c. Ad ſignificandum: quòd plenum dominiũ ſup terram amiſerat homo per peccatum. Nunc ſiquidem terra ***, cultura etiam magna accedente, bonos fructus producit: tantum abeſt, ut illos ultrò producat. Imò nunc ultrò quid facit? Malos fructus, malas herbas, ſpinas, & tribulos, homini germinat. Dura ſanè mutatio. At, quia utcunque bona homini etiam nunc gignit: ideò non totaliter dominium ſuper terram amiſit homo. Signum prædictorum eſt: quòd, etiam hodie, terra propter malitiam inhabitantium in ea ex fructifera ponitur a Deo in ſalſuginem; & propter bonitatem inhabitantium ex infructifera redditur fructuoſa. Poſuit (inquit pſal. 106.) flumina in deſertũ & exitus aquarum in ſitim: terram fructiferam in ſalſuginem; a malitia inhabitantium in ea. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: & terram ſine aqua, ideſt infructiferam, in exitus aquarum, ideſt fructuoſam. Iſta diuerſitas terrarum taliter pro diuerſitate inhabitantium bonos uel malos fructus proferentium quid ſignificat: niſi quòd ante peccatum dominium hominis ſuper terram plenius erat, quam poſt peccatum?

¶Vlteriùs pro dictorũ faciliori capitu, uide, q̃d acciderit circa animalia erga ſanctos. Quid hoc fuit? Attende mirãda. In ſanctos animalia ſæua multotiens immiſſa fuere (teſtes ſunt uitæ SS. Primi, Feliciani, Agathæ, Teclæ, &c.) ut illis nocerent: & ea ipſorũ pedes lambebant; ſanctis ipſis humiliabantur. Daniel cap. 14. in medio ſeptem Leonum famelicorum manſit, & quidem ſex diebus; & ab eis, quaſi rationalibus, benignè, reuerenterque tractatus eſt: ac ſi dominium homini datum ſuper ſemetipſa facto iſto & confiterentur; & in quo ſenſu illud intelligi deberet, edocerent. In cuius ſignũ, iidem Leones malos homines non tanquam domini reueriti ſunt; ſed, quàmprimùm in lacum miſſi fuerunt, eos deuorauerunt. Quot animalia miraculosè ſanctos recrearunt? Coruus dimidiatum panem quotidie per 60. annos, integrumque ad ſancti Antonij aduentum, B. Paulo primo heremitæ portauit; Corui pane & carnibus tùm mane tùm ueſperi per dies multos (ut hr. 3. Reg. 17.) Heliam pauerunt: Ceruа Syluеſtris Sanc. Ægidium annis multis, more nutricis, lactauit. Quid plura? Inanimata quid fecerunt? Nonnè ignis, ut habet Daniel. 3. pueris Sidrac, Miſac, Abdenago, pareit: malos autem caldæos deuorat? Nonnè plũbum liquefactum, oleum feruens, balneum bulliens, ſerpentis uenenum bibitum, & huiuſmodi, ſanctis pepercerunt: & noxios moleſtauerunt? Lege ſanctorum ſacras hiſtorias; & iſta aliaque plurani debis. Cur & aues, & uinum, & aqua, obediunt ſanctis Dominico, atque Franciſco? Cur tot, tantæque uenenorum beſtiæ &c. hæremitis nunquam nocuerunt? Vt omnia hæc erga ſanctos ab iſtis uniuerſis animatis & inanimatis oſtenſa demonſtrẽt: & (ab oppoſitis) quòd per peccatum amiſit homo plenum ſuper ipſa dominium; & (directè) quòd tale dominium ſuper eadem ante peccatum habebat.

De ſecũdo quæſito. ¶C I R C A ſecundũ quæſitum ſupra, quomodo uidelicet ſimilitudinem non imaginem homo amiſerit: notandum quòd multum differũt imago Dei, & ſimilitudo in homine. Imago namque naturaliter ineſt homini, ſimilitudo autem non item. Nam licet ambo à principio data ſint homini: non tamẽ ambo æquè naturaliter inſunt homini, ideſt non ſunt naturalia illi. Non enim omne, quod a principio datur, naturaliter ineſt (ut dicebatur in quæſito) ſed tantum illud, *Imago & ſimilitudo, differunt.* quod à principio datur ita, ut naturaliter inſit. Eorum nãque, quæ à principio dantur, aliqua dãtur; ut naturaliter inſint: aliqua ut gratuitò ſeu non naturaliter inſint; licet naturæ perfectiones ſint, & ad eas natura quodammodò inclinet. Cognoſcuntur autem ex ſtatu poſt peccatum; utrum ſic, uel ſic, data ſint. Nã quæ dantur, Vt naturaliter inſint; Etiam inſunt poſt peccatum: quæ aũt dantur, Vt gratuitò; nõ remanent poſt peccatum; ſi tamen gratiam gratificantem neceſſariò comitem habeãt. Vt ſub exemplo dicamus. Iuſtitia originalis gratuitò datur, ut gratuitò inſit: & gratia propheriæ datur gratuitò, ut gratuitò inſit. Quid accidit? Iuſtitia originalis poſt peccatum non reſtat: prophetia uerò ſic. Vnde eſt? Quia iuſtitia originalis gratiam gratificantem ſecum infert comitem; prophetia uerò non: nec tamen prophetia ob hoc eſt donum naturale; ſed gratuitum. Quare non naturale? Quia non ineſt omnibus: licet poſt peccatum poſſit remanere in eo, in quo prius erat. Ad rem noſtram modò. Dicebatur; q̃ imago eſt quoddam donum naturale, & ſimilitudo gratuitum: licet a principio utrũque daretur. Vnde ſcitur hoc? Ex ſtatu poſt peccatũ. Nùm imago gratuitũ eſſe poteſt: cùm & prophetia poſt peccatum remaneat; non obſtante quòd prophetia donum gratuitum, & non naturale ſit? Non. Nam imago omnibus ineſt: prophetia uerò minimè. Imago igitur ex eo, q̃ remanet poſt peccatum, eſt donum nõ inferens neceſſariò gratiam gratificantem; ex eo autem, quòd ineſt omnibus hominibus, eſt donum naturale; ſimilitudo uerò Dei neutrum iſtorum habet: ideòq; eſt donum & gratuitum, & gratiam gratificantem inferens. Scis: quid ſit imago Dei; ſeu in quo conſiſtat? Imago Dei eſt anima noſtra: unde imago conſiſtit in hoc, quòd homo habet animam unam tribus potentijs, ſcilicet memoria, intellectu, uoluntate inſignitam. Vbi autem conſiſtit Dei ſimilitudo? In hoc: quòd homo habet gratiam gratũ Deo pro uita æterna facientem cum uirtutibus, & (ut loquamur de ſimilitudine perfectiori; in quali tũnc Adam conditus erat) iuſtitia originali. De imagine & ſimilitudine hac uide 1. q. 93. ar. 4. & 9. cum Elucidation.

PRO ECCLESIA.

SANCTA DEI.

HÆ conclus. hæc 21. c. 1. inquantum ponit, quòd Adã fuit factus à Deo, deſtruit hæreſes duas Albanenſium dicentium; Adam nõ fuiſſe a Deo; & Adam aliquid malum fuiſſe. Patet enim hic totum oppoſitum; maximè ſi iungas, quòd uidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualdè bona; ut dicit hoc cap. in fin. Damnãtur quoque, & per conſequens iſta concluſio firmatur à regulis fidei recitatis ab Auguſtino in lib. de fid. ad Petr. c. 5. firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: ſanctã Trinitatem ſolum uerũ Deũ rerum omnium uiſibilium, & inuiſibilium eſſe conditorẽ. Hæc ibi. Item à Concilio Conſtantinop. 6. action. 8. Quando Adam in principio formauit Deus: nunquid congenitum dedit ei peccatum? Quomodo autem & ante præuaricationem ignorabat bonum & malũ Adam; quem formauit Deus ad incorruptionẽ, et imaginẽ ſuæ æternitatis? Hæc ibi. Vbi etiã nota; quòd pro inconuenienti habet ſynodus; quòd Adam, cùm à Deo tam excelſus formatus ſit, ignoraret bonum, & malum, etiam ante præuaricationem ſuam: loquẽdo ſcilicet de ſciẽtia ſpeculatiua, non de experimẽtali. Experiebat cnim ſolummodo bonum, ante præuaricationem ſuam, uerumtamen etiam tunc ſciebat ſpeculatiuè non tantùm bonum, ſed & malum. Hoc autem ex nobilitate manabat, in qua ipſe Adam creatus eſt a Deo: ut eadem ſynodus tangit. Item eamnatur ibi error alter, quòd Adã fuerit aliquod malum. Fecit (inquit) eum natura impeccabilem, et uoluntate liberũ. Vbi aduerte, quòd ſynodus, ſecundum ſuum contextum præmiſſum, intelligitur ſic: Deus fecit Adam natura impeccabilem, ideſt Deus non dedit naturæ Adami congenitum peccatum, quando eum à principio formauit. Ac ſi apertius ſynodus ipſa dixiſſet. Natura hominis dicitur impeccabilis; quia homo non eſt natura peccator, neque naturaliter malus: licet poſtea per uoluntatẽ ſuam liberam ad peccandum, & non peccandum, peccauerit. Damnantur quoque multiplici & ratione, & auctoritate, in pri. par. art. num. 234. 453. 456. 485. cum Elucid. Item ab Actu. 17. Sapien. 10. Eccl. 17.

BEnedixit eis dicens; Creſcite, & multiplicamini. *Text.*

Concl. 22. *Matrimonium eſt licitum, bonum, & ſanctum, diuinitus inſtitutum; & non inuentum humanum.* [Ex eo.]

E S T inſtitutum hic matrimonium à Deo; & non tantũ inſtitutũ, ſed cũ benedictione ſanctificatũ. Ergo eſt licitũ &c. *Ratio.*

APPENDIX.

HInc hẽs: q̃ inoleuit cõſuetudo mſtè in eccleſia: Vt benedicant ſponſi, & ſponſæ, anteq̃ coniungant ad conſummationẽ matrimonij. Ad hoc.n. exẽplum nobis dandũ

Deus benedixit primis parentibus: & poſt ad inuicem coniūctione iniūxit eis dicēs: Creſcite, & multiplicamini. De hac benedictione dicit Concil. tri. Seſſ. 24. cap. 1. de ref. matr. Sancta ſynodus hortat, vt coniuges ante benedictionē ſacerdotalem in templo ſuſcipiēdam in eadem domo non cohabitēt; ſtatuitque, benedictionem à proprio parocho fieri. Vide ibi plurima, etiam de matrimonio.

¶ Applica ad Ioan. II. Nuptiæ factæ ſunt in Canà &c. Ibi enim uides: eundem Deum humanatum & præſentia ſua & miraculo primo commendare matrimonium; quod utique non faceret, niſi matrimonium eſſet licitum.

PRO ECCLESIA.
SANCTA DEI.

HÆC Concluſio 22. c. 1. deſtruit hęreſes Adamianorum dicentium; matrimonium, quaſi per ſe malum, eſſe damnandum. Et Sectariorum dicentiū, matrimonium eſſe inuentum quoddam humanū. Et Tatianorum dicentiū, matrimonium nil aliud eſſe, niſi occultum meretriciū. Et Tracitarū dicentiū, matrimonium eſſe reſpuendum. Et Pauperū de Lugduno (ut refert ſumma fratris Yconeti manuſcripta. 5. par. c. 2. in bibliotheca Vaticana) dicēntiū; matrimonium eſſe fornicationē iuratam, niſi cōiugati continenter uiuāt. Et Catharorum (ut refert card. Turrecremata, de Eccl. libt. 4. c. 35.) dicentium: quòd matrimonium carnale, eſt peccatum mortale. Et Manichæorum dicentium: matrimonium eſſe legē, & conſtitutionem, diaboli. Patet enim hic totum contrarium prædictarum hæreſum: ut ſapiens per ſe faciliter cognoſcet. Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à Concil. Tri. ſeſſ. 24. cano. 1. Si quis dixerit; matrimonium nō eſſe uerè, & propriè, unum ex ſeptem legis Euangelicæ ſacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum; neque gratiam conferre; anathema ſit. Hæc ibi. Item ab Apoſtolo Epheſ. 5. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam. Propter hoc relinquet homo patrem ſuū & matrem, & erunt duo in carne una. Sacramētum hoc magnum eſt. Hæc ibi. Et Hæb. 13. Honorabile connubium in oībus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. Ecce: quòd his uerbis liquidò monſtrat Apoſtolus: & matrimonium differre à meretricio, cùm utrūq; contra ſe inuicē diuidat unum approbando, alterū à Deo condemnandum pronunciando; & matrimonium nō eſſe peccatum mortale, quinimmò eſſe honorabile quoddam, atque immaculatum. Item à 1. Cor. 7. Si acceperis uxorem non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, non peccauit. His ibi dictis quid contra præpoſitos errores manifeſtius? Item dānantur a Papa Lucio III. extra de hęret. cap. ad abolendam. Vniuerſos, qui de matrimonio, uel reliquis Eccleſiaſticis ſacramentis, aliter ſentire aut docere, non metuunt, quam ſacroſancta Romana Eccleſia prędicat & obſeruat, uinculo perpetui anathematis innodamus. Hæc ibi. Item a Chriſto Domino damnantur per hoc, quòd ipſe approbat matrimonium Math. 19. & Marc. 10. Reprobantur denique & rationibus, & authoritatibus, multis ab eximio Eccleſiæ Sanctæ doctore D. Thoma in Addition. arti. num. 170. 172. 175. 176, 199. cum Eluc. Item ibid. num. 200. 205. 263. 268. 587. cum Elucid. ſemper. Item ab Elucid. pri. par. art. numer. 355.

¶ Pro ampliori expoſitione textus pręſentis concluſionis recurre ad 1. q. 72. ar. 4. & q. 73. ar. 3. & q. 98. ar. 1. Itē ad 2. 2. q. 155. ar. 5. Vide etiam Elucid. pri. part. arti. num. 545. 333. 354. Item ibi num. 458. 566.

Text. CReſcite, & multiplicamini.

Concl. 23. *Matrimonium fuit inſtitutum ante peccatum.* [Ex eo.]

Ratio. Hoc fuit illis dictum, antequā peccati eorum minister ſerpes ad illos accederet: ut patet ex ordine capitulorum.

APPENDIX.

HINC habes: quòd matrimonium non eſt tantùm ſacramentum; ſed eſt officium naturæ. Nam antè peccatum matrimonium non poterat eſſe ſacramentum: cùm ſacramenta dicantur à Doctoribus medicinæ cōtra peccata, & conſequenter præſupponāt peccata. Matrimonium igitur antè peccatum fuit inſtitutum tanquàm in officium naturæ tantum: poſt peccatū uerò fuit etiam ut habens rationem ſacramenti. Inſtitutio autem fuit, & ut in officium ſimul, & vt ſacramentum tempore ipſius Noe: quando a Deo infra c. 9. dictū eſt ad illū cū filiis, Creſcite, & multiplicamini. Vnde dictū illud ad Noe fuit, & replicatio iſtius ad confirmationē; & noua quædam matrimonij inſtitutio, ut nūc diximus.

Not. ¶MVLTA de matrimonio ad propoſitū hoc, &c. habes in Addit. tàm in tex. quàm in Elucid. Vide ibi q. 41. quomodo ſit de iure naturali, ſeu in officium naturæ: quomodo cadat ſub præcepto: quomodo actus eius ſit licitus, & meritorius. Item q. 42. quomodo ſit ſacramentū; quomodo quinque modis conſideratum quinquies inſtitutum eſt; quomodo conferat gratiam; quomodo carnalis commixtio ſit de integritate matrimonij, nec nè. Et quia ly creſcite & multiplicamini, malè a nonnullis hæreticis & uerbo & facto expoſitum eſt; & ex eo, quòd eſt in officium naturæ, in abuſionem traductum: ideo contra iſtorū errores, vide præmiſſas Eluc. artic. num. 173. 267. 273. 255. 217. Item Elucidat. pri. partis at. num. 406. 578.

¶Quoniam uerò peccata plurima poſſunt, uitio coniugū, accidere circa uſum matrimonij: ideò, ut euitari poſſint, ſpecialiter quatuordecim, videas Compendium Alberti Magni lib. 6. cap. 36. cum ſcholijs.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

ISTA Concluſio 23. capit. 1. deſtruit errores Adamianorum, ſiue Adamæorum dicentiū; nuptias nunquam futuras, ſi Adam nō peccaſſet. Et Armenorum, atque Almarici, dicētium: quòd Adam & Eua, ſi in iuſtitia permāſiſſent, non coiuiſſent unquam: Item; ſi Adā & Eua in iuſtitia permanſiſſent, humana ſpecies non fuiſſet per commixtionem propagata, ſed aliter; puta, vt Angelorū, multiplicationem hominum futuram. Et errorem inſanum Almarici ſolius, dicentis: ſi Adam & Eua in iuſtitia permanſiſſent, nullam fore ſexuum differentiam. Patet enim hic oppoſitum errorum prædictorum: ut per ſe faciliter ſapiēs iudicabit. Damnatur tota doctrina Almarici ab Innoc. III. in Concilio generali, extra de ſum. Trin. & fide cath. c. 2. Reprobamus etiam, & condemnamus peruerſiſſimum dogma impij Almarici; cuius mentem ſic pater mendacij excæcauit, ut eius doctrina non tam hæretica, quam inſana ſit cēſenda. Hæc ibi. Vbi per dogma intelligitur doctrina, & per doctrinam, cùm ſine ſpecificatione de ipſa ſermo fiat, omnis doctrina comprehenditur: ut benè annotauit D. Franciſcus Pegna ſcholiator Directorij Inquiſitorum. 1. parte ſcholio pri. Damnata itaque tota Almarici doctrina, cointelligūtur etiā damnati errores quorumcunque Almarico ipſi conſonātes (vt patet): & per conſequens errores Armenorum prædicti, Reprobantur, & conſequenter concluſio declarata, cōfirmatur, a Gen. 2. vbi loquens Deus de Adam, & Eua dicit, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi: ſimilitudinem ſpecificā denotāt, non genericam, neq; ſexus indiuidualem. Quaſi dixerit. Faciamus aliud indiuiduū in ſpecie humana, & in ſexu diuerſo ab Adam; hoc eſt indiuiduum humanum fœmineum. Vnde in cap. 1. dictum fuerat, quòd Deus creauit hominem maſculum & fœminam. Quia ergo fœmina eſt: ideò in adiutorium uiri dicitur facta. Ad quodnam adiutorium? Generandi alia indiuidua humana. Vnde hoc ipſum uolens denotare Deus mox, poſtquam homini maſculo ſimilem fœminā creauerat, cap. 1. dixit utriſque, creſcite & multiplicamini. Ad multiplicationem igitur humanorum indiuiduorū data eſt in adiutorium Eua Adamo. Cur autem fuit ad finem talem fœmina: ſi generationis propagatio aliter ſienda eſſet, quam per coitum? Et nota; quòd omnia hæc à Deo fuerunt facta, & dicta, in ſtatu innocentiæ Adami: vt per hoc ſignificaret, quòd ijdem parētes noſtri, etiam ſi in iuſtitia permanſiſſent, coiuiſſent aliquando, ad multiplicandum matrimonialiter genus humanum. Damnatur & à Gen. eod. c. Relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ. Per qđ monſtratur: q̄ fuiſſet ſexuum differentia in filijs Adam ita dicentis, etiam ſi in iuſtitia permanſiſſet. Vt autem clariùs monſtrari hoc videas: conſule Elucid. pri. par. ar. num. 491. Damnantur & multipliciter à S. Tho. in 1. par. art. num. 482. 489. 491. cum Elucid. ſemper.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO SESVNDO.

Textus. IGitur perfecti ſunt cœli, & terra, & omnis ornatur eorum.

Concl. 1. *Bonum, & perfectum conuertuntur.* [Ex eo.]

Ratio. Ipſo namque, quia ſcilicet dixit c. 1. in ſingulis ferme diebus, quod lux, Sol, ſtellæ, &c. erant bona: infert nunc per ly igitur, quod illa met opera a Deo ſunt facta perfecta.

¶ Si textus huius expoſitionem vis pleniorem vide 1. q. 70. ar. 1. cum Elucid.

APPENDIX.

HInc habes primò, quod perfectio alicuius rei eſt multiplex. ſ. vel ſimpliciter, vel ſecundum quid. Secundum enim aliquam particularem bonitatem attenta res dicetur perfecta ſecundum quid: ſecundum autem omnimodam bonitatem dicetur perfecta ſimpliciter. Hanc, inquam, duplicem perfectionem habes ex eo; quod ſingillatim prædixerat, quod lux, luminare maius luminare minus, ſtellæ, piſces, volucres, &c. erant bona: de quibus poſtea in fine capituli ſimul concluſerat, quod erant valdè bona. Ecce duplicis generis bonitas. Cùm itaque perfectum conuertatur cum bono, ſecundũ cõcluſionem relinquitur: quod perfectum totupliciter dicatur, quotupliciter dicitur bonum: quo modo ſcilicet expoſitũ eſt. De hoc dupliciter dicto declarationem pulchram vide 1. q. 5. artic. 1.

SECVNDÒ conſequenter habes: quomodo intelligas Apoſtolum ſeipſum vocantem non perfectum, quandoque autem perfectum Philip. 3. non perfectum ibi, Nõ quòd iam perfectus ſim; perfectum ibi, Quicunque autem perfecti ſumus, hoc ſentiamus.

TERTIÒ generaliter habes; quod multa erunt perfecta, nõ tamen eiuſdem gradus perfectionis: ſed plùs, vel minùs, iuxta bonitates; ſecundum quas illa dicentur perfecta.

Textus. BEnedixit diei ſeptimo: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, qđ creauit Deus, vt faceret.

Concl. 2. *Homines in quibus Deus requieſcit per cognitionem & amorem, benedicantur à Deo p oportionaliter; id eſt ſecundum magis ac minus.* [Ex eo.]

Ratio. SI dies benedicitur propter cauſam in textu hiſtoricè expreſſam: nonne multò magis tali homini, ad cuius doctrinã hæc ſcripta ſunt, benedicetur? Secundum igitur gradus, quo aliquis homo cognoſcet ac diliget Deum (Hac enim ratione dicitur Deus in nobis requieſcere): ſecundum hoc magis, vel minùs, benedici verè dicetur. Nam, ſecundum regulam topicam philoſophi, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, ita maximè ad maximè.

¶ Si textus huius expoſitionem vis maiorem, vide 1. q. 73. art. 1. & 2. & q. 04. art. 1. & 2. q. 118. ar. 1. cum Elucid. Item Elucidationes ipſas in ord. art. nume. 309. in Appen.

APPENDIX.

HInc habes: quid ſit, hominem benedici à Deo. Eſt enim hoc: quòd Deus infundit homini cognitionem, & amorem ſui met Dei. Maledici ergo (ab oppoſitis) eſt hoc: quòd Deus non infundit homini illi cognitionem, & amorem ſui diuinum. Tũc quando benedicit nobis, dicitur requieſcere in nobis; quia facit nos requieſcere in ſeipſo: quando verò maledicit nobis, dicitur non requieſcere in nobis; quia non facit nos requieſcere in ſe ipſo. Maledictionem autem iſtam iuſtè infligit, quibuſcunque infligit: ſicut & benedictionem illam miſericorditer. Vt tamen meliùs veritatem hanc ſine errore intelligas; vide 1. q. 11. ar. 4. & q. 23. art. 3. cum Eluc. Item 1. 2. q. 79. ar. 3. & 4.

Feſtorũ debita reuerentia meretur benedictionẽ à Deo.

Textus. SAnctificauit illum (diem ſeptimũ): Quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo.

Conci. 3. *Sanctificatio feſtorum conſiſtit in hoc: quòd homo tunc in Dei cognitionem, & amorem, exurgere ſtudeat.* [Ex eo.]

Ratio. CAVSA, quare ſanctificetur dies ſeptimus, eſt requies Dei in illo. Deus (vt diximus) tunc requieſcere dicitur in homine aliquo; quando homo ille cognoſcit, ac amat Deum. Quare ſanctificauit diem? Vt ab homine dies ſanctificaretur ſecundum illud. Exod. 20. memento vt diem ſabati ſanctifices. Quomodo diem ſanctificat homo? ceſſando ab omni opere ſuo ſeruili in die illo, ſicut á ſuis Deus. Quare ceſſat homo ab omni opere ſuo tunc? Vt ſit ocioſus? Non: cùm ocioſitas ſit peccatũ. Quare ergo? Vt requieſcat in Deo. Hac de cauſa, vt nos ſcilicet diſcamus ſanctificare dies feſtos, feſtiui dies Exod. 20. vocantur ſabatum .i. quies. Dicuntur hic duo de Deo: videlicet quòd in ipſo ſabato ceſſauit ab omni opere; & quod requieuit ab omni opere. Vide quæſo phraſim loquendi variã. In ipſo, ſcilicet die, ceſſauerat ab eo: & requieuit (ait litera) die ſeptimo ab vniuerſo opere &c. Ceſſat igitur in illo die: requieſcit, ſed non in illo die. Non enim dicitur; quòd requieuerit in die: ſicut dicebatur, quòd ceſſauerat in die. Quorſum hæc? Ad denotandum: quòd nos debemus duo facere in die feſto. Debemus enim & ceſſare in illo die ab omni &c. & die illo requieſcere, non in die illo. In quo ergo tunc maximè requieſcere debemus? In Deo ipſo, qui eſt requies noſtra. Exponunt enim Sancti Doctores; quod non dicitur in litera, Deum requieuiſſe in die ſeptimo: quia, inquiunt, requieuit in ſeipſo, ſicut & ſemper.

Feſtorũ debita ſanctificatio quomodo fiat, & corporaliter & ſpiritualiter.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HAEC concluſio 3. capitu. 2. deſtruit errores illorum, qui feſtos dies à Deo, ſiue ab Eccleſia, inſtitutos tanquam baccbanalia ſibi ocioſa, & ludrica, peccatiſque (quod peius eſt) dedicata conſtituunt, ipſis feſtis abutentes. Patet enim hic totum oppoſitum à Domino Deo, pro ſolennitate feſtorum, inſtitutum: vbi ſub nomine diei ſeptimę huius omnes etiam aliç feſtiuitates, velut in ſuo ſimili, veniunt intelligendæ; cùm omnium ſit vnus finis vltimus, ſcilicet quies ab operibus ſeruilibus ordinata ad quieſcendum in Deo per debitum cultum pro tempore illo requiſitum. Damnantur quoque, & conſequẽter confirmatur declaraturque concluſio præſens, á Concilio Triden. ſeſſ. 25. Decret. de inuocation. veneration. reliqu. Sãctor. & Sacr. imagin. Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum viſitatione, homines ad commeſſationes atque ebrietates non abutantur: quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxum ac laſciuiam agantur. Hæc ibi. Et cap. de diebus feſtis, quod eſt circa finem eiuſdem ſeſſionis, inquit: quòd paſtores omnes omni diligentia vtantur, admonentes crebrò populos; vt dierum feſtorum deuota ſit, & religioſa celebratio. Et addit: quod huiuſmodi faciunt ad pietatem angẽdam. Chryſoſtomus item dãnat ſimiles abuſus, homil. vnica ſuper aj. cap. primæ ad cor. Vigilemus cum Domino, cum diſcipulis compungamur; tẽpus orationis eſt, non ebrietatis: ſemper id quidem, ſed in diebus ſolemnibus potiſſimè. Namque ſolemnitates & feſta ideò inſtituta ſunt, non vt turpitudini ſeruiamus, non vt delicta congregemus: ſed vt illa prorſus abijciamus. Hæc ibi. Vbi & modum obſeruandi feſta conformem huic textui Geneſis edocet. Damnauit & Ambroſius eoſdem in lib. 2. de Cayn & Abel cap. 2. Feſtus dies Domini eſt; vbi perfectarũ virtutum gratia eſt. Quæ tunc perfectæ ſunt, ſi ſolicitudinum ſecularium, & corporalis illecebræ, victor animus delinimẽta voluptatis excludat; liber á ſæculo, Deo deuotus. Solus ergo ſapiens celebrat hanc ſolemnitatem; nullus alius. His Ambroſij verbis annecte & Chryſoſt. hæc ſequẽtia. Nã tunc ſolùm veram ſolemnitatem peragimus; cùm ſpiritualis vitæ cultum augemus, cùm ab alienis manus abſtinemus, cũ in laboribus, quos propter hanc vitam ſuſtinemus, legẽ ſabbati cuſtodimus. Hæc ille in homil. 40. ſuper Matth. Vide Leuitic. 23. con. 5. & Exod. cap. 20.

Text. PLantauerat Dominus paradiſum voluptatis, in quo poſuit hominem, quem formauerat.

Concl. 4. *Vir extra paradiſum formatus eſt.* [Ex eo]

Ratio. Si formatus uir poſtea eſt in paradiſo: conſequens apertiſſimè eſt, quòd ſit formatus extra paradiſum.

Corol. Ergo Locus ille, ſcilicet paradiſus terreſtris non conueniebat homini ex natura, ſed ex gratia. Vnde quandiu manſit in gratia, tandiu manſit in paradiſo, & non plus. Vt circa hæc plenius inſtruaris; conſule eximium Eccleſiæ doctorem Sanctum Tho. 1. q. 102. ar. 2. & 4. cum Elucid.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

AD præcauendum duos errores, aduerte diligenter, ut bene intelligas concluſionis huius. 4. cap. 2. textum, ly quē formauerat. Non enim ſenſus huius particulæ eſt, quòd Deus formauerit primum hominē ſine quò ad corpus ante animam, ſiue quò ad animā ante corpus, (ut quidam infraſcripti malè intellexerunt): ſed eſt ſenſus uerus, quòd Deus format illum quò ad utrunque ſimul Recēſetur quippe a D. Hieronymo in quadam epiſtola ad Pāmachium pro errore Ioannis cuiuſdam Epiſcopi Hieroſolymitani, ꝙ Adæ primi hominis formata fuerit prius anima, quàm corpus: Et a Philaſtro Brixienſi in ſuo lib. de hereſ. dicitur, quòd hæreticum eſt, aſſerere: quòd corpus Adæ fuerit prius formatum, deinde anima creata, & illi infuſa. Vnde, apponendo ſimul ad ly formauerat; neque animā ante corpus Adæ, neque corpus ante animam fuiſſe productum, intelligimus. Et licet dictum ſit in textu formauit hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculū uitæ: tamen in hoc non intelligitur aliqua præceſſio temporis, ita quod prius tempore formatum ſit corpus, cui poſtmodum infuſa ſit anima; ſed prioritas ſolum naturæ, eo modo quo materiæ diſpoſitæ intelligimus aduenire formam. Cæterùm quod ſimul tempore factum eſt, non potuit ſimul exprimi: id quod & in multis alijs accidit; dum pluribus uerbis unū poſt unū dicendo aliquis exprimere intēdit aliquid, uel aliqua in uno ſolùm inſtanti facta; quo fit, ut neceſſariò per ſucceſſionem temporis exprimat illud, quod abſque ſucceſſione temporis factum eſt. Vide. 1. q. 91. ar. 4. ad 3. Vbi nota in fauorem prædictæ aſſertionis Philaſtri a D. Thoma dictū: quòd dicere corpus fuiſſe tempore prius, quàm anima, eſt magis inconueniens, quàm dicere hoc de anima reſpectu corporis; quia corpus dependet ex anima, & non è conuerſo. Huic ueriſſimo dicto ratione iſta roborato ſi addideris, quòd dicere animam Adæ fuiſſe ante corpus ſapit hæreſim Origenis (ut ibi ea D. Th. q. 90. ar. 4.): uidebis, ꝙ magis hæreſim ſonat, aſſerere corpus Adæ fuiſſe tempore ante animam. Philaſter igitur, inquies, benè dixit illud; quod ſupra recitauimus: nec tutum eſt, contradicere ei in hoc (ut quidam fecerunt). Damnatur & error Ioannis prædicti, & per conſequens expoſitio prædicta textus concluſionis firmatur, à Geneſis primo, creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, maſculum & fœminam creauit eos. Ecce: quòd anima, quæ eſt ad imaginem Dei, creata eſt ſimul cum corpore, in quo ſexuum differentia apparet. Item a Clementin. de ſumma trinitate, & fide catholica. Si quis aſſerere, defendere, ſeu tenere pertinaciter præſumpſerit; ꝙ anima rationalis ſeu intellectiua non ſit forma corporis humani per ſe, & eſſentialiter, tanquam hæreticus ſit cenſendus. Hęc ibi. Vbi & pręmiſerat ſic. Doctrinam omnem, ſeu poſitionem, temerè aſſerentem, aut uertentem in dubiū, ꝙ ſubſtantia animę rationalis ſeu intellectualis, uerè, ac perfectè, humani corporis non ſit forma, uelut erroneam ac ueritati catholicæ fidei inimicam, hoc ſacro approbante concilio, reprobamus. Hęc ibi. Ex quibus dic, ſecūdum Papam & concilium: quòd anima intellectiua non poteſt eſſe in ſtatu perfecto ſuæ naturæ integræ ſecundum ſpeciem ſine corpore (ut, inde hoc manifeſte ſequi, patet). Cùm ergo in prima rerum productione inſtitutę fuerint res in ſtatu perfecto ſuę naturę integræ ſecundum ſpeciem (ut per Doctores conſtat ſuper Gen. 1. germinet terra &c. habens unumquodque in ſemetipſo ſementem ſecundum ſpeciem ſuam) patenter ſequitur: quòd ponere animam hominis tunc eſſe ante ſuum corpus productam, eſt idem; quòd dicere, animam ipſam eſſe in ſtatu perfecto naturæ ſuę ſecūdum ſpeciem integræ ſine corpore, id eſt etiam ſi actualiter corpori non ſit coniuncta. Hoc autem a concilio damnatum eſt, quando animam eſſe formam ſubſtantialem corporis definiuit: ergo & illud ex quo neceſſariò ſequitur, imò & cum quo idem eſt, hic. Quo quidem damnato, cointelligitur (& ſanè a fortiori) ſimul ab eodem fuiſſe reprobatum illud: quod Philaſter ſupra deteſtando retulit; quandoquidem magis inconueniens eſt dicere corpus eſſe ante animam, quàm è contra (ut ſupradictum fuit). Dānantur & ratione & auctoritate multiplici à S. Th. pri. par. ar. un. 334. 454. 456. 579. cum Elucid.

¶ Textus concluſionis expoſitionem uberiorem uide. 1. q. 102. art. &c. ſpeciatim autem art. 4. cum Elucidation.

Textus. INſpirauit in eum ſpiraculum uitæ: & factus eſt hō in aiam uiuentem.

Ratio. Concl. 5. *Anima humana uenit de foris, & eſt eſſentialis forma hominis.* [Ex eo.]

Ecce. Dixerat ſupra 1. capit. quòd aquæ produxerant animas piſcium, reptilium, uolatilium; ſicut & terra beſtiarū: nunc autem dicit, quòd animam humanam produxit ſolus Deus (non enim facit mentionem de cauſa aliqua ſecunda, qd tamen fecerat in productione aliorum) & quòd produxit ex nihilo. Non enim dicit, quòd de limo terræ, uel de huiuſmodi produxerit illud ſpiraculum uitæ: ſicut dixerat de corpore hominis. De hominis enim corpore loquens dixerat, formauit Deus hominem de limo terræ: de hominis uerò anima dicit ſimpliciter, Inſpirauit ſpiraculū uitæ, i. ſpiritum uitæ fecit. Ergo anima humana à Deo immediatè creatur. Ergo non eſt ex traduce. Ergo uenit de foris per creationē. Quòd autem per ſpiraculū uitæ intelligatur hic anima rationalis: patet ex litera. Nam ibi immediatè ſequitur, Et factus eſt homo in animam uiuentem. Ergo per illud ſpiraculum conſtitutus eſt homo in hoc, quòd eſſet homo. Ergo illud ſpiraculum erat forma hominis, cùm forma det eſſe rei, (ut dicitur in logicæ prædicabilibus) & conſequenter erat anima rationalis, cùm iſta ſola ſit forma eſſentialis hominis 1. q. 76. ar. 3. & 4. & q. 90. ar. 2. & 3.

APPPENDIX.

HInc habes: quòd animam rationalis eſt immortalis. Materiam enim, quæ omnis corruptionis, ſecundum philoſophum in phiſicis, cauſa eſt, omninò tranſcendit; cùm non ſit ex traduce: ſed à Deo infundatur in corpus (ut ex tex. habetur) 1. q. 90. ar. 2. 4. & q. 118. art. 2. cum Elucid. Ergo benè Ariſtoteles in libro de generatione animalium c. 3. dixit, quòd anima humana uenit deforis. Sic enim inquit: Mens ſola extrinſecùs accedit, eaque ſola diuina eſt. Nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Hæc ibi. Vbi philoſophus ad literam per mentem intelligit animam rationalem; quoniam in illo capitulo ſermonem facit de animatum origine, ut patet legenti. Vnde & præmiſerat uerba iſta. Animam uegetalem, & ſenſualem in ſeminibus haberi potentia non actu, extrinſecusque eas animas uenire: impoſſibile eſt. Hæc ille. Ex contextu ergo, quando inibi ſequitur ly mēs ſola extrinſecus accedit, meridiana luce clarius patet, & quòd mens accipitur pro alia anima, ſcilicet intellectiua; & ꝙ extrinſecùs accedere, eſt in ſeminibus non haberi neque actu, neque potentia, & conſequenter ex ſemine humano neque cauſari, neque propagari mentem ipſam, neque traduci. Ergo etiam, ſecundum iſtum philoſophum, anima rationalis eſt immortalis; cùm immortalitas ſuper id, quod eſt uenire deforis, tanquam ſuper fundamētum, fundata ſit. De immortalitate animæ, etiam ſecundū Ariſtotelem, ut ea philoſophia cuā in ueritate textus huius firmetis, uide 1. q. 75. art. 2. cum Elucid. & q. 117. arti. 4. cum Elucidationum Appendice.

PRO

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HAEC Concluſio 5. capit. 2. deſtruit hæreſes Petri Ioannis dicentis: quòd anima rationalis inquantum rationalis, non eſt forma corporis humani: & Seleuci dicentis, animas non creari à Deo: & Tertulliani dicentis, animam filij ex anima patris, ueluti corpus ex corpore generari: & Concordenſium dicentium, animas nouas nec creari, nec infundi à Deo: & Libertinorum dicentium; animas noſtras nihil eſſe: & Luciferianorum dicentiũ, animam hominis propagatam eſſe de carnis ſubſtantia: & Gnoſticorum dicentium, animam ex Dei ſubſtantia eſſe. Patet enim hic totum oppoſitum hæreſum prædictarum. Nam animam Adæ intellectiuam, tanquam normam ſumere debemus ad percipiendum, quomodo producantur aliorum hominũ animæ; & cuius naturæ ſint, & quomodo ſe habeãt ad corpus ſuum. Damnantur quoque, & conſequenter concluſio præſens firmatur, à Papa Clemente V. in concilio Viennenſi, ut patet in Clementin. de ſu. tri. & fi. cath. cap. unico. Vide tu ſupra. con. 4. in fin. & ex à Clemente expreſſis diſcurre (ut decet). Sic enim cognoſces: quòd per ipſum damnantur uirtualiter omnes prædictæ; cum in illa, quæ ibi formaliter reprobatur, contineantur uirtualiter. Item à Concilio Toletan. 1. confirmato auctoritate Leonis Papæ capit. 21. de regulis fidei, ſic. Credimus & animã hominis non diuinæ eſſe ſubſtantiæ, ſed creaturam dicimus uoluntate Dei creatam. Hæc ibi. Et iterum. Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam Dei portionem, uel Dei eſſe ſubſtantiam: anathema ſit. Hæc ibi. Itẽ à regulis fidei tradita ab Auguſtino in lib. de fi. ad Petr. cap. 19. firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: neque Angelos, neque quamlibet aliam creaturam eiuſdem naturæ eſſe, cuius eſt ſecundum naturalem diuinitatem ſuam ſumma Trinitas, qui eſt unus naturaliter Deus Pater, & filius & ſpiritus ſ. Neque enim unius naturæ eſſe poterant ille, qui fecit; & ea, quæ fecit. Hæc ibi. Item à Papa Leone, in epiſtola ad Turbium Aſturicẽſem epiſcopũ. Animæ hominum, priuſquàm ſuis inſpirarentur corporibus, nõ fuere; nec ab ullo incorporantur, niſi ab opifice Deo, qui & ipſarum eſt creator, & corporum. Hæc ibi. Item damnantur ab omnibus illis cõcilijs, quæ determinarũt animam intellectiuam eſſe ſubſiſtẽtem per ſe, & immortalẽ de quibus habes in Eluc. pri. par. q. 75. art. 2. & 6. Nam ad poſitionem hãc prædictorum, quòd anima traducatur ex ſemine, ſeu tãquam corpus ex corpore, ſequitur re uera (ut S. Thomas 1. q. 118. art. 2. deducit), quòd anima non ſit immortalis: & concilia, quando damnant poſitionem unam, condemnare intendunt omnia etiam illa, q̃ poſitioni illi neceſſariò conuectuntur. Damnantur multipliciter & ratione & auctoritate à pri. par. ar. nu. 366. 369. 451. 452. Item 368. 453. 581. 582. 583. cum Elucid ubique.

¶ Ex concluſione etiam hac. 5. cap. 2. deſtruuntur (ut præmiſſa innuunt) hæreſes mortalitatem animæ ponentiũ, ut Arabicorum, Saducæorum, Hermani cuiuſdam, cõuenientium in hoc: quòd anima hominis ſimul cũ corpore in huius morte corrumpitur. Patet enim hinc ſequi totum contrarium. Damnãtur quoq; à Papa Leone X. in Concilio Lateran. ſeſ. 8. Cum diebus noſtris nonnulli auſi ſint dicere de natura animæ rationalis, quòd mortalis ſit: & aliqui temere philoſophantes, ſecundum ſaltem philoſophiam, uerum eſſe aſſeuerant: Nos, ſacro approbante Concilio, damnamus, & reprobamus omnes aſſerentes, animam intellectiuam mortalem eſſe, & hoc, in dubiũ uertentes; cùm illa ſit immortalis. Cũque uerum uero non contradicat: omnem aſſertionem ueritati illuminatæ fidei contrariam, falſam omninò eſſe definimus; &, ut aliter dogmatizare non liceat, diſtrictiùs inhibemus; omneſque huiuſmodi erroneis aſſertionibus inhærẽtes, tanquam hæreticos, uitandos, & puniendos fore decernimus. Hæc ibi. Vbi uides: quòd ſecundum Concilium anima rationalis non tantum ſecundum fidem catholicam eſt immortalis; ſed etiam ſecundum philoſophiam ueraciter, non temerè, intellectam. Non enim philoſophia, ſed infectio philoſophiæ, dicenda eſt contrarium fidei tenens: ut ibidem à Concilio ſubditur. Cæterũm de hoc, & multis damnationibus hæreſis prędictę; uide pri. par. ar. nu. 363. 367. 378. 579. 581. cum Elucid. ubique.

¶ Pro uberiori concluſionis textus expoſitione, uide pri. par. art. num. 365. 453. 455. 476. Item 512. 451. 458. 486.

POſuit eum in paradiſum, ut operaretur. *Text.*

Concl. 6. *Deus dat nobis beneficia ſua; ut operemur inde, non ut fiamus inertes, & otioſi.* [Ex eo]

AN quid cõfert beneficium hoc, paradiſum ſcilicet, Adamo? Nonne, ut operetur? operatione tamen non laborioſa, ſed homini primo ante peccatum iucunda propter exercitiũ propriæ uirtutis. *Ratio.*

ERGO iure Apoſtolus. 2. Corint. 6. & hortabatur, nè in uacuum gratiam Dei recipiamus: ideſt, ut ex illa habita operemur. Ergo iure damnatur ille, qui talentum acceptũ abſcõdit. Matth. 25. Luc. 19. Non enim conſeruationem ſolummodò talenti, ſeu beneficij, ut intẽdebat ille ſeruus, intedit Deus in nobis; ſed & ex illis beneficijs operationẽ: ut ẽt ibi patet. *Coroll.*

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 6. cap. 2. deſtruit hæreſes Beguinarum, & Begardorum dicentium: quòd opera bona nulla debet facere homo, cùm ad ultimum ſtatum perfectionis uenerit; & quòd imperfecti hominis eſt, in operibus uirtutum ſeſe exercere: & Anthaſiſtarum dicentium operationem manuum, ut malignam, eſſe reijciẽdam: & Amſdorphianorum dicẽtium, opera bona pernicioſa eſſe ad ſalutem: & Eunomij (ut refert Prateolus, tit. Anomi) dicẽtis: quòd Deus nihil aliud à nobis requirit, niſi quòd ipſum ſolum cognoſcamus: & Lutheri (ut refert Prateolus; dum, in tit. Mahometes, monſtrat; quomodo impietate dogmatum lutherani uincant Mahometem) dicentis: quòd opera propria, etiã bona, ut à ſpiritu ſan. piorũ corda inhabitãte, ſunt peccata. Patet enim; per hanc concluſionem totum contrariũ prædictarum hæreſum. Nam in ultimo ſtatu perfectionis, qui poſſit in hac uita haberi, erat utique Adamus; quando iuſſit ei Deus, ut operaretur uirtuoſe, ideſt, ut in operibus uirtutum ſeſe exerceret. Magis enim ad contemplationem diuinorum moueri poterat Adamus ex loco paradiſi ſic delectabiliter uiſo & inhabitato; quàm ſi tale beneficium, ultra alia, ſibi non adiungeretur. Item operatio illa iuſſa circa paradiſum potuit adhuc eſſe operatio manualis, puta agricultura (ut colligitur ex 1. q. 102. ar. 3. ad 1.) & conſequenter, cùm ſit à Deo præcepta, non eſt maligna iudicanda; quoniam impium eſt dicere, Deum præcipere aliquam rem malignam. Cæterum ad ſingulas alias hæreſes prædictas ex concluſione dãnandas, diſcurre per te (quandoquidem idipſum fieri faciliter poteſt): & eas, etiam à fortiori, ut plurimum reprobari cõperies. Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à Concilio Trid. Seſ. 6. cap. 7. Vitam æternam ſine ſpe, & charitate, fides præſtare non poteſt. Vnde & Cathecumeni, cùm fidem uitam æternam præſtantem ab eccleſia petunt, uerbum Chriſti ſtatim audiunt; ſi uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Et canon. 19. ſi quis dixerit, nihil præceptum eſſe in euangelio præter fidem; cætera eſſe, neque præcepta, neque prohibita, ſed libera; aut decem præcepta nihil pertinere ad chriſtianos: Anathema ſit. Et cano. 20. Si quis dixerit: hominem iuſtificatum, & quantumlibet perfectum, non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei, & eccleſiæ, ſed tantùm ad credendum: quaſi uerò Euangelium ſit nuda, & abſoluta promiſſio uitæ æternæ ſine conditione obſeruationis mandatorum: Anathema ſit. Hæc ibi. Item ab Apoſtolo Galat. 5. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt uniuerſæ legis faciendæ. A ſimili enim intendit Apoſtolus: quòd ſicut circunciſio erat quædam obligatoria profeſſio ad uniuerſam legem antiquam faciendã à circunciſo, ita baptiſmus ſit profeſſio quædam obligans perſonam, quæ baptizatur, ad uniuerſam legem Euangelicam faciendam. Item ab eodem Concil. Trid. ſeſſ. 6. cano. 25 Si quis dixerit: in quolibet opere bono iuſtum ſaltem uenialiter peccare, aut (quod intolerabilius eſt) mortaliter, atque ideò pœnas æternas mereri: tantùmque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem: Anath. ſit. Hæc ibi. Itẽ à Papa Leo. X. Lutherus cũ tota eius doctrina damnatur, in bulla contra errores Lutheri quam damnationẽ uideas in Eluc. Add. q. 1. ar. 1. & 3. par. q. 68. ar. 9. Damnant & à Clemente V. in Concil. Viennenſi, omnes errores Beguinarum & Be-

Bardorum, ubi inter multos ſpecialiter narrat prædictos hic in principio. Hæc uide tu in Clementin. de hæret. capit. ad noſtrum. Vbi expreſſe tandem dicit. Sectam ipſam cum præmiſſis erroribus, ſacro approbante Concilio, damnamus, & reprobamus omnino. Item à Matth. 10. qui dederit calicem aquæ frigidæ alicui in nomine meo, non perdet mercedem ſuam. Item damn. à Iacob. 5. Qui conuerti fecerit peccatoré, animam eius liberabit à morte, & operit multitudinem peccatorum. Vbi per ly liberabit animam eius, uide, quòd bona etiam aliena proſunt alteri; per ly operit multitudiné peccatorum, uide, quòd proſunt ſibimet facienti. Applica ergo ſingula prædicta contra ſingulos errores, non omnia omnibus, ſed ſecundum quòd eis conuenit. Ob hoc enim multa adducta ſunt: ut tu ſecundum quòd ſapienter noueris, decenter applicare poſſis. Et hoc ſit tibi in alijs ſimilibus ubique regula uniuerſalis. Vide etiam tum ratione naturali, tum auctoritate, multipliciter dánati errores prædictos, in pri. par. ar. num. 4. 498. & Addit. ar. nu. 13. 58. 303. cum Elucid. ſemper & ubique.

Text. POſuit dominus Deus eum in paradiſo uoluptatis, vt cuſtodiret illũ.

Concl. 7. *Debemus cuſtodire beneficia Dei, poſtquã recepimus illa.* [Ex eo]

Ratio. PONITVR homo in paradiſo, ut cuſtodiat paradiſum ſibi; ne ſcilicet peccando ipſum amittat, ut poſtea rei probauit euentus. Quaſi per hunc loquendi modum ſcriptura dicat. Niſi homo cuſtodierit paradiſum, à peccato uidelicet totaliter abſtinendo, priuabitur uique ipſo paradiſo. Si autem cuſtodierit paradiſum ſibi; non tantum in paradiſo terreſtri remanebit; ſed etiam, ut habes ex 1. q. 97. art. 4. à paradiſo terreſtri ad paradiſum cœleſtem ſine morte transferretur.

Not. CVSTODIVNTVR ſibi ab homine beneficia, ne ſcilicet illis priuetur, tum per recognitionem, tum per gratiarum actionem, tum per gratitudinem, tum per cognoſcere Deum, tum per amare Deum, tum per humilitatem, tum per obedientiã ad Deum præcipienté. Quòd ſi non cuſtodiantur ſic, præſertim per obedire mandatis Dei; beneficiatus accepto beneficio priuatur, ut ab exemplo uniuerſali, quod ſcilicet omnes pro ſui cautela inſpicere debent, patet de Adam cap. 3. De iſta priuatione quandoque occulta, uide infra c. 5. concl. 3.

Text. DE omni ligno, quod eſt in paradiſo comede.

Concluſ. 8. *Carnem noſtram ſuſtentare tenemur.* [Ex eo.]

Ratio. HOC enim erat præceptum affirmatiuum datum homini, licet præceptũ negatiuum connexum poſtea ſit de inhibitione ligni ſcientiæ boni & mali; 1. q. 97. art. 3. cum Eluc.

Corol. ERGO homo indigebat cibis etiam ante peccatum. Ergo homo tunc non erat immortalis, ita, ꝙ non poſſet mori *Immortalis quo fuerit primus homo.* vt quidam arbitrantur contra ſcripturam hanc; ſed erat tantum immortalis, ita, ꝙ poſſet non mori per cibationem, & animæ vigorem. 1. q. 97. art. 1. 3. 4. cum Elucidat. Item Addit. q. 86. art. 2. cum Elucid.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PRAEDICTA concluſio 8. cap. 2. deſtruit abundantiſſimè errores Seueri dicentis: ciborum vſum eſſe deteſtandum. Et Agiuenſiũ, ac Manichæorum dicẽtium: cibos, vel eſcas abominandas, tamquam immundas: quia talium Deus non eſt creator. Ex hoc enim, ꝙ Deus non ſolùm approbat, ſed etiam præcipit, ꝙ homo cibetur, pluſquam aperte patet, ꝙ prædictorum poſitiones ſunt omnis erroneæ. Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio firmatur, ab huius capituli primo. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui: vt ſint vobis in eſcam. Ex ſcriptura iſta patet & ꝙ cibus hominum eſt à Deo factus (contra Manichæos) & ꝙ hominem cibari eſt tam licitum, vt hoc ſit à Deo ipſi præceptum: & conſequenter, quòd dicere vſum ciborum eſſe quid ſecundũ ſe deteſtandum, ſeu eſcas ſecundum ſe eſſe immundas, eſt contra intentionem, ordinationemque Dei. Taceo, ꝙ ex eadem ſcriptura liquidò inſinuatur, ꝙ homo primus non erat conditus immortalis; id eſt non potens mori (contra nonnullos plùs, quam oportet, in hoc ſubtilis de inſipienti ſua ſapientia blandientes): & quoniam tunc non indiguiſſet cibis; cuius tamen oppoſitum conſtat hic ex eo, ꝙ Deus in ſubuentionem vitæ eius dedit ei omnem herbam, &c. vt ſint ei in eſcam; & quoniam tunc remanſiſſet, etiã poſt peccatum, immortalis (contra cap. 2. In quacunque die &c. morieris.) Peccatum enim non tollit ea, quæ naturaliter alicui conueniunt 1. 2. q. 85. art. 1. quia & in dæmonibus naturalia dona remanſerunt integra ac ſplendidiſſima, ſecundũ Dionyſ. de diuin. nomin. cap. 4. par. 4. Item errores in principio dicti damnantur ab Apoſtolo 1. Tim. 4. Diſcedent quidam à fide attendentes doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquẽtium, abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione: quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Vide ibi expoſitionem fideliſſimam eximij Eccleſiæ doctoris S. Thomæ de Aquino: nè quando in verbis Apoſtoli malè intelligendo hallucineris. Pro nunc firmiter tene; ꝙ Apoſtolus loquitur formaliter; id eſt de cibis à Deo creatis, vt creati ſunt, vt creaturæ ſunt, vt in natura eorum conſiderati ſunt (quæ tria idem ſonãt:) & memento, Deũ eſſe creatorem omnium viſibilium, & inuiſibilium.

DE ligno ſcientiæ boni, & mali nè comedas. *Text.*

Concl. 9. *Ieiunium, inquantum ciborum determinationem dicit, fuit inſtitutum ante peccatum.* [Ex eo.]

PRAECEPTVM hoc inhibitiuum ligni talis datum fuit homini ante peccatum. Nam in cap. ſequenti peccat primò. *Ratio.*

ERGO abſtinentia ab aliquibus cibis eſt ita Deo grata; vt in Paradiſo quoque eam ſub præcepto, non conſilio, homini intimauerit. Ergo ieiunium tale eſt de iure diuino. Ergo abſtinentia non tantum inſtitui ſub præcepto poteſt ad deletionem peccatorum, non tantum ad paſſiones edomandas, non tantum ad carnis macerationem: ſed ad ſolam obedientiam à ſubdito expetẽdam. Nonnè Adamus in ſtatu innocentiæ erat? Ergo non ad peccatorum abolitionem præceptum de ieiunio ſibi datum eſt. Nonnè per iuſtitiam originalem paſſiones contra rationem neq; leuiter exurgebãt? 1. quæſ. 95. a. 2. Ergo non eſt præceptum ieiunium Adamo ob paſſionum edomationem. Nonnè iuſtitia originalis faciebat, ꝙ caro aduerſus ſpiritum non inſurgeret? 1. q. 94. art. 4. Ergo ad carnis macerationem non iuſſit Adamo ieiunium Deus. Reſtat igitur, ꝙ ad ſolam obedientiam à ſubdito habendam, illi tunc præceptum hoc dederit. Multò igitur magis nunc poſt peccatum præcipi poteſt nobis ieiunium & ciborum determinatio; & illud præceptum ſeruare tenemur. Quare multò magis nunc? qa ſumus peccatores; ſubiecti paſſionum pugnæ, carniſque rebellioni; & conſequenter inſtitui poteſt licitè non tantum propter obedientiam à ſubditis habendam; ſed etiam propter peccatorum dilutionem, paſſionum repreſſionem, & carnis humiliationem. *Corol. Abſtinentia quàm ſit grata Deo. Ieiunium ob multa eſt vtile, & neceſſarium.*

APPENDIX.

HINC ad literam habes textualem doctrinam pro ſemper benè notandam, & quidem à fortiori (vt in Corollario nunc declaratum fuit) contra hæreticos ſcripturam ſacram, nec in ipſis foribus, attendentes: adeoq; ignoranti præſumptione aduerſus Eccleſiæ Sanctæ ieiunia, ciborum pro tempore delectum, velut alter ſerpens, callidè murmurationum venena ſpirantes; & chriſtianorum, præſertim ſimplicium, animos ad id ſolicitantes, ac ſcandalizantes; vt eos, vel ſic in teporem, ſi quando non potuerint in mortem, per dulces ſermones ac benedictiones immittãt. Hi olim à quibuſdam figurati ſunt, de quibus dicebat Apoſtolus Rom. 16. ꝙ ſub tali pelle vulpina ſeducebãt corda innocentium; id eſt eorum, qui in ſimplicitate fidei catholicæ atque obedientię, ſimpliciter ambulant: & ꝙ vigilantiſſima diligentia erant à fidelibus cauendi omninò. De ciborum delectu, & ieiunijs, vide Concilium Trid. ſeſſ. 25. Decr. 2. circa finem ſeſſionis. *Not. contra Hære. Tentatio nũ de nõ ieiunando, ſeu de cibis aliquib. nõ abſtinendo ſubſanat optimè Deus.*

PRO

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

ISTA concluſio 9.cap.2. deſtruit hæreſes Pauperum de Lugduno dicentium: quod abſtinentiæ à cibis carnium, nullum ineſt meritum: & quòd cibis carnium veſci, effrenatè poſſumus omni feria 6. omni ſabbato, omnibus diebus quadrageſimæ: Et propoſitionem hanc, quæ ſapit hæreſim (vt refert Alphonſus Caſt. de iuſta hæret. punition. lib.1.c.3.) ſcilicet cibis carnium veſci, vel non veſci, impertinens eſt chriſtianæ perfectioni. Patet enim hic: quòd delectum ciborum mandat ille, de quo dicitur Iſai.48. Ego Dominus docens te vtilia, & pſal. 67. Deus ſalutarium noſtrorum. Et nota: quod hanc à ligno ipſo abſtinentiam Deus comminatione tremendiſſimæ mortis indixit (tantum ſibi abſtinentia hæc erat cordi:) inſuper & comminatam pœnam tranſgreſſoribus iuſtiſſimè inflixit: & tamen cum his omnibus guloſi illi non manducarant carnes, ſed pomum ſolummodò. Quid ergo pœnarum luiſſent: ſi contra præceptum carnes ediſſent, maximè in tantis diebus, qualis eſt 40. feria 6. & ſabatum? Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à Concil. Toletano. 8. c.9. Quiſquis ſine euitabili neceſſitate, atque fragilitate, & euidenti languore, ſeu etiam impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis Dominicæ, verùm etiam alienus ab eiuſdem diei Sancta Communione; & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam: quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Hæc ibi. Item damnantur à Concil. Tri. per hoc, quod ſeſſ. 14. cap. 5. quadrageſimam vocat ſacrum & maximè acceptabile tempus; & ſeſſ. 25. circa fin. facit ſingulare capitulum de delectu ciborum, & ieiunijs, hortans populos in his obedire præpoſitis Eccleſiarum. Vide Leuit. cap. 11. con. 13.

¶Pro concluſionis textu amplius intelligendo, vide 1.q. 102. art. 1. & 4. cum Elucid.

Text. IN quacunque die comederis ex eo, morte morieris.

Concluſ. 10. *Inobedientia eſt peccatum mortale.*

[Ex eo.]

Ratio. NAM per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi Rom.5. hoc eſt peccatum mortale intrauit in mundum (vt ipſemet ibi dicit). Hoc autem peccatum in Adamo fuit mortale actuale; in nobis vero originale. Vnde exponendum eſt ly morieris, tu cum omnibus poſteris tuis, qui ex te deſcendent ſecundum ſeminalem rationem. Hinc Concilium Trid. ſeſſ. 5. decret. de peccato originali inquit: Si quis aſſerit Adæ præuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini nocuiſſe, & non transfudiſſe in omne genus humanum peccatum, quod eſt mors animæ, anathema ſit. Hæc ibi. Ecce itaque, quod inobedientia peccatum mortale cauſauit non tantum in vno, ſed etiam in multis, & quaſi in infinitis. O vere maledicta inobedientia; & ruinoſa. Formale enim in tranſgreſſione fuit inobedientia: non autem pomum; ſed neque malitia pomi, quæ nulla erat. Nam pomum alioqui erat pulchrum, delectabile, ſuaue, vt patet ex cap.3. Inobedientia autem ſecundum ſe erat mala, noxiaque (vt ex Roma.5. colligitur; dum à formaliori: id eſt principaliori in peccato Apoſtolus denominationem faciens inquit (vt ſupra) diximus) Per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi.

Inobedientia Adæ omnibus noxia fuit, & multifariè deformis &.

INOBEDIENTIA hæc Adæ includit multa peccata, ſcilicet ſuperbiam, quia homo in ſua poteſtate potius, quam Dei, eſſe dilexit; ſacrilegium, quia Deo non credidit; homicidium, quia ſe præcipitauit in mortem; fornicationem ſpiritualem, quia integritas humanæ mentis ſerpentina ſuaſione corrupta eſt; furtum, quia prohibitus cibus fuit vſurpatus; auaritiam, quia appetiuit pluſquam ſufficere illi debuit: & ſi quid aliud in hoc vno admiſſo diligenti conſideratione poterit inueniri. Hæc ex Papa Leone X. in epiſtola 84. ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum. Ergo rectè peccatum originale poteſt vocari peccata, iuxta ad Io.1. Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Venit enim principaliter ad tollendum originale. 3.q.1.art.4. quod licet ſit vnum in ſe toto conſideratum; complectitur tamen multas deformitates, modo à Leone aſſignato.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HÆC concluſio 10.cap.2. deſtruit tamquam in radice hæreſes execrandas Trinitariorum duas & Caluini. Trin. quidem impiiſſime dicentium: quod nullus peccat volendo aliqualiter aliter, quàm Deus velit eum velle; & quod peccans conformat voluntatem ſuam voluntati beneplaciti Dei ſic, quòd ille vult, ſicut Deus vult eum velle. Caluin. autem horrendiſſimè blaſphemando dicentis: Adæ peccatum fuiſſe occulto Dei decreto ordinatum; id eſt (vt ipſe, quaſi ſe declarans, ait) quod Deus ipſum Adam creauerit, non modò vt interiret; ſed etiam quod illum ab æterno ad exitium prædeſtinauerit, ideoque illum neceſſariò peccare oportuerit. Patet enim ex concluſione textu ſcripturæ vallata totum oppoſitum. Nam quis tam inſanus: vt Deo inobedientem Adamum crederet eſſe eiuſdem Dei voluntatem beneplaciti, hoc eſt, beneplacitum voluntariè adimplere? Et quis eundem diceret pœnam mereri, & non præmium; ſi ipſe voluntatem propriam voluntati diuinæ, in comedendo pomum, conformaſſet? Quis verò contuens, Deum monſtraſſe Adamo modum faciliimum euadendi mortem, qui modus eſt non comedere de ligno ſcientiæ boni & mali; eiuſdemque implendi facilitatem, quæ eſt poſſe comedere de quibuſcunque alijs lignis pulcherrimis, & præſertim de ligno vitæ: quis, inquam, hoc intuens (niſi pluſquam miſerrimè deſipiat, & omnifariam) vel cogitare præſumat; quod Deus Adamum ad interitum ab æterno prædeſtinauerit; eundemque, vt interiret, creauerit; & illum ipſum dicat neceſſitate, vt peccaret, aſtrictum? Immò, ſi vel medio crier locus rōni detur, neminem prorſus inuenies; qui ex ijſdem contextibus ſcripturarum iuxta ſenſum earum promptiſſimum non eliciat: quod Deus & Adamum, vt ſaluaretur, creauit & ipſum ad vitam ab æterno prædeſtinauit; & quòd Adamus nulla neceſſitate, ſed propria voluntate peccauit. Damnantur quoque hæreſes illæ à Sapien.10. Illum, qui primus formatus eſt, cuſtodiuit, & eduxit à delicto ſuo. Hæc ibi. Quæ vt facilius intelligantur, attendo: Deum poſuiſſe hominem primum in paradiſo ad hunc finem, vt ſuauiùs ipſemet Deus cuſtodiret eundem hominem præſeruando videlicet eum ab omni malo (ſic enim doctor Eccleſiæ Diuus Thomas interpretatur. 1.q.102.ar.3. Non ergo ſecundum planum ſapientiæ ſenſum ex defectu cuſtodiæ Dei, non ergo ex culpa Dei vel minima; non ergo ex diuina ad exitium prædeſtinatione, proceſſit: quod Adam peccauit (quinimo comminatus eſt ei duplicem mortem, ne peccaret) neque ſecundum beneplacitum Dei fuit Adami peccatum; neque Adam peccando conformauit voluntatem ſuam voluntati diuinæ; hoc eſt, non voluit illud, quod Deus volebat, eum velle. Alioquin non eduxiſſet eum à delicto ſuo. Eduxiſſe etenim illum à delicto ſuo, declarat apertè; quod Deus & odio delictum hominis, & ipſum hominem amore, proſequebatur. Quomodo enim amore, eoque maximo, Deus non proſequeretur Adamum (contra Caluini blaſphemias:) quem à tot, tantiſque æternis miſerijs per defectum ſuum importans, tam potenter, tam miſericorditer eduxit? Vide eaſdem hæreſes & ratione & multiplici auctoritate damnari à pri. par. art. num. 475. cum Elucid. Quod autem impoſſibile ſit, Deum eſſe cauſam peccati, ſiue directè ſiue indirectè ſiue per ſe ſiue per accidens, vide in 1.2.q.79. art.1. Damnantur item & maxime Caluinus à Concilio Valentino cap.1.2.& 3. Firmiſſime tenendum credimus; quod ex maternis Eccleſiæ viſceribus nos hauſiſſe, gaudemus &c. Verùm aliquos ad malum prædeſtinatos eſſe diuina poteſtate, videlicet vt quaſi aliud eſſe non poſſint, non ſolum non credimus: ſed etiam, ſi ſunt qui tantum mali credere velint, cum omni deteſtatione (ſicut Arauſica Synodus) illis anathema dicimus. Hæc ibi. Ecce; quòd Eccleſia vix credit: quod ſint aliqui, qui tantum mali (quod Caluinus, & Trinitarij ex inferno traxerunt) opinari velint: quos tamen omnes, ſi illud arbitrentur, in hoc & Arauſicano concilijs anathematizat. Pro illarum damnatione ampliori, vide pri. par. art. num. 507. 123. 259. 515. cum Elucid. Item ibid. 120. 147. 139. 140. cum Elucid. Item infra Exod. 8. con. 1. & Leuit. 11. con. 7. Vide etiam Elucid. addition. art. num. 198.

¶Hæc eadem concluſio 10. cap.2. ſic catholicè etiam per

Con-

Concilium declarata deſtruit hæreſes Armenorum, Albanē ſium, Pelagianorum Ioannis Vueſtphali dicentium peccatū originale nullum eſſe, & pueros non contrahere peccatum originale, neque propter ipſum peccatum originis baptizari. Item hæreſim Caroſtadij (ut refert Prateolus tit. Zuinglius Antilutherani) dicentis: peccatum originale eſſe ſolummodò naturæ morbum, non peccatum. Patet enim hic totum oppoſitum, etiam ex adducta auctoritate declaratoria Rom. 4. Damnantur quoque, & conſequenter declaratur concluſio præſens atque firmatur, a Concil. Trid. ſeſſ. 5. ſi quis non confitetur: primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiā, in qua conſtitutus fuerat amiſiſſe, incurriſſeq. per offenſam præuaricationis huiuſmodi indignationem Dei, atque ideò mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus; & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt, diaboli: Anathema ſit. Hęc ibi. Vbi patet, inobedientiam Adæ cauſaſſe in ipſomet mortē corporalem, de qua fuerat facta comminatio per ly morte morieris, & captiuitatem ſub poteſtate diaboli. Quòd autem hæc ſua tranſgreſſio ſit peccatum originale in filijs, & conſequenter peccatum originale ſit aliquid, audi eiuſdem Concilij definitionem. Si quis Adæ præuaricationem ſibi ſoli, & nō eius propagini, aſſerit nocuiſſe; & acceptam a Deo ſanctitatem & iuſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli & non nobis etiam eum perdidiſſe; aut illum per inobedientiæ peccatum mortem, & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum tranſfudiſſe, non autem & peccatum, quod eſt mors animæ: Anathema ſit. Hæc ibi. Item. Si quis paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint a baptizatis parētibus orti; aut dicit, in remiſſionē quidē peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad uitam æternam conſequendam: Anathema ſit. Et infra, Propter hanc regulam fidei, ex traditione Apoſtolorum, etiam paruuli, q nihil peccati in ſemetipſis adhuc committere potuerūt, ideò in remiſſionem peccatorum ueraciter baptizantur: ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, nō poteſt introire in regnum Dei. Hæc ibi. Damnantur & à Conci. Mileuitano, cap. 2. ut recitatur etiam de conſecra. diſt. 4. ca. placuit. Item à Concil. Arauſicano canon. 1. 2. Item a Cocil. Carthaginen. in epiſtola ad Papā Innocentium primum. Item ab eodem Papa Ion. in reſcripta epiſtola ad Carthaginenſes epiſcopos: & in epiſtola ad Mileuitanum Concilium. Vide & compend. Alber. Magn. lib. 3. cap. 8. 9. cum Schol.

Text. IN quacunque die comederis ex eo, morte morieris.

Concl. 11. *Peccatum nocet etiam corpori.* [Ex eo.]

Ratio. PER inobedientiam enim illam non tantum peccatum (Apoſtolo teſte Rom. 5.) intrauit in mundum, ſed etiam mors, ſcilicet corporalis cum ſuis annexis tunc, uel etiam ante; quę ſunt ſitis, fames, frigus, eſtus, dolor, labor, triſtitia, febris, languor, & aliæ pœnę corporis. Vnde Concilium Trid. ſeſſ. 5. decreto de peccato originali, quaſi exponens, quid intelligatur per ly mors tum in Geneſi, tum in ad Rom. inquit, ly peccatum, quod eſt mors animæ, & ly pœnas corporis. Inobedientia igitur & animas omnes, & corpora omnia ad mortē damnauit; & ita ut mox eadem die corporaliter inceperit mori. Vide ergo quòd inobedientia totis uiribus eſt fugienda, & obedientia nixu toto proſequenda.

Morti annexa, ſeu amica mortis. Vide ſupra cōcl. 2. ſunt multiplicia; & ante. & in hora mortis.

¶Si textus huius expoſitionem uis ampliorem, uide 2. 2. q. 164. art. 1. & Elucid. 1. part. art. num. 475. 484.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

PRAEFECTA Concluſio 11. cap. 2. deſtruit hæreſes Pelagij dicentis: quòd Adam, etiam ſi nō peccaſſet, nihilominus mortuus fuiſſet, & quòd Adam non ex culpæ demerito, ſed ex cōditione naturæ mortuus eſt. Patet enim hic inſinuari totum contrarium. In quacunque die, inquit, comederis ex eo, morte morieris. Hoc eſt, ab oppoſitis: Si ex eo non comederis unquam, tu nunquam morieris. Alioquin ſi moreretur aliquando, etiam quod ex eo non comederet, uideretur mandatum dę pomo ſibi fruſtra ſub cōminatione mortis datum ab illo, qui (teſte etiam philoſopho) nihil agit fruſtra. Moriturū ergo ipſum Adam, negat hæc ſcriptura; ſi non interueniat peccatum tranſgreſſionis mandati. Quod tu intellige ſic: non quia natura hominis ſecundum ſeipſam eſſet omnino immortalis, ideſt nō potens ſecundum ſe mori; ſed quia erat ex dono iuſtitiæ originalis (ideſt iuſtitiæ, quam transfudiſſet in poſteros) immortalis, ideſt potens non mori. Poterat ſiquidem non amittere illam iuſtitiam, quoniam poterat non peccare, & ſic nunquam moreretur: poterat & illam amittere, quoniam poterat peccare; & ſic moreretur. Vnde ad denotandum, quòd ex natura ſua ſecundum ſe erat mortalis: in eodem contextu datur ſibi præceptum de comeſtione aliorum lignorum; ad conſeruandam ſcilicet uitam. Hoc enim medio, comeſtione uidelicet, donum iuſtitiæ originalis (ideſt datum Adamo pro ſe, & ſuis poſteris) conſeruabat Adamum in uita, & in ęternum præſeruaſſet eum à morte naturali. Quaſi ergo, per duplex illud mandatum cum adiuncta mortis comminatione, dixerit manifeſtè Deus. Tu Adam, natura tua ſecundum ſeipſam tantùm conſiderata, es mortalis: ſed nihilominus in tua uoluntate ego ex bonitate mea motus uolo ponere actū mortis. Hoc eſt ex natura tua habes potentiam ad moriendum; ſed per uoluntatem tuam poteris facere, quòd iſta natura potentia reducatur, uel non reducatur ad actum. Hoc eſt Tu potes mori, etiam quòd non uelis: ſed tamen actualiter nunquam incipies mori, nec morieris, niſi uolueris. In tua ergo uoluntate eſt poſitum a me mori, & non mori: quacunque conditione naturæ tuæ in contrarium non obſtante. Si peccaueris, non niſi per tuam uoluntatem peccabis, & conſequenter per uoluntatem tuam actualiter incipies mori, & tādem morieris omninò. Si non peccaueris, per uoluntatem tuam mediante gratia mea non peccabis; & conſequenter p uolūtatem tuam dono gratiæ adiutam nunquam actualiter ad mortem pro[...]eris. Damnantur quoque prædictæ hę[...]s. & per conſequens firmatur præſens concluſio, à Concilio Mileuitano per Innocentium Papam confirmato cap. 1. Quicunq; dicit: Adam primum mortalem factum ita, ut ſiue peccaret, ſiue nō peccaret moreretur in corpore: hoc eſt de corpore exiret nō peccati merito, ſed neceſſitate naturæ: Anathema ſit. Hæc ibi. Quibus concordat Concilium Africanum. Vbi patet conſiderāti: concilia fateri, quòd Adam fuit factus mortalis: ſed non ita, ut ſine &c. Quod & ſupra ex ſacra ſcriptura declaratum eſt. uide & ſupra concluſ. 8. fin. Item à Concilio Arauſicano. Dum enim canon. 2. tractās de nocumento cauſato à præuaricatione Adæ indicat, q mors corporis fuit pœna peccati: ſimul iam per hoc oſtendiſſe uoluit (ut rectè diſcurrēti conſtat) quòd Adam ex demerito peccati mortem incurrit; ita ut, niſi peccaſſet, non fuiſſet mortuus. Item damnantur à Rom. 5. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors. Nota; Apoſtolum non dicere & per conditionem naturæ mors, ſed per peccatum mors. & Roman. 8. corpus quidem mortuum eſt propter peccatum. Ex his liquet; quòd ſi Adam non peccaſſet, mortuus nunquam fuiſſet; immò &, quia omnes corporis defectus ad mortem tendunt (ut in nobis patet), omnibus huiuſmodi defectibus caruiſſet: & hoc eſt illud, quod Auguſtinus, tanquam ab uno defectuum ipſorum principali denominationem faciens, dixit: ſi Adam nō peccaſſet, ſenio defeciſſet; ideſt ſenium non habuiſſet, i. ſenio caruiſſet, ideſt ſemper in iuuētute premanſiſſet. Damnantur etiam ratione & auctoritatibus in Elucid. pri. par. ar. num. 484.

OMne, quod vocauit Adā animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. *Text.*

Concl. 12. *Adam fuit perfectus in ſcientia rerum naturalium.* [Ex eo.]

Ratio. QVARE poſt impoſitionem nominum animalium omnium ab Adamo factam ſubdit littera; omne, quod vocauit Adam eſt nomen eius? Ad denotandum, q iſta nomina non uocalia tantum, ſed conuenientia rebus omnibus fuerunt; & conſequenter q Adam omnium illorum rerum cognitionem non ſuperficiariam, ſed perfectam habuit. Non enim rei alicui nomen ab aliquo inditum eſt ſibi conueniens; niſi ille rei ipſius proprietatem, immo naturam apprimè cognoſcat. Alioquin aut illud non erit conueniens nomen ipſius

rei,

rei, aut per accidens, ideſt à caſu, talis impoſitio ab imponẽte conuenienter facta erit: quorum neutrum de illa nominum impoſitione ab Adamo facta ſentiendum eſt. Habuit ergo Adam ſcientiam perfectam rerum naturalium multarum: & eadem ratione omnium. Quomodo autem ſequatur, ꝙ eadem ratione omnium, uide 1.q.94.art.3.cum Elucid.

¶Quas Elucidationes artic. num. 457. etiam uidebis pro aliquali notitia maiori textus huius.

Text.

QVamobrem relinquet homo patrem & matrem.

Concl. 13. *Pater & mater fuerunt ſemper excluſi à matrimonio; & hoc de iure naturali.* [Ex eo]

NAM ly quamobrem, dicit cauſam matrimonii, cùm de hoc in contextu præ locutio ſiat. Quaſi ergo dixerit, Quicunque coniugem accipiet, ſciat, ꝙ patrem, vel matrem ſuam non poterit recipere in coniugem. Hoc inſinuauit ex ly adhærebit uxori ſuæ. Si enim relinquere matrem debet homo, & tamẽ adhærere uxori, patet per hoc: ꝙ non poteſt habere matrem pro uxore, & eadem ratione nec patrem pro marito. Cùm uerò ſola naturalis lex tunc uigeret, non autem ſcripta, dicendum: ꝙ hoc tanquam de iure naturali eſt expreſſum. Vide Addition. q. 54. art. 3. cum Elucidat. & Elucid. primæ partis art.nu.489.

ERunt duo in carne una.

Concl. 14. *Adam adhuc in paradiſo terreſtri cognouit Chriſti incarnationem.* [Ex eo]

Ratio.

NAM hoc Adæ dictum, ſcilicet erunt duo in carne una; applicatur ab Apoſtolo Eph. 5. ad incarnationem Chriſti: quaſi quòd ad propoſitum coniunctionis Chriſti cum eccleſia ſit dictum. Sic enim inquit. Relinquet homo patrẽ, & matrem, & erunt duo in carne una: Ego autem dico in Chriſto, & in eccleſia. Nam in Chriſti incarnatione fuerunt duo in carne una: in quantum duæ naturæ, diuinitas & humanitas fuerunt in una perſona diuina. Vide Compendium Alberti Magni lib.4.cap.8.cum ſcholijs: uide & D.Tho.3.q.2.art.1.2. eundemque conſule ſuper epiſtolas D. Pauli ubi ſupra ad Epheſ. pulcherrimè exponentem.

Chriſtus habet perſonam unam & duas naturas.

Not.

RES in principio, de quo ſcriptura Gen.c.1. loquitur, inſtitutæ ſunt à Deo non ſolum, ut in ſeipſis eſſent, ſed etiam ut eſſent principia aliorum; in cuius euidentiſſimum ſignum tunc germinauit terra herbam uirentem, arbores, poma, fructus diuerſos, aquæ produxerunt piſces & c. ut ibi legitur. Homo igitur primus ſecundum ſeriem ſcripturæ productus eſt taliter; ut poſſet tunc eſſe principium aliorum. Competit autem homini (ut uidemus) eſſe alterius principium, & ſecundum corpus, & ſecundum animam, non quidem ratione eſſentiæ, ſed ratione doctrinæ. Oportet ergo dicere, ꝙ primus homo tunc productus eſt in tali ſtatu, ut poſſet & generare corpora aliorum, & docere animas. Propter hoc etiam in concluſione.12. ultra rationem illi loco propriè, ut ibi, aſſignatam ex ipſamet, littera dictum fuit, Adamum habuiſſe ſcientiam omnium rerum naturalium, in quibus ſcilicet homo filius naturaliter aptus eſt inſtrui. Et quidem ſi homo ordinaretur ſolum ad finem naturalem, ſuffeciſſet Adamo illã tantum ſcientiam, de qua nunc dictum eſt, tunc habuiſſe ad filios ſuos inſtruendos. Cæterùm, quoniam homo ordinatus eſt a Deo ad finem ſupernaturalem; ideo opus eſt fateri, ꝙ ad gubernationem uitæ propriæ, & aliorum non ſufficit notitia eorum, quæ naturaliter ſciri poſſunt; ſed vlteriùs requiritur cognitio rerum illarum, quæ naturalem cognitionem excedunt: ut patet.1.q.1.artic.1. hoc eſt cognitio eorũ, quæ fidei catholicæ ſunt. Neceſſarium ergo eſt dicere, quòd primus homo tunc habuit notitiam fidei de ſumma trinitate, de incarnatione & alijs credibilibus, non ſolum eo modo, quo ſibimetipſi ſufficeret ad ſalutem, (ut habent ij, de quibus B.Hieronimus in prologo Bibliæ cap. 10. ait, ſancta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt) ſed etiam modo illo, quo magiſtrorum optimi in theologia eam habere ſolent. Summus itaque grammaticus, rhetoricus, aſtronomus, logicus, phiſicus, medicus, metaphiſicus, ethicus, œconomicus, politicus, & præditus alijs quibuſcunque ſcientijs humanitùs tum acquiſitis, tum acquiſibilibus non ſolum productus eſt in principio Adamus: uerùm etiam ſummus theologus, & quantum ad res cognitas, & quantum ad modum cognoſcendi, & quãtum ad modum faciliter eas communicandi. Hæc ipſa uerò Adamum habuiſſe intelligas præ modernis ſcientificis omnibus, atque theologis. De his namque præmiſſis tantam cognitionem homo ille primus reſpectiuè accepit; quanta erat neceſſaria ad gubernationem non huius tantum hominis, uel illius; ſed uitæ humanæ ſecundum ſtatum illum.

Homo naturaliter poteſt docere alterum conſendo in ipſo ſcientiã. 1.q.117. art.1.cũ Elucid.

Adã cognitio uniuerſalis, ſummus, atque mirabilis & in naturalib. & in ſupernaturalibus.

Ex his patet damnatio erroris ſtolidiſſimi Manetis, qui dixit; Adam in forma feræ fuiſſe creatum. De qua re, ut & abundãtiùs cõfodiatur, uide Elucid.pri.par.art.nu. 452.457.

Not Contra har.

¶Pro notitia ampliori textuum prædictorum de ſcientia, & perfectione Adæ loquentium, uidere potes.1.q. 91.94.95. art.ſuis, cum Elucid.

TVlit vnam de coſtis eius, & ædificauit Dominus Deus coſtam in mulierem.

Tex.

Concl. 15. *Vir debet diligere uxorẽ ſuam.* [Ex eo]

Ratio.

MVLIER non fit de pedibus viri; quia uir non debet eam tenere pro ſerua; neq; de capite, quia mulieres non dẽt dominari uiris: ſed de coſta, quia uir debet habere uxorem pro ſocia dilectiſſima. Nam illa, quæ diliguntur, ponuntur in ſinum: ubi ſunt latera & coſtæ. Vnde & Legati ualde a Papa dilecti, ideſt quibus Papa ſuam auctoritatem maiorem, ꝗ alijs confert, uocantur meritò Legati à Latere. Vbi autem ſunt coſtæ, niſi in latere?

Legatus à latere quid ſit.

ERGO uir debet eſſe defenſor uxoris & cuſtos. Nam quæ nolumus defendere à latronibus, puta marſupium; & quæ nolumus cuſtodire, nè uideantur, ponimus ſub latere: quoniã ibi poſita difficulter ab alijs uidentur. Vir ergo per hoc, ꝙ de eius coſta ſit uxor, uigere magis ratione denotatur, quàm mulier. Alioquin quomodo cuſtodiret illam; & a nocuis eam iure defenderet? De coſta fit mulier. Ergo domi abſcondita maneat. Hinc diſcãt mulieres nõ circumcurſare per domos, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones, eſſe in ſilentio, non docere in Eccleſijs, eſſe ſobrias, uiris ſuis ſubditas ſecundum legem, pudicas, & cætera: de quibus habes.1.Corin.7.12.14.Epheſ.5.1.Tim. 2. 5. 1. petr. 3. & alia, de quibus B.Ambroſius in lib.2. de uirginib. ſub exemplo Beatiſſimæ Dei genitricis: & in homil. ſuper Miſſus eſt Luc.1 & homil. ſuper exurgẽs Maria abijt in mõtana, Luc.1.

Corall.

Coſtam mariti eſſe primam rationem originẽ, unde uxor, multa docet & maritos, & uxores.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 15. capit.2. hyſtoricè intellecta ad planam literam (ut dictum eſt) oſtendit opiniones Origenis, & Caietani, circa hoc factum eſſe erroneas; & conſequenter illas deſtruit. Origenis (ut refert Melchior Cano, de locis theologicis lib.12.cap.7.) opinio fuit: ꝙ Euæ formatio de coſta Adæ eſt intelligenda allegoricè & figuratè, non autem hyſtoricè. Caietani opinio fuit: ꝙ coſta iſta, ex qua Eua dicitur formata, eſt intelligenda non ſecundum litteram, ſed ſecundum myſterium, non quidem per allegoriam, ſed per parabolam. Vnde, iuxta Caietanum, formatio Euæ de coſta Adæ eſt intelligenda myſticè parabolicè; non autem re ipſa, ut litera Geneſis ſonat. Hæ omnes, ultra ꝙ p concluſionis expoſitionẽ iam à nobis declaratam, pro noxijs erroribus reprobantur, & per conſequens expoſitio noſtra pro uera firmatur, a Papa Innoc.3. extrà de diuort. cap. gaudemus. Dicit enim ibi apertè: ꝙ ab initio in unam fœminam una coſta eſt conuerſa. Pontifex igitur, per hoc, quòd conuerſionem factam ait coſtæ Adæ in Euam, relinquit manifeſtè intelligendum; quòd ſacra ſcriptura hæc de tali facto loquens in ſenſu plano literæ hiſtorialis interpretanda eſt ſecundum rei ueritatem: & conſequenter per hoc damnat dictum & Origenis & Caietani. Item a contextu ipſius c. 2. Geneſ. damnantur. Nam Adam expergefactus diuini ſpiritus inſtinctu (ut inquit Concilium Trid. ſeſſ. 24. cap. 1) pronunciauit, hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, quamobrem &c. adhærebit uxori ſuæ. Vbi nota: quòd uxorem ſuam Euam uocat ex oſſibus ſuis factam non quocunque tempore, ſed nunc. Quaſi dicat: coſtam ſuam oſſeam fuiſſe materiam, ex qua ſuit facta tunc Eua. Quòd ſi, per ly os

ex

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ex oſſibus meis, deſignaret parabolicè factionē qualēcūque imperfectam mulierum ex uirtute ſemipfecta uiri tāquam dormientis (ut videtur uelle Caiet.): tunc non eſſet opus adiungere ly nunc; ſed abſolutè diceretur, hoc os ex oſſibus meis: quoniam ſemper pro quocunque tempore productio mulieris cuiuſcunque eſt quid imperfectum, & quaſi per accidens; quod & philoſophus docuit dicens, quòd fœmina eſt mas occaſionatus. Nè igitur ly nunc, adiungi uideatur abſque propoſito, & ſuperfluè; concludendum eſt; quòd Adā per hoc denotat, ſe loqui de factione iſta particulari mulieris ex uiro, non de aliqua alia. Quaſi per ly nunc, apertè dixerit. Particularis iſta productio mulieris ex me eſt differens à quibuſcunque ſecuturis productionibus mulierum ex uiris: quoniam productio illius nunc facta eſt ex oſſe meo, & ſecuturæ omnes, quæcunque ſint illæ, non fient ſic, ſed alio modo. Nec mirum, quòd Adam quid de futuris eſſet fiendū ꝓuideret, ac loqueretur: qm̄ ipſe Spiritu ſancto afflatus uerba hęc pronunciabat. Realiter igitur iuxta hyſtoriæ literam ex oſſe ſuo factam fuiſſe Euam dixiſſe uoluit: ſicut realiter ad literam fient alio modo mulieres ex uiris in poſterum. Item damnantur ali Act. 17. Deus dat omnibus vitā, inſpirationē, & omnia; fecitq́, ex vno omne genus hominum. Et quomodò feciſſet omne genus hominum ex vno; niſi ex Adam fabricaſſet mulierem primam? Quod ſi ita eſt, vt re vera eſt; & ſcriptura aſſignat modum, quo ex illo eſt fabricata, ſcilicet ex coſta Adæ: fatendum procul dubio erit; ꝙ Eua, ſicut realiter ad literam ex hoc vno facta eſt, ita realiter ad literā modo iſto facta eſt. Vnde ſicut dictum libri Actuum apoſtolorum iuxta planum ſenſum literæ intelligis, ita dictum huius libri Geneſis iuxta planum ſenſum literæ intelligere debes: quandoquidem nec hic, nec ibi, author ſe figuratè loqui inſinuat; ſed & hic, & ibi, nuda litera proponitur. Quapropter ad omnia ſimilia in primis facientes notabis has ſequētes regulas. Quādo aliquid in ſacris literis pura hiſtoria, ſeu pura litera, narratur, nulla interpoſita dictione figuratum, ſeu parabolicum, id eſt ſimilitudinarium, ſenſum præſeferentes: tunc litera in plano ſenſu literali ſaluanda eſt; & vitio datur, ſi excluſa puritate literali ad tropos, vel figuras, vel alios myſticos ſenſus, trahatur. Nam ante omnia, veritas ſcripturæ eſt inconcuſſè tenenda (vt docet Auguſtinus lib. j. ſuper Geneſim cap. 18. & lib. 12. confeſſ. cap. 24. 25.) & maior eſt ſcripturæ auctoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas (vt inquit idem lib. 2. ſuper Geneſ. cap. 5.) Vnde Auguſtinus ipſe lib. 8. ſuper Geneſ. cap. 7. ponit iſtam regulam: ꝙ quandocunque voces in ſignificatione propria ſenſum abſurdum, falſumq́; non dicunt, tunc debent ſemper in ſua ꝓpria ſignificatione exponi. Aliter enim faciendo, ſtare firma non poterit nobis veritas ſacræ Scripturæ: quoniam confugient omnes ad ſenſum metaphoricum. Adde tu: ꝙ aliter faciendo, & veritas ipſarum ſcripturarum deperiret; & erroribus, atque hæreſibus innumeris via pateficeret; & arma catholicorum hæreſes efficaciter expugnantia auferrentur; & inutilia, falſa, noxia, plurima, ꝓ vtilibus, veris, proficuis, expoſitionibus intruderentur; & babylone maior confuſio in dies Chriſtianis occurreret. Hinc fit: vt idem B. Pater Auguſtinus lib. 13. de Ciuit. Dei. cap. 21. ſub exemplo paradiſi terreſtris nos vniuerſaliter edocuerit modum progrediendi in talibus dicens. Quæ commodè dici poſſunt de intelligendo ſpiritualiter paradiſo (ut nemine prohibente) dicantur: duntamen & illius hiſtoriæ fideliſſima veritas rerum geſtarum narratione commendata credatur. Ea enim, q̄ in ſcriptura de paradiſo dicuntur, per modū narrationis hiſtoricę proponuntur. In omnibus autem, quæ ſic ſcriptura tradit, eſt pro fundamēto tenēda ueritas hyſtoriæ: & deſuper ſpirituales expoſitiones fabricandę. Hæc ille. Ex his Auguſtini uerbis patet ꝓdictorū errorum damnatio. Damnantur & Eccleſiaſt. 17. Deus de terra creauit hominem, &c. Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi. Ex hoc diſcurre, ut ſupra Actu. 17. Damnati videntur & à Concil. Trid. ſeſſ. 4. decret. 2. Præterea ad coercēda &c. Vide Elucid. pri. par. art. num. 455. cum Concilijs, alijſque ibi citatis. Vide & ibidem nu. 461. 9.

¶Submiſit ſe tū Caiet. Eccl. Sanctæ (ut patet in epiſt. eius dicata Clem. VII. ibi in prin. expoſition. ſuæ ſuper Gen.): quo fit, ut non uideam, quomodo poſſit iure propter erratum ſupradictū taxari pro hæretico. Errare enim potero, hæreticus nō ero; inquit, cum humilitate pręmiſſa, Auguſtinus: & à nota hęretici Abbas Ioachim uindicatur ab Honorio Papa III. ꝓpter ſubmiſſionem talem, licet Abbas ipſe per ignorantiā dixiſſet hæreſim poſtea in Cōcilio Later. ſub Inn. III. condēnatam. De his uide Direct. inquiſit. par. 1. in prin. & D. Franciſcum Pegnam eius ſcholiatorem.

CONCLVSIONES EX GENESIS,

CAPITVLO TERTIO.

Text. CVr præcepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradiſi?

Concl. 1. *Diabolus ſemper incipit à ſuperbia, quando tentare uult:* [Ex eo]

Ratio. HAC interrogatione quaſi latenter, ad modum ſerpentis, exprobrat Deum præcipiētem; & dignitatem eius, cui pręcipitur, eleuat contra præcipientem: id quod ſuperbia grādis eſt. Dicit enim cur. Quid eſt, cur? hoc ſcilicet: quòd uos ſic nobiles effecti ꝓcepto ligemini, nō decet libertatē neſtrā.

Not. contra Hær. ¶Attende hic, & uide quotidianam tentationem hęreticorum contra catholicos: quoties cunque ab Eccleſia ſalubribus preceptis ligantur ad ieiunium, uel ſimilia. Garriunt ſiquidem cōtra iſtos ſepius inquirendo: cur præcepit nobis, ut non comederetis ex iſto uel illo cibo? cur præcepit uobis, ut ſic uel ſic faceretis, uel non faceretis? Hinc igitur liquidò cognoſce: quòd Diabolus eſt magiſter hæreticorum; & per os eorum loquitur. Pro uictoria habenda cōtra huiuſcemodi ſerpēntinas tentationes; uide, & obſerua ea, quę dicūtur in, et circa concluſionem tertiam cap. huius. *Hęreticę ſchol. magiſtrum eſſe diabolū; moſtrat ſcriptura.*

Text. CVr præcepit vobis Deus &c?

Concl. 2. *Libertas diabolica eſt, nolle ſubdi preceptis maiorum.* [Ex eo]

Ratio. NAM Diabolus ſic interrogando intendit (vt patet per contextum ſequentem) ſuadere primis parentibus non ſubdi præcepto diuino. Et hoc ſuum intentum contegit pallio libertatis donatæ ipſis prothoparentibus; immiſcendo illud aduerbium, cur. O magna uaffrities. Quaſi dicat apertiùs. Nolite ſubdi huic mandato prohibitorio, nobis indicto; ſed viuatis, iuxta libertatem naturaliter nobis inſitam, de capite veſtro.

Corolarium. ERGO, ab oppoſitis, libertas catholica eſt uelle ſubdi pręceptis maiorum. Ergo libertas illa ſerpentina eſt falſa; cùm Diabolus ſit pater falſitatis. Ioan. 8. Ergo libertas iſta illi oppoſita eſt uera: cùm Chriſtus catholicorū fundator ſit Deus ter ueritatis. Pſal. 30. (Circa libertatem uide multa ualde pulchra & neceſſaria in Elucidation. 1. par. ar. num. 483.

DE libertate, ergo ſerpentina loquunt ſemper hæretici, illā amplectuntur, illam oībus ſuadent, in illa gloriantur, illā extollunt; & ſua quæque mala libertate illa cooperiunt, ac excuſant. Ergo peccato uno, quod eſt illa excuſatio, peccata alia palliant. Hoc peſſimum palliū præuidens, atque deteſtans, Apoſtolus ab eo nos ſemper cauere debere hortabatur dicens: Fratres in libertatem uocati eſtis; tātùm nè libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruire inuicem. Galat. 5. Vide Apoſtolum affirmare quidem nos eſſe liberos; ſed tamen reddere nos cautos, nè quando in malum occaſione libertatis degeneremus: ſeu (ut apertiùs loquar) nè libertatis nomine decipiamur ſequēdo concupiſcētias noſtras. Ad idem inſpexit apoſtolorum princeps dicens; Quaſi liberi; & non quaſi uelamen habentes malitiæ libertatem; ſed ſicut ſerui Dei. 1. Petr. 2. Ecce! Vult nos eſſe uerè liberos: ſed non vult, nos habere libertatem pro uelamēto malitiæ. Diabolus uerò cum ſuis è contrà, uult nos habere libertatem pro uelamento malitiæ; & non vult, nos eſſe uere liberos. In cuius ſignum euidentiſſimum eſt: quòd non uult, nos eſſe ſeruos Dei obediendo eius præceptis (ut in textu patet) in quo utique conſiſtit uera libertas; ut expreſſe inquit ibi Petrus per ly ſed ſicut ſerui Dei. His namque uerbis pluſquam apertè docet: quòd libertas, ut diſtinguitur contra uelamen malitiæ (quod mali homines libertatem uocare cōtendunt) conſiſtit in ſeruire Deo uerè. De libertate itaque catholica ſerpenti inimica loquuntur ſemper catholici, hanc ample-

Libertatis nomē idem Catholicis & hæreticis, ſed ratio nominis diuerſa.

Libertatis nomē ſolū ſacra ſcriptura deteſtātur. approbāt autem libertatis nomē, et rationē ſimul.

ctuntur,

tuntur, in hac gloriantur, hanc extollunt, ſua quæque bona libertate hac ſtabiliunt, & hãc omnibus tanquam uicem Dei gerentes ſuadere conantur. Nunquid non hanc eandem hominibus cunctis in primo parente ſuaſit ipſe Deus: cùm de ligno nõ comedendo Adæ mandauit? Vtique. Etenim per hoc tunc demonſtrauit apertiſſimè: quòd libertas uera conſiſtit in obtemperare mandatis ſuis, uera que ſeruitus in tranſgredi mandata ſua: id quod ab euentu inobedientiæ primis parentibus etiam. Nonnè de hac libertate ſerpẽti caoſa Apoſtolus gratulabundus aiebat Galat. 4. Nos ſumus filij liberæ? Nõnè eandem libertatem nobis à Chriſto datam ibidem aſſerit inquiens; qua libertate Chriſtus nos liberauit? Nunquid non hãc libertatẽ pro re chariſſima ſe habere, ſimulque in quo eadem conſiſtat, manifeſtè teſtatur; dùm toties in epiſtolis ſuis ſeruum Chriſti ſeipſum appellat? Nonnè Chriſtus de hac libertate, ipſam tanquam ueram à falſa ſecernens, loquitur ibi Ioan. 8. ueritas liberabit uos, &, ſi filius uos liberauerit, uerè liberi eritis? Verè, ait; non falsè: ſecundum quòd uos Iudæi, quid ſit libertas, ignorantes de libertate ueſtra gloriamini dicendo; Nemini ſeruiuimus unquam.

> *Libertas eſt nomẽ æquiuocũ, ad ueram, falſamq; ſe extẽdẽs.*

APPENDIX.

HINC, ex prædictis uidelicet, habes: quòd Deus non dedit nobis liberum arbitrium ad hoc, ut uiuamus de noſtro capite; neque ad hoc, ut non ſubdamur ſibi, & præceptis maiorum noſtrorum ſuas ſibi uices gerentium. Nam ſi Deus dediſſet nobis illud, ut prædicta nobis licita fore poſsẽt; tunc non puniret Adamum propter inobedientiam ad mandatum ſuum; & cõſequẽter propter eius uiuere de capite proprio. Sed nec ſerpens tunc ſuaderet illis parentibus non ſubdi, & non obedire, diuino præcepto. Diabolus enim nunquam ſuadere intendit illud, quod Deus uult: neque diſſuadere, quod Deus non uult. Ad quid ergo dedit nobis liberũ arbitrium; ſeu (quod in idem redit) uoluit nos eſſe liberos? Ad hoc uidelicet, ut uoluntariè obediremus ſibi. In huius ſignum manifeſtiſſimum eſt; quòd Deus præcepto ligauit Adamum mox; poſtquam inſpirauit in eum ſpiraculum uitæ (ut ſupra cap. 2.) quod ſanè libertatem concernit. Conſequenter igitur dedit nobis liberum arbitrium: ut obedientia noſtra eſſet laudabilior, et maioris præmij dignior. Nam illius obẽdiẽtia, qui ex natura ſua poteſt in oppoſitum magis laudatur, & magis etiam accepta eſt: quàm eius (puta ſolis, lunæ, terræ) qui ex natura ſua in oppoſitum uiri poteſt.

> *Liberũ arbitriũ ad quid datũ eſt hõibus.*

¶HAEC ualde cõtra hæreticos de libertate, ſeu de libero arbitrio, garrientes notato: & perſpicuè uidebis uerificari de illis id, quod olim dixit Apoſtolus. 1. Tim. 1. quidam aberrãtes conuerſi ſunt in uaniloquium, uolentes eſſe legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. De hoc uide infra cap. 17. conclu. 1. append. num. 6. Item compend. Alb. Magn. lib. 5. cp. 10. Schol. Item pulcherrimam declarationem de libero arbitrio in Elucid. Addit. ar. num. 430. Hinc etiam uideas: quòd hæreticorum tentatio, qua dicunt, nos liberi ſumus & uos, ideoque eccleſiaſticis præceptis nec uos, nec nos ligari debemus, aut decet, eſt ſimilis diabolicæ tentationi primæ: qua mediante tota ruina uenit. Propterea tu de his commonefactus à ruina caueto.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 2. c. 3. declarationibus ſibi connexis ueſtita, ualet efficaciter contra Sarrabaitas, eorumque errorem: qui uiuebant in ſpiritu libertatis uanæ ſub habitu monachorum; Et qui errorem hunc, ſaltem factis, exemplariter docebant; quòd ſcilicet uiuere in ſpiritu propriæ libertatis hominibus eſſet licitum. Patet enim hic totum contrarium; puta quòd illud Sarrabaitarum eſt modus, & tentacio, calidiſſimi ſerpentis. Damnatur quoque error illorum, & conſequenter præſens concluſio cum declarationibus firmatur admitteret, ab Aug. ſer. 12. ad fratres in Eremo: ut per teipſum uidere poteris. Hos quanta facinora mala ſub prætextu libertatis illius conijcies inde, quòd Auguſtinus uita eorum, tãquam execrãdam interdicit Chriſtianis: indeque ſimul, quàm noxia ſit illa libertas, elicies: & ibi tandem, uelut in ſpeculo, cæcitatem miſerrimam ac ſtatum hæreticorum ſupradictorum, aliorumque peccatorum de tali ſe libertate iactantium, uigili intellectu ratiocinando cõſpicies. Damnat & à ſcripturis ſacris per hoc, quòd ad obedientiam mandatorum diuinorum, noſtrorumque ſuperiorum nos frequentiſſimè monendo inducunt; id quod oppoſitũ eſt illi falſæ libertati. Specialem uerò monitũ præmiſſũ nobis affert, ac replicat Eccleſiaſt. 6. Fili a iuuentute tua excipe doctrinã, & uſque ad canos inuenies ſapientiam. In opere illius exiguum laborabis; & citò edes de generationibus eius. Quam aſpera eſt nimium ſapiẽtia indoctis hominibus? Non permanebit in ea excors. Audi fili mi, & accipe conſiliũ intellectus; & nè abijcias conſilium meum. Iniice pede tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuũ. Subiice humerum tuũ, & porta illã; & ne accidieris in uinculis eius. In nouiſſimis enim inuenies requiem in ea: & conuertetur tibi in oblectationem; & erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & baſes uirtutis: & torques illius in ſtolam gloriæ. Decor enim uitæ eſt in illa: & VINCVLA ILLIVS ALLIGATVRA SALVTIS. Hæc ibi. Ecce, quòd uincula ſapientiæ. i. Dei, ſunt alligatura ſalutis; compedes eius fortitudo uirtutis; torques illius ſtola gloriæ. Ergo libertas illa falſa Sarrabaitarum, aliorumque ſimilium (Hæc eſt libertas ab his uinculis, compedibus, torque) eſt alligatura mortis, eſt enervatio uirtutis, eſt indumentum ignominiæ. Nam eccleſiaſticus de uera libertate loquebatur: & ex ipſa, tamquam ex oppoſitis, illatio nunc facta eſt. Damnatur item ab omnibus legitimis Concilijs per hoc; quòd, quandocunque occurrit occaſio de tali re uerba faciendi, ſemper ad obedientiam erga ſuperiores hortantur in Domino, & nunquam ad uiuendum de noſtro capite, ideſt ad libitum noſtrum. Particulariter uerò in terminis reprobatur à Concilio Senonenſi, in eius præfatione. Qua in re liquidò oſtendit; quam ignarus, quàmque in diuinis ſcripturis parũ eſſet exercitatus. Intelligere ſiquidem debuerat ex apertiſſimis ſacræ ſcripturæ documẽtis: quòd uera libertas Chriſtianorum, qua fideles Chriſtus liberauit, non libertas eſt carnis, ſed ſpiritus: per quam mortificatur caro cum ſuis cõcupiſcẽtijs, ſpiritus autem uiuificatur. Aduerſatur enim prorſus libertati ſpiritus libertas carnis: ut præclarè ſub Typo Iſaac, & Iſmael, Sarræ, & Agar, ad Galatas Apoſtolus deducit. Hæc ibi. Ex Concilio igitur patet: quòd ignari ſunt admodũ ſacræ ſcripturæ ij: qui nomine libertatis Chriſtianæ utuntur in relaxando habenas carni uel (ut breuiter dicam) in uiuendo ad libitum ſuum. Loquitur autem ibi Concilium maximè in propoſito noſtro. Nam definit contra Arrium, qui nec ieiunia ab Eccleſia indicta ſeruari, nec ſacris Eccleſiæ legibus à Chriſtianis obtemperari, debere contendebat: nè fideles uiderentur legi obligari, & per conſeques in ſeruitutem Chriſtiano populo minus conuenientem redigi. Vnde contra illum inquit: Qua in re liquidò oſtendit, quam ignarus &c. Quod ergo contra Arrium ad literam dixit; hoc & contra Sarrabaitas, ſimileſque dixiſſe uoluit. Damnatur & ratione & auctoritate multiplici ab eximio Eccleſiæ doctore Diuo Thoma 1. q. 96. ar. 4. cum Elucid.

¶ Ex concluſione hac 2. cap. 3. & hic præmiſſis, deſtruitur etiam hæreſis Agapetarum nomine libertatis ſe, alioſque decipientium dicendo: quòd licẽtia quælibet in delitijs carnis, in eſcis comedendis, in fucu, in ornamẽtis, in impudicitijs, eſt licita. Contra quod dictum clamãt ſcripturæ. 1. Cor. 6. Neque fornicarij &c. Eph. 5. oĩs fornicator aut immũdus &c. Coloſ. 3. Mortificate membra ueſtra &c. Clamant & concilia, Anciranum capitu. 20. Si quis adulterium commiſerit, ſeptem annos in pœnitentia compleat. Elibertinum cap. 7. Si quis fortè fidelis poſt lapſum mœchiæ, acta pœnitentia denuò fuerit fornicatus, placuit: eum nec in fine habere communionẽ. Idem cap. 12. Mater uel parentes, uel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit: eò quòd alienum uendiderit corpus, uel potius ſuum; placuit, eam nec in fine accipere communionem. Hæc ibi illa concilia. Damnatur & ratione & auctoritate. 2. 2. q. 81. artic. 3. cum Elucidationibus.

¶ Ex his etiam arcetur error Lamperianorum dicentium in neceſſitate nihil eſſe faciendum, ſed omnia debere fieri liberè, & citra ullam coactionem. Quid autem per hoc intenderent, patere poteſt ex alio eorum dicto. Vota (inquiunt) non eſſe ſeruanda; quia coactionem quandam continent. Vnde & ipſi ea aſpernabantur, & nihil prodeſſe dicebant. Intendebant ergo ſimile ſupradictis errantibus. Dãnauit Lamperianorũ errores hos & Luc. 14. & Mat. 11. & Concil. Carthagin. primum c. 3. & Elibertinũ c. 13. & Arelatenſe 2. c. 33. & alia. De quibus oĩbus. uide in Eluc. pri. par. ar. nu. 407. Horũ ẽt reprobationes aliquas uide Gen. 35. con. 3. Leuit. 27. cõc. 1. Nu. 35. con. 1.

Ex con-

¶ Ex concluſione, & prædictis etiam reprobari poteſt radicitus hæreſis Anabaptiſtarum dicentium: homines non eſſe ſubiectos alicui legitimæ poteſtati: & Manichæorum dicentium, poteſtatem ciuilem eſſe reijciendam: & Lutheri dicentis, legem nullam ſiue ab hominibus, ſiue ab Angelis ullo in re Chriſtianis imponi poſſe niſi inquantum ipſi uelint. Liberi enim (inquit) ſumus ab omnibus. Contra Anabaptiſtas ulterius clamant Gen. 16. con. 4 Numer. 16. con. 3. Contra Manichæos Gen. 41. con. 4. Num. 16. con. 3. Contra Lutherum adhuc eiuſdem inconſtantia, & contradictio, ad nauſeam uſque repetita. Quoties ille ipſe negat liberum arbitrium? Quoties hoc dicit eſſe rem de ſolo titulo, aut titulum ſine re? Nunc autem ueritati liberi arb. tantum tribuit: ut contra textum hunc, omniumque ſcripturarum ſacrarum concordiã, obnixè contendat; nulla lege poſſe libertatem noſtram aſtringi. Vide & ratione & auctoritate multipliciter conuinci prædictos in pri. par. art. nu. 255. 412. 569. cum Elucid. Item in Addi. ar. num. 43. cum Elucid.

Text. DE fructu ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus: nè comederemus, & nè tangeremus illud.

Concl. 3. *Tentatori maligno, ſeu indiſciplinato, non debemus reſpondere.* [Ex eo.]

Ratio NAM quia mulier nõ dixit ſimpliciter (ut debebat) obedientia ſic iuſſit, cui obedire ſimpliciter uolo: ideò decepta tandem fuit.

Not. 1. HUC attendant omnes, qui de inobedientia à diabolicis perſonis impetuntur (puta illi, qui ab hæreticis de falſa libertate, aut de alijs falſis dogmatibus contra ſanctam eccleſiam Romanam ſolicitantur): & uigilanter inſpiciant, quomodo in huiuſcemodi tentationibus ſeſe habere debeant; nè quando, ut Eua, decipiantur, & cadant: obſeruent maximè in talibus uniuerſaliter illud prouer. 26. Nè reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.

¶ Permiſſa docere filios ſuos uoluit Eccleſia catholica, quando loquens de prælio magno cœli narrato ab Apocalip. 12. inquit; factum eſt ſilentium in cœlo, dum draco cõmitteret bellum, & Michael pugnauit cum eo, & fecit uictoriam. Ac ſi apertius dixiſſet. Michael draconi malignanti cõtra obedientiam de adorando unigenito Dei in carne per uiſum tunc apparente, & inobedientiam ſuam cæteris angelis ſuadenti, noluit reſpondere diſputando de rationabilitate præcepti diuini expreſſi Pſal. 96. Adorate eum omnes angeli eius, & hebr. 1. cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ dicit, adorent eum omnes angeli Dei; noluit, inquam, in uanum diſputando reſpondere: ſed ſimpliciter obedire deuotiſſimè elegit. Ideoq; ſic pugnando per humilẽ obedientiam ſuperbum indagatorem totaliter uicit. Quaſi per hæc dixerit. Deus, qui me creauit, ille mihi præceptum hoc, contra quod tu ſuades, præcepit: & eum mihi ſic præcepiſſe, ſufficit ad obſtruendum os tuum; & aliorum tibi ſimilium loquentium iniqua, & extollentium ſe aduerſus rationabilitatem mandatorum Dei.

In officio S. Mich. Archangeli.

Angeli à principio cognouerunt incarnationẽ Christi; eũq; diuinis præmonſtratum iuſſi ſunt adorare.

¶ Hinc uides, quàm benè ſancti patres fecerint, quando tanti æſtimarunt ſilentium; quaſi per hoc uolentes caſtigare linguam de prima iſta Euæ tranſgreſſione; ſimulq; monſtrantes, quòd eſſe linguoſum nocet magnopere, & eſt uia ad hoc, ut faciliter corruamus; origoq; parùm cognita multorum malorum. Quæ uniuerſa breuibus concluſit Pſal. 139. uir linguoſus non dirigetur in terra. Hinc, Spirituſancto aſſiante, practicaliter edoctus beatus Benedictus Abbas (ut in uita eius legitur) diabolo ſe uocanti non reſpondebat. Hinc Diabolus ipſe contra Benedictum non reſpondentem iraſcebatur magis, atque conuicia improperando dicebat; Maledicte & non Benedicte, cur me perſequeris? Hinc in Pſal. 38. dicitur, poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me. Et qualem cuſtodiam poſuerit tunc ori ſuo, declarans ſubdit; obmutui & ſilui. Atque adeo Silendum tempore, quo tentator conſiſtit aduerſum nos, docuit: ut ſilendum etiam à bonis tunc, admoneat dicens; ſilui à bonis. Nullo modo igitur diſputandum eſt contra malam uoluntatem propriam, uel alterius: quando nobis ab ea ſuadetur, non obediſe. Hoc ipſum docere intendebat. B. Aug. uniuerſaliter omnes, quando ſub exemplo Abrahæ, lib. 16. de ciui. Dei, ait; nunquam crederet Abraham, quòd uictimis

Not. 2. Silentiũ multa bona operatur. multorumq; bonorum cauſa eſt.

Obedientia debet fieri ſimpliciter, non contra diſputandum.

Deus delectaretur humanis; quamuis diuino intonante præcepto obediendum ſit non diſputandum. De hoc eodem et à philoſopho documentum habemus 1. topic. c. 9. ubi ait, quod indiſciplinati eſt ſollicitum eſſe contra ſuadentem manifeſte improbabilia. Quin & a Catone ibi. Cõtra uerboſos (hi ſunt prædicti taliter ſuadentes) noli contendere uerbis. Manifeſtè autem improbabilia, ſicut & uerboſa, ſunt illa omnia: quæ militant contra obedientiam nobis à ſacris tùm ſcripturis, tum hominibus millies inculcando commendatam. Vide ſupra concl. 2. cùm ſuis annexis.

¶ Applica concl. ſ. per oppoſitum, ad Io. 5. Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum & ambula. Ecce. Non diſputat contra malignantium phariſæorum argumenta, quando de obedientia agitur: ſed contentus eſt contra omnia & adducta, & adducibilia in oppoſitum, allegare, hoc fuiſſe ſibi mandatum à benefactore, & ſuperiore ſuo. Vnde per tale reſponſum ſimplex (ab omni diſputatione alia ſcilicet præſcindendo) & ab obedientia incepta nec lato ungue diſceſſit, illam interrumpendo; & obloquentes phariſæos ita cõfudit, ut muti redderẽtur omninò. En modus faciliter uincendi hoſtem: quem ſi Eua in propoſito, de quo textus, obſeruaſſet; uictrix utique contra ſerpentẽ, quãuis callidũ, fuiſſet.

NE comederemus, & nè tangeremus illud. *Text.*

Concl. 4. *In præceptis Dei ſubintelligitur etiam uitatio occaſionum contrafaciendi.* [Ex eo]

VIDE præceptum factum primis parentibus (ſupra c. 2.) & nõ inuenies, fuiſſe expreſsè prohibitus eis pomi tactus; ſed ſola comeſtio. Vt quid ergo dicit nũc mulier: Deum ſibi præcepiſſe, nè tangeret pomum. Ad inſinuãdum; quòd Deus intendit ſub fine et media ad finẽ, proportionaliter tamen. Vult ſiquidem finem hunc, nè ſ. primi parentes comedant pomum. Quid ſub illius finis uolitione includit? Media ad finem illum aſſequendum. Quæ ſunt media talia? Non aſpicere pomum, non demorari in pomi aſpectu, non tangere pomum. Qui enim non aſpicit pomum, qui in huius aſpectu non demoratur, qui non tangit illud, non comedet illud: Et non tantum non comedet, ſed faciliter iſtud. ſ. non comedere, adimplebit. Vt ergo nobis & præceptum, & uiam faciliter adimplendi præceptum, oſtenderet Deus: is ſub præcepto inhibitorio inhibuit & occaſiones. Nõ autẽ intelligas, quod occaſionũ inhibitiones eodẽ modo aſtringant: ſed proportionaliter (ut dixi). Nã præceptum ſub pœna mortis aſtringit: occaſiones autem, ſecundum quòd magis, & minus appropinquant tranſgreſſioni præcepti, intelliguntur prohibitæ ſub illo præcepto; non tamen ſub pœna mortis, ut occaſiones ſunt. Vide compend. Alberti Magni lib. 7. cap. 69. in ſcholiis. *Ratio.*

NE fortè moriamur, &c. *Tex.*

Concl. 5. *Quantum deficit fides, tantum proficit tentatio.* [Ex eo]

QUIA dubitare de ueritate dicti diuini Eua incepit: ideò caſui de comeſtione ligni uetiti paulatim appropinquauit, & tandem totaliter comedendo corruit. Dubitauit ſanè: quoniã Deus non dixit in ancipiti, fortè morieris, ſi comederis: ſed aſſertiuè, & magna quidem emphaſi iuncta protulit, Morte morieris. Ex hac illius ſtulta dubitatione factum eſt; ut & aures ſerpentinæ ſuaſioni futuræ accommodarit, & imbecillitatem ſibi cauſauerit, & ſerpenti animum ſeipſam ſeducendi cõfidentius addiderit (ut patet rectè conſideranti). Quid? Tandẽ oculos fixit in pomum, ipſius delectabilitate allecta eſt, manus pro eius ablatione admouit; rapuit, comedit, conſortem ad comedendum induxit; ſicque in mortem ſibi ſub comminatione prænunciatam concidit ipſa, & domus eius tota (quæ ſua eſt poſteritas). Ecce, quò defectus fidei proceſſit: quantas turbas undique ſuſcitauit. Propter ly fortè, & gratia, & gloria, & paradiſo terreſtri, ſpoliatur; ſtatimq; multis miſerijs repletur. Et, niſi Dominus miſericorditer ei reliquiſſet ſemen (ut in textu) quod eſt Chriſtus: ipſa tùm hic ſemper uixiſſet impœnitens, tùm poſt mortem in infernũ detruſa cum ſuis omnibus puniretur æternum. *Ratio.*

ERGO non poteſt tam paruus eſſe error in fide; quin in maximum nocumentum cedat. Nec mirum. Nã fidei credibilia ſunt prima principia totius chriſtiani uiuere: quemadmodum in unaquaque ſcientia aſſignantur propria principia, *Corol.*

tanquam fundamentum omnium in ſcientia illa repertorũ. Patet autem philoſophum 1. cœli. tex. 33. docuiſſe, quòd paruus error in principio magnus (ſcilicet per antonomaſiam) eſt in fine. Hoc eſt, Minima corruptio principiorum importat deſtructionem omnium ex principiis illis dependentiũ. Vnde S. Thom. 1. 2. q. 78. ar. 4. dicit hæc uerba: Semper defectus principij eſt peſſimus. Nota tu ibi ly ſp, & ly peſſimus, pro immanitate nocumenti erroris etiam parui in principiis. Quod quidem ab exemplo notiſſimum eſt. Quia enim cor in homine eſt id, à quo uita procedit in corpus ſuũ; ideo videmus, quòd paruum vulnus in corde eſt maius quàm maximum vulnus in reliquo corpore, peiusq; detrimentum toti homini affert, quam alterius partis corporeæ grandis infirmitas. Minus enim malum reputabunt ſapientes omnes abſciſſionem totalem brachij dextri, amborum etiam pedum, oculorum, & aurium: quam tantillam in corde ſectiunculam. Quare? Quia hæc cordis minima iactura totam vitam hominis auferet, mortem cauſando: illa verò & brachij, ſimulque pedum, oculorum, ac aurium plaga vitam quidem ipſarum partium tollet, ſed totam hominis nõ item. Adhibita namq; medella aliis partibus, experimur ſæpè, quòd mors totius hominis inde nõ ſequitur: cum tamen vulneri illi in corde inflicto nullam medellam pro morte inde propulſanda remedium afferre, nouerimus. Et vnde tanta tandis differentia: niſi quia cor eſt principium vitæ humanæ, cætera verò membra non? Sic in propoſito. Credibilia fidei catholicæ, cuiuſmodi eſt, Deum eſſe veriſſimum in dictis ſuis, ſunt principia totius vitæ ſpiritualis: & ideo quod paruus error (vt ly Fortè) uidetur in ipſis, non paruus equidem, ſed maximus eſt, vt de Euæ rei probauit euentus. Ergo nõ mirum; ſi Apoſtolorum princeps filiis ſuæ paſtoralis curæ commiſſis atheſtati, diabolo ſcilicet, tanquã Leoni rugienti per circuitum quærenti quem deuoret, reſiſtite fortes in fide 1. Petr. 5. Ac ſi apertiùs diceret. Tandẽ diabolo reſiſtens, ipſũ vincetis, fugereque facietis; quandiu in fide conſtantes eritis: Et è cõtra. Hoc eſt, Si in fide conſtantes aliquãdo nõ fueritis, nec diabolo reſiſtere, ipſum vincere, atque fugare, non poteritis. Vincetis, inquam, & fugere facietis: quoniam & B. Ioannes 1. cap. 5. ait, hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra; & B. Iacobus cap. 4. dicit, reſiſtite diabolo, & fugiſtis & à nobis. Eua igitur pro illo, quòd nõ reſiſtit per fidẽ diabolo, diabolum non uicit neque ipſum fugauit; imò per hoc ſuum non reſiſtere à diabolo victa eſt, atque de ſtatu illo, & corporaliter, & ſpiritualiter fœliciſſimo fugata. Ergo non mirum; ſi Dominus volens monſtrare, quòd iniquitates, de quibus Matth. 24. multiplicabuntur in tempore nouiſſimo, ait Luc. 18. Cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Ecce quòd Chriſtus per hoc oſtendit, uel tenuiter penetrans; quòd defectus fidei eſt cauſa, & defectus bonorum morum, & augmenti iniquitatum: id quod in cõcluſione præſenti expreſſum eſt per ly tantum profecit tentatio. Hanc ob rationem a Sacris Theologis pro regula firmiſſima edocemur; quòd fides eſt fundamentum omnium virtutum: in qua doctrina implicatur, quòd infidelitas eſt origo omnium vitiorum, non quia omnes vitioſi ſint infideles (quod eſſet contra Concilium Triden. ſeſſ. 6. cap. 15. & can. 27. 28.) ſed quia infideles ex infidelitate operantes patent omni vitio. De hoc theologorum dicto, quomodo ſcilicet rectè intelligendum ſit; vide Compend. Alber. Mag. lib. 5. cap. 29. ſchol.

Fides firma & neceſſaria eſt maximè in tẽpore tentationis.

¶ Ne tibi aliquando propter prædicta errare contingat, ſoli fidei aut iuſtificationem noſtram, aut ſalutis æternæ conſecutionem, attribuendo (quæ ſunt hæreſes Lutheri, & Arrij) vide idem Compend. lib. eod. cap. eod. & 19. cum Scholiis, & in Elucid. pri. par. art. num. 4. Ex his namque locis textum huiuſ pro quanto fidem implicitè quodammodo innuit, & circa textum ipſum nunc prænotata, ſine peruerſi ſenſus occaſione ſecuriùs penetrabis.

Nec contra, &c.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HÆc Concluſio 5. cap. 3. ſuo textu ſcripturæ coniuncta, valet apertiſſimè contra hæreſim Caluini dicentis: quod Deo volente, & iubente, diabolus mentitur in cordibus hominum. Patet enim, hinc ſequi neceſſariò totum oppoſitum. Quemodo namque diabolus mendax eſt mandato Dei, ſeu iubente Deo: cum in præſenti textu manifeſtiſſimè conſtet, diabolum tam directiſſimè contra expreſſum Dei verbum mentitum, vt uidiſ ſupra? Damnatum quoque (ſi tamen, vt oportet, mendacium noueris eſſe opus malum) Caluinum vide à Concilio Trid. ſeſſ. 6. canon 6. Si quis dixerit: mala opera, vita vt bona, Deum operari non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe; adeo vt ſit proprium opus non minus proditio Iudæ, quàm uocatio Pauli: anathema ſit. Hæc ibi. Item de operibus malis, ſeu peccatis, dicit Deus Iſa. 65. Faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis. Et 66. quæ nolui, elegerunt. Damnatur quoque multipliciter à Gen. 3. con. 10. ubi & impoſſibile eſſe mõſtratur ex 1. 2. q. 79. art. 1. quòd Deus ſit cauſa peccati aliquo modo, ſcilicet directè, indirectè, per ſe, per accidens. Contra nefandiſſimas has Caluini blaſphemias, applicabis & concilia, & ſcripturas, & ſi quæ ſunt alia ibi dicta, atque citata. Damnatum & ab Oſeæ 13. Perditio tua ex te Iſrael eſt. Per quæ propheta monſtrat; quòd peccatum creaturæ, quod eſt illius perditionis cauſa, procedit ex ipſa creatura; & per conſequens quòd non ex Deo: & maximè quia ſequitur ibi, in me autem tantum modo auxilium tuum. Ac ſi per contextum ipſum dicatur, Ex te ſolùm, & nullo modo ex me Deo, procedit peccatum tuum, ô creatura. Item a pſal. 5. Deus non volens iniquitatem tu es. Cum igitur omne mendacium, maximè diabolicum, ſit iniquitas: patet directè ad literam contra Caluinum dicentem, ly volente Deo. Item a Ioa. 8. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Vbi quoniam de diabolo expreſſè loquitur, patet: quòd ipſe de ſuo habet, quòd mentiatur, non aliunde. Et nota; quòd ibi ſit ſermo de mendacio illo, quo noſtros primos parẽtes occidit. Ibi enim dicit, quòd ipſe homicida erat ab initio. Ergo hominum, qui ab initio temporis repertus eſt, ibi narratur occidiſſe. Et quo instrumento? Mendacio. Propter ſignificandum enim inſtrumentum occiſionis; ſermonem de mendacio diaboli ſubinferre: alioquin videretur minus ad propoſitum, qui illum dixerat homicidam, facere: quod non eſt dicendum. Reſtat ergo, ut Chriſtus principaliter loquatur de mendacio ſerpentis diaboli, quo primis parentibus dixit, nequaquam moriemini; & conſequenter quòd aſſerat, tale mendacium prouenisse ex officina propria diaboli; ideſt diabolum ex propriæ voluntatis malitia, non aliundè (ut Caluinus docturus erat) confinxiſſe ſibi mendacium huiuſmodi. Damnatur & hæreſis prædicta à Gen. 3. Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia &c. Quid fecit diabolus? Mentitus eſt; & ſic decepit. Si mentitus volente Deo, & iubente: vtique mendacium eius non eſt peccatum, nec pœnam meretur; ſicut nec acceptio uxoris fornicariæ ab Oſea, nec uolitio mortis filij ſui ab Abraham, quia mandante Deo hæc voluerunt. Pœna igitur a iuſtiſſimo Deo inflicta diabolo propter mendacium declarat apertiſſimè; quòd diabolus mentitur contra uoluntatem Dei. Vide Elucid. pri. par. art. nu. 320. 259. 123. 525.

NEquaquàm moriemini. *Text.*

Concluſ. 6. *Diabolus eſt pater mendacij.*

]Ex eo.]

NAM ſicut pater ex proprijs, ideſt ex propria ſubſtantia, generat filium: ita diabolus ex propria officina, non quidem ſuæ malæ naturæ (cùm natura bonus ſit pri. par. art. nu. 323. cum Elucid. contra hæreſes) ſed ſuæ malæ voluntatis, generat mendacium. Non eſt itaque ſolummodò mendax, ſed etiam pater eius Ioa. 8. ſcilicet mendacij. Primus enim ipſe inuenit mendacium, ut uides diſcurrendo a Gen. cap. 1. uſque huc: quoniam in tanto ſpacio nullum mentitum fuiſſe comperies, niſi diabolum & ad hominẽ nunc, & ad ſeſe prius. Illud nanque eius, tanquàm patris, fuit primò primum mendacium, quod ipſemet in cœlo empyreo commiſit quando peccauit decipiendo ſemetipſum per hoc, quòd deſiderando eſſe Deum attribuerat ſibi mẽdaciter alia, quæ ſupra ſe erat, vt optimè docet D. Thomas 1. q. 63. art. 3. Siue ergo reſpectu ſui, ſiuè reſpectu hominis diabolum in mentiendo attenderis; nullum priorem ab ipſo inuentorem mendacij reperies, ac propterea duplici iure mendacij patrem, ad aliorum mendacium differentiam, ipſum in concluſione uocaui dicẽs. *Ratio.*

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PRÆDICTA Concluſio 6. cap. 3. ſic literaliter intellecta de tentatione ſerpentis, deſtruit errorem Origenis dicentis: quod ſerpentis iſta tentatio allegoricè, & figuratè, non autē hiſtoricè intelligenda eſt (hoc refert de Origen. Melchior Cano de locis theolog. lib. 12. capit. 7.) Et Ophitarum hæreticè dicentium: quod ſerpens, qui Euam decepit, fuit Chriſtus. Patet enim hic rectè diſcurrentibus totum contrarium. Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio ſic literaliter (ut dictum eſt) de ſerpentis tentatione intellecta firmatur, ab Apoſtolo 2. Cor. 11. timeo autem, nè ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus ueſtri, & excidant à ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto. Vide quantam differentiam faciat Apoſtolus inter ſerpentem iſtum, & Chriſtum. Nam ſerpenti attribuit hanc proprietatem, quod ſeducat, quod aſtutia mala id faciat, quòd corrumpat ſenſus; quod faciat excidere à Chriſto: quorum omniū oppoſitum è regione conuenit de Chriſto, quod ſcilicet nō ſit ſeductor, quod non ſit in malum aſtutus, quod non ſit ſenſuum corruptor, quod non faciat excidere à ſeipſo. Rurſus. Serpentem qui ſeduxit Euam, abduxiſſe à Chriſto, & per conſequens fuiſſe cōtrariū Chriſto, indicat ibi Apoſtolus (ut uel mediocriter uerba eius conſideranti patet); quia de re neceſſe eſt ſecundū Apoſtolum aſſerere: quod impoſſibile omninò ſit, illum ſerpentem fuiſſe Chriſtum. Taceo; quod & ibidem innuitur ab Apoſtolo ipſam ſerpentis primam tentationem hyſtoricè eſſe intelligendam. Damnatur & ratione, & auctoritate multiplici ab eximio Eccleſiæ doctore Sancto Thoma pri. par. art. num. 77. 404. 475. cum Elucid. ſemper. Item à Gen. 3. con. 24. Damnatum intellige Origen. errorem ab Auguſtino 13. de Ciuit. Dei, & lib. 12. ſuper Geneſim; quādo tradit regulas rectè interpretandi Sacras Scripturas: de quibus omnibus uide ſupra Gen. 2. con. 15. Damnatur item manifeſtiſſimè Ophitarum impiiſſimum dogma à Luc. 1. coniuncto Gen. 3. In Geneſi enim ad illum ſerpentē à Deo dicitur, maledictus eris inter omnia, &c. ideſt præ omnibus, & in Euangelio ſecundum Lucam habetur, quòd Eliſabeth repleta Spiritu ſancto, ideoque eius diuino inſtinctu mota exclamando ad B. Virginem dixit, benedictus fructus uentris tui. Et quis erat ille fructus uentris ſanctiſſimæ Virginis, ſic fragrantiſſimus, ut eius odor ad nares ſpirituales Beatæ Eliſabeth tām mirabiliter perueniret, niſi Dominus noſter Ieſus Chriſtus? Adde; quòd fructus hic dictus eſt ibi benedictus antonomaticè, & in ſe & in alijs. In ſe quidem: quoniam benedictionibus omnibus à creatura participari poſſibilibus, & omni eo modo, quo participari poſſunt, repleta fuit anima Chriſti. Pro qua re ſpecialiùs intelligenda, uide Compend. Alber. lib. 4. c. 14. 15. cum Schol. In alijs uerò benedictus antonomaticè eſt; inquantum benedicuntur in eo omnes gentes. Hic eſt enim, de quo principali intuitu (uide Elucid. pri. par. art. num. 104.) dictum eſt ad Abraham Gen. 22. in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. In cuius euidens teſtimonium Apoſtolus Galat. 3. illud exponens ait: Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius; non dicit, in ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Item damnatur ab Apocalipſi per hoc, quod oſtendit; Chriſtum eſſe uehementer contrarium ſerpenti iſti antiquo, ideſt diabolo. Nam ibi dicitur cap. 12. Proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui uocatur diabolus, & Sathanas, qui ſeducit uniuerſum orbem; & proiectus eſt in terram, &c. Nunc facta eſt ſalus, & uirtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius; quia proiectus eſt, &c. & ipſi uicerunt eum propter ſanguinē agni. Hæc ibi. Ecce ad literam: quod ille ſerpens antiquus, qui in primis parentibus ſeduxit uniuerſum orbem, à Chriſto tam diuerſus eſt; ut quando ille proiectus dicitur in terram, tunc Chriſtus dicatur in uirtute, in regno, in poteſtate, exaltatus; & quando ille deijcitur, Chriſtus ſublimetur; & quando uincitur à Sanctis Angelis, dicatur uinci ab eis propter ſanguinem agni, ideſt in uirtute Chriſti Ieſu, qui ut agnus immaculatus occiſus eſt (ſecundum ſcripturas). Inferas adhuc ſic, & clariùs. Propter quod unumquodque, & illud magis, (primò poſteriorum): ergo ſi Angeli Sancti uicerunt illum ſerpentem pp ſanguinē agni, ſequitur, quod multò magis agni ſanguis uicerit illū. Item dicitur Apocal. 20. quod Angelus apprehē. draconē, &c. Magni conſilij Angelus eſt Chriſtus, Iſa. 9. ſm tranſlationem 70. interpretum: ubi noſtra translatio habet: Vocabitur admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Voluit ergo Apocalipſis ibi dicere ad literam; quod Chriſtus ligauit ſerpētem antiquum in abyſſo. Quod idem Ioannes in Euangelij cap. 12. dixit his uerbis, princeps huiuſmodi eijcietur foras.

IN quocunque die comederitis ex eo; eritis ſicut dij, ſcientes bonum, & malum. *Text.*

Concl. 7. *Diaboli prima tentatio contra protheparentes fuit de tribus; ſcilicet gula, auaritia, ſuperbia.* [Ex eo.]

Ratio. NAM expreſſit gulam, quando ad pomi uetiti comeſtionem eos animauit; auaritiam verò, quādo eis ſcientiam boni & mali promiſit, ſuperbiam autem, quando eos ad appetitum diuinitatis extollere curauit. Gula ergo per ly comederitis, ſuperbia per ly eritis ſicut dij, auaritia per ly ſcientes bonum & malum, importatur. Auaritia enim (ſecundum B. Gregorium in homil. 16. ſuper Matth. 4.) non tantum pecuniæ eſt, ſed etiam ſublimitatis honoris. Niſi enim, inquit, ſublimitas inordinatè appetita ad auaritiam pertineret; nequaquam de filio Dei Apoſtolus diceret, quod non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, Philip. 2. Nonnè rapina iniuſtitia quædam eſt ad auaritiam ſpectans? Vtique ex 2. 2. q. 66. artic. 4. & q. 118. art. 1. 2. 3. 4. Ambitio itaque ſupra modum ſublimitatis honoris, auaritiam quodam concernit. Hæc autem ſublimitas, in propoſito, fuit ſcientia, & non qualiſcunq; ſed diuinitati cōueniens. Vnde tentator non ait ſimpliciter, ſcientes bonum & malum; ſed ſcientes ſicut dij. Sic enim ordinatur literæ ſenſus intentus à ſerpente; Eritis ſicut Dij, ſcientes, ſicut ipſi dij, bonum & malum. Ad appetitum ergo ſcientiæ ſupra modum hominis excedentem homines per hoc euehere conatus eſt: & conſequenter ad auaritiam ſummam.

Coroll. ¶Ergo omne quod eſt in mundo (ideſt omne, per quod tentamur) aut concupiſcentia carnis eſt. (En gula, uel etiam aliud huiuſmodi), aut cōcupiſcentia oculorum (en auaritia, ſeu cupiditas) aut ſuperbia, uitæ (en uana gloria, ſiuè ambitio). 1. Ioan. 2. Dixi, omnē quod eſt in mūdo, ideſt omne per quod tentamur: quia expoſitionem hanc Apoſtolus Heb. 4. & Luc. 4. inſinuant; quandò ille dixit, quod filius Dei tētatus eſt per omnia; & iſte ait, quod conſummata omni tentatione diabolus receſſit ab illo, ſcilicet Chriſto. Si enim coniunxeris hæc Apoſtoli, & Euangeliſtæ dictis Matth. 4. quod ſcilicet Chriſtus tentatus eſt ſolummodò de gula, auaritia, & ſuperbia: tunc uidebis liquidò quod omnis tentatio reducitur ad tria illa tantùm, & conſequenter quòd qui de tribus illis tentatur de omni tētatione tētatur. Quòd verò tentationes omnes reducantur tandem ad illa tria, uide 1. 2. q. 77. art. 5. Ergo tentatio primi Adam, & nouiſſimi Adam fuerunt ſimiles: ueex Matth. 4. Luc. 2. elicitur. Ergo ſuperbia eſt initium omnis peccati Eccl. 1. & cupiditas eſt radix omnium malorum. 1. Tim. 6. inquantum ſcilicet fuerunt primorum parentum peccata; & inquātū diabolus in tentando ſemper ab illis incipit. Circa cupiditatē tamen oculorum aduerte, quæ dicta ſunt ex Greg. ſuprà, & uide 1. 2. loco citato.

BOnum erat lignum ad veſcēdum, pulchrum oculis, aſpectu delectabile. *Text.*

Concl. 8. *Nocumentum primis parentibus non uenit ex malitia cibi.* [Ex eo.]

Ratio. SI malitia aliqua illius cibi fuiſſet cauſa nocumenti, quod ex comeſtione illa protoparentibus aduenit; tunc ſcriptura dixiſſet, quòd lignum erat malum ad ueſcendum aut deforme oculis, aut aſpectu contriſtabile. Per hoc igitur, quòd nihil horum, ſed totum oppoſitum de ligno illo dicit: intelligendum neceſſariò relinquitur id quod concluſio expreſſit. Et quidem à fortiori. Non enim per textum præmiſſum negauit ſolùm ſcriptura quòd lignum eſſet malum: Sed etiā affirmauit, quòd multiformiter eſſet bonum.

Coroll. ¶Ergo ſcriptura per tale dictum apparuit primò ſenſum negatiuum ciborum in lege Iudæis olim prohibitorum.

Monſtrando ſiquidem uniuerſaliter nunc, q̄ cibi etiā à Deo prohibiti, non ſunt ſecundum ſeipſos mali, commonſtraſſe intelligatur, oportet: quòd prohibiti non fuerunt in lege Iudæis aliqui cibi propter malitiam ciborum. Nec obſtat, eorum aliquos ſanitati corporali fuiſſe minùs aptos, uel etiam infenſos: ut Doctor Angelicus in 1.2.queſt. 102. artic. ſexto, ad argu. primum ait: quoniam illa eorum malitia non eſt culpæ (in quo ſenſu loquitur concluſio) cùm ſecundum ſe animā hominis non coinquinēt Matth. 15. ſed eſt malitia corporis, cùm ſecundum ſe aliquod incommodum corpori comedentium afferre ſoleant. Quis autem ſit illorū ſenſus affirmatiuus, idest quare in lege prohibiti ſint, uide ibidem ſancto Doctore. Secundò eadem hæc ſcriptura p
a tale dictum aperit ſenſum negatiuū ciborum in Eccleſia prohibitorum, ideſt quare prohibeātur fidelibus ab Eccleſia quidam cibi pro tempore puta in uigilijs Sanctorum, dominicis quadrageſimæ, ſextis ferijs, ſabbato &c. Cùm enim hac ſua cōcluſione declaret textus, quòd cibus à Deo prohibitus non erat ſecundū ſe malignus, imò benignus: & in mandatis ſuis Eccleſia Dei ſponſa ſponſi ſui intentionem imitetur, iuxta id Eccleſiæ principaliter appropriatum, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? 2. Cor. 13. patet: quòd per concluſionem eandem etiam declaratum relinquit; Eccleſiam ipſam neque prohibere cibos ꝓpter malitiam aliquā naturalem ciborum, neque inde tranſgreſſoribus peccatum mortiferum, quod prouenit, deriuari. Nūquid non & Eccleſia ipſa manifeſtat hoc idem, ſcilicet ſe non prohibere cibos propter malitiam ciborum ſecundum ſe: quando acceptat Apoſtolum. 1. Tim. 4. dicētem, quòd omnis creatura Dei bona eſt, & quòd nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur? Vtique. Nam ibi deſignat Apoſtolus, & ipſa, quòd nullus cibus ſecundū ſe malus eſt malitia (ut diximus) culpæ. Quo et in ſenſu dixiſſe Chriſtum Matt. 15. cibum nullum, quod intrat intros coinquinare hominem, Eccleſia non ignorat, ſed deuotiùs reueretur. Porrò prohibere cibos intentione tali, quaſi quòd ex natura ſua mali ſint (modo prædicto) pertinet ad hæreſim illorum, quos tāgit Apoſtolus. 1. Tim. 4. dicens, diſcedent quidam à fide attēdentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquētium, abſtinere à cibis. Vide ibi ſuper epiſt. B. Pauli eximium Eccleſiæ doctorem Diuum Thomam, quinam ſint illi hæretici, quos oppugnat tunc, & expugnat Apoſtolus.

Not. cōt. her. ¶ Cæterùm quis ſit illorum ciborū ab Eccleſia prohibitorum ſenſus affirmatiuus, ideſt quare ipſa filijs ſuis illos prohibeat! uide 2.2.q. 147. ar. 6. & 8. Vt facilius & intelligere concluſionem præſentem, & interimere poſſis errores contrarios, uide ſupra capitu. 2. concluſ. 9. per totum, & Elucidationes pri. par. arti. num. 494.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

Adam. VConclusio. hæc. 8. cap. 3. deſtruit inſaniſſimos errores Adamianorum, qui (ut refertur in Direct. Inquiſit. 2. par. q. 4.) nudi orant, & nudi inter ſe mares fœminæque conueniunt; ut imitetur nuditatem Adæ. Et Turrilupinorū (ut refert Alphonſus Caſt. adu. hæreſ. tit. uerecundia.) dicentium, uerecundiam non eſſe habendam, nec ullo pacto erubeſcendum, de quacunque re donata nobis à natura; & uerecunda omnia publicè in nudata geſtari poſſe, ac in publico poſſe homines, ut iumēta, ſimul coire. Patet enim hinc, totum oppoſitum debere cōcludi. Nam Adam poſt primam illam innocentiam & ſibi & nobis (iuxta Conciliū Tri. ſeſſ. 5.) amiſſam de nuditate corporali erubeſcit, ipſamque cōtegere ſatagit. Vnde non imitantur Adamum ij, qui de nuditate non uerecundantur, eamque uelare non curant: ſed contra imitationem eius faciunt. Quòd ſi ſtatum illius primæ innocētię adducant in medium, dicentes ſe uelle imitari illū: reſpondendum, quòd ſtatus ille non eſt in hoc pro præſenti uitæ recuperabilis. Nam omnes nos contrahimus peccatum originale (iuxta Concilium Trid. ſeſſ. 5.) quod eſt directè contra illam primā innocentiā: & hoc peccatum licet in baptiſmatis tranſeat reatu, remanet tamen ſemper actu; inquantum concupiſcentia ſeu fomes, relinquitur ipſis ad agonem: licet nullā ueram, & propriam peccati rationem habeat (iuxta idem concilium ibi). Damnantur quoque dupliciter, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à Gen. 9. per hoc, quòd ſcriptura illa ſacra uituperat ipſum Cham, maledictūmq; iuſtè à Noe patre ſuo inducat, eò quòd uerenda patris caſu nudata nō cooperuerat; & per hoc etiam quòd laudat ipſos Sem ac Iaphet, eoſque benedictos uiſſè à patre commemorat, eò quòd pudenda illa patris ſolicitè, ac reuerenter contegerant. Item damnantur à 1. Cor. 14 Omnia honeſtè, & ſecundū ordinem, fiant in uobis. Item à natura ipſa. Nam honorem, & ſanè abundantiorem, circundamus naturaliter circa ea, quæ in nobis uerecūdiora ſunt: ut etiam 1. Cor. 12. tetigit Apoſtolus. Damnantur & ab ipſis grammaticalibus uocabulis: quibus tales inferiores partes nominantur. Cur enim nominantur uerenda, ſeu pudenda; niſi ut de ipſis nudandis uerecundari nos, & pudefieri, debere monſtretur? Item à Deo, per hoc: q̄ in Exod. c. 39. de fęmoralibus habendis à ſacerdote intrante ſancta mandat, in tegumentum huiuſcemodi partium; quas tùm Adamiani, tùm Turrelupini, reuelare contendunt. Vide quoque Addi. art. num. 269. cum Elucid. vnde poteris abundāter prædictos explōdere: cùm partim conueniant cum brutalibus Cynicis, de quibus ibi.

¶ Pro concluſionis textus ampliori expoſitione uide. 1. q. 95. art. 1. & 1.2. q. 41. ar. 4. & 2.2. q. 75. ar. 1. & q. 107. ar. 2.

COgnouerunt ſe eſſe nudos, & conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Text.

Concl. 9. *Peccata ſecundum ſe ſunt erubeſcibilia; & corporalis nuditas poſt peccatum eſt erubeſcibilis.* [Ex eo.]

Ratio. ISTA namque cognitio non fuit cognitio præciſè; ſed cognitio cum erubeſcentia. Ac ſi dictum fuiſſet: cognouerunt, ideſt cognoſcendo erubuerunt, ſe eſſe nudos. Non quia prius non cognouerint, ſed quia prius ſe eſſe nudos cognoſcendo non erubuerint. Non enim aliquo modo credendum eſt, protoparentes in tām perfecto ſtatu creatos fuiſſe productos cæcos, aut inſenſatos, ita quòd non uiderent aut non apprehenderēt cognitione & ſenſitiua & intellectiua nuditatem propriam: cùm in cognitione etiam aliarum rerum omnium perfecti eſſent ſaltem Adam (ut ſupra dictum eſt cap. 2). Cognouerunt igitur, & quidem perfectè, antea ſe eſſe nudos, ſed non cognouerunt cognitione trahente ſecum erubeſcentiam. Pœna enim quędam eſt erubeſcentia: & ideò ante peccatum, utpote cui pęna debetur, infligenda non erat. Hac de cauſa in fine cap. 2. dixit ſcriptura: quòd erat uterque nudus, & non erubeſcebant. Non dixit, & non cognoſcebant, ſed non erubeſcebant. Nunc ergò, quando ex oppoſito poſt peccatū ait q̄ cognouerūt ſe eſſe nudos, accipit ly cognouerunt pro ly erubuerūt: ut oīa ad inuicē correſpondeāt. In ſignum quoque quòd ly cognouerūt ſumatur pro ly erubuerunt eſt: quod conſuerunt folia ficus & nuditatem perizomatibus cooperire ſtuduerunt; itemque à facie maieſtatis Dei ſe abſcondere curauerunt. Rubor enim (ut patet) hęc omnia cauſat, ut uidelicet rem in nobis erubeſcibilem cooperiamus, & à conſpectu alicuius nobilis perſonę noſipſos abſcondere ſatagamus. Hinc edoctus in textum, ly quis indicauit tibi, quòd eſſes nudus, niſi quia comediſti de ligno, intellige ſic: ideſt quis indicauit tibi quod nuditas tua eſſet erubeſcibilis, niſi quia comedendo de ligno à me uetito peccaſti? Similiter ergo intellige & dictum Adæ illud, Abſcondi me eò quod nudus eſſem, ideſt eò quòd nuditas mea eſſet erubeſcibilis. Quod optimè declarat Auguſtinus 13. de ciuitat. Dei c. 13. dicēs; poſteaquā præcepti facta tranſgreſſio eſt, cōfeſtim, gratia deſerente diuina, de corporum ſuorum nuditate confuſi ſunt. Senſerunt enim motum inobedientis carnis ſuæ, tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ ſuæ. Ex quo Auguſtini dicto datur etiam intelligi cauſa quare prius de nuditate propria non erubeſcebant: quia ſi, deſerente gratia, ſoluta eſt obedientia carnis ad animam, conſequens fit manifeſtè, ut per gratiam originalis iuſtitiæ in anima exiſtentem inferiora corporis ei tunc ſubdita omnino fuerint.

Corol. ¶ Ergo erubeſcentia eſt de re turpi (ut inquit Damaſcenus lib. 2. cap. 15. & Gregorius Nyſſenus lib. 4. de creat. hominis c. 14.): quod quomodo uniuerſaliter intelligatur, uide in ſancto Doctore. 2.2. q. 144. ar. 2. Ergo meritò Eccleſia in officio mortuorū domino dicit; cōmiſſa mea paueſco, & ante te erubeſco. Ergo iure clamat Apoſtolus peccatore alloquēs: quē fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?

Textus. **A**Dam ubi es?

Conclu. 10. *Confeſſio peccati eſt tam accepta Deo: ut hanc Deus prior à peccatore inquirat: quaſi iſtam ei perſuadendo, ad iſtamque eum animando.* [Ex eo.]

Ratio. NAM per ly Adam ubi es, intendit Deus expoſcere cōfeſſionē peccati ab ipſo. Ac ſi apertè dixiſſet, O Adam confitere peccatū tuum; & illud, quod meruiſti propter peccatum, & cognoſce ſtatum miſerum, in quo per peccatum poſitus es. Per hoc enim quòd ego, qui ſcio omnia, ubi quaſi per admirationem dico, ubi es, tacitè inſinuo; & quòd tu non es amplius ibi ubi prius eras; & quòd tanta eſt diſtantia inter felicem ſtatum ammiſſum a te, miſerumq; incurſum; ut in admirationem magnam trahere poſſit etiam me Deum (ſi admirationis eſſem capax), & quòd ſtatus ubi nunc es, tot tantiſque miſerijs plenus exiſtit; ut nihil ſuprà. Ecce quot & quanta ſenſa continet ly Adam ubi es: quæ omnia ad quemlibet peccatorem proportionaliter aptari poſſunt; & ad cōcluſionem præmiſſam de confeſſione mirificè ualent (ut patet conſideranti per ſingula).

Textus. **V**Bi es?

Concl. 11. *Initium quantum eſt ex parte noſtri, confeſſionis, atque adeò ſalutis noſtræ, eſt cognitio proprij peccati.* [Ex eo.]

Ratio. NAM idem eſt (ut diximus): Vbi es: ac ſi dicatur. Recognoſce ſtatum tuum miſerum in quem per peccatum cecidiſti. Si uerò Adam miſeriam propriam cognouiſſet: nonnè ipſam abhorruiſſet? Vtique: ſi tamen eā cognouiſſet eo modo, quo eam cognoſcere ipſum oportuiſſet. Quòd ſi eam abhorruiſſet: nonnè de ea pœnituiſſet? Vtique. At ſi de ea, ut oportet, pœnituiſſet; tunc Deus culpam illam Adamo per gratiā habitualem ei de nouo datam abſtuliſſet. Tunc ſiquidem cū iuſtificaſſet. A ſui ergo cognitione Adamo nata fuiſſet ſalus. Quod autē de Adamo nunc dicitur, extende tu etiā ad alios.

Not. cōtra bar. ¶ Non tamen ex prædictis Pelagianus error, quo hæreticè dixit, ſalutis noſtræ principium ex noſtro libero arbitrio eſſe, occaſionem ueram, allatenus habere potū. Ad talem namq; ſui cognitionem a Deo uocante, per ly ubi es, Adamus antea excitatus fuerat: & ideò, ꝙ ſui cognitionē tunc habuiſſet, fuiſſet nō à libero ſuo arb. ſolū ſed et à Deo miſericorditer ipſum vocante & excitante. Ex quo, tanquā exēplo, aliorum quoque omnium iuſtificandorum progreſſus ſecundum ordinem liquet. Primò enim Deus pro bona ſua immenſa bonitate vocat peccatorem: ſecundò peccator ipſi vocationi aſſentire poteſt. Vnde patet: quòd nunquam prima origo ſalutis noſtræ à nobis incipit. Hoc docuit Concilium Trid. ſeſ. 6. cap. 5. Declarat præterea, ipſius iuſtificationis exordium in adultis a Dei per Chriſtum præueniēte gratia ſumendum eſſe, hoc eſt ab eius vocatione, qua nullis eorum exigentibus meritis vocantur: ut, qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuā ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo & cooperando diſponantur: ita ut tangente Deo cor hominis per ſpiritusſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat inſpirationem illam recipiens (quippe qui illā & abijcere poteſt) neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua uoluntate poſſit. Vnde in ſacris literis cùm dicitur, conuertimini ad me & ego conuertar ad uos, libertatis noſtræ admonemur: cùm reſpōdemus, conuerte nos domine ad te, & conuertemur; Dei nos gratia præueniri confitemur. Hæc ibi. Et cano. 3. Si quis dixerit, ſine præueniēte ſpiritusſancti inſpiratione, atq; eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, ut ei iuſtificationis gratia conferatur; anathema ſit. Hæc ibi. Vide idem Concilium pro abundantiori doctrina circa hoc ſeſ. ead. cap. 6. 7. 14. & canon. 1. 2. 4. Ex his omnibus patet: quomodo intelligatur concluſio præſens; & quare in illa additum ſit ly quantum eſt ex parte noſtri.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PER iſta Concl. p not. declarata, 11. c. 3. abundanter deſtruitur hæreticale blaſfemia. Nouatiani dicētis (ut refert Prateolus tit. Caleſtiani) Deū eſſe crudelē. Totum n. oppoſitum hic patet. Damnatur quoque a 1. Ioan. 3. Deus charitas eſt. Ecce: quod non tantum in Deo eſt maximus amor, qui uno verbo dicitur charitas, ſed & Deus eſt eſſentialiter ipſamet charitas. Non poteſt igitur fieri, ut in Deo ſit aliquando uel minima crudelitas; ſicut non poteſt fieri, immò nec fingi, quod in albedine ſit uel ſcintilla nigredo: quoniam utrobique ſit ſermo, de abſtracto, ſcilicet de charitate, & de albedine. Abſtractorum autem, & concretorū differentia hæc eſt: quod quamuis concreta poſſint compati aliquid ſui oppoſiti, tamen abſtracta nullo modo poſſunt. Videmus enim: quòd in re alba, puta in pariete albo, poteſt eſſe aliqua nigredo; & ꝙ in albedine ipſa ſecundum ſe ſumpta nec eſſe, nec fingi eſſe aliqua nigredo poteſt. Sic in propoſito. In re aliqua amante, puta in una creatura amante aliam, poteſt eſſe aliquid crudelitatis; ſed in amore ipſo ſeu benignitate, nihil omninò crudelitatis fingi, aut eſſe, poteſt. Damnatur & a Gen. 6. con. 2. 7. item ab Exo. 12. con. 4. Item a Leui. 1. con. 6. & cap. 26. con. 11. 12. Item a Num. 13. con. 12. Nec obſtat, ꝙ Deo ſint odio impius, & impietas eius, Sap. 14. quoniā hoc non dicit crudelitatem, uel minimam, ſed amorem, atq; iuſtitiam: ut fuſius uidere eſt in Elucid. pri. par. ar. num. 128. ex quo articulo etiam ratione damnabis Nouatianum. Item à 2. Cor. 1. Deus miſericordiarum, & totius conſolationis. Itē à Pſal. 91. Rectus Dominus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Quis autem neſciat: crudelitatem eſſe iniquitatem? Item à Pſal. 144. Suauis Dominus uniuerſis. Qui enim Dominum dicit uniuerſis eſſe ſuauem, utique (& quidem à fortiori) aſſeritipſum nulli prorſus eſſe crudelem. Item a Canticis Canticorum cap. 5. ubi de Deo humanato dicitur; Guttur eius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis. Si totus deſiderabilis: ergo utique nulla ex parte crudelis. Crudelitas enim (ut patet) non eſt deſiderabilis: neque crudelis, ut ſic, eſt diligibilis. Damnatur etiam tùm ratione, tùm auctoritate multiplici à D. Tho. pri. par. ar. nu. 127. 133. 597. cum Elucid. & in Addit. ar. nu. 432. cum Elucid. Item & Gen. concl. x. xij.

CVm audiſſent uocē Domini deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiē; uocauit Dominus Adē, & dixit ei. Vbi es? Quis indicauit tibi, quòd nudus eſſes: niſi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi nè comederes, comediſti?

Concl. 12. *Maxima Dei bonitas in conuerſione peccatoris exiſtit.* [Ex eo.]

Ratio. VBI &c. Quis eſt offenſus? Deus. A quo offenſus eſt? ab Adam. Offenſus ergo Deus exquirit prior ſui offenſorē, atq; ab ipſo ueniam, quæ peccatori & indulgentia dari, & per acceptationem prodeſſe ualeat; (uidelicet oſtendendo peccatū eius atque miſeriam per ly quis indicauit tibi, quòd nudus eſſes, niſi ꝙ comediſti de ligno, de quo præceperā tibi nè comederes?) prior expoſcit. Num igitur Deus offenſus ab offendente quaſi ueniam prior inquirit; dum illum ad ueniam petēdam ſuauiter uocat, & inuitat? Num Deus offenſus prior pacificari deſiderat? Vtique. Dixi, uocationem, & inuitationem hanc ſuauiter factas fuiſſe a Deo: quoniam & ſuauitas uocationis ſignificatur in textu per ly ubi es, quandoquidem non adduntur exprobrationes poſſibiles Adæ merito addi (puta dicēdo, Vbi es ingrate, ſuperbe, guloſe, miſerorum amator, Dei contemptor, voluntatis meæ adimpletor, meç tranſgreſſor &c.); ſed ſimpliciter, id eſt nullo addito, profertur: & ſuauitas inuitationis in textu denotatur per ly Domini deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem. Hoc etenim modo loquendi ſuauitatē quandam Dei in inuitando, uoluit indicare ſcriptura. Quaſi per hoc dixerit. Licet Deo corpo-

reus

teus modus neque deambulandi ſecundum ſe conueniat, neque capiendi auram poſt meridiem; tamen his rebus ſenſibilibus ſuaue quiddam ſecum importātibus deſcribitur tūc, quando inuitauit Adamum ad pœnitentiam: vt ex talibus ſenſibilibus circa vocantem Deum aſcriptis percipiat homo; quod inuitatio illa, qua Deus inuitat peccatores ad ſui ipſorum cōuerſionem, eſt inuitatio dulcedine ſuaui ualde conſperſa.

APPENDIX.

HINC habes primò: quòd Deus plus ſitit noſtram ſalutem, quàm noſipſi noſtram. Non enim Adam prior Deum inquirit, in quo ſalus eius conſiſtit; ſed ei ſe prior Deus (ut uiſum eſt) oſtendit. Quid? Imò Adam ſic benignè à Deo quæſitus, uocatus, inuitatus, Deo ipſi non occurrit, nō annuit, non conſentit; quin potiùs fugit, renuit, diſſentit. Ad cognitionem enim peccati, ut ſcilicet Adam accuſaret peccatum à ſe profectum de eo (ut par erat) dolendo, Dominus uocabat illum, & ille ad accuſationē peccati proprij non ſolum Deo nō correſpondebat, ſed etiam (quod peius eſt) ad peccati ipſius excuſationem currebat (ut in concluſione ſequēti). Deus miſeriam Adami eidē multipharié ob oculos ponere ſtudebat (ut ex dictis circa concluſion. 10. patet): & ipſe à miſeria ſua conſideranda interim oculos auertere ſatagebat, ut illam nec propriam eſſe, vel ore, fateri dignaretur. Et tamē cōfeſſio proprij peccati, quæ vtiq; eius cognitionem præſupponit, eſt principium noſtræ ſalutis: vt concluſio 11. docet. Vide ergo: quanta diſtantia eſt inter deſiderium Dei de noſtra ſalute; & deſiderium noſtrum de eadem ſalute. Hanc ob rem Deus in pſal. 67. uocatur Deus ſalutarium noſtrorum, & Deus ſaluos faciēdi, & Dominus exitus mortis. Quare Deus ſalutariū noſtrorum? Audiſti: quia prior ad ſalutem peccatores inquirit, & vocat. Quare Deus ſaluos faciendi? Quia dulciter ad ſalutē (ut audiſti) inuitat. Quare Dominus exitus mortis? Quia (ut per hæc omnia uides) non uult mortem peccatoris; ſed ut magis conuertatur, & viuat. Nunquid non per hoc intelligis iam, quod Dominus, quantum eſt de ſe, vult exitum mortis: ac propterea dicitur, Dominus exitus mortis? Si nanque quantum eſt de ſe, non vult mortem peccatoris; & tamen, quantū eſt de ſe, vult, vt conuertatur & viuat: vtique ſecundùm hanc conſiderationem Dominus exitus mortis potiùs, quā Dominus mortis meritò vocatur; quamuis etiam mors inter illa, quę à Deo ſunt, Eccleſiaſtici 11. enumeretur. Sic enim inquit ibi ſcriptura: Bona, & mala, vita, & mors; paupertas, & honeſtas à Deo ſunt. Ad ſano modo atque lucidiùs intelligendum pręmiſſa; uide pri. par. q. 19. ar. 6 reſpon. ad primū, quoad ad uoluntatem antecedētem & conſequentē. Videas etiam ibi Elucid. in append. ex quo loco, ſi benè ſcruteris, Deum per multas ſcripturas cōſpicies eſſe Dominum exitus mortis (vt ſupra).

2 Secundò conſequenter habes: quòd Deus plus appetit nobis peccatoribus indulgere, quàm nos ab ipſo indulgētiam obtinere.

3 Tertiò conſequēter hēs: quòd Deus magis nos pro bono noſtro exaudire optat; quàm nos exaudiri optemus. Ad hoc enim venerat Deus nūc, vt exaudiret Adamum, ſi de peccato proprio eum pœnituiſſet, pro indulgentia rogantem: verùm Adamus ipſe exaudiri noluit, immò nec pro delicti ſui remiſſione orare

4 voluit. Quartò conſequenter habes: quòd peccator nullo modo de Deo diffidere aut de uenia impetranda ab ipſo deſperare, vel trepidare, debet: ſi peccatorum ſuorum verā confeſſionem corde (vt oportet) contrito peragat. Caueas tamen diligentiſſime: nè quādo ex pręmiſſis errores illos inferas, quod debet homo ſe eſſe in gratia, vel peccata ſibi eſſe remiſſa, vel ſe eſſe prædeſtinatū, uel ſe eſſe in bono pſeueraturū uſque in

Vide. finem, pro certo abſque vlla formidine de contrario tenere: quoniam quamuis ſciat pro certo conditionalem hanc eſſe uerissimam, ſcilicet Deum promptiſſimè peccatori ignoſcere, ſi bonam confeſſionem contrito corde faciat: neſcit tamen propoſitionem hanc ſimplicem, ſcilicet confeſſionem ſuam fuiſſe ſufficienti contritione factam, immò nec ēt cōfeſſionem fuiſſe factam de omnibus peccatis integraliter. Quandoque enim per ignorantiam et illam quæ nō excuſat, aliquis mortalia aliqua uenialia credens, illa confiteri omittit: ac propterea integram confeſſionem ex culpa ſua non fa-

Memorabiles ſententię ſcripturæ ſacræ Eccl. 5. et Prouer. 28. cit. Vnde fit: ut duplici hac de cauſa ſemper peccator de uenia formidare poſſit, etiā quòd de Deo maximè fidat. Hinc dicitur, Eccleſiaſtici. 5. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu: neque adijcias peccatum ſuper peccatum, & ne dicas, miſericordia Domini magna eſt, multitudinis peccatorū meorū miſerebitur. Hinc etiam legitur, Prouerb. 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus; qui verò mētis eſt duræ, corruet in malum. Hoc ipſum contra eos, qui ſunt mentis duræ, id eſt contra nimis præſumentes abſque ullo timore de propria ſalute, docuit & Concilium trid. ſeſſ. 6. cap. 9. Sicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, deque ſacramētorum virtute, & efficacia dubitare debet: ſic quilibet, cū ſeipſum ſuamque propriam infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare & timere poteſt, cùm nullus ſcire ualeat certitudine fidei, cui nō poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum. Hæc ibi. Et cap. 12. Nemo, quā diu in hac mortalitate uiuitur, de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio uſque adeò pręſumere debet, ut certò ſtatuat, ſe eſſe in numero prædeſtinatorum. Nam niſi ex ſpeciali reuelatione, ſciri poteſt; quos Deus ſibi elegerit. Hæc ibi. Et c. 13. De perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt, Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit, nemo ſibi certū aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimā ſpem collocare & reponere omnes debent. Deus enim (niſi ipſi illius gratiæ defuerint) ſicut cœpit opus bonū ita perficiet, operans uelle, & perficere. Veruntamē qui ſe exiſtimant ſtare, uideant nè cadat: & cum timore ac tremore ſalutem ſuam operētur in laboribus, in uigilijs, in eleemoſynis in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, & caſtitate. Hæc ibi. Et cano. 13. Si quis dixerit: omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequēdam neceſſarium eſſe, ut credat certò, & abſque ulla hæſitatione propriæ infirmitatis & diſpoſitionis, peccata ſibi eſſe remiſſa; Anathema ſit. Hæc ibi. & cano. 14. Si quis dixerit: hominem à peccatis abſolui, ac iuſtificari ex eo, quòd ſe abſolui ac iuſtificari certò credit, Aut neminem uerè eſſe iuſtificatum, niſi qui credit ſe eſſe iuſtificatū, & hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici: anathema ſit. Hæc ibi. Item canon. 15. ſi quis dixerit: hominem renatum, & iuſtificatum teneri ex fide ad credendum, ſe certò eſſe in numero prædeſtinatorum: anathema ſit. Hæc ibi. Item cano. 16. Si quis magnum illud vſque in finem perſeuerātiæ donū ſe certò habiturum abſoluta & infallibili certitudine, dixerit, niſi hoc ſpeciali reuelatione didicerit: anathema ſit. Hęc ibi.

¶Ex his diſcat omnis ab eccleſia: 1°. quomodo intellige- *Corol.*
1 re debeat appendicem immediatè prædictam. 2°. quomodo
2 inter ſpem & timorem ſemper ambulandum ſic eſt uiatori;
nè ſpes in præſumptionem, aut timor in deſperationem, nos
3 degenerare compellat: 3°. quòd in nobis eſt cauſa timoris,
in Deo uerò cauſa fiduciæ eſt; ita quod omnis incertitudo non
ex diffidentia de Deo (ut ex appendice proxima, & concluſ. x.
xj. xij. multipliciter edocemur) prouenit ſecundū ſe, neque in
mentibus piorum prouenire det, ſed ex indiſpoſitione noſtra

¶Applica concluſionem ad Euangelium Matth. 18. ſi peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe inter te, & ipſum ſolum. Ecce: quòd Deus prior (ut ex concluſione patet) ſeruauit id; quod in nouiſſimis temporibus per Euangelium nobis iniuncturus erat: Et hoc fecit, ut iſtius iniungendi mandati, quod, & quomodo, obſeruandū eſſet; exemplum daret. Cœpit ergo prior facere: & poſtea docere. Quid ergo? Vbique ductor noſter eſſe dignatus eſt. Veruntamen nunc priùs docet factis; quod poſtmodum docturus erat uerbis. Actio igitur hæc, & (a ſimili) omnis alia, noſtri eſt inſtructio. Docuit autem duo hic (ut tactum eſt) correctionem ſcilicet fraternam, & modū eius. Non enim modo exprobratiuo, irritatiuo, aut aliàs duriori, uel minùs ſecundùm ueram prudentiam apto, ſed ſuaui, dulci, & compaſſiuo, hic corripuit Adamum: ut, uelut Aquila prouocans ad uolandum pullos ſuos, & ſuper eos uolitās, talem modum in faciendo correctionem fraternam nos imitari debere, inſtrueret.

Text. MVlier, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Quæ reſpondit: ſerpens decepit me, & comedi. Mulieri dixit Deus. Multiplicabo ærumnas tuas &c. Adę verò dixit. Quia audiſti uocem uxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo. In laboribus &c.

Ratio. Concl. 13. *Excuſatio peccati contraponitur directè remiſſioni euſdem: & ultra hoc, meretur pœnā tùm pro peccato excuſato, tùm pro excuſatione.* [Ex eo.]

NEQVE Adam, neque Eua negant factum, cùm affirmet uterque ſe comediſſe: ſed tamen excuſant, ideſt ſe in tali facto culpabiles eſſe detrectāt. Feciſſe quidem contra mandatū diuinum fatētur; & hoc culpabile eſſe pariter cognoſcūt: ſed culpam talem, quatenus culpa eſt, a ſe in alium uterque reijcere molitur. Quod eſt, ac ſi dicat quis. Tale opus criminoſum ego quidem feci; ſed culpa non eſt mea. Per illa enim uerba, Mulier dedit mihi de ligno, excuſare uoluit Adam peccatum proprium reijciendo ipſum in uxorem: & per illa, Serpens decepit me, intendebat Eua culpam comeſtionis ſuę in ſerpētē retorquere. Sed quid inde factum eſt? Quòd pctīo neq; viri, neque mulieris, deletum eſt; & quod pœna pro peccato tùm comeſtionis, tùm excuſationis, utrique ipſorum inflicta eſt. Quia, inquit, audiſti uocem uxoris tuæ, & comediſti de ligno; Maledicta terra &c. Quia comediſti; Ecce peccatū, quod excuſabatur, licet non negaretur: Quia audiſti uocem uxoris; Ecce peccatum quod excuſatio illa connotabat. Quaſi diceret. Licet quòd uxor dederit tibi de pomo, quod in pro excuſatione adduxiſti, non ſit peccatum tuum, nec propter hoc ego te puniam: tamen, quòd tu audieris uocē illam uxoris, ideſt obedieris ei, quod in excuſatione à te adducta implicatur, eſt peccatum tuū, & propter hoc ego te punio. Quod uerò dicitur de Adamo intellige etiam reſpectiuè de Eua. uidelicet quòd punita ſit & pro peccato comeſtionis excuſato, & pro peccato excuſationē concomitante; quia ſcilicet audiuit uocem ſerpentis, ideſt ei obediuit. Et ſicut in Adam non fuit peccatum, quòd uxor dedit illi de pomo; ſed quòd audiuit uocem uxoris: ita in Eua peccatum non fuit, quòd ſerpens ipſam tentauit, ſed quod audiuit illū. Adhuc, quod remiſſioni peccati excuſatio contrapugnatur, audi breuius: & uide. Venerat Deus dicens, Adam ubi es? ut ipſi recognoſcēti ueraciter, cordeque contrito confiteri culpam propriam parceret (ut ex dictis circa concluſiones x. xi. xii. patere poteſt) nō autem principaliter, ut pœnam infligeret Adamo. Quia uerò Adamus peccatum excuſauit; ideò Deus nō tantum non parcit ei, ſed etiam pœnā infligit. Quis ergo in cauſa eſt perditionis Adami? Adamus ipſe. Quare? Quia impedimentum appoſuit uoluntarium, excuſationem ſcilicet; nè peccatū ſuum primum ſibi remitteretur.

APPENDIX.

1 HINC habes primò: quàm malum noxiumque ſit peccatori, alleuiare peccatum ſuum: & (ab oppoſitis) quam bonum, utileque ſit ei, ueraciter accuſare peccatum ſuum; circūnſtantiaſque aggrauantes illud diligenter conſi-
2 derare. Secundò conſequenter habes: quòd intentio diabolica ad hoc tendit: ut poſt peccatum commiſſum excuſemus, uel ſaltem alleuiemus, uel ſaltem non aggrauemus ipſum in confeſſione ueraci. Probabile enim eſt uehementer: quòd diabolus, qui prius in ſerpente protoparentes ad pomi comeſtionem induxerat; nunc ipſemet iutus in fantaſia ipſorū loquens eiſdem excuſationes antedictas peccati uaffritie ſolita perſuaſerit. Sic ergo & uerſus nos facit ſemper. Nam diabolus idem hoſtis noſter perpetuus uellet: quòd peccatum noſtrum nobis nunquā remitteretur: & ideò uias remiſſioni oppoſitas, quas iuxta ſcripturam hanc præmiſſas aut ſimiles excuſationes eſſe nouit, quantis uiribus poteſt, nobis apponere, & ſua caliditate ſerpentina perſuadere nititur. Exemplum apertum de hoc inuenis apud Concilium Trid. loquens de hereticis miniſtris diaboli. Hi namque, uelut amici ficti (ut ſerpēs) & inimici ueri perpetuæ noſtrę ſalutis, plēno ore uociferantur: quòd numerare peccata in confeſſione, quòd confiteri ipſorum circunſtantias, quòd examinare conſcientiam propriam, quòd recogitare annos, turpitudinem, grauitatē, multitudinem, effectus noxios, peccatorum propriorum, non eſt neceſſe; immo nec bonum; immo (quod peius eſt) malum, atque peccatorem ipſum conſtituens hypocritam. Contra quos Concilium præmiſſum, tanquam excuſationes peccati præmiſſas deteſtans, ſeſſ. 14. cap. 5. ait. Dùm omnia, quæ memoriæ occurrunt, pctā Chriſti fideles confiteri ſtudent, procul dubio omnia diuinæ miſericordiæ ignoſcēda exponunt: qui uerò ſecus faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per ſacerdotem remittendum proponūt. Si enim erubeſcat ægrotus uulnus medico detegere; quod ignorat medicina, non curat. Colligitur præterea ex his, eas etiam circunſtantias in confeſſione explicandas, quæ ſpeciē peccati mutant: quòd ſine illis peccata ipſa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant; & fieri nequeat, ut de grauitate criminum rectè cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet pro illis, pœnitentibus imponere. Hęc ibi. Vide de his Additiones cum Elucidat. ar. nu. 20. 21. 36. 38. pro pleniori illorum capti. Mox autem poſt prædicta Seſſ. ead. eodemque cap. idem Concilium Trid. uelut alter Deus, ideſt vice Dei, ſerpēti callido excuſationes in Gen. antedictas per ſe tunc, & nunc per filios ſuos primogenitos (qui ſupra) ſuadenti maledicens inquit. Vnde alienum a ratione eſt, docere, circunſtantias has ab hominibus otioſis excogitatas fuiſſe; aut unam tantùm circunſtantiam confitendam eſſe, nempè peccaſſe in fratrem. Sed & impium eſt: confeſſionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere, aut carnificinam illam conſcientiarum appellare. Conſtat enim nihil aliud in eccleſia a pœnitentibus exigi: quàm ut, poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur; quibus ſe Dominum Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligēter cogitanti non occurrunt, in uniuerſum eadem confeſſione incluſa eſſe intelliguntur, pro quibus fideliter cum propheta dicimus, Ab occultis meis mūda me domine. Hęc ibi. & canon. 5. Si quis dixerit: eam contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderādo peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem ęternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris uitæ, non eſſe uerum & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demùm illā eſſe dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium; anathema ſit. Hæc ibi. Et canon. 7. Si quis dixerit: in ſacramento pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino cōfiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cū debita & diligēti præmeditatione habeatur; etiam occulta, & quæ ſunt contra duo vltima decalogi præcepta: & circunſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant: ſed eam confeſſionem tantum eſſe utilem ad erudiendum & conſolandum pœnitentem, & olim obſeruatam fuiſſe tantū ad ſatisfactionem canonicam imponēdam: Aut dixerit; eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere uelle diuinę miſericordię ignoſcendum: Aut demùm nō licere cōfiteri peccata uenialia: Anath. ſit. Hæc ibi. Videre memento Addit. locis ſupra citatis cum Elucid. Tertiò habes: quòd ex- 3
cuſationes Adami, quæ in poſteris ſuis remanſerunt, deteſtatur meritò Eccleſia, tanquam a Deo hic edocta, quando modum confitendi ſalubrem præſcribit Chriſtianis dicens: Cōfiteor Deo &c. quia peccaui nimis, mea culpa. Ob hoc enim apponit ly mea culpa: ut excuſationes omnes peccatorum noſtrorum à nobis excludat, nè ſcilicet culpam noſtrarū omiſſionū, uel tranſgreſſionū in alios, neq; etiam in diabolū, reijciamus. Hāc eandē deteſtationē innuere uoluit Dauid, cū in pſal. 31. ait. Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meā domino. Nota ly aduerſum me: quia directè facit contra excuſationes prothoparētum prædictas. Concordat & his, ad eundem finem, ſapiēs Prou. 18. loquēs; Iuſtus prior, ſeu (aliàs) in principio ſermonis, accuſator eſt ſui. Quaſi dicat in propoſito. quòd parentes noſtri, quando excuſationes illas attulerunt, non erant iuſti: inſuper etiam inſinuans per hoc, & quod accuſare ſuum peccatum eſt iuſtorum proprietas; & quod excuſare illud eſt proprium iniuſtorum. Cæterùm ſi concluſionem ſequentem cum annexis uideas, & benè ſcruteris; intelliges; quàm friuolę ſint excuſationes huiuſmodi; Dominoque diſpli-
ceant. Quartò habes: quòd Adam, & Eua ſe excuſando inua- 4
lidè, ſe præter intentionem accuſarunt ualidè. Dùm enim ſe deceptam dixit Eua a ſerpente, & Adamus ab Eua ſibi lignū porrectum (quæ inualidæ excuſationes erant); conuicti ſunt ex ore proprio, ſe peccaſſe in eo, quod pro excuſatione adducebant. Quomodo enim tunc Adam negare potuit, ſe audiſſe vocem vxoris ſuæ; aut Eua vocem ſerpentis: quæ (ut uidimus in ratione concluſionis) erāt uerè peccata; illud quidem Adami, hoc autem Euæ? Sic itaque impletum eſt in eis illud Iob. 9. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit. Hoc eſt, ſimul mecum me probabit (ut accidit in propoſito). Ad hunc modū ſunt & hodiè excuſationes filiorum hoīum primorū; quocirca & a confeſſarijs retūdi debent in accuſationem ex ore eorum, ſicut a Domino Deo hic; de quo propterea uerificat & pſal. 57 Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum.

Voces ſerpentinæ.

ERGO excuſatio eſt maximum peccatum; pro quanto Concl.
ſcilicet

ſcilicet impedit remiſſionem peccati excuſati, ideſt facit, ꝙ illud non indulgeat nobis Deus. Facit ſiquidem hominem huiuſmodi incapacem indulgentiæ, quandiu in tali excuſatione permanſerit: ſicut è cõtrà accuſatio peccati proprij debita reddit capacem peccatorem ad hoc, ut ſibi remittatur. Vnde B. Thomas Eccleſiæ Sanctæ Doctor de excuſatione loquens, ſic in 2.2.q.13.ar.3.dicit. Excuſatio peccati eſt quædã circunſtantia aggrauans omne peccatum; etiam ipſam blaſphemiam. Et pro tanto dicitur eſſe maximum peccatum; qa quodlibet facit maius. Hæc ille. Vbi more ſuo ingenioſiſſimo, & modeſtiſſimo alios doctores, reducit ad bonum ſenſum, ſentẽtiam.ſ. Gloſæ ordinariæ ex Caſſiodoro: quæ ſuper illud pſal.47. Nolite extollere in altum cornu ueſtrum, inqt; Maximum eſt uitium excuſationis peccati. Ergo Dauid excuſationem peccati meritò uocat uerba malitiæ: cùm Deo in pſal.140.dicit; Non declines cor meum (ideſt nè permittas, cor meum declinare) in uerba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Scis tu: quare propheta excuſationes peccati uocat uerba malitiæ? Quia ipſæ (ut dixit concluſio) opponontur remiſſioni peccatorum. Audi. Quiſnam facit remiſſionem peccatorum? Deus. Per quid? Per ſua bonitatẽ; non per iuſtitiam, quaſi nos peccatorum abſolutionem mereamur. Per ſuã bonitatem, enim nos peccatores indignos etiam pane, quo ueſcimur (ſecundum Auguſtinum) dignos facit; ut indulgentiam recipiamus. Hinc eſt: ꝙ peccatorum noſtrorum remiſſio attribuitur Spiritui ſancto: quoniam bonitas appropriatur ei; ut habetur in pri par.q.39.artic.8. cùm Eluc. Bonitati uerò qd contraponitur? Malitia: ut patet. Excuſatio igitur eſt malitia, & uerba excuſationis ſunt uerba malitiæ. quoniam faciunt, nè bonitas Spiritusſancti à peccatore recipiatur; immò nec recipi poſſit, quãdiu peccatum excuſa uerit. Ergo excuſatio, inquantum cauſat irremiſſibilitatẽ peccati, & ipſamet eſt irremiſſibilis, pro quanto tempore durat, aſſimilatur peccato in Spiritumſanctum: quamuis ipſa propriè ſecundum ſe non ſit peccatum tale; ſed tantùm circumſtantia grauiſſima illo modo, quo in 2.2. ſupra tradidit Sanctus doctor.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

Dicta Concluſio 13.cap.3.deſtruit hæreſim Valentini, Manichæorum, Armenorum, dicentium: peccatum nõ eſſe à libero arbitrio, Sed à demone. Patet enim hic totum contrarium. Nam ſi a libero arbitrio parentum noſtrorum non fuiſſet ipſorum peccatum: ipſos vtique Deus, qui iuſtiſſimus in omni opere ſuo nõ eſſe nõ pōt, pro tali peccato non puniuiſſet. Adde: ꝙ ipſi culpam illã reiecerunt in demonem, & maximè Eua: quam utique reiectionem Deus uerax, ſi uera fuiſſet, approbaſſet. Non tamen id fecit: immò à pœna ipſis inflicta, tamquam ab effectu, demonſtrauit euidenter, falſam eſſe illam reiectionẽ: pro quãto ſcilicet ſeipſos, ſic reijciendo, inculpabiles reddere moliebantur; ideſt aſtruere, ꝙ peccatum illud inobedientiæ non fuiſſet à proprio libero arbitrio. Non negat Deus per pœnæ inflictionem, ꝙ peccatum hominum ipſorum non ſit etiam à demone, tamquam à perſuadente; alioquin demonem etiã non puniret: ſed ex hoc, ꝙ taliter eſt à diabolo, negat ſequi hoc aliud; ꝙ peccatum idem non ſit ab ipſorum hominum libero arbitrio, tamquam ab acceptante demonis perſuaſionem, tamquam ab effectiuè cauſante efficaciter peccatum ipſum, tamquam à potente reſiſtere diabolicæ perſuaſioni, ſi reſiſtere uoluiſſet. Et ex hac eius reſiſtẽdi poſſibilitate excluditur etiam hæreſis Trinitariorum dicentium: ꝙ Adam in ſtatu innocentiæ nunquam habuit, unde poſſet ſtare. Videbatur ergo, ſecundum iſtos, taliter ad peccandum à demonis perſuaſione impulſus; ut perſuaſioni illi non potuiſſet diſſentire: cuius tamen contrarium hic patet ſequi ex pœna iuſtiſſimè pro peccato Adę impoſita, utpote uoluntariè, non autem per abſolutam coactionem, peccanti. Cæterùm & ratione, & auctoritate, multiplici Trinitarios iſtos adhuc excludes amplius; ſi uideas egregium Eccleſiæ doctorem D. Tho. pri. par. articul. nume. 476. 478. cum Elucid. Damnatur quoque hær. Valentini, & ſociorum eius, & cõſequenter præſens concluſio firmatur, a Iac. 1. unuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Ecce; ꝙ Apoſtolus Iacobus facit mentionem de liberi arbitrij motu inordinato, quẽ uocat concupiſcentiam, quando agit de quibuſcunque peccatis; non autem de demone. Quaſi dixerit per hoc. Peccatum qdlibet hominum procedit a libero arbitrio ipſorũ moto ſuaſioè per concupiſcentiam ſeu fomitem, & huius illectiuo, ſeu illecebroſo motui, liberè conſentiente: licet non quodlibet proueniat à ſuggeſtione dæmonis. Damnatur & à Iob 4. Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles; & in Angelis ſuis reperit prauitatem. Quantò magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, cõſumentur uelut à tinea? Ecce ad litteram loquitur Iob de peccato malorum Angelorum, comparationem introducendo inter Angelos ipſos, & fragilitatem hominum habitantium domos luteas, quę ſũt corpora ſua, & fundamentum in terra habentiũ: & per modũ interrogationis, qui modus hic dicit aliquid manifeſtiſſimũ (ut patet conſideranti) concludit, ꝙ maior eſt fragilitas hominum, ad cadendum ſcilicet in inſtabilitatem, ac prauitatem; à quibus poſteà, uelut a tinea, conſumuntur. Quis uerò neſciat; ꝙ peccatum primi Angeli a nullo alio ſuggerente proceſſit, niſi a ſuo proprio libero arbitrio? Ex illo ergo ipſius Iob dicto datur intelligi; ꝙ homo poteſt ſolo ſuo libero arbitrio peccare, remota etiam omni dæmoniaca ſuggeſtione. Alioquin hominũ uis eſſet maior; quam primi illius Angeli. Deficere ſiquidem ille Angelus nullo impellẽte potuit, & re ipſa defecit: homo autem (ſecundum Valẽtinum, Man. & Arm.) non, niſi impellente dæmone, deficere poſſet. Dãnantur item à 1. Cor. 15. Euigilate iuſti, & nolite peccare. A pſal. 4. Iraſcimini, & nolite peccare. A Ioan. 5. Ecce: ſanus factus es, iam noli peccare. Per hoc enim, ꝙ lui ſancti monẽt homines ad non peccandum, oſtendit: ꝙ peccatum hominum procedit ab eorum libero arbitrio. Item ab Eccleſ. 15. Ante hominem uita, & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi. Vide: quàm apertè ſapiens attribuat peccatoris delictum libero eius arbitrio: ad quod & meliùs uidebis, ſi ibi perſpicias contextum. Damnatur & ratione, & multis auctoritatibus in 1.q.154.ar.3.cum Elucid. Item infrà a Geneſ. cap. 4. con. 7.

¶Pro concluſionis huius 13.cap.3. ampliori declaratione uideas egregium Eccleſiæ doctorem. D. Tho. 1.q.116. arti.2. & q.111. ar.2. Ibi namque uidebis concluſum, ꝙ uoluntas à nulla alia creatura immutari poteſt. Ex quo ſequitur manifeſtè, eſſe quoque implicitè concluſum, ꝙ ad uoluntatem ſolã malã ſequitur neceſſariò peccatum, i. ꝙ ſola uoluntas peccantis eſt cauſa ſufficiens ſui peccati. Quòd autem alia omnia ſint inſufficientia motiua ad hoc, patet etiam per illud Rom. 8. Certus ſum; ꝙ neque mors, neq; uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei. Hoc eſt, poterit efficaciter facere, quòd nos peccemus mortaliter. Quod uerò dicit, ly neque creatura alia, intelligitur de quacunque alia a uoluntate noſtra. Sic auctoritatem hanc expoſuit olim, & benè, Beata, doctrix diſcipulę Dei, Catharina Senenſis in epiſtola una ſuarum numero ep. 93. Relinquitur ergo; ꝙ per hoc damnatæ ſint conſequenter prædictæ Valentiniana hæreſis, & Armena. Si enim nulla creatura, ſolius peccantis uoluntate excepta, eſt ſufficiens cauſa peccati eius (ut uerè Apoſtoli uerba nouę docuerunt); iam manifeſtum eſt: & ꝙ peccatum hominis eſt à ſuo libero arbitrio; & ꝙ dæmonis ad illud impulſus non eſt ad hoc ualidus; & conſequẽter ꝙ hõ, etiam remoto omni diabolico impulſu, poteſt peccare. Per antelatam expoſitionem Apoſtoli in Roma. 8. ſcito; non derogari ſenſui eius principali ſecundum planiorem contextum: quo loquitur de talibus hominibus, ſcilicet de prædeſtinatis. Eadem enim ſcriptura plures etiam litterales ſenſus poteſt habere 1.q.1.art.10. cum Elucid. Cæterùm, & pro eadem Rom. auctoritate, & pro ampliori cõcluſionis 13. declaratione, conſule Addition. q. 12. art. 3. in corp. circa fin. & in Addit. ſecundum, cum Elucid.

Mvlier, quam dediſti mihi ſociã, dedit mihi de ligno. Serpens decepit me. Quia comediſti de ligno, de quo præceperam tibi, nè comederes; maledicta &c. Mulieri dixit. Multiplicabo ærumnas &c. *Text.*

Con-

Concl. 14. *Nullus eſt ſufficiens cauſa peccati noſtri, niſi propria noſtra uoluntas.* [Ex eo.]

Ratio. SI mulier, aut ſerpens, fuiſſet peccati alieni cauſa ſufficiens: adductæ ab Adam, & Eua excuſationes fuiſſent bonæ; vt patentiſſimum eſt. Conſequenter igitur neque Adam, neque Eua, illis excuſationibus utens peccaſſet, aut peccatum ſuum primum per hoc aggrauaſſet (contra præmiſſa circa Concl. 13.); & non puniretur. Cùm itaque a Deo iuſtiſſimè ambo puniantur pro peccato, reſtat, vt excuſationes illorum non fuerint bonæ, & conuenientes; & per conſequens quòd ſola eorum propria uoluntas fuerit cauſa ſufficiens, ſiuè efficax, peccati ipſorum.

Not contra hær. ¶Sunt nonnulli, fueruntque qui peſſima facinora propria retorquēt in alios, puta in cęlos &c. uel (quod horribilibus eſt) in Deum; de quibus nunc infra ſpeciatim magis loquemur. Et ideò primò uigilantiſſimè contra iſtos annotanda
3 ſunt uerba ſextæ Synodi Conſtantinopolitanæ action. 8. ex ſermone S. Athanaſij aduerſus Appollinarem deſumpta. Si cogitationum peccabilium conditor eſt Deus: iniuſtum erit iudicium condemnans peccatorem. Si enim peccabiles cógitationes condidit Dominus Deus: quomodo condemnat peccantem? Et quomodo erit poſſibile, à Deo tale iudicium fieri? Hæc ibi. Et Synodi Lateran. ſub Martino primo, conſultation. 5. Sanctorum Patrum ueneranda doctrina aptiſſimè manifeſtauit nobis; quoniam uelle naturæ eſt in eis (loquitur de homine & Angelis), qui ſubſtantialiter uelle à Domino percepiſſe noſcuntur: & propterea uoluntates naturales ſunt, & omni neceſſitate carentes. Et quoniam aliter, quàm ita, ſapere, ſtultum eſſe definiunt Patres; dùm maximè illi antiqui & noui hæretici minimè naturalem eſſe dicentes uolūtatem, ſed contra naturam eandem dogmatizant peccatorem. Dominum Deum noſtrum ex hoc ſunt commentātes. Hæc ibi. Vbi facinoroſos ad tantam inſaniam uides deuolutos, ut in Deum ſcęlera propria excuſatione quadam, quòd ſcilicet uoluntas eorum taliter facta ſit, ut poſſit neceſſitate cogi, reijciant. Cùm itaque monſtrat concluſio, quòd peccati noſtri nil, niſi noſtra uoluntas, eſt cauſa ſufficiens, patet: & quòd in ſenſu dicit, quod præmiſſæ Synodi ſanxerunt; & quòd per cōſequēs ab eiſdem ipſis earum deciſionibus confirmatur. Præterea ad idem faciunt uerba Papæ Leonis primi, quæ Theodoretus Cyri Epiſcopus in epiſtola ad eundem Leonem refert ſic. Incidimus in ea, quæ ſcripta ſunt á veſtra ſanctitate de ſuſcepta à Deo Saluatore noſtro humanitate &c. Declarabitā: quòd quæ ſumpta erat materia, erat nobis ſimilis in omnibus: ſolum tamen erat diſſimilis, quòd ab omni peccato permanſerit aliena; quandoquidem id non a natura, ſed ab animi inſtituto, & libero arbitrio naſcitur. Hæc ibi: & eſt inter epiſtolas Leonis, in primo tomo conciliorum. Secondò ad idem ſunt uerba
2 Eccleſiæ Sanctæ doctoris D. Thomæ in Addi. q. 11. arti. 3. dicentis circa finem corpor. ſic. Præſeruatio à morbo corporali fit per ablationem cauſarum, quibus poſitis morbus conſequi poteſt. Eis enim ablatis, morbus non poteſt ſequi. Sed in morbo ſpirituali non eſt ita: quia liberum arbitrium non cogitur. Vnde, cauſis etiam præſentibus, poteſt vitari, quamuis difficulter: & cauſis amotis, poteſt incurri. Hæc ibi. Et in reſpon. ad ſecundum, de alijs rebus à uoluntate puta de fomite, de loco, de mala ſocietate, de quibus in reſpon. ad primū prædixerat, ait. Cauſæ peccati prædictæ non ſunt ſufficientes cauſæ, cùm ex eis non de neceſſitate ſequatur peccatum; ſed ſunt occaſiones quædam. Hæc ibi. Vbi omninò uide etiam Elucid. Ex quibus omnibus dic tu pro certo: quòd cauſa ſufficiēs peccati, & ea ſola, eſt uoluntas ipſiuſmet creaturæ peccantis. Quòd ſi ad hoc uis nouam rationem, ultra prædictam in probatione cōcluſionis, recurre ad pri. part. q. 106. ar. 2. & q. 111. art. 2. Ibi enim comperies demonſtrari aſſe; quòd uoluntas à nulla alia creatura immutari poteſt: & cōſequenter quòd ad uoluntatem ſolam de neceſſitate ſequitur peccatum. Quinimmò (quod mirabilius eſt) infra Gen. 4. ibi, ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, inuenies quòd uoluntas, etiam reprobi hominis, non poteſt cogi ab appetitu intraneo inferiori deſiderante peccatum plerunque; immò eſt domina ipſius: & conſequenter quòd uitare poteſt peccatum, quantūcunque, tentetur. Fortior ergo uoluntas eſt omnibus, inquantum cōſtringi non poteſt ad peccandum.

Voluntas omni caret coactionis neceſſitate.

Tertiò ex his inſtructus contemplare: quanta ſit omni-
5 potentia, & bonitas Dei, qui hominem intellectualium infimum, & tàm multipliciter infirmum, inter hoſtes undiq; poſitum, ab ipſiſque totā ferocitate ſemper oppugnatum, talem ac tantum fecit: ut non poſſit unquam ab eorum aliquo, immò nec ab omnibus coniunctim ſumptis, uinci, niſi uelit; & per conſequens, quòd ad cœleſtia regna ita uocatus eſt, ut nullus omninò ab acquiſitione regnorum illorum eum impedire poſſit, niſi ipſe uelit: & conſequenter quòd, ſi nō perueniat ad regna illa poſſidenda, de nullo penitus conqueri poteſt, niſi de ſeipſo. Ex eiſdem quoque contemplari datur: quanta ſit, hominis peccatoris voluntaria ignauia, qui ſic forti armatura (vt ſic loquar) armatus, dùm tentatur ab hoſtibus quibuſcunque præ ſeipſo debilibus, utpote qui non poſſunt, etiam per mille annos præliantes uincere niſi uolentem, arma abijcit, nudus (nè dicā inermis) coram hoſte proſilit, ei ſe in manus dedit; capitur, proſternitur, occiditur. Quare? Quia uult. Non quia non in contrarium poſſit; non quia uim pati poſſit nolens ab hoſte: ſed quia ille ipſe homo uult. Priùs ergo prioritate naturæ (de qua philoſophus in poſtprædicamentis) capit ſeipſum, proſternit ſeipſum, occidit ſeipſum homo: quàm capiatur, proſternatur, occidatur ab hoſte; quinimmò ſufficiens cauſa, & efficax, ſolus ipſe eſt; quòd ſic male torqueatur. Numquā legiſti Sap. 1. Deus mortem non fecit; impij autem manibus, & uerbis accerſierunt illam? Hinc ad ſupradicta conferendo, uide; quàm uerum fuerit, quotidièque uerificetur: quòd peccatores mortem ipſam manibus ac uerbis, à nullo cogente, uoluntariè accerſiunt; quaſi illa ſit de longinquo poſita, propter grandem bonitatem Dei ac omnipotentiam, quibus ſic fortiter contra mortem (ut audiſti) armauit hominem. Ex his demum omnibus, agnoſce: confirmatam eſſe præſentem ex textu deſumptam concluſionem. Cęterùm, ut contrà hæreſes in principio ceu à remotis ſummatim indicatas, plenius muniaris: conſule Elucid. pri. par. arti. num. 572. 575. 352. 569. Per dicta enim ibi abundātius, & in militia contra hoſtes fidei inſtrueris; & concluſioni præſenti confirmationem multiformem adijcies.

Dei omnipotentia & bonitas erga hominem.

Peccatoris hominis ignauia plusquā miranda.

Text. DIxitq; Adam. Mulier dedit mihi de ligno, & comedi. Quæ reſpōdit. Serpens decepit me, & comedi.

Concl. 15. *Mulier per uerba ſerpentis decepta eſt; non autem uir.* [Ex eo.]

Ratio. SI vterque à ſerpentinis verbis deciperetur, diceret vterque ſerpens decepit me; præcipuè quia Adam libentiùs ſerpentem, quàm Euam, accuſaſſet; quandoquidem non ſibi tàm charus erat ſerpens, quam Eua.

Corol. ERGO benè ab Apoſtolo. 1. Timo. 2. dicitur; Adam non eſt ſeductus, mulier autē ſeducta in præuaricatione fuit. Ergo vterque præuaricatus eſt, cùm vterque dicat Comedi; ſed alter tantum, id eſt Adam, non eſt per verba ſerpentis ſeductus. Quin & ſerpens non eſt locutus Adamo (quod legatur), ſed Euæ ſolùm. Debiliorem namque partem ciuitatis (vt callidus miles) aggreſſus eſt, vtpote minùs vigentem ratione, quam Adamus: vt per eam ingreſſus illàc ſibi viam pararet, qua totam ciuitatem, id eſt totam humani generis collectionem, facilè depopularetur. At inquies. Licet ſerpens per ſeipſum Adamo locutus non ſit, per mulierem tamen ei locutus eſt (cùm probabile ſit, ipſam retuliſſe viro verba ſerpentis): & per conſequens vir quoque à verbis ſerpentinis deceptus eſt. Reſpondetur inſtantiæ huic: quòd Adamum deceptum fuiſſe ex relatis verbis illis ab Eua, non conſequitur; data etiam prædicta verborum relatione. Potuit enim Adā (vt fecit) his auditis nō adhibere fidem; & tamen aliſide mouis comedere. Conſenſit igitur in comeſtionem; non conſenſit in verborum ſerpentis credulitatem. Constat enim ex Apoſtolo; quòd Adam non eſt ſeductus. Inductus verò ad comedendum fuit efficaciter ex hoc, quòd noluit contriſtare vxorem ſuam: & occaſionaliter ex eo, quòd vxor ſua dans ei de ligno inuitauit eum ad comeſtionem (ſicut amicus quandoque ſolet amicum) Ergo ſerpēs decepit mulierē immediatè, atq; ſeduxit: ſed mediatè. i. mediāte muliere decepit Adamū, at non ſeduxit. Ergo Eua fuit quodammodò incredula dictis Dei (vt ſupra conclu. 5.), Adam verò non. Ergo licet Adam magis peccauerit ſecundum quid, ratione ſcilicet circunſtātiæ huius, quia erat perfectior muliere: tamen ipſa mulier magis peccauit abſolutè, quàtum ſcilicet ad ſpeciem peccati ſuperbię: & hoc triplici ratione. Primò, quia elatio maior fuit in Eua, quam in Adam. Illa enim credidit verum eſſe, quod à ſerpēte dicebatur, ſcilicet quòd Deus prohibuiſſet eis comeſtionem,

ſionem pomi, nè ad ipſius ſimilitudinem peruenirent: & ſic dum per comeſtionem ligni illius ſimilitudinem Dei conſequi optauit; ſuperbia eius ad hoc ſe erexit, q; contra Dei voluntatem aliquid obtinere voluit; ſed Adam non credidit illud eſſe verum, vndè nec voluit conſequi diuinam ſimilitudinẽ contra Dei voluntatem, in hoc tamen ſuperbiuit, quòd eam voluit cõſequi per ſeipſum. Secundò, quia Eua non ſolum ipſa peccauit, ſed etiam Adamo peccatum ſuggeſſit. Vndè & in Deum peccauit, & in proximum. Tertiò, quia in hoc peccatũ Adami diminutũ quodammodo comparatiuè eſt, quòd in peccatum eſus pomi conſenſit amicabili quadam beneuolentia, qua ſæpè fit apud aliquos ipſius poſteros, ac heredes, vt offendatur Deus, nè homo ex amico fiat inimicus. Hanc autem amicitiæ peruerſam rationem Adam ipſum ſeruare non debuiſſe, diuinæ ſententiæ exitus indicauit (vt Auguſtinus habet 11. ſuper Gen.). Quòd ſi quatonus ad genus peccati, loquamur: patet quòd æqualiter peccauit vterq; quonia vtriuſque peccatum fuit in genere ſuperbiæ. ¶ Ex prædictis relinquitur: quòd ſenſus Auguſtini, quando in lib. de decem. chordis cap. 3. Adamum magis peccaſſe innuere videtur, tendit ad circunſtantiam perſonæ, non ad ſpeciem peccati; & per conſequens intendit inſinuare, quòd Adam magis peccauit ſecundum quid non autem ſimpliciter. Quem ſenſum etiam verba ipſa Auguſtini indicant profundè ſcrutantibus: quæ ſunt hæc. Si caput eſt vir, melius debet viuere, & præcedere in omnibus bonis factis, maximè vxorẽ ſuam: vt illa imitetur virum. Nunquid non Auguſtinum vides in hoc ſuo dicto attẽdere circunſtantiam perſonæ, puta quòd viro conueniat eſſe caput, vxori verò non? Conſequenter ergo per hoc ipſum cõnotat; quòd quãdo vir, puta Adã, peccauit, peccauit grauius, quam vxor, ratione huius circunſtantiæ; quia ſcilicet erat caput vxoris, id eſt maiori vigens intellectus perſpicacitate naturali. Hoc ait Auguſtinus, & non plus: unde non eſt cõtra præmiſſa (ut patet).

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

PRAEDICTAM concl. 15. cap. 3. maximè iuuat, atque declarat, concilij Cabilonenſis 2. auctoritas cap. 36. in hæc uerba. Sed nec hoc prætereundum putauimus, q; quidã ex induſtria peccantes, propter eleemoſinarum largitionem ſibi quandam promittunt impunitatem. Eleemoſina enim extinguit peccata, iuxta illud, ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſina extinguit peccata; ſed ea, quæ aut neceſſitate, aut caſu, aut qualibet fiunt fragilitate. Ea uerò, quæ ex induſtria, aut cuiuslibet libidinis explẽdæ cauſa idcircò fiunt, ut eleemoſinæ redimantur, nequaquã eis redimi poſſunt: quia qui hoc perpetrant, uidentur Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare liceat. Non ergo quis idcircò peccare debet, ut eleemoſinam faciat: ſed ideò eleemoſinam facere debet, quia peccauit. Hæc ibi. Locò eleemoſinæ, pone tu pœnitentiam, ſeu ueniam: & cõformiter ad concilium ipſum diſcurras, & poſtea in fine concludas; non ergo quis idcircò peccare debet, ut pœnitentiam de ipſo peccato faciat, ſeu ut ueniam de peccato ipſo, per pœnitentiã obtineat: ſed ideò pœnitentiam facere, ſeu ueniam per ipſam ſperare, debet; quia peccauit. Hinc, ex concluſ. ſcilicet, manifeſtè conſtat: quam toto cœlo oberrent ij, qui (ut refert Auguſtinus de ciuit. Dei, li. 2. c. 22.) præſumptuoſiſſimè dixerũt:

Error. q; eleemoſinæ tantæ ſunt uirtutis, ut qui eas exercuerit, quan tumlibet criminosè, & nefariè uiuat, æternum tamen ſupplicium non eſt habiturus. Contra, 1. Cor. 13. Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Et contra regulas fidei recitatas ab Auguſt. in lib. de fid. ad Petr. cap. 36. firmiſſimè tene, & nullatenus dubites; quemlibet hæreticum, ſiue ſchiſmaticum, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti baptizatum, ſi eccleſiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quantaslibet eleemoſinas fecerit, etiam ſi pro Chriſti nomine ſanguinem fuderit, nullatenus poſſe ſaluari. Hæc ibi. Et c. 37. firmiſſimè tene, & nullatenus dubites; non omnes, qui intra eccleſiam catholicam baptizantur, accepturos eſſe uitam æternã: ſed eos, qui

Vide. percepto baptiſmate rectè uiuunt: Regnum enim cœlorum ſicut infideles, hæretici, atque ſciſmatici, non habebunt; ſic catholici criminoſi poſſidere non poterunt. Hæc ibi. Quibus ex Matt. 25 iunge: q; tandem non dabitur medium inter ſaluari, & damnari (ut patet ex ly ibũt hi in ſupplicium æternũ, iuſti autem in uitam æternam); iunge etiam q; Apoſtolus in perſona habentium, tàm fidem, cùm omnem fidem, 1. Corin. 13. loquebatur; & apertè uidebis damnatum illum errorem in Lde ciui. de. narratum. Vide Elucid. addi. ct, nu. 61. 443. Ex his ad Thob. 4. eleemoſina non patietur animam ire in tenebras, dic: q; eleemoſinæ, quantum eſt de ſe, non p &c. non autem, ſi alias ab eleemoſinario malè uiuatur.

¶ Concluſionem eandem 15. c. 3. adiunctam concilio notabis ualde contra illos, qui nimium forum faciunt de miſericordia Dei: non quia non ſit maximè infinita, ſed quia hãc ſibi ipſis inordinatè promittunt, eaq; ideò abutuntur; & ſic Deum contemnunt. Eo uidelicet modo contemnunt, quo Aug. dicit in de ſerm. Domini in mon. Contemnit, i. nõ timet Deum: cùm quaſi de eius bonitate ſecurus eſt. Hæc ille. Contra tales inaniter, uel quaſi inaniter, cõfidentes vide Concil. Trid. Seſſ. 6. cap. 9. 12. 13 & can. 3. 12. 13. 14. 15. 16.

MVlier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno: & comedi. Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti de ligno &c. maledicta terra in &c. Text.

Concl. 16. *Peccantes ſub ſpe diuina miſericordia, media pœnitentia, conſequenda, ſæpius ſpe ipſa fruſtari merentur, atque fruſtantur.* [Ex eo.]

Ratio. Ex quo Adam pro occaſione (quam ipſe accepit, & malè, pro excuſatione; ſupra con. 13. 14.) nõ adducit, niſi vxoris hortationem per ly mulier dedit mihi de ligno, & hoc idem ſolũ confirmat Deus per ly, quia audiſti vocem vxoris tuæ habetur; quòd Adam inductus, eſt ad comedendum ob hoc; q; noluit cõtriſtare ſociam ſuam, non quidem carnali concupiſcẽtia, quam nondum ſenſerat, ſed amicabili quadam beneuolẽtia, victus (vt ſupra Coroll. concluſ. 15.). Ex hac inordinata beneuolẽtia factum eſt: vt Adamus ſeipſum deciperet. Licet enim dolo illo ſerpentino, quo Eua eſt ſeducta, ſeductus ipſe non fuerit (ſupra concluſ. 15.): tamen quodam alio modo deceptus eſt a ſeſe. Nam inexpertus diuinæ ſeueritatis; & diuinæ tantæ erga ſeipſum bonitatis expertus (ut ex ſupradictis multis in cap. 1. 2. ſapiens quiſque elicere poteſt) videns etiam (vt ſibi apparebat) quod ex quadam ſolum amicabili ſocietate ad comeſtionem inclinabatur; de pœnitentia ſua, & Dei miſericordia, cogitauit. Putauit ſiquidem, non admodũ difficulter fieri poſſe vtrumque hoc; quòd & vxori morem gereret, & per pœnitentiam a Deo indulgentiã haberet. Sub ſpe igitur diuinæ miſericordiæ, media tamen poſtulata uenia, obtinendæ peccauit Adamus. Quaſi, nolendo contriſtare vxorem ſibi offerentem pomum, dixerit in corde ſuo. Ego, poſtq; ſatisfecero vxori meæ in hoc, petam ueniam à Deo, quia miſericors eſt: & de facili, vel nõ multum difficulter, remiſſionẽ conſequar. Hæc ille, aut ſimilia. Verùm quid accidit poſtea? Audiſti ſupra ex conclu. 10. 11. 12. 13. Nam, perpetrato delicto, ipſe non ſolum veniam ex ſe motus nõ petijt, ſed etiam à Deo ad ueniam petendam ſuauiter prouocatus petere illã noluit. Quid? Parũ dixi. Nunquid ipſe dixit vnquam, peccaui? Quære in omnibus verbis eius; et nõ inuenies. Comedi, inquit ſed nunquam peccaui. Immo peccatum excuſauit. Quid miraris, ſi Deus non ignoſcit: quãdo ipſe non agnoſcit? Spe ergo illa ſua, quam ante peccatum habuit, Adam fruſtrari meruit; & meritò fruſtratus eſt.

APPENDIX.

HInc, iunctis circa con. 15. dictis, habes primò, quòd nõ omnis peccans ſub ſpe diuinæ miſericordiæ peccat in ſpiritumſanctum. Adamum enim diximus peccaſſe ſub ſpe diuinæ miſericordiæ, ſeu peccaſſe cogitãdo de diuina miſericordia (vt S. Thomæ uerbis vtar 2. 2. q. 163. ar. 4.); quem tamẽ, conſtat non peccaſſe in ſpiritumſanctum. Nam tale peccatũ eſt grauiſſimum 2. 2. q. 13. arti. 3. & quæſt. 14. articulo quarto; Adami verò peccatum non fuit ſecundum ſpeciem peccati grauiſſimum. 2. 2. q. 163. ar. 3. immo fuit minus graue, q; Euæ; ſupra ex concl. 15. Sciendum itaque; quòd peccare ſub ſpe diuinæ miſericordiæ, contingit dupliciter. Vno modo, peccãdo

1 Peccare ſub ſpe miſericordia I. et nõ eſt. peccare I Spiritũ S.

de

de peccatis ſperare cōſequi à miſericordia diuina remiſſionem, etiam ſine pœnitentia: & ſic eſt peccatum in Spiritum ſanctum 2.2.q.14.ar.2.quod uocatur etiam præſumptio; & ſic nō peccauit Adā; ſed hæretici maximè peccato hoc inuoluuntur, qui etiam ſine meritis proprijs adipiſci gloriam ſperant, & (ut rectè loquar) præſumunt. Alio modo, peccando quis ſperat de peccatis à diuina miſericordia obtinere ueniam, media pœnitentia: & hoc non eſt peccatū in Spiritum ſanctum; & ſic peccauit Adam. Non cogitauit ergo Adam de diuina miſericordia uſque ad contemptum diuinæ iuſtitiæ; quod hæreticis ſolitum, & impij Libertini dicētes, Paradiſum eſſe conſciētiā diuini iudicij contemptricē, ſecuram, ſtupidam & conſopitam (ut refert de eis Petrus Viretus ſuo lib.2. de miniſterio uerbi)

Impietas Libertinorum multum omninò, & ubique canēda.

ſed quia, ut dictum eſt ſupra concl. 15. ipſe inexpertus diuinæ ſeueritatis credidit, illud ſuū peccatum eſſe ueniale, id eſt facili remiſſibile. Secundò habes: quàm peſſimè ſenſerint de iuſtificatorum impeccabilitate, perſeuerantia & reſipiſcētia ij, contra quos optimè (vt etiam hoc, & quidem à fortiori, ha-

2 betur) ſtat Concilium Trid. dicens ſeſſ.6.can.23. Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit ampliùs peccare nō poſſe, neque gratiam amittere, atque ideò eum, qui labitur, et peccat, nunquam uerè fuiſſe iuſtificatum: Anathema ſit. Hæc ibi. Et canō. 16. Si quis magnum illud uſque in finem perſeuerantiæ donum ſe certò habiturum abſoluta, & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit: Anathema ſit. Hæc ibi. Et cap. 13. De perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptū eſt, qui perſeuerauerit uſque in finē hic ſaluus erit, quod quidem haberi non poteſt niſi ab eo, qui potens eſt eum, qui ſtat, ſtatuere, ut perſeuerantes ſtet, & eum, qui cadit, reſtituere: nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debent. Hæc ibi. Et cap. 12. contra præſumptionem temerariam quorundam ait, non eſſe uerū: quòd homo, ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat. Dixi, hęc cōtra illos a fortiori hinc haberi: qa Adam erat in ſtatu innocentiæ, quod de nullo alio pōſt peccatum uerificatur; quem tamen Adam nec impeccabilitatem, nec perſeuerantiā, nec reſipiſcētiam (quamuis poſt eiectionem è Paradiſo pœnitentiam egerit) habuiſſe, aut ſibi promittere potuiſſe per euidentiā facilè patuit. Tertiò habes: quòd periculoſum valdè eſt peccare ſub prætextu ueniæ poſtea medijs pęnitentijs obtinendæ. Vt quid Deum permiſiſſe credis, Adamum nonſolitò nō pęnituiſſe, ut præconceperat modo ſupra declarato? Certè id egit Deus;

Promittentes ſibi uel alijs impeccabilitatē, aut perſeuerantiā, aut reſipiſcētiam damnantur.

3 ut et quam ſit periculoſum taliter peccare nobis oſtenderet, & ut timentes nobis hoc toto poſſe caueremus. Hinc, a fortiori, periculū ſequēs uitare docemur; quod in hæc uerba diſſerit Concilium Cabilonenſe 2. cap. 36. Quidam ex induſtria peccantes, propter eleemoſinarum largitionem, quandam ſibi promittunt impunitatem. Eleemoſina extinguit peccata, ſiue iuxta illud; ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſina extinguit peccata: ſed ea, quæ aut neceſſitate, aut caſu, aut qualibet ſiunt fragilitate. Ea uerò, quæ ex induſtria, uel cuiuslibet libidinis explendæ cauſa iccircò fiunt, ut eleemoſinis redimantur, nequaquam eis redimi poſſunt: quia, qui hoc perpetrant, uidentur Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare liceat. Non ergo quis iccircò peccare debet, ut eleemoſinam faciat: ſed ideò eleemoſinam facere debet, quia peccauit. Mentem enim & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad ueniam. Hæc ibi. Si namque peccanti ex quadam fragilitate, ſibi prætextu tamen ueniæ, imminet periculum magnum non pęnitendi, quando ab- bitrabatur (ut uidimus in Adamo); conſequens procul dubio fit, ut maius periculū ſit hominibus ſub ſpe ueniæ pęnitendo impetrandæ peccare eo modo, quo concilium loquitur: & ſcriptura, q docet uitare primū, per hoc multò magis contin- cit docere uitare ſecundū. Quartò habes, & quidem à fortio-

Eleemoſina qū extinguat peccata, & quādo non.

4 ri arguendo (vt nunc immediatè ſuprà) quàm benè in conſtitutionum Apoſtolicarum, authore Clemente Papa, & martyre. lib.2. cap.23 dicatur. Nullum peccatum idololatria tēporitur grauius. Ea eſt enim contra Deum impietas; & tamen ipſa quoque per ueram pœnitentiam condonatur. Si vero qs de induſtria peccet tentans Deum, quaſi nō vleiſcentem mala; is remiſſionem non conſequitur: quamuis ſecum ipſe dicat, ſit mihi propitius Deus, quoniam ambulabo in euerſione cordis mei praui. Talis fuit Amon Manaſſis filius. Inquit enim ſcriptura. Cogitauit Amon cogitationem tranſgreſſionis malam; & dixit. Pater meus à iuuentute mala iniquè fecit, & in ſenectute pœnitentiam egit; Et nunc ego ambulabo prout concupiſcit anima mea, & poſtea conuertar ad Dominum. Et fecit malum in conſpectu Domini ſuprà omnes, qui fuerunt ante ipſum: & exterminauit eum Dominus Deus citò à terra eius bona; & irruerunt in eum ſerui ſui, & occiderunt ipſum in domo ipſius; & regnauit annos duos ſolos. Attendite: nè quis veſtrum cogitationem Amon in corde ſuo confirmet; & breui tempore pereat. Hæc ibi: iuncto paruiſſe de cap. 28. Vide tu, vt applices tremenda iſta ad literam ſiu Gen. præſentem modo illo, quo nunc ſuprà immediatè docuimus.

4.Re.21. Tremenda verba

de breuiſſibilitate peccati ſperana ſeduitorū.

¶Ergo rectè dicebat ad nos pſ.61. Nolite ſperare in iniquitate; id eſt nolite ſacere mala dicendo, poſtmodum faciemus bona ſeu pœnam. Ergo vnū peccatum, quantū eſt de ſe, trahit ad aliud. Ergo peccata rectè vocātur obligationes à pſal 124. declinantes autem in obligationes adducet dominus cū operantibus iniquitatem. Vbi & denotatur ex modo loquendi, quòd illæ obligationes ſe habent ſic ad inuicem: q prima minor diſponit ad ſecundam maiorem; & ſic deinceps donec ueniatur in profundum, quò adducti ſunt operatores iniquitatem? id eſt in obſtinationem, ſeu in infernum: niſi omnipotenti bonitate ſua dominus Deus occurrerit. Hæc eſt illa impietas peccati, pro qua ſibi remittenda Dauid pſal.31. rogauerat & ſibi remiſſam gloriabatur dicens; Dixi confitebor aduerſū me iniuſtitiā meam; & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Vbi, vltra peccatum, ponit aliud, ſcilicet impietatem eius. Ergo nō ſunt facienda mala, ut ueniant bona Roma. 3. Ergo illa ſententia Rom. 5. ubi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia, non intelligitur, inquantum eſt ex natura peccati; ſed inquantum eſt ex bonitate Dei. Alioquin idem Apoſtolus ibid. ſeipſum interrogans ſic, Ergo manebimus in peccato, ut gratia abundet, non reſponderet, Abſit: ſed reſponderet, ita. Per hoc itaque reſpōſum apertè declarat, quòd non ex peccato, ſed ex Deo eſt, quòd gratia abundet in homine illo, vbi prius erat delictum. Quo & modo intellige illud pſal. 15. multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt: quòd ſcilicet acceleratio ipſa in bonum non procedit ex priore multiplicatione peccatorum ipſe, ſed ex ineffabili bonitate Dei. Diuina n. bonitas tanta eſt (inquit Sanctus Doctor. 1. q.2. artic.3. ad primum) ut nullum malum permitteret, niſi inde bonum (ſcilicet maius) eliceret.

Corol.

Vide.

A It dominus ad ſerpentem. Quia feciſti hoc: maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ. Super pectus tuum gradieris: & terram comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem & ſemen tuum, & ſemen illius. Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.

Tex.

Concl. 17. *Diabolo ex hoc, quòd decipit homines, accreſcit pœna.* [Ex eo.]

Ratio.

Propter hoc: quòd Diabolus primos parentes induxit ad peccatum: iccircò nouas à Deo luis pœnas. Et iſta dicitur pęna accidentalis.

¶Pœna eſſentialis demonum, ſicut & merces eſſentialis beatorum fixa eſt: ita quòd non variatur, nec in plus, nec in minus: quoniam, quantum ad hoc, peruenerunt ad terminū: De pœna verò accidentali, ſicut & mercede accidentali ſanctorum, ſecus eſt: & hoc ante diem iudicij. Nam poſt diem iudicij nō erit aliquod meritum uel demeritum ratione cuius præmium vel pęna debeatur. Nam meritum & demeritum ordinatur ad aliquod bonum uel malum vlterius conſequendum, poſt diem autē iudicij erit ultima conſummatio bonorum & malorum, ita quòd nihil erit ulterius addendum de bono vel de malo. Vnde & bona uoluntas in beatis nō erit meritum, ſed beatitudinis fructus, id eſt præmium: & mala uoluntas non erit in damnatis demeritum; ſed infelicitatis fructus, id eſt pœna. Ante verò diem iudicij demeritum quodammodo eſt in dęmonibus, inquantum eorum officio aliqui inducuntur ad malum; ſicut & meritum quodammodo eſt in Angelis beatis, inquibus in eorum auxilio quidam trahuntur in bonū. Conſequenter igitur ex demerito illo augetur accidentalis

Not. 2.

pœna

pœna dæmonibus: ſicut ex merito hoc accreſcit merces accidentalis ſpiritibus beatis; de quo augmento intelligi poteſt illud Luc. 15. Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiá agente. Vide Addit. ar. num. 435. cum Elucida. et pri. par. ar. num. 319. cum Elucid.

Hu. ¶ Pœna hæc in tex. deſcripta ad eum qui per ſerpentem loquebatur, i. ad diabolum refertur; ſecundum Auguſtinum ſuper Gen. lib. 11. cap. 29. Et ſicut idem Auguſtinus ſuper Gen. lib. 2. cap. 17. contra Manichæos dicit, pœna diaboli nunc narratur; qua à nobis cauendus eſt. Nam per hoc, quòd ei dicitur, Maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ, pecora illi præponũtur non in poteſtate, ſed in conſeruatione, naturæ ſuæ: quia pecora non amiſerunt beatitudinẽ aliquam cœleſtem, quam nũquam habuerũt; ſed in ſua natura, quam acceperunt, peragunt uitam. Ac ſi dicatur. Pecora quæque non perdiderunt fœlicitatem (vt ſic loquar) naturalẽ,

Auril. cuius tantum capacia erant, quę ſibi à principio creationis data fuit & tu ingrate diabole uolũtariè perdidiſti fœlicitatẽ gratiæ, in qua creatus es. 1. q. 62. ar. 3. fœlicitatemque gloriæ, cui adipiſcẽdæ propinquus factus es ibid. ar. 5. Huius autem rei recordatio noviter à Deo immiſſa diabolo, fuit ei magna pœna; cum miſerum ſe fuiſſe, & recordari ſe fuiſſe, fœlicem. Dicitur quoque illi in tex. ſuper pectus gradieris; ſiuè ſecundum aliam literã, Pectore et uentre repes: & terrã comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Vbi nomine pectoris ſignificatur eius ſuperbia, qa ibi dominatur impetus animæ: nomine autem uentris ſignificatur deſideriũ carnale, quia hæc pars mollior ſentitur in corpore: nomine uerò comeſtionis terræ ſignificatur auaritia, ideſt cupiditas terrenorũ. His uerò rebus, ſ. ſuperbia, & cõcupiſcẽtia carnis, & auaritia ſerpit ad eos: quos uult ſeducere iuxta illud 1. Ioan. 2. Omne, quod eſt in mundo (ideſt per quod tentamur) concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia uitæ. Pectore etiam, & uentre non ambulare dicitur, ſed ſerpere: quia non apertè mala prædicta uel alia illis, quos uult decipere proponit; ſed quaſi ſerpẽdo, ideſt ſub quodã boni prætextu: ut uix impietatem mali tibi ab eo ſuggeſtam uideas, niſi ad tractum longum itineris, rei tibi propoſitę attentius oculos mentis intendas. Poteſt etiam ly terram comedes cunctis diebus uitæ tuę, exponi ſic: ideſt ad te diabole pertinebunt peccatores, qui terrę nomine deſignãtur, quos tu prædictis, uel ſimilibus modis deceperis; cunctis diebus uitæ tuæ, ideſt uſque ad diem iudicij. Nam illucuſque ſolùm protenditur diaboli uita, quantum ad tentare, & decipere: licet, quantum ad eſſe ſuum & naturale, nunquam terminetur, 1. q. 50. ar. 4. cum Elucid. & pœnale, Addi. ar. num. 446. cum Eluci. Per hoc autem, quòd additur in tex. Inimicitias ponam inter te & mulierem, datur pœna dæmoni in eo; quòd poteſtas eius reſtricta reſpectu tentationis noſtri per tale dictam intelligitur ſic; quod non poteſt tentare nos, niſi per illam partem animæ, quæ quaſi mulieris imaginẽ in homine gerit: Et ſic quædam inimicitia continua ponitur inter ſerpentem & mulierem. Pro cuius planiori captu ſciendum eſt: q in quolibet genere peccati inuenitur ad inſtar primę tentationis ordo. Nam in ſenſualitate, quę per ſerpentem figuratur, præcedit concupiſcentia peccati; delectatio autem eius ſubſequitur in ratione inferiori, quæ per mulierem repræſentatur; in ratione demum ſuperiori, quæ per uirum ſignificatur, cõſummatur peccati conſenſus (ut habetur ex Auguſtino lib. 12. de trin. cap. 12.). Quod tãdem ſubditur in tex. & ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius; hoc, inquã, intellige ſic. Semẽ diaboli eſt mala ſuggeſtio, ſemen autem mulieris eſt fructus boni operis, quod peruerſæ ſuggeſtioni reſiſtit. Et hoc intimat pœnam magnam ſuperbo diabolo: quoniam ſuperbi eſt, diſcruciari, tantoque magis, quantò ſuperbior eſt; cùm uidet ſibi fieri reſiſtentiam ab alio, maximè ſi hic alius ſit natura uel aliàs inferior (ut eſt de muliere reſpectu diaboli). Inſidiatur ſerpens calcaneo eius, ideſt obſeruat plãtã mulieris, ut, ſi quando mulier in illicita labit, peccati delectatio eã diu retineat in malo abſque cõſideratione propriæ miſeriæ: nam & ſtulti oculi dicũtur eſſe in calcaneo, Eccl. 2. ſm aliam literam; quia ſtatum ſuum non conſiderat: cùm in calcaneo non ſit ſedes rationis, ſed in capite. Mulier obſeruat caput ſerpentis: quia eum in initio malæ ſuaſionis debet excludere; quoniam facilius eſt nobis tunc conterere ipſum, quàm ſi poſt inſtitũ illud euigilare ſolùm curemus. Ad cuius propoſitum optimè applicare potes illud poeticum.

Principijs obſta: ſerò medicina paratur.
Cùm mala per longas conualuere moras.

Præmiſſa itaque ſententia tota Domini contra ſerpentem nõ ſolum fuit diaboli pœnæ iuſtiſſima inflictio; ſed & noſtri cõtra diaboli uerſutias ſaluberrima inſtructio.

APPENDIX.

HINC habes, à ſimili, primò: q quicunq; homo alicui alteri ſuo, vel verbo, uel exemplo, vel quouis alio modo, dat occaſionẽ peccandi ſeu ipſum inducit, quantũ in ſe eſt, ad peccatũ aliqd, meretur ex hoc pœnã: & conſequenter peccat. Hinc ornatus mulierum, & uirorum, in ſolitus, parũ honeſtus (nè dicam, in ſpecie inhoneſtus) uel ſecundum cõſuetudinem illaudabilem, quæ potiùs corruptela dicenda eſt, introductus & obſeruatus, aut etiam aliàs ad luxuriam prouocatiuus eſt meritò ualde deteſtatus à doctoribus, & pro magno peccato multis de cauſis habitus: maximè autem ſi ornans ſe probabiliter timet, ſeu ſuſpicatur de caſu aliquorum (puta quia alias experientiam aliquam habuit de hoc) illorumque aſpectibus ſeſe offerat uolens. Vndè in conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 1. capit. 4. dicitur. Hoc ipſo peccaſti; quoniam ſolùm propter ornatum tuum illaqueaſti mulierẽ, ut tui cupiditate flagraret. Feciſti enim; vt quæ hoc paſſa eſt, per concupiſcentiam in te mœcharetur: ſed non ita es in culpa, quoniam tu illam, quæ tui amore irretita fuerat, non concupiuiſti. Tu tamen; quia iuuenis formoſus es, & ornatus incedis, vt ideò illa tui amore capta ſit; reus iudicaris peccati illius, tanquàm is, qui cauſam ſcandali illius dediſti, & in væ incidiſti. Et cap. 9. O mulier, quamquàm tu non peccandi ſtudio hoc nefas (ſcilicet te ornandi, vt placeas alienis uiris) commiſiſti, ſed tantum cultus cauſa; tamẽ non ideò effugies pœnam: quia illo ornatu coegiſti aliquem, ut ad te concupiſcendum induceretur: neque adhibuiſti cautionem, vt neque tu in peccatum incideres neque alij in ſcandalum. Hæc ibi: & reponuntur in tomo 1. Conciliorum. De his, quoniam ſatis eſt nunc hic pro textus declaratione talia uigilanter cauenda indicaſſe, uide tu Compend. Alber. Magn. lib. 3. cap. 22. cum Schol. & locis inibi citatis: & cap. 21. 28. cũ Schol. Item S. Antoninum archiepiſ. Florentin. 2. par. theol. titul. 7. cap. 4. §. 4. uerſus finem: & ibid. titu. 4. cap. 5. per totum: ubi de ſcandaloſis etiam multis alijs cuſtandis tractatur. Secundò ab oppoſitis, habes: q quicunque aliquo modo proximum ædificat, aut ei benefaciendi occaſionem dat, quantum in ſe eſt; is ex hoc meretur præmium, & conſequenter bonum opus agit. Vnde Apoſtolus Iacobus capitu. 5. inquit: q qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ ſuæ, & ſaluabit animam eius, ſcilicet peccatoris, à morte; & operit multitudinem peccatorum, ſcilicet propriorum. Bonum ergo duplex agit ille: vnum quidem ſibi, aliud erranti alteri. Quod ſi alter ad conatum illius, qui ſatagit eum conuertere, conuerti noluerit: adhuc ille conuertens, quantum in ſe eſt, non perdit bonum ſuum de conuerſione alterius; & conſequenter nec mercedem de tali conuerſione perdet. Nam per ſeipſum non ſtetit, q alter conuerteretur; ſed q non conuerteretur, ſtetit tantùm per illum alterum: & culpa nocentis non debet grauare innocentem, ideſt (vt verba regulæ iacent) non debet aliquis alterius odio prægrauari. Extra de reg. iur. in 6. regul. 22. Quòd verò iſte cõuertens (vt præfertur) ſit in tali caſu innocens patet ibid. & p regulam. 41. dicentem; Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum: & ex regula. 66. dicente; Cùm non ſtat per eum, ad quem pertinet, quò minus conditio impleatur, haberi debet, perinde ac ſi fuiſſet impleta. Conuertens ergo ille mercedem ſemper, ac ſi conuertiſſet alium recipiet: etiam quòd alius cõuerſionem recuſauerit. Tertiò, ex his regrediendo ad 3 formalem caſum de ſerpente, habes: quòd etiam ſi diabolus aliquando contra ſuum propriũm intentum non faciat actualiter cadere hominem, in peccatũ quem totis ſuis uiribus ad hoc tentat; nihiluminus pœnam nouam a Deo recipiet, perindè ac ſi eum cadere feciſſet: ſicut & tunc pœnam nouiter recepiſſet à Domino, etiam ſi prothoparentes tentationi eius non conſenſiſſent; hoc eſt, etiam ſi aduerſus eos non præualuiſſet. Ratio huius ex prædictis duabus vltimis regulis iuris patet: ut quiſque prudenter circa eas diſcutiens per ſeipſum cognoſcere poteſt. Quartò habes: quòd pœna Arrij, 4 aliorumque ſeductorum, uſque ad diem iudicij (ſicut & de dæmonibus dictum eſt in not.) creſcet proportionaliter ad ruinam, quã ex eorum exemplis ſcriptis, &c. uſq; ad illud tẽpus aliqui incurrunt. Quàuis enim ſeductorum illorum uita ſe-

cundum ſeipſam terminata ſit in præſenti; tamen terminata nondum eſt ſecundum effectus ſuos. Vnde S. Thom. 3. q. 59. ar. 5. ait; quòd uita hominum remanet ſecundùm quid ex futuris dependens, putà, quantum ad effectum operum ſuorũ. (inquit) Ex deceptione Arrij, & aliorum ſeductorum pullulat infidelitas, uſque ad finem mundi: & uſque tunc proficit fides ex prædicatione Apoſtolorum. Hinc igitur, dic, ſanctorũ Apoſtolorum (& à ſimili martyrum, Doctorũ &c.) ex quorum operibus, ſcriptis, &c. proficiunt poſteri accidentalis gloria (Hanc ego, eſſe quoddam gaudium ſpeciale de profectu aliorum tali, uel tali, ex ſuis bonis operibus ad huiuſmodi excitatorum, crediderim) creſcet uſque ad diem iudicij proportionaliter ad edificationem indè in poſteris ſubſequentem.
5 Quintò habes cauſam motiuam: quare ille diues epulo Luc. 16. in inferno ſepultus ſatagebat, nè fratres ſui malè uiuendo in illum locum tormentorum caderent. Ex amore enim proprio ad hoc eum fuiſſe motum, per ſupradicta cognoſcis, dùm ſerpentem, aliosq; ſeductores caſum cuiuſuis cęterorum quomodolibet procurantes, iuſtas à Deo luere pœnas propter peccata illorum, qui ſeducti ſic fuere, conſideras. Nam diues antedictus & crudelitatis, & guloſitatis, delitiarumque, ac faſtus, forſan etiam aliorum uitiorum, exẽpla fratribus ſuis illis reliquerat: vndè timebat, & meritò quidẽ, nè fratres ſui ipſorum exemplorum intuitu in peccata ſimilia deflecterent; in hisque perſeuerantes finaliter damnarentur. Nouerat ſi quidem uel hoc naturali ratione ſibi dictãte, quòd, ſi exemplo ſuo deliquiſſent fratres, tunc ſibimet in inferno accreuiſſet pœna; multòque magis, ſi peccata in tãtum protraxiſſent, ut in eundem ſuppliciorum locũ deſcenderẽt.

Tex. A It Dominus ad ſerpentem. Quia feciſti hoc, maledictus es &c.

Conclu. 18. *Qui non credit: iam iudicatus eſt* [Ex eo.]

Ratio. Vide differentiam. Examinauit Deus Adamum, & Euã, verùm peccaſſent, antequam pœna debita eos afficiat. Et hoc in ſignum etiã generalis iudicij; quòd ſcilicet tunc aliqui pœna plectendi non damnabuntur abſque examine. Non examinat Deus diabolum, quem tamen ſcit peccaſſe: ſed ſtatim, & quidẽ antequam protho parentes ipſos puniat, pœnam diabolo pro peccato eius nouiter facto infert. Et hoc in ſignum ẽ: quòd quidam in iudicio generali damnabuntur ſine examine; & forſan antequam damnẽtur ij, qui cum examine dãnandi ſunt. Nam in cõcluſione ly iudicatus eſt ſumitur pro, ſine examine de iure cõdemnatus eſt. Verùm, vndè iſta in puniendo differentia? Ex eo, quòd protho parentes noſtri habebant ueram fidem pri. par. q. 95. ar. 1. cum Elucid. quamuis fuẽ poſt peccatum informem 2. 2. q. 4. art. 4. diabolus autẽ non 2. 2. q. 5. ar. 2. Licet namque demones credat, Iacobo cap. 2. dicente, demones credunt, & contremiſcunt: non tamen illa ipſorum fides eſt informis, aut formata, & conſequenter nec vera, ſecundum q̃ nunc in concluſione intelligimr. Illã enim nunc dicimus ueram fidem, q̃ eſt donum Dei gratuitũ 2. 2. q. 6. ar. 2. quamquam ſit in ſubiecto cũ peccato mortali: & iſta dicit̃ fides informis, & eſt ſemper cum aliquo affectu ad bonum; de qua & loquitur Concilium Tridentinũ ſeſſ. 6. canon. 28. dicens, quòd iſtam etiam non unam, ideſt ſine charitate habens eſt Chriſtianus. Cæterùm inquit D. Thomas ubi nũc ſup. quòd fides, quæ eſt in demonibus non eſt donum gratiæ, quia fides, quæ eſt donum gratiæ, inclinat hominem ad credendum ſecundum aliquem affectum boni, etiam ſi ſit informis: ſed demones coguntur ad credendum ex perſpicacitate naturalis intellectus, & hoc ipſum diſplicet illis, q̃ ſigna fidei ſint tam euidẽtia, ut p ea credere compellantur; & ideò in nullo eorum malitia minuitur per hoc, quòd credũt. Hæc ibi ex reſponſione ad ſecundum & tertium.

Aureã. Fidei ergo catholicæ ſigna ſunt tam euidentia; ut indè ad credendum conuincatur ratione naturali diabolus, etiam nolẽs ac inuitus: quam coactionem innuit Iac. Apoſtolus per ly cõtremiſcũt; & apertè docet hic Angelicus doctor. [Et Haec Prorsvs Avrea Memoriae Perpetvae Mandato, Contra Haereticos, Omnesqve Alios Infideles]. Demonũ igitur fides licet ſit uera, veritate, qua credunt vera: nihilominus vera non eſt ueritate, qua quis inter fideles cõnumeratur. Diabolus itaque infidelis potiùs dicendus eſt.

APPENDIX.

1 Hinc habes primò, à fortiori: q̃ infideles omnes totaliter, ideſt qui nec etiam ex ſignis euidentibus viſis cõpelluntur per naturale intellectus lumen ad credendum ea, quæ fides catholica prædicat (quales ſunt pagani, iudæi, hæretici; de quibus Eccleſię ſanctæ doctor. D. Tho. in 2. 2. q. 10. ar. 5. & 6.) in iudicij generalis die abſque examine condemnabuntur. A fortiori, inquam: quia, ſi diabolus, qui ſaltem ex pſpicacitate naturalis intellectus coactè credit illa, quæ fidei catholicæ ſunt, condemnatur abſque examine (ut concl. iſta dixit); conſequens eſt, quòd infideles totaliter, qui nec ipſã coactiuã credulitatem habent, ſine examine magis cõdẽnentur. Vt quid enim examinentur; qui nihil commune cũ Chriſto iudice habent? Diſcuſſio namque meritorum, quæ aliàs examen, diſceptatio, ſeu diſputatio dicitur, in eis ſolummodò locum habet; qui habent permixtionem fidei ſaltem informis ad mala opera: quales non ſunt infideles. Audiſti, vnquàm philoſophum in lib. 1. phyſic. dicentem: q̃ contra negantem principia non eſt diſputandum? Accipe ergo hãc philoſophiam ſcilicet, uoces ad Theologiæ arcem: & indè mox agnoſces fundamentalem rationem concluſionis huius, quare videlicet infideles non examinentur, ſiuè (quod idem eſt) cum eis in iudicio non diſputetur, ſeu (Ioel. 3. verbis vtendo) diſceptetur. Quia enim cum Chriſto non conueniunt in principijs fidei, immò ipſa negant: infideles ideò cum his à Chriſto iudice non eſt diſputandum, ſeu de diſcuſſione meritorum tractandũ.
2 Secundò habes, ab oppoſitis: q̃ duplex erit genus ſaluandorum. Nam quotuplicìter dicitur vnum oppoſitorum (ſecundum philoſophum), totuplicìter dicitur & reliquum. Saluandorum ergo quidam ſaluabuntur cum examine, quidam ſine examine: cum damnandorũ in iudicio duplex ſit huiuſmodi genus (vt viſum eſt). Obſeruandum tamen eſt ſemper in hac parte: q̃ de prothoparẽtibus, vt figura quædam ſunt non vt res loquimur nunc; quoniam ipſi, ut perſonæ reales, ſaluabuntur omnino, cõtra errorem Tatiani ſecũdum illud Sap. 10. Hęc illum, qui primò formatus eſt à Deo pr̃ orbis terrarum, cuſtodiuit, & eduxit a delicto ſuo. Quam authoritatem, per locum à ſimili, intellige ẽt de Eua. Vide cõcl. 21. Nec mireris; ſi res bonas quandoque figuram eſſe malorum dixerimus, ita ut quatenus res bonum, quatenus autem figura malum, importent; quoniam hæc eſt doctrina Beati Gregorij à Sancto Tho. ſuper Mat. c. 1. ubi. Ex ea, quæ fuit Vriæ, narrata; q̃ ſ. factũ literale quandoq; eſt bonum, & figurat malum, ſicut quandoque eſt malum, & figurat bonũ. Ex quorum Sanctorũ Doctorum ſentẽtia elici datur, quòd res (de perſonis quoque intelligendo) quandoque bonæ, uel minus malæ figurant res malas, aut etiam magis malas: & è contra res malæ, uel minus bonæ figurant quandoque res bonas, aut etiam magis bonas.
3 Tertiò conſequenter ab oppoſitis habes: quòd ſaluandi ſine examine erunt ij, qui & in fide & in operibus Chriſto præcæteris adhæſerunt. Opponuntur ſiquidem hi è diametro illis, quos uidiſti abſque examine damnandos. Hi uerò ſunt Apoſtoli, & Apoſtolici uiri, maximè paupertatem uoluntariam effectualiter ſectãtes: de quo uide doctorem Eccleſię Beatum Thomam in Addiac. num. 385. cum Elucid. Saluandi uerò cum examine illi ſunt, q̃ fidẽ quidẽ habuerunt, & opera bona: ſed medio modo inter fideles dãnandos, & fideles ſine examine ſaluãdos, ſeſe in operibus habuerunt, utpote perfectã cõſiliorum uiam nõ aſſecuti, & tamen poſt pœnitentiam de peccatis in gratia diuina mortui. De hoc uide in Addi. ubi nunc ſupra.
4 Quartò conſequenter habes: quòd in uniuerſum quatuor erunt genera ante tribunal Chriſti in uniuerſali iudicio comparituorum. At de his pro textu præſenti, alijsque compluribus pro abundãtiori de iudicãdis notitia, conſule premiſſas Addi. q. 89. articulis; cum Elucidation.
5 Quintò, ex dictis in ratione concluſionis habes; quòd per diaboli comparationem magnoperè tunc in iudicio, ſicut etiam nunc in Eccleſia præſenti, confundentur hęretici alijque infideles: dùm exprobrabitur illis uanitas hæc, quam & illi apertè uidebunt (ut ex Addi. q. 87. ar. 1. & 2.) quòd ſcilicet diabolus crediderit ea, quæ ipſi negarunt. Inde & augebitur ipſis infidelibus inexcuſatio: dùm hanc diaboli credulitatem ex ſignis euidentiſſimis fidei catholicæ proceſſiſſe cognoſcent, eorum intellectus perſpicacitate adiuncta. Ex hoc ipſo namque fateri cogentur: quòd infidelitas propria non fuit ob in euidentiam ſignorum ueræ fidei cauſata; cùm ea tanta fuerit, ut dæmones etiam renitentes omninò fidei, ipſamque deſtruere quãto poſſunt conamine ſem- *Speculũ infidelium pro ſtimulo urgentiſſimo ad reſipiſcendum.*

per

per molientes, ad credendum compulerit. Ex eodem quoque fateri cogentur infideles, quòd ignorantiæ tenebris maximè inuoluti fuerunt: quando non à bona uoluntate, ſed a naturali perſpicacitate intellectus, cōſtrictos fuiſſe dæmones ad credendum, conſpicient. Tunc enim uolentes nolenteſque dicent: ſi nos, quāuis nō tanta intellectua perſpicacitate naturali ualeremus, aperuiſſemus oculos naturalis rationis ad tàm manifeſta fidei ſigna, non permanſiſſemus in infidelitate noſtra; maximè cùm ad illos aperiendos ſepiùs & internis inſpirationibus à Deo, & externis uocibus ab Eccleſia, moueremur. Tunc ergo ab ipſa ueritate coacti, ſed in ſuam ipſorum confuſionem iuſtè demerſi, cognoſcent: & quòd de ſeipſis ueriſſimè dixerat Apoſtolus, 1. Tim. 6. Si quis non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecūdum pietatem eſt, doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas uerborum; & quòd rectiſſimè ad ſeipſos ab infidelitate ad ſanā ſcholam reuocādos (ſi uoluiſſent) idē protulerat ibid. c. 3. Eccleſia Dei uiui eſt colūna & firmamentū ueritatis. Ex ore itaque proprio, per collationem prædicto modo ad diabolum factam, in die iudicij iuſte optimo damnabuntur infideles.

Text. M Vlieri quoque Dominus dixit. Sub uiri poteſtate eris; & ipſe dominabitur tui.

Concl. 19. *Perſona inducens aliam ad peccandum ex hoc meretur fieri ſubdita illius; & plerunque de facto iſtud ipſum, iuſto Dei iudicio, contingit in uita præſenti.* [Ex eo.]

Ratio. Eva induxerat Adamum, ad tranſgrediendum mandatū Dei; ut ex textu ſupra habetur: Deus verò illam hac de cauſa ſubijcit poteſtati Adami. Vndè antequam pœnā hanc Euę inferat, dixerat ad ipſam. Quare hoc feciſti? Hoc eſt. Quare per dationē pomi ſuggeſſiſti uiro tuo; vt comederet de illo? Sapientis autem cuiuſque ratio dictat: ideò præmiſſam fuiſſe mentionem de culpa, qua induxit alium ad peccandum, antequam pro pœna talis culpę ſubijciat Euam poteſtati alterius; ut ex huiuſmodi textuſæ ordine euidenter apparere poſſit id, quod nunc docet concluſio. Porrò ſi pœnam dari pro merito culpæ a Deo iuſto iudice, cointelligas: tunc ſubiectionem hāc meruiſſe Euam uidebis ob hoc, quòd induxit Adamum ad inobedientiam mandati diuini.

Not. ¶ Priuſquam mulier peccaret in proximum modo prædicto, non ſubijciebatur uiro ſubiectione ſeruitutis, cùm eſſet ſocia (ſupra cap. 2. concl. 15.): ſed ſubiectione cuiuſdam naturalis regiminis. Ordo enim naturalis exigit: vt, ſi quis præeminet alteri in ſcientia, in cōſilio, in rationis vigore; alteri dominet ſuauiſſimo dominio; & cōſequenter, ut iſte alter ſubijciatur ei utiliſſima ſui per eam gubernatione. Hoc eſt. Exigit: Vide. ut ille præeminens ſcientiam libenter communicet iſti, conſilium bonum det, rationis ſuæ diſcurſu iſtū adiuuet, & hoc in utilitatem iſtius; Et conſequenter exigit quoque, ut iſte alter ad illum præeminentem confidenter, ac humiliter tùm pro ſcientia, tùm pro cōſilio, tùm pro rationali uitæ propriæ regimine, recurrat. Inconueniens enim eſſet, ſi aliter fieret. Vnde ordinem hunc naturalem tutari intendebat Apoſtolus Petrus, quando dicebat; vnuſquiſque gratiam, quam accepit, in alterutrum, adminiſtret. i. in alterutrius utilitatē. Patet autem; quòd, ubi talis ordo eſt, ibi neceſſariò reperitur unus homo ſuperior, alius inferior; nulla tamen ſeruitute pœnali interueniente. Hæc itaque ſubiectio erat in ſtatu innocentię (ut in principio diximus): quoniam Adæ competebat ſociā ſuam Euam gubernare in regimine ſaluberrimo uitæ eius; vt qui præſtantiori ſcientia, conſilio, rationis uigore, quam ipſa, ualeret (ut ſup. ex concl. 15. cognoſcere potes). Hocipſum & ex Aug. 19. de ciui. Dei c. 14. habetur dicente: Iuſti non dominandi cupiditate imperant, ſed officio conſulendi; hoc naturalis ordo præſcribit, ita Deus hominem condidit. Verùm eſt alia ſubiectio; quæ, ultra regimen, importat ſeruitutem: & hæc ſubiectio dicit pœnalitatem. Nā ſeruus in hoc differt a libero; quod liber eſt cauſa ſui, ſecundum philoſophū li. 1. metaphy. ſeruus autem non, ſed ordinatur ad alium. Tunc ergo aliquis ſubijcitur alteri, ut ſeruus; quando iſte alter ordinat illum ad uolitatem propriam, ſcilicet ſuiipſius dominantis. Quia uerò unicuique eſt appetibile proprium bonū; & conſequenter, eſt contriſtabile; quòd bonum illud, quod deberet eſſe ſuum, ſit ſolummodò in utilitatē alterius: idcircò talis ſubiectio ſeruitutis non poteſt eſſe ſine pœna ipſorū ſubiectorum. Primum igitur illud naturale dominium eſt, quo unus dominatur alteri, ut libero: quandoquidem dominus ipſe dirigebat (ut declarauimus) ſubditum ad bonū proprium illius, qui dirigebatur; uel ad bonū commune, quod iſti ſubdito eſt etiam ueluti proprium, inquantum ſecundum rectam rationem unicuique appetibile eſt bonum commune: Secundum autem dominiū eſt, quo unus dominatur alteri, ut ſeruo; iuxta declarationem prædictam. Et de hoc ultimo dominio intelligitur textus, quando ait, ipſe dominabitur tui; & conſequenter de hac ultima ſubiectione, quando inquit, ſub uiri poteſtate eris.

¶ Erat ergo dominium, & ſubiectio, ante peccatū, & poſt: Coroll. ſed alio, atque alio modo. Peccatum ergo non tantum introduxit ſeruitutem duriſſimā & diaboli, de qua Ioan. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria eius (ecce ſeruitus, iuxta notata) vultis facere; & peccati, de qua ibidem, qui facit peccatum ſeruus eſt peccati: ſed etiam introduxit ſeruitutē coactam hominis ad hominē, de qua in tex. præſenti. Vnde Aug. de ſeruitute coacta loquens, & de ſtatu innocentiæ, dicit. 19. de ciuit. Dei. c. 15. Hominem rationalem ad imaginem ſuā factum non uoluit Deus niſi irrationabilibus dominari; non hominem homini, ſed hominem pecori. Ex hoc Aug. igitur dicto non mireris, ſi poſt peccatum homo dominatur homini: quoniam homo per peccatum factus eſt pecus. Non. n. mentitus eſt ille, qui dixit: homo, cùm in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis. Immo & hoc dictum ſuum, pro maiori ueritatis certificatione ſignificanda, ibidem replicauit; Pſal. 48. De hac materia, an. ſ. ante peccatū fuerit ſubiectio aliqua, & quomodo pōſt: uide pulcherrima, nonnullorumque de hoc errores excluſos, in Elucid. pri. par. art. nu. 483. & in tex. ibid.

A Dæ verò dixit. Puluis es, & in pulverem reuerteris. Text.

Concl. 20. *Non tantùm mors, uerùm & incineratio, eſt pœna peccati.* [Ex eo.]

Reverti in pulverem includit duo; ſcilicet mori, & Ratio. pōſt incinerari. Sic ergo, cùm omne poſterius includat ſuū prius, Deus pœnam Adæ infligens pro peccato breuiſſima locutione, ſcilicet in puluerem reuerteris, utrunq; ſignificauit. Puluis es, inquit, & in pul. reuer. Hoc eſt. Nunc, dum uiuis, tu es puluis, ſub forma tamen carnis; quo modo & panis eſt farina, ſed ſub forma panis; non autem farinæ. Poſt mortē reuerteris in puluerem, ſub forma tandem aliquando pulueris quomodo farina & eſt in ſpecie farinæ.

¶ Reuerſio in puluerem, ut pro incineratione ſumitur, eſt Not. reſolutio in elementa; qua ſcilicet corpora noſtra ſtatim poſt mortem incipiunt reſolui, & ad putredinem diſponi. Nā exhalante calido naturali per mortem, ſuperuenire incipit calor extraneus; qui putrefactionem cauſat. Ex quo patet: quod incineratio in concluſione poſita non præſupponit corporum combuſtionem: cum omnibus in originali peccato cōceptis competat de lege communi incineratio hæc, de qua & eccleſia, tanquàm exponens hunc Gen. textum; in principio ieiunij quadrageſimalis unicuique dicit: Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris; & tamen non omnium corpora materialiter comburantur. Et nota: quòd apertiſſimè expoſuit eccleſia ly puluerem pro cineribus. Hoc enim fecit ad deſignandum cauſam reſolutionis prædictæ, quæ eſt originata ab Adam, cui pœna talis nunc infligitur: quæ cauſa eſt incendiū fomitis, quo humanū corpus eſt infectū radicitus; propter cuius infectionis purgationē oportet, corpus humanū uſq; ad prima componētia reſolui. Nam illud, quod per incēdium reſoluitur, dicitur in cineres reſolui. Ob hoc ergo ea, in quæ corpus hominis reſoluitur, conuenienti vocabulo cineres appellantur. Nomine igitur incinerationis, breuibus clarioribuſque verbis loquendo, intelliguntur omnes reliquiæ: quæ remanent, humano corpore reſoluto. Et tales reliquiæ omnes in textu vocantur puluis per ly in puluerē reuerteris. Vide Addi. ar. nu. 340. cum Elucid.

¶ Ergo, quòd aliqua corpora, puta ſanctorum quorundā Coroll. non incinerentur; eſt ex priuilegio ſpeciali. Propterea, dictū eſt in Not. quòd incineratio, puta putrefactio prædicta, eſt de lege communi. Nec tale priuilegium facit, quòd iſta pœna non fuerit inflicta Adamo, & pro ſe & pro omnibus ſuis po-

Incineratio cōis omnibus quāuis quidam non incinerētur.

ſteris: quoniam hoc non tollit obligationem, qua uniuerſi filij Adam obligati ſunt hanc pœnam ſubire: ſed ſolummodò tollit actum (ut patet). Intelligatur ergo textus ſic; in puluerem reuerteris, idest tu cum omnibus a te p ſeminalem rationem deſcendentibus obligaberis ad hanc pulueriƶationis pœnam actualiter ſubeundam; & actu incinerationem ſeu pulueriƶationem iſtam ſinguli patiemini, niſi de ſpeciali priuilegio p miſericordiam meam ego aliquos, obligatione tamē ad hoc remanente, ab actu ipſo eximere voluero. Priuilegia uerò particularia non tollunt ius commune per illam regulam. 28. Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ſunt ad cōſequentiam trahenda; & per illam aliam. 74. Quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debet ab alijs in exemplum. De regul. iur. in ſexto. Ergo Chriſtus pęnalitati huic, ſicut nec morti, nec aliem cæterarum, oportet ex peccato Adami conſequentium non fuit obligatus. Non enim habuit carnem peccati, licet habuerit uerissimam carnem humanam; ſed habuit tantummodò ſimilitudinem carnis peccati, idest carnis peccatricis, pro peccatoq; pœnę debitricis. Quomodo Chriſtus ſimilitudinem carnis peccati, & non carnem peccati, habuit; ſi habuit ueram carnem humanam, & uera caro poſt præuaricationem Adæ eſt caro peccati? Nam ſecundum Concilium Trid. ſeſ. 5. decre. de pec. orig. tenemur credere: quòd Adam p ſuam inobedientiam transfudit peccatum in omne genus humanum. Vnde qui diceret, carnē ab Adamo peccatore in poſteros deſcendentem non eſſe carnem peccati, ex ui talis deſcenſus, eſſet & anathematiƶatus & hæreticus. Reſpondendū; quòd ideò Chriſtus dicitur ab Apoſtolo habuiſſe ſimilitudinem carnis peccati, non autem carnem peccati: quia ipſe ex vera carne humana, quam habebat, uidebatur eſſe peccator; ſicut & cęteri, qui veram carnem humanā habebāt; & tamen tale iudicium de Chriſto apparens ex tali coniectura hominibus erat falſiſſimum. Et quare erat falſiſſimum? Quia licet Chriſtus realiter uerèque deſcenderet ab Adam ſecundum corpulentam ſubſtātiam, ſicut & cæteri: non tamen ab eo ſecundum ſeminalem rationem deſcendebat, quo ſanè modo deſcendebant cæteri. Omnis ergo vera caro humana ab Adā peccatore deſcendens ſecundum ſeminalem rationem, & nō tantum ſecundum corpulentam ſubſtantiam eſt realiter, ex vi talis deſcenſus, caro peccati (& hoc eſt de fide; ut tactum eſt): ſed non omnis uera caro humana ab Adam peccatore quocūque modo deſcendēs eſt caro peccati. Ex hoc ergo, ꝙ aliquis habet ueram carnem humanam, deſcendentem etiā a peccatore Adam, non licet ſtatim, idest ſine aliqua alia cōditione addita concludere: quòd talis habeat carnem peccati: ſed tantum inferre licet, quòd talis habet ſimilitudinem carnis peccati, idest ueram carnem ſimilē carni peccatrici. Vt autem ex eo ueraciter concludi poſſet talem habere carnem peccati: oporteret addere, quòd illa caro deſcendit ſecundū ſeminalem rationem. Et tunc conceſſa illatione, negaretur: quòd concluſio uerificetur de Chriſto. Ratio negationis eſt: quia Chriſtus (ut tactum fuit) non deſcendit ab Adam ſecundum ſeminalem rationem, idest per concubitum uiri & mulieris. Cōceptus enim eſt de ſpiritu ſancto, carnemque ueram aſſumpſit ex Maria virgine: vt docet ſymbolum fidei ab Apoſtolis confectum, omniaque legitima concilia ipſum ibidem exponentia. Nec obſtat his; quòd Chriſtus habuerit pœnalitates multas conuenientes carni peccati, ex quo etiam magis adhuc hominibus (de quibus ſupra) videbatur habere carnē peccati, idest deſcendere ab Adam ſecundum ſeminalem rationem: quoniam tales pœnalitates ex hoc, quòd habentur, non oſtendunt neceſſariò; quòd habens illas deſcendat ab Adam modo nunc dicto. Ad hoc enim, ꝙ neceſſariò id concludant, oportet: ꝙ quis habeat eas ex obligatione peccati, i. ex eo, ꝙ peccator eſt, debitor ſit talium pœnarum ſoluēdarū, hoc eſt debeantur ei pœnæ iſtæ. Pœnalitas itaque realiter habita non infert p̄miſſum nunc deſcenſum ab Adam; ſed cauſa pœnalitatis. Quia ergo Chriſtus non ex debito peccati (qđ nullum habuit, ſed nec habere potuit) pœnalitates carnis paſſus eſt: ideò licet pœnalitatibus ſubiacuerit, non propter hoc ab Adam ſeminaliter deſcendit. Ad hoc enim ſignificādum, ꝙ ſ. nō ob ex debito ſui peccati Chriſtus pœnalitates ſuſtinuerit, ſymbolum fidei, ſm expoſitionem Nicœni primi, omniumq; aliorum legitimorum cōciliorū, de Chriſto ait: Qui propter nos hoīes, &c. Qui propter debitū noſtrū ad pœnas pro noſtro peccato ſubeundas, nō propter debitū ſuum (cùm nullū potuerit habere peccatum) eſt paſſus. Id quod explicatiùs manifeſtauit iam Concilium Epheſinum primum c. 10. inquiēs. Qui dicit: Pontificem noſtrum Chriſtum pro ſe etiam obtu-

Regula iuris de priuileg.

Rom. 8.

Chriſtus quare dicatur habuiſſe ſimilitudinem carnis peccati; nō carnem peccati.

Chriſtus nullo modo peccare potuit

liſſe ſemetipſum oblationem, & non potiùs pro nobis ſolis (non enim eguit oblatione, qui peccatum omninò neſciuit); Anathema ſit. Hæc ibi. Vbi & Cyrillus in 6. ſynodo approbatus pro declaratione inquit. Pontificē confeſſionis noſtrę pro ſeipſo ſemetipſum Deo & patri obtuliſſe, eſt omninò a recta & inculpata fide alienum. Peccatum enim non fecit. Qui verò ſuperior eſt omni delicto, & prorſus expers peccati, oblatione pro ſe nulla opus habuit. Hæc ille. Per ly omninò, a Concilio dictum, & per ly prorſus, a Cyrillo explicatum, intelligere m actum ſimul cum potentia: ita quòd per illa uerba voluerunt dicere, quòd Chriſtus & actu & potentia neſciuit peccatum, hoc eſt, ꝙ fuit impeccabilis, idest neq; peccauit, neq; potuit peccare. Et re uera Chriſtus non eſſet Chriſtus: ſi hoc, ſcilicet non poſſe peccare, non conueniret ei ex natura ſua (ut Concilium, & Cyril. intelligunt). Ratio eſt: quia Chriſti natura eſt eſſe Deum & hominem, idest conſtare ex duabus naturis, diuina ſcilicet & humana, in una perſona diuina incōfusè unitis. Quis autem non apertiſſimè videat: quod hoc ſecūdum ſe omnimodam impeccabilitatem dicit? Cùm ergo uideris poſt mortem ſuam Chriſtum non incinerari (vt ad primum ſermonem de ipſo regrediamur) noli idem iudicium de illo, & de alijs ſanctis non incineratis dare: ſicut nec de illo paſſo, & alijs paſſis dabas: ſed dicito, quòd alijs ſanctis nō incineratio non debebatur ex ſeipſis, Chriſto autē ex ſeipſo debebatur. Cur uerò Chriſtus incinerationē noluerit ſubire, ſecundum ꝙ dicit in pſal. 15. Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionē, & exponitur in li. Actu. 2. a B. Petro Apoſtolo. cùm tamen alias carnis pœnalitates elegerit pati (ut inquit D. Thomas. 3. q. 14. ar. 1. &c.): uide eūdem Eccleſiæ ſanctæ doctorem. 3. q. 51. ar. 3.

Chriſtus non fuiſſet Chriſtus, ſi peccare aliquo modo potuiſſet.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 20. cap. 3. eſt ex conſequenti contra hæreſim Pelagij dicentis conſecutiuè: ꝙ Adam non ex culpæ demerito, ſed conditione naturæ incineratus eſt; ſeu (quod in idem redit) ꝙ Adam, etiam ſi non peccaſſet, nihilominus incineratus fuiſſet. Dicentis inquam, hoc conſecutiuè: quia formaliter dicebat, ꝙ Adam non ex culpæ demerito, ſed conditione naturæ mortuus eſt, ſeu ꝙ Adam, etiam ſi non peccaſſet, nihilominus mortuus fuiſſet, ad quod eius dictum formale conſequitur (vt ſapiēs quiſque videt) illum circa incinerationem dixiſſe implicitè hæreſim ipſam, quę nunc in principio allata fuit. Sciuit nāq; Pelagius, hoc docente experientia: ꝙ homo poſt mortem incineratur; hincque de Adamo hoc ipſum, dictante ſibi etiam ratione, cognouit. Hæc autem de incineratione hæreſis deſtruitur (vt tactum eſt) a præſenti concluſione. Patet enim hic: ꝙ incineratio inflicta eſt Adamo, tanquam pœna peccati: adeò ꝙ ſi peccatum, non præceſſiſſet, nec incineratio eius pęna eſſe potuiſſet. Damnatus etiam, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à concilio Arauſicano. In canō. enim. 2. dicit. ꝙ mors corporis fuit pœna peccati. Vnde per hoc inſinuat intelligentibus: Adam ex demerito culpæ occubuiſſe; atque ideò ꝙ niſi peccaſſet, mortem corporis, & per conſequens incinerationem, non incurriſſet. Item à ſap. 2. Deus creauit hominem inexterminabilem: inuidia autē diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Ecce, quàm clarè teſtatur ſpiritus: & ꝙ homo creatus eſt ita, vt poſſet non exterminari idest non mori, & multò magis non incinerari; & ꝙ per peccatum, quod vtique mediante inuidia diaboli factū eſt (vt patet ex iſto Gen. cap. 3.) mors corporis, & conſequenter incineratio introiuit in orbem terrarum. Quòd autem intelligatur hoc de morte corporis, & inexterminatione talis mortis, patet: eò ꝙ vult ſapiens, per hoc reſponſionem habere ad illos impios, de quibus in principio eiuſdem capituli prælocutus fuerat, qui vtique de morte corporis loquebantur. Ac ſi per hoc ad eos reſponderit. Vos dicitis, ꝙ mors corporaliter hominibus eſt ſtatutum ab eo, qui afflauit ſpiritū in naribus veſtris; idest a Deo: & ego reſpondeo uobis, quòd iſtud ſtatutum non fuit ex creatione, quaſi ꝙ homo creatus ſit per mortem corpoream exterminabilis (Deus enim creauit hominem inexterminabilem) ſed fuit ex peccato mediante diaboli tentatione facto (inuidia ſiquidem diaboli mors introiuit in orbem terrarum). Erat ergo immortalis in ſtatu ante peccatum homo: ut & S. Doctor in pri. par. q. 97. ar. 1. ait,

arque

atque declarat. Vide ibi pulchra, & neceſſaria ſcitu, innctis Elucidationibus ex quo loco abundantiſſimè quoque per alia concilia, ſacraſque ſcripturas condemnare poteris Pelagianam hęreſim hanc, ſi dicta inibi de morte ad incinerationem applicaueris. Damnatur etiam ab eod. Sancto doctore Eccleſiæ & auctoritate, & ratione, & argumentorũ ſophiſticorum pro Pelagio facientium ſolidiſſima confutatione, in 1. 2. q. 85. ar. 5. quem videas tu. Interim tamen pro cautela, ne erres in intelligentia prædictæ authoritatis Sap. 2. & per conſequẽs ut abſq; errore ex illa condemnatum uideas Pelagiũ, noſtramque concluſionem benè firmatam, aduerte diligenter: ꝙ licet homo ſic corruptibilis naturaliter ſecundum naturam materię ſibi relictæ, inquantum habet materiam ex cõtrarijs compoſitam, & per conſequens inclinatam ad corruptibilitatem; nihilominus homo ipſe in ſui prima inſtitutione eſt incorruptibilis, ſeu inexterminabilis, à Deo conditus. Quomodo ſtant iſta ſimul? Audi. Clarum eſt; ꝙ corpus humanum, cùm ſit materia in qua recipitur forma hominis id eſt anima rationalis incorruptibilis, debet eſſe proportionatum ſuæ formę: quoniam materia omnis proportionari debet formæ, quam recipit (ut tota philoſophia teſtatur). Vt nerò proportionatum redderetur formæ illi, etiam vt incorruptibilis eſt, ſicut & proportionabatur ei, quatenus rationalis erat; decuit, ut corpus ipſum haberet incorruptibilitatem; & ſi non à natura propria, cùm naturaliter eſſet corruptibile, vt dictum eſt, ſaltem aliundè; puta à natura formę ſiuę per aliquem modum ipſam incorruptibilitatem corpori præſtãte. Pro cuius faciliori captu nota vigilanter; ꝙ duplex conditio poteſt attendi in materia, & conſequenter in corpore humano; vna ſcilicet, quam agens eligit; alia quæ non eſt electa ab agente, ſed eſt ſecundum naturalem conditionem materiæ. Vt, ſub exemplo, dicamus. Faber ad faciendum cultellum eligit materiam duram, ductilem, quæ ſcilicet ſubtiliari poſſit, vt ſit apta inciſioni, & ſecundum hanc conditionem ferrum eſt materia proportionata cultello: ſed hæc alia conditio, ꝙ ſcilicet ferrum ſit frágibile, & contrahens rubiginẽ, conſequitur ex naturali diſpoſitione ferri, nec hanc Faber ille in ferro eligit, immò hanc repudiaret, ſi poſſet; & hęc conditio materiæ non eſt proportionata intentioni nec artificis nec artis. Applicando premiſſa ad corpus humanum; quid dices? Quòd corpus humanum, quantum ad iſtam conditionem, qua ſcilicet eſt temperatæ complexionis, eſt materia electa à natura ut poſſit eſſe & conuenientiſſimum organũ uirtutum animę ſenſitiuarum, motiuarumque, & conuenientiſſimum repręſentans obiectum uiribus eiuſdem animæ intellectiuis; & ſecundum iſtam conditionem humanum corpus eſt materia proportionata animæ rationali: ſed hæc alia conditio, qua ſcilicet eſt corruptibile, prouenit ex diſpoſitione talis materiæ, neque hæc conditio eſt electa à natura, quin potiùs natura eligeret materiam incorruptibilem ſi poſſet; & ſecundum hanc conditionem corpus humanum non eſt proportionatum ſuæ formæ, ut incorruptibilis eſt. Vt autem, ſecundum hanc etiam conditionem, proportionaretur formæ ſuæ: Deus, cui ſubiacet omnis natura, ſuppleuit hunc defectum naturæ in prima inſtitutione hominis iſto modo; ꝙ dono iuſtitiæ originalis datæ Adamo pro ſe; & ſuis poſteris (Alioquin, quando perdidit eam, perdidiſſet ipſam ſibi ſoli; & non etiam nobis: quod eſt contra Concilium Trid. ſeſſ. 5. Decret. de pecc. orig.) dedit corpori incorruptibilitatem quandam; non quidem faciendo ipſum corpus eſſe incorruptibile ſecundum naturam, neque ſecundum gloriam, ſed ſecundum cauſam efficientem. Inerat enim animæ uis quędam ſupernaturaliter collata diuinitùs, per quam præſeruare poterat corpus ab omni corruptione; quandiu ipſa Deo ſubiecta permaſiſſet. Hoc autem (ut Pelagianum os ex philoſophia etiam obſtruatur) conuenienter factum tunc fuiſſe, oſtẽdit natura animæ, quæ tranſcendit proportionem corporalis materię; ſecundum philoſophum, 2. phyſi. tex. 26. dicẽtẽ, quòd ultima formarum, ad quam terminatur conſideratio naturalis, partim eſt extra materiam. (Huius expoſit. clatam vide. 1. q. 76. ar. 1. ad primum). Ex tali enim animæ natura infertur euidenter: quòd conueniens fuit, ut in principio ſibi daretur uirtus; per quam conſeruare poſſet corpus ſupra naturam corporalis materiæ. Sic nanque correſpondent ſingula ſingulis (ut ex dictis patet).

Text. FEcit Dominus Deus Adæ, & vxori eius, tunicas pelliceas, & induit eos: & emiſit de paradiſo voluptatis.

Concl. 21. *Dominus Deus, quando iuſtitiam punitiuam exercet in aliquem, miſericordiam commiſcet.* [Ex eo.]

In hoc, quòd prothoparentes eiecit, iuſtitiam punitiuam (vt decebat) in eos exercuit; in hoc verò, ꝙ illis tunicas, pelliceas fecit, hiſque ipſos induit, miſericordiam (quam ij non meruerant) demonſtrauit. Ibi caſtigauit; iſtic ipſi caſtigationi dulcedinem miſericordiæ immiſcuit. Et vide quantam. Nõ ſolùm pelliceas eis tunicas fecit, ſed etiam ipſis eos induit. Sciebat miſericordiarum pater, ꝙ exituri erãt ad intemperiem aeris, tantoque illis infeſtiorem, quantò paradiſus fuerat eiſdem in aere tẽperatiſſimus. 1. q. 102. ar. 1. plantisq; floridis ſemper comatus ibid. artic. 2. & ideò totum eorum corpus veſtiuit pellibus contra iniuriam frigoris, ventorum, ac cæterorum huiuſmodi. Miſericordiam grandem erga ipſos exercuit; dum pellibus, quæ ex animalibus brutis, ac mortuis, detrahi ſolent, eos induit: quia per hoc eos inducere voluit ad memoriam continuam propriarum miſeriarum, videlicet ꝙ per peccatum & ſimiles brutis, & mortales actualiter, erãt effecti; ſicq; conſequenter inducere ad ueiã, & continuam pœnitentiam de peccato eorum. Magna enim miſericordia Domini eſt, quando peccatoribus dat intelligere veraciter miſerias ipſorum proprias; eaſq; ante ipſorum oculos mente (vt decet) penetrandas ponit, ac ad earum pœnitentiam condignam voluntatem eorundem inuitat: quod totum ſubindicatur voluiſſe Deum, quantum eſt de ſe, facere erga prothoparentes noſtros per factum præmiſſum narratum in textu. Nam è contrà (vt inquit Cyprianus ad Cornelium Papam in epiſtol. 7. contra hæreticos) ira eſt Dei, non intelligere delicta; nè ſequatur pœnitentia: & licet primus fœlicitatis gradus ſit, non delinquere, ſecundus tamen eſt delicta cognoſcere; quoniam illic currit innocẽtia integra, & illibata, quæ ſeruat; hic ſuccedit medella, quæ ſanat. Hæc ille: quem uide in tomo 1. conciliorum. Ratio.

¶ Attẽdẽdũ eſt diligẽtiſſimè primò: quãtã uim ad uiã ſalutis humanæ oſtẽderit Deus eſſe poſitã in cõſideratione mortis, ꝑ hoc; ꝙ ſępius, & in tã breui cõpẽdio diſcurſus ſcripturalis, mortis recordationẽ ante oculos Adami ponere curauit. Vide. In cap. 2. de ea ad illũ mentionẽ fecit per ly in quacunque die, comederis ex eo morte morieris; in cap. 3. item per ly puluis es, & in puluerem reuerteris; & mox iterum non amplius verbo, ſed facto, quando ſcilicet eos induit pelliceis tunicis. Quare primò commemorat mortẽ? Vt à peccando Adamum auertat. Quare ſecundò? Vt de peccato commiſſo dolorem incutiat. Quare tertiò? Vt dolori interno de commiſſo pœnitentiam exteriorem adiungat. Quaſi per has commemorationes Adamo apertè dixiſſet. Si mortis, quam tibi minor, recordatus cum timore condecenti fueris; tunc à commeſtione pomi vetiti vel hoc fræno ſalubriter coercitus abſtinebis. Si mortis, quam tibi pro peccati pœna, infligo, recordatus (vt decet) fueris mox dolorem cordialem de commiſſo, uel hinc ſtimulatus habere curabis: antequàm vadas ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine terram miſeriæ, & tenebrarum, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Si mortis iam tibi inflictæ intimam, & (vt ita dicam) inhęrentem cõtinuè, ſicut iſtæ pelliceæ tunicæ, conſiderationem habueris; tunc pœnitentiam condignam de peccato ex dolore interiori procedente inſtanter arripere ſaltem hinc perterrefactus ſtudebis, antequam appropinquent anni, de quibus dicas non mihi placent; antequàm tenebreſcat Sol, & lumẽ, & Stellæ & Luna; ſciens, ꝙ nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas. Prouidit ergo miſericors Deus homini de remedio cõtra peccatum, nè caderet; nè poſt caſum in eo maneret; & vt ad ipſum Deum, vndè ceciderat, rediret. Fuit ſanè remedium hoc, quantum in ſe erat, ualidũ modo ſuo ad hæc tria: ſed Adamus eo uſus non eſt. Vndè & in textu poſt ly in puluerem reuerteris, immediatè ſubiungitur ly vocauit Adam nomen vxoris Eua, eò ꝙ mater eſſet cunctorum viuentium; ſupra à muliere dictum eſt ly nè fortè moriamur; & à ſerpente eidem reſponſum ly nequaquam moriemini; quæ omnia obliuionẽ mortis, vel certè debiliſſimam aut nullam eius recordationem importãt (vt patet conſideranti). Si enim Adam de morte, vſque etiam ad puluerizationem, cogitaſſet attentè; tunc de uita ſermonem facere, Euam matrem uiuentium nominando, non curaſſet: ſed talem nomenclaturam mente occupatus in

Not. Iob. 10. Eccl. 12. 9.

oppoſito uitæ diſtaliſſet, aut forſan à maternitate morituro-rum ſeu mortalium nomen mulieri impoſuiſſet. Vide miſe-ricordiam Dei; vide miſeriam Adami. Per miſericordiam Deus mortis memoriam, pro reparatione miſeriæ eius, Ada-mo offert: miſeriam ſuam Adamus exagerat, quaſi aliò uer-ſus, diuinitatum commemorationem mox adducit; & hoc nulla mentione facta de morte. Nunquid non uides in patre ipſorum pictos hic filios illos Adami: qui nunquam ad con-ſiderationem mortis oculos connectere uolunt; qui quando ab aliquo aſtantium tractatur de morte, ipſi, quaſi parùm uel nihil hoc ad ſe pertineat, aliò mente atque ſermonem inten-dunt? Heu miſeri patris miſerrima filiorum hæreditas. Item quid innuit mulier in propoſito dùm inquit, Nè fortè mori-mur? Quòd nihil ferè cogitabat de morte; quòd nullo fermè il-lius timore pauebat ut quæ, nec mortem ſibi certò affuturã credere ſe, dicebat. Rurſus. Ad quid ſerpentem reſpondiſſe putas, Nequaquàm moriemini? Ad hoc ut omnem memo-riam mortis, etiam leuiſſimam, è mēte prothoparentum ex-cuteret. Quare hoc uoluit? Quia erat callidus, & valdè calli-dus. Nō enim ſine cauſa, antequàm introducatur ſermo iſte, Nequaquam moriemini, dicitur in tex. ſerpēs erat callidior. Ideò namque in propoſito ſerpens dicitur multum callidus: quia ad clauum, in quo ſuſtentabatur (poſt gratiam diuinã) fabrica, nè caderet, manum primam miſit pro ſubmouendo illo. Sciebat enim, quòd & remota columna ſuſtentante, decidit ſaxum ab ea ſuſtentatum; & euulſa radice, corruit arbor; & fræno ea ore ablato, equus indomitus currit in præceps. Vbi ergo neruum rei huius conſiſtere aduertit; illuc om-nes ſuas uires ſerpens diabolicus primò intendit: & propte-rea dictus eſt in huiuſmodi tentationis ingreſſu, atque pro-greſſu callidior. Vtilitatem verò hanc magnam conſideratio-nis mortis, & per conſequens miſericordiam Dei magnam fuiſſe in veſtiendo pellibus prothoparentes monſtrauit bre-uiſſimo ſermone ſcriptura ſacra; quando vnumquemque fi-lium eorum alloquens ait, Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.

2 ¶ Secundò nō minus uigilanter ex præmiſſis nota: quòd ma-lefaciant, quātæq; ruinæ paulatim, & quaſi inſenſibiliter ap-propinquent, qui poſt tergum proijciunt conſiderationem mortis, ac nouiſſimorum ſuorū. Id quod B. Cyprianus mar-tyr, ceu non ualens totaliter explicare, inſinuauit per interro-gationis modum in epiſt. ſupradict. inquiēs: An putas frater: leuia eſſe apud Deum facinora, parua & modica delicta; quòd non timetur ira, & ignis, & dies Domini? quòd imminente An-tichriſto, exarmatur fides militantis populi; dum tollitur ti-mor, & uigor, Chriſti? Et ille ipſe ibid. oſtendere volens, quòd ta-lis inconſideratio nouiſſimorum ac intimiditas eſt ſubtiliſ-ſima antiqui ſerpentis magnaque tentatio ſub ſpecie boni, (qualis & nunc modernorum hæreticorum eſt vana ſecuri-tas mundo inculcata) cum uehementi exprobratione huius ueneni ſerpentini ſubiungit. Honor ergo datur Deo: quando ſic Dei maieſtas & cenſura contemnitur; ut cùm indignari ſe ille & iraſci hominibus dicat, & cùm pœnas æternas & ſup-plicia perpetua comminetur, proponatur a ſacrilegis atque dicatur, nè ita cogitetur Dei, nè timeatur iudicium Domini, nè rogetur maieſtas indignantis Dei, nè pulſetur ad Eccleſiã Chriſti; ſed ſublata pœnitentia, nec ulla exomologeſi crimi-nis facta, pax prædicetur? Hæc ille. Magna igitur ſalutis iu-ctura paratur illis; qui ſeipſos, uel alios exarmant timoré Di-uinorum iudiciorum per tunicas pelliceas in tex. figuratorū.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

ISTA Concluſio 21. cap. 3. deſtruit abundan-tiſſimè errores peſtiferos & Nouatiani (ut refert Prateol. tit. cæleſtiani) dicentis, Deum eſſe crudelem: & Turrilupinorum dicentiū, verecunda omnia publicitus nudata geſtari poſſe; ſeu (quod in idem redit) verecundiam non eſſe habendam, nec vllo pacto erubeſcendum de quacō-que re a natura nobis data. Patet enim hic contra horredam illam blaſphemiam Nouatiani, quòd Deus etiam in puniendo, ubi ſolet magis quandoque apud homines crudelitas immi-ſceri, miſericordiam, eamque plurimam intermiſcet. Magna certè (ut & ſupradictis addamus) miſericordia ea fuit; quan-do Adamum è paradiſo emiſit. Non enim emiſit indè illum, vt luporum rapinā, & diaboli prǽda fieret; (Quo modo No-uatiani dicunt; quòd in peccatum poſt baptiſmum lapſi ad pœ-nitentiam non ſunt admittendi, ſed ad luporum rapinam, & diaboli prædam proijciendi. Contra quos efficaciter diſputa-tur Gen. 4. con. 17. & cap 45. con. 1. & Nu. 16. con. 2.) ſed emiſit illum, ut pœnitentiam de peccato facere addiſceret. Audiſti hactenus multa de Adamo; in quibus tamen nullam ipſius voluntariam de commiſſo pœnitentiam percepiſti. Vt ergo Adamus ad cor ſuum redeat, ut cor durum in humiliatum, & contritum mutet, ut in ſe reuerſus uadat ad Deum patrem ſuum & dicat, Peccaui in cœlum & coram te: emittitur è para- Luc. 15. diſo terreſtri. Minæ de morte & puluerizatione non fuerunt ſatis ad conuertendum eum, ut quæ tanquam diſtantes a te-mories minùs ſenſibiliter eum feriebāt; idcircò minis ipſis ad-iuncta eſt eiectio è paradiſo: ut hęc pœna, tanquàm ſenſibi-liter præſens & feriens, Adamum ad cognitionem multipli-cis boni amiſſi, & multiplicis mali acquiſiti (ideò enim lignū comeſtum uocabatur ab effectu lignum ſcientiæ boni & ma-li), & conſequenter multiformis miſeriæ ſuæ; ſicque tandem ad ueram pœnitentiam, reuocaret. Hoc de cauſa, ad hoc uide-licet ſignificandum, dicitur in tex. & quòd emiſit eum, ut opera-retur terram de qua ſumptus eſt, & quòd eiecit, & quòd collocauit ad cuſtodiendam uiam ligni vitæ gladium uerſatilem. Opus namque laborioſum, non delectabile (ut prius, cum poſuit eum in paradiſo, ut operaretur) imponitur Adamo extra pa-radiſum, opus uile & ruſticanum (nepotè operatio circa eſſo-ſionem terræ lutoſæ, ſeu limoſæ), nō ſolùm emittitur ex tam delicioſo loco, ſed etiam eijcitur; ut uexatio det intellectum ei, quem eidem cōſolatio abſtulerat: & nihilominus ſpes ad uitam gratiæ redeundi, ſi per pœnitentiam conuerteretur, dare-tur ei ex hoc, quòd gladium iuſtitiæ diuinæ arcentē à ligno uitæ cerneret eſſe uerſatilem. Et re uera ſic euenit. Nam Adamus tot pœnis tùm priuatiuis, tùm poſitiuis circundatus tandem aliquando à preſſura tribulationum poſt diutiam motionē uelut excitatus doluit de offenſa propria tàm benigniſſimo creatori ſuo facta: in bonitateque eiuſdem ſpe concepta ocu-lis, quos priùs ſtatuerat declinare in terram, nunc primum ele-uatis in cęlum ingemuit, & ait; ſana Domine animam meā, quia peccaui tibi, & animas pauperum filiorum meorum nè obliuiſcaris in finem, A delictis meis mūda me, & ab alienis Pſ.26.40 parce ſeruo tuo. Ego, ego ſum, qui præ muliere peccaui in- 73.18. tuitus in uita mea, in tanto fœlicitatis ſtatu mihi donato; Ego iniquè egi; Ego ſum, qui malum feci: quia, cū intellectus na- 2.Reg.24 turali uigore magis uigorem, illam mihi offerentem pomū auertere debueram; & ſic nec me, nec filios meos & iuſtitia originali priuaſſem, & peccato originali infeciſſē. Heu, Heu, Eccleſia mi Domine; quid faciam? Ad quem fugiam; niſi ad te Deus in offic. meus? Heu, Heu, Heu, Domine Deus. Ergo nè diſperdes om- mortuor. nes reliquias meas, effundens furorem tuum ſuper uniuerſā Ezech. 9 poſteritatem meam? Miſerere mei Deus, miſerere mei; quo- Pſal. 56. niam in te confidit anima mea: & in umbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. Clamabo ad Deum altiſſi-mum; Deum, qui benefecit mihi.

Adami pœnitentia unde, quo, & qualis fuerit.

ITAQVE prothoparens noſter, ut ueniā conſequeretur, peccatum ſuum, & inquantum ſeſe, & inquantum poſteros damnificauerat, confeſſus ſpiritu contribulato humiliter no-cteque ſuit: & ad clementiam Dei infinitam confugit. Sic, ſic, ſapientia diuina illum, qui primus formatus eſt pater or-bis terrarum antedictis medijs, uidelicet pęnis omnibus, ærū-nis, laboribus, comminationibus; ironijs (per ly Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt; ſciens bonum, & malum) con-fuſionibus, priuationibus, eiectionibus, inſtabili miſericor-dia (contra Nouatianos) quamuis poſt innocentiam illam effectu baptiſmali maiorem collapſum, cuſtodiuit: ad uerā pœnitētiam adduxit: & eduxit eum a delicto ſuo. cap. 2. Cōtra errorem Encratitarum, & Tatiani, dicentium; quòd Adam & Eua primi parentes ſunt ob inobedientiæ peccatum perpe-tuò damnati. Nam Sap. auctoritas hæc etiam de cōſorte Ada-mi tanquàm per locum à ſimili, intelligenda eſt. Vnde Au-guſtin. lib. 2. c. 44. de baptiſ. paruulor. ait. Illi primi parentes poſtea uiuendo creduntur per Domini ſanguinem ab extre-mo liberati ſupplicio. Hoc ſenſit etiam magiſter ſententiarū lib. 2. d. 33. Vide ibi expoſitores. Ecquid igitur non tibi Noua-tiane, hæc omnia pro miſericordia Dei magna probāntur: cū eorum ſingula ad tantum miſerationis effectum, ad iuſtifica-tionem uidelicet Adæ peccatoris, tanquàm ad finem ordina-ta ſint? Denominatur ſiquidē aliquid formaliter, atque ideò magis; a fine; ab obiecto autem exteriori materialiter, atque ideò minùs. Nam propter hoc ille, qui furatur, ut committat adulterū, eſt per ſe loquendo magis adulter, quàm fur. Ethic.

lib.5

lib. 5. capit. 2. Si igitur in punitiua Dei iuſtitia, nec tantillum crudelitatis rectè intelligentibus apparet, ſed miſericordia ſu perexaltat ipſum iudicium, Iaco. 2. & cùm iraſcitur Deus, miſericordiæ recordatur, Abac. 3. & nō cōtinet in ira ſua miſericordias ſuas, Pſ. 76. quantā putas eſſe abſolutè illius, abſq; ulla prorſus crudelitate, pietate? Damnatur & Nouatiana blaſfemia à Gen. 3. con. 11. & c. 6. con. 2. 3. & ab Exo. 12. con. 6. Itē à Leuit. 1. con. 6. & c. 26. con. 11. 12. & à nu. 11. con. 12. cum ibi citatis. Patet rurſus per cōcluſion. iſtam totum contrariū brutalis illius inſaniæ Turrilupinorū. Ad quid enim Deus tunicas prothoparentibus pro indumentis aptauit? Certè, ut totum corporis uerenda contegeret. Dices utique: hoc feciſſe Deum, ut tegeret totum corpus illorum. Dicam & ego, ratione demonſtratiua te ex teipſo conuincēs: Si hoc fecit, ut totum illorum corpus tegeret, utique ut & pudēda. In hoc igitur facto Deus honeſtatem ſibi ualdè placere declarauit: & dùm non ſolum uerenda in prothoparentibus, ſed etiam non ſic uerenda, puta reliquum corpus eorundem ita cooperuit, ut non per aliquam tranſparentiam ab extrà uideretur, pelliceis tunicis id prohibentibus; tunc procul dubio à fortiori Turrilupinani ueſaniam reprobauit. Et uide: & q nec in inimicis ſuis, quales pro illo tunc erant prothoparentes, paſſus eſt inhoneſtum aliquid uel tranſparenter apparere: & quòd nec iuſtitiam ſuā diuinam, quę tunc in eos multiformiter (ut audiſti) exercebatur, uoluit aliquam totum inhoneſtatem pro pœna diſcooperire: immò parùm, perizomatibus ſcilicet, coopertam noluit plurimùm, tunicis ſcilicet pelliceis, cooperire. Dic mihi: quare Deus ſupra in tex. inter tot reprehenſiones iuſtiſſimas nunquam, nec minimo quidem unius uerbuli nutu, reprehendit Adamum &c. de perizomatibus factis, quaſi q illi malè, uel cōtra, aut præter, naturam egiſſent in faciendo ſibiipſis perizomata pro coopertura genitalium? Quia hinc utique ab oppoſitis docere uolebat: quod reprehēſibiles meritò illi ſunt, qui de pudendis tegendis non curant, & multò magis qui ipſa denegāda in conuictu humano, aut uerbo, aut exemplo procurant: quales erant Turrelupini, Cynici, & Adamitæ, ſeu Adamæi, uel Adamiani, de quibus olim is Direct. Inqui. 2. pat q. 6. Vide ſupra Gen. con. 9. ubi & damnātur. Item Elucid. Addit. artic num. 269. Condemnant eoſdem Beatæ Virgines martyres Barbara Agnes, dum orantes, nè nudæ uiderentur; ſtola candida à Deo cooperiūtur: & Lucia, dum orans, nè ad lupanar ducatur, immobilis redditur. Vide earum uitas, ab Eccleſia receptas. Damnatur & à Gen. 6. ubi Cham, tanquā alter minor Turreluptnus, maledicitur; eò quòd uerenda patris non dico diſcooperuerit, ſed non cooperuerit: & ubi Sem & Iaphet pro eo, quòd eadem naturali reuerentia ducti cooperuerunt, benedicuntur. Item à Deo in Exod. 39. per hoc: quòd de fæmoralibus pro contegēdis pudendis mandat ſacerdotibus ſuis miniſtris. Nunquid non audiſti Apoſtolum dicētem Rom. 13. ut in die honeſtè ambulemus? & 1. Cor. 14. Omnia honeſtè fiāt in uobis. Et (à fortiori) 1. Cor. 11. Vos ipſi iudicate. Decet; mulierem non uelatam orare? Nec ipſa natura docet uos? A fortiori, inquam; quia per hoc multò magis indicat (ut ſapienti patet) quòd ipſa natura docet nos, non decere nudos cōparere. Et 1. Cor. 12. quæ inhoneſta ſunt noſtra, abūdantiorem honeſtatem habent, id eſt (ut in contextu ſeipſum exponit) his honorem abundantiorem circumdamus: Et, 1. Theſ. 4. honeſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt? Audiſti ſapiētem dicentem Eccle. 11. paupertas & honeſtas à Deo ſunt? Et cap. 24. flores mei fructus honoris, & honeſtatis? Et dicentē Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis hoſtas per manus illius? Et cap. 8. In operibus manuum illius (ſapientiæ) honeſtas ſine defectione? Et capit. 10. Sapientia honeſtum fecit illum (iuſtum)? Audiſti Lucam in Actis. 17. laudabiliter commemorare honeſtatem in mulieribus etiam gentilibus, dicendo: & multi crediderunt ex eis, & mulierum gentilium honeſtarum (ut honeſtas indicet ſanguinis, ac morū nobilitatem)? Ex his ergo per eos audiuis concludere tu: q per ſingulas illas authoritates tum Apoſtolus, tū ſapiens, tum Lucas uno ore condemnant inhoneſtatem maximam ab effrontibus Turrelupinis, Cyniris, & Adamęis (natura penitus reclamante) in ſui à diabolo nimia faſcinatione adinuentam.

Honeſtas corporalis à Deo factis, et uerbis in ſcriptura multùm commendat; & oppoſitum dānatur.

Textus. IN ſudore uultus tui veſcer. pane tuo. Eiecitq; de paradiſo voluptatis.

Concl. 22. *Peccato actuali duplex pœna iuſtè debetur; ſcilicet pœna ſenſus & pœna damni.* [Ex eo.]

ADAMO, qui peccauerat actualiter, Deus pœnam hanc vtranque inflixit: & ſenſus quidem per ly in ſud. uult. tu. ne. pa. mo; damni uerò per ly eiecit Adam de parad. voluptatis. Senſus namque affligitur, dum ſudat; nixque poſt ſudorem poſſe ſe habere panē ad ueſcendū, quem vſque ad ſudorem laborando acquirere procurauit, anxius timet. Talis erat pœna ſenſus Adamo per ly in ſudore uultus &c. inflicta. Nam per contextum patet; q poſt operationem ſuam in terra, Adamus multotiēs habiturus erat ab ipſa ſpinas & tribulos (ideò enim maledicta dicebatur in opere eius): & per experientiā liquet, q ſpinæ & tribuli non ſunt panes, neque boni ad ueſcendum. Denotauit ergo Deus: q in pœnam peccati futurū erat, ut poſt laborem multiplicem, qui per ſudorem uultus intelligitur, pro acquirendo pane habitum adhuc panis uix inueniretur. Id quod experientia quotidiana ſæpius docet in filijs Adami, propter peccatum hoc eius ab ipſis per originē carnis contractum. Damno quoque rerum non minùs affligitur cordialiter homo: maximè ſi fuerint & pretioſæ, & quandoque iam habitæ, & propter culpam ſuam uoluntariè irrecuperabiliterq. perditæ, & ipſarum damnum quò ad ſingula hæc benè penetratum ac ponderatum. Sic erat pęna dāni in Adam: ut ex contextu quiſque ſapiens cognoſcere poteſt. Res enim, cuius iacturam nunc faciebat Adamus, erat pretioſiſſima ac vndiq; delitioſiſſima, utpote paradiſus uoluptatis: Res illa fuerat iam de propinquo ab ipſo habita, luſtrata, non intelligibiliter tantùm, ſed etiam ſenſibiliter multifariè (puta uiſu, auditu, olfactu &c. cogitatiua, æſtimatiua &c. potentia motiua, progreſſiua &c.) per complacentiam quandam ſuauem prægustata: Res illa Adamo tam chara ab eodem iam erat uoluntariè, propter culpam videlicet ſuam, ac irrecuperabiliter ad literam, perdita: Rei huiuſce damnū quò ad ſingula dictarum circunſtantiarum ab Adamo, utpote naturaliter (ut ſup. cap. 2. con. 14.) ſapientiſſimo intantum capiebatur, ponderabatur, perpendebatur, ſubindè reuoluebatur, & uſque ad uiuum (vt aiunt) penetrabatur; vt nihil ſupra. Poſt namq; reuerſus ad cor omnia hæc, ſimiliaq; damna in hoc textus uerbo, eiecit de paradiſo, incluſa ſingulariter, ac ſingillatim, fœlicitati miſeriam conferendo cogitabat; tantoque ſenſibiliùs, quantò recentiori memoria omnia prę narrata allatum conuocabat: & indè non ſemel, nec uulgariter commotus ſuſpirando ex intimis diſtendebatur, angebatur cruciabatur, ita ut pœna hæc damni miſerè magis, quàm illa pœna ſenſus, ipſum contorqueret.

Ratio.

APPENDIX.

HINC habes primò q in peccato actuali ſunt duo. Nā, cùm pœna peccato illi ex oppoſito correſpondēs contineat duo, ſcilicet afflictionem poſitiuam ſenſus, & afflictionem priuatiuam damni, oportet: quòd in peccato ipſo correſpondenter ſint duo. Alioquin unum oppoſitorū, qualia ſunt peccatum, & pœna, non eſſet totiplex, ſeu non diceretur totuplicìter: quotuplex eſt aliud, ſeu quotuplicìter dicitur aliud: quod eſt inconueniens. Hæc autem duo in peccato actuali reperta, ſunt auerſio & conuerſio: auerſio ſcilicet à bono incōmutabili, quod eſt Deus, & conuerſio ad bonum commutabile, quod eſt creatura. Peccando ſiquidem homo actualiter deſerit Deum, eius præceptum per omiſſionem uel per commiſſionem tranſgrediēdo; & adhæret creaturæ illi, cuius dilectionem ſeu complacentiam ſeu ſatiſfactionem (ut aiunt) præcepto diuino anteponit. (De auerſione, & conuerſione, uide. 1. 2. q. 87. ar. 4. & quid ſit formalius in peccato, & alijs multis circa hoc, uide Elucid. Addi. ar. num. 6. 17.). Verbi gratia, in facto Adami. Auerſus eſt à Deo Adamus eò quòd eius pceptū de non comedendo illud pomum per commiſſionem, id eſt faciendo contrarium, tranſgreſſus eſt: conuerſus uerò eſt ad creaturam eò, quòd dilectionem, complacentiam, ſatiſfactionem (quæ tria in idem redeunt) uoluntatis propriæ antepoſuit præcepto illi diuino. Niſi enim complacere magis elegiſſet Adamus voluntati ſuæ, quàm Deo ſic præcipienti: non comediſſet unque de pomo. Videtur ut apertiùs loquar. Deus uetat pomum, voluntas Adæ appetit pomū. liberum arbitrium Adæ eſt in medio utriuſque, hoc eſt, & poteſt eligere complacere Deo vetanti; & poteſt eligere complacere voluntati Adę appetenti. Quid facit tandem? Eligit complacere (quod aiunt ſatisfacere) uoluntati appetenti. Quare ſic eligit? Quia magis diligit uoluntatem propriam, quam Deum: quoniam dilectio pręcedit electionem. 1. q. 23. ar. 4. Auertitur ergo liberū

Peccans omnis actualiter mortaliter. (quacunq; occaſione data) magis dilegit uoluntatē propriā, q Deū.

arbitrium à Deo, cum ipſum poſt ponat, utpote ipſum relinquens,& ab ipſo recedēs: cōuertitur autem ad creatam uoluntatem propriam, cùm hanc ante ſe ponat, utpote ad hanc accedens, iſtáque complectens. Nec obſtat nunc dictū, quòd uoluit complacere vxori ſuæ, quia hoc fuit occaſionatum quid uel ſecundarium; prædicta uerò intelliguntur tanquam de eſſentiali quodam, & principali, quòd uidelicet eſt de eſſentia peccati; ita ut peccatum non eſſet peccatum, niſi illud adeſſet, hoc eſt voluntas peccātis. Quod vt facilius capias: dic mihi. Cur Adam uoluit complacere uxori? Nonnè quia hoc complacere, placebat uoluntati Adæ? Vtique. Quomodo enim fieri unquam potuiſſet, etiam ſi fingendi licentia detur, ut Adamus uellet complacere uxori: ſi ipſum complacere ei, nō placuiſſet Adamo? Et quomodo hoc ſcilicet uelle complacere vxori potuiſſet unquam placere Adamo: ſi uoluntas Adami complacentiā talem nō dilexiſſet, & elegiſſet? De uelle enim determinato, quale in omni peccato mortali eſt, loquimur. Quia ergo amauit uolūtatem propriam Adamus, ideo complacere vxori voluit; ideò comedere voluit; ideò præceptū diuinum poſtpoſuit; ideò (ut ſemel dicamus) & malè auerſus, & malè conuerſus, fuit. Radix ergo eſſentialis peccandi fuit uoluntas propria. En' itaq; auerſio, & conuerſio in peccato Adæ, tanq̄ exēplar de auerſione, & cōuerſione in quocunque alio actuali mortali: En' etiam utriuſque, auerſionis ſ. & conuerſionis, cauſa uera, ſcilicet uoluntas peccātis. Propter quod poſtremum, rectè dictum uideas à Sancto Bernardo; Aufer uoluntatem, & non erit infernus.
2 Secundò, habes: quòd pœna damni correſpondet auerſioni in peccato, pœna verò ſenſus conuerſioni. Nam ſicut auerſio dicit priuationem, ita pœna damni priuationem, & ſicut cōuerſio dicit quid poſitiuū, ita etiam pœna ſenſus. At differentia eſt in hoc (ſunt enim oppoſita peccatum, & pœna) quòd auerſio eſt priuatio uoluntaria ſecundum uoluntatem inordinatam, & pœna damni eſt priuatio inuoluntaria contra uoluntatem ſcilicet illam inordinatam; ſimiliter conuerſio eſt poſitio voluntaria ſecundū voluntatem inordinatam, & pœna ſenſus eſt poſitio inuoluntaria contra uolūtatem ſcilicet illam inordinatam. Verbi gratia. Quando auerſus, & conuerſus, malè eſt Adamus; uoluntariè auerſus, & conuerſus eſt (ut declaratum fuit): ſed quando priuatus eſt paradiſo, & poſitus ſub labore uſq; incluſiuè ad ſudorem, contra ſuam uoluntatem hoc utrūque fuit. Ideò enim doluit, ſe amiſiſſe paradiſum; & doluit ſe ſubiectū fuiſſe laboribus, iiſq; diuturnis uſque ad mortem. Voluntariè quidem meruerat has pœnas utraſque: ſed inuoluntariè, id eſt cōtra uoluntatem ſuam illam inordinatā, has patiebatur. Quòd ſi uoluntariè, faciendo ſcilicet de neceſſitate uirtutem, has paſſus eſt poſtmodum, quando in ſe reuerſus cognouit, ut debuit, culpam ſuam, & pœnas illas tanquam iuſtiſſimè pro culpa inflictas uoluntatis nouo aſſenſu acceptauit: hoc non infert, quòd illæ pœnæ non fuerint contra uoluntatem inordinatam, ſed infert, quòd poſt non ſint contra uoluntatem ordinatam.
3 Tertiò igitur, ex immediatè præmiſſis uide, quomodò pœnæ peccati a Deo in præſenti uita inflictæ ſunt medicinæ: ut omnis Schola Theologorum docet. Ecce Voluntas Adami eſt inordinata per peccatum. Quid facit Deus? Pœnā adhibet; & ut peccatum eius puniat, & ut hoc medio uolūtatem eius de inordinatione ad ordinationem reducat. Habita pœna grauatum ſe dolet Adamus. Sic enim punitur: quoniam non propriè formaliter punitetur (quod eſt pœnam eſſe contra uoluntatem), niſi punitionem ſentiret; & tanquam quoddam ſibi amarum, & durum, ipſa uideretur: eamque ſic ſibi uiſam omnimodis, etiam uoluntate diuina uolente abijcere uellet & conaretur. Hactenus illa eſt pœna peccatoris, ut adhuc peccatoris, pro peccato ſibi data. Hactenus illam, tanq̄ iuſtam peccator non intuetur; ſed in amaritudinis eius, & duritiei conſideratione tantùm ſiſtit. Hactenus pœna illa non adduxit peccatorem hunc in contuſionem propriæ culpæ, ut offenſa Dei eſt: & ideò dolet de pœna, ut pœna tantùm; & ſi aſpicit culpam, dolet de ipſam ſolum, ut cauſa pœnæ eſt, non ut offenſa Dei. Et vndè hæc omnia? Indè profectò: quia uoluntas peccatoris, qui punit, eſt adhuc inordinata. Si ergo ordinet, iſta ceſſabūt. Quomodo ordinabitur? Per ipſammet pœnam tanquàm per medicinale inſtrumentum; & a Deo principaliter, tanq̄ per per hoc medium agente. Audi. Pœna grauat per plures dies; adhuc uoluntas puniti inordinata perſiſtit, nondum aperit oculos ad inſpiciendam culpam, ſed tota immerſa manet, ac ſemper pedetentim magis immergitur, in apprehēſione pœnæ. Ratio eſt, quia plus debito ſeipſam amat, quam pœna affligit, & minus debito Deum amat, quē ſua culpa offendit. Adhuc ergo uoluntas hæc inordinata eſt. Quid ultra? Creſcit pœna, augetur in dies, & ſi non ſecundū ſe ipſam ſecundum apprehenſionem peccatoris (nam impatientia puniti grauiorem ſibi pœnam efficit: ſicut è contrario patientia alleuiat eandem), durat per menſes, per annum, per annos: tādem iſte miſſe ſus omni humano auxilio, quod diù ſperauit, fruſtratum ſe ex nō ſubleuatione ſentiens, mentem ad ſuperna ſuſtollit, adiutorium a Deo pro ſui leuamine poſcēs. Et quia ſcit Deum contra ſe propter peccatum, quod fecit iratum: ideò tanquam a neceſſitate propriæ indigentiæ ſtimulatus, ſeipſum eidem humiliat. Quoniam uerò Deus, ut talem peccatorem per pœnam magis eleuet, differt auxilium: ideò peccator ille undique amplius anxiatus, & intra ſe incipit ſollicitè quærere, qua uia poſſit adiutorium diuinum ſibi tàm neceſſariſſimum obtinere. Ecce autem fides, quæ illi uiam monſtrat dicens: quòd Deus & iuſtus eſt & odit iniquitatē; & conſequenter quòd propter peccata, quæ fecit, a Deo pœna talis ipſi iuſtè inflicta eſt. Hanc, fide monſtrante, viam peccator ſpe aliquantulū leuatus perueniendi ad id, quod ſic inſtanter poſcebat, arripit illā. Quā ſanè uiam mox ingreſſus aperit oculos ad ulteriora procedens, & dicit: ſi Deus eſt iuſtus, & odiēs iniquitatem, mihi pœnā iuſtè inflixit (ut fides pro re firmiſſimè tenenda edocuit) ergo pœna, quam patior, & iuſta eſt, & pro peccato data eſt. Quis fecit peccatum pro quo mihi data eſt? Ego. Quis alius? Nullus efficaciter: quoniam reuera uoluntas, qua peccaui, a nullo ad hoc conſtringi potuit. Ergo ſolus ego peccaui: hoc meum fecit. Si ego ſolus: ergo pœnarū, quas patior, nullus alius eſt cauſa, niſi ego; & ego ipſe ſum mihimetipſi grauis. De quo ergo iuſte conqueri poſſum niſi de meipſo? Quid ergo odire iuſtè debeo in tota hac preſſura mei; niſi & peccatum, & uoluntatem meā, qua peccaui? Quid igitur auferre neceſſium mihi eſt; ut auferatur hæc tanta pœna mea: niſi & peccatum, & illā meam uolūtatem malā? Remota ſiquidem cauſa remouetur effectus: ſicut & perſeuerante cauſa, perſeuerat effectus. Sic itaque, pœna mediante, bonum intellectum peccator iſte adeptus incipit odire peccatū ſuum, & uoluntate propriam, qua pro certo iam nouit ſe peccaſſe, deteſtari: quod odium, deteſtationemque conſequitur appetitus quidam uindicandi ſe de illis, tanquam de ueris inimicis ſuis. Hinc animaduertens, quòd pœna, quam patitur, eſt a Deo immiſſa tanquam uindicta contra utrunque hunc inimicum, peccatum ſcilicet & uoluntatem malam; conuertitur ad amādum diuinam iuſtitiam, & pœnam, tanquam uindicantes ſeipſum de prædictis uerè inimicis ſuis. Vides nè iā auerſum peccatorem a bono cōmutabili, id eſt ab illa ſua mala uoluntate, quam ſub ſpecie boni antea diligebat, conuerſumque ad bonum incommutabile, quod antea deſeruerat? & conſequenter pœnam feciſſe uoluntatem eius de inordinata ordinatam; hoc eſt de auerſa conuerſam? Per pœnā illam igitur Deus bona duo in peccatore fecit, quæ ſunt punire ipſum iuſtè pro peccato, & reducere eundem miſericorditer ab auerſione, conuerſioneque malis, ad auerſionem, conuerſionemque bonas.

¶Dixit concluſio ly peccato actuali; ad differentiam peccati originalis tantùm. Nam originali, vt originale eſt, debetur ſolummodò pœna damni. Et hoc iam definitum eſt per ſedem Apoſtolicam; tanquàm unum de maioribus Eccleſiæ cauſis articulos fidei contingens. Vnde Papa Innocentius. 3. extra de baptiſ. & ei effec. ait. Maiores Eccleſiæ cauſas præſertim articulos fidei contingentes ad Petri ſedem referendas &c. quibuſdam igitur quæſtionibus, quas contra catholicos hæretici mouerant, nos poſtulas reſpondere. Et infrà. Pœna originalis peccati eſt carentia viſionis Dei; actualis verò pœna peccati eſt perpetuæ gehennæ cruciatus. Hæc ibi. Vbi vides pœnam originalis contradiſtingui pœnæ actualis in hoc; quòd pœna actualis eſt cruciatus gehennæ, originalis verò pœna eſt carentia viſionis diuinæ, ſcilicet tantùm. Alioquin ſi ly tantùm, non ſubintelligeretur; tunc non diſtingueretur: quoniam tunc pœna originalis eſſet etiam cruciatus gehennæ perpetuæ. Et hoc, ſcilicet ly tantùm, eſſe ibi de mente Pontificis patet ex eo, quòd peccato actuali non aſſignat in textu niſi pœnam ſenſus: cum tamen conſtet, & pœnam etiam damni actuali peccato deberi, & Pōtifici hoc non fuiſſe ignotum, cùm apertè ſcriptum ſit Yſai. 26. quòd impius non uidebit gloriam domini, ac Matth. 5. per ly Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, idem manifeſtè ab oppoſitis oſtēdatur. Quis. n. ignoret, quòd dicens mundis corde pro beatitudine uiſionem Dei reddendam, conſignificet ex oppoſito eadem ſaia prorſus: immundis corde pro damnatione nō uiſionē. i. carentiam

Pœna ſ-
ſenſis mi-
ta ſunt
medici-
na : &
quo.

Impatien-
tia ſua ſ
bijpſi tri-
bulatio
aggra-
uat ma-
ximè tri-
bulatio-
nem.

Vita a-
ſpicienda
ab affli-
ctis, pro
adiuto-
rio Dei
cōſequē-
do.

Nota.

tentiam uiſionis Dei reddendam? Cum itaque differentiam inter peccatorum illorum pœnas intenderit principaliter ibi aſſignare Pontifex: iam conſtat, quòd originalis pœnam eſſe tantummodò carentiam diuinæ uiſionis in illa ſua deciſione intellexit. Huic tu definitioni, tanquam a ſede Petri (ut dixit illud cap. Maiores) profectæ, accomodare debes ſenſum cuiuſcunque doctoris catholici, ſi quando verba ſua aliter videntur ſonare; & non è contrario, id eſt non debes ullo modo facere, quòd ſedes Petri unum doctorem ſequatur quemcunque doctorem aliud dicens. Abſit hoc a cordibus fideliũ: vt mater eccleſia, atque omnium magiſtra ſecutura intelligatur in prædictis & conſimilibus filios, & non potius filij matrẽ ſuã: tũc contingere videremur, ſi propter dicta filiorũ ſanctiones matris vocarentur in dubium. Pro regula itaque uniuerſaliſſima ac neceſſaria omninò, id ſemper tene; nẽ unquam à ueritate deuies: pro quo & conſule Elucidationes Addi. art. num. 113. append. Quando igitur, inde conſect. diſtin. 4. cap. firmiſſimè, inuenies Auguſtinum dicentem, paruulos ſempiterno igne puniri, dic, quòd nomine ignis tanquam vniuerſalis afflictiui intelligit pœnam, quæcunque ſit illa; maximè cùm ibid. diſt. ead. cap. regenerante, idem Auguſtinus dicat, quòd paruulorum pęna mitiſſima eſt. Et quare mitiſſima; niſi quia ignis propriè dictus, actiuiſſimus omnium, eis pro pœna poſitiua non debetur? Igne ergo uniuerſaliter ſumpto puniuntur priuatiuè paruuli: quando uiſione diuina priuantur. En exemplum, quomodo ad ſedem B. Petri reducenda ſunt verba doctorum in contrarium quandoque ſonantia: ne ſimus, ſicut paruuli fluctuantes ue[…] tentes diſtinguere inter matrem, & cęteros. 1. phyſic. tex. 8. Patres quidẽ noſtri ſunt, & doctores ueneràndi SS. Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, Baſilius, Cryſoſt. &c. tamen pro regula infallibili nobis, quæ fidei ſunt, ſolùm Eccleſia Sancta Catholica Apoſtolica & (ut caput ſuum Chriſti Vicarium cõnotemus) Romana, mater noſtra a Deo nobis data eſt: ut habes ex D. Thoma. 2. 2. q. 5. ar. 3. & q. 10. ar. 12.

Regula neceſſaryſſima pro ſi lys. 3. Eccleſia.

Regula infallibilis in fide eſt Eccl.

Not. 2. ¶ Dixit concluſio ly iuſtè. Quod quidem intelligitur non tantùm ex parte Dei, utpote qui puniendo non poteſt non niſi iuſtè punire; ſed etiam ex parte peccatorum, qui puniuntur. Hi enim ſibimetipſis uoluntate ſua libera emerunt pœnas duplices illas, quæ ſibi tùm hic tùm in futuro dantur. Ideò, cum iuſtitiæ ſit reddere vnicuiq; quod ſuum eſt, & ad prædictas pęnas obligari eſſe ſuum per uoluntatem fecerint, iuxta illud Eccl. 15. Ante hominem uita & mors bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi: ideò, inquam, ex parte ipſorum peccatorum iuſtum eſt, ut eiſdem duplex illa pœna reddatur: nec de tali duplici puniri non poſſunt vnquam, iure ſuo etiam ſolùm conſiderato, ex ratione lamentari; quinimmò illud ipſorum ius, ſi attendatur, obſtruit penitùs os loquentium iniqua, ita ut etiam in ſemetipſis erubeſcant de uelle lamentari contra Deum iudicẽ pœnarum illatarum executorem. Nunquid noluit ſpontè peccator priuari Deo per hoc, quòd ſponte peccauit? Vtique. Is ergo hoc fecit eſſe ſuum, ut Deo priuetur, & hic & in futuro. Et in futuro, inquam: quoniam per peccatum, etiam unum ſolum ſe inhabilem reddidit peccator ad nouam conuerſionem ex ſemetipſo in Deum; & conſequenter per illud unum peccatum (quid ſi fuerint multa?) ipſe, quantum eſt de ſe, priuauit ſe Deo pro ſemper, id eſt pro quacunq; duratione in æternũ. Qui ergo ſe Deo pro ſemper ſpõte priuauit, iure ſuo ſibi ipſi uendicauit, ut gratia Dei priuetur, & gloria: ita quòd ſi nõ priuaretur his, contra ius ſuum, quantum eſt ex parte ſua, fieret. Rurſus. Nonnè noluit ſponte peccator, ut ſuo appetitui dominaretur creatura in malũ culpę per hoc, quòd peccauit. Vtiq;. Ius ergo hoc fecit eſſe ſuum, ut proprio dominaretur appetitui creatura in malum pęnę, & hic & in futuro. In futuro, inquam: quia per unum etiam ſolum peccatum ſe inſufficientem fecit peccator ad euadendum, quantum eſt ex ſemetipſo, à dominio creaturæ; hoc eſt, ad faciendum ſe ex creaturę ſeruo liberum: & conſequenter per illud unum peccatum (Quid ſi fuerint multa?) ipſe, quantum eſt de ſe, ſubiecit ſemetipſum creaturæ pro ſemper, id eſt pro qualibet duratione in ſempiternum. Qui igitur ſe creaturæ in ſeruũ pro ſemper ſponte ſubiecit, iure proprio ſibimetipſi uendicauit, ut à creaturæ ſeruitute non liberetur: ita quòd ſi ab huiuſmodi ſeruili ſubiectione per quempiam alium quandoque liberaretur contra ius ſuum, quantum eſt ex parte peccatoris fieret. Propter hoc ſignificandum Apoſtolus, quando nos peccatores ad gratiam dicit per Saluatoris noſtri benignitatem eſſe adductos, uigilanter notat, quòd non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos. Tit. 3. id eſt contra operum merita, quæ fecimus nos. Nam ibi loquitur figuratè, per illam ſcilicet figurã, quæ minus dicit, & plus ſignificat. Pro cuius dicti Apoſtolici captu ſit præ oculis tuis ſententia Gen. 4. qua Dominus dicit ad Cayn, uox ſãguinis fratris tui clamat ad me. Ex hac ergo dic tu: ſi unum peccatum fratricidij clamabat [ad] Deum uindictã contra Cayn, quanto magis tot peccata noſtra clamabant ad aures Dei uindictam contra nos? Clamabant utique multò plus: & die, noctuque continuè. Quid clamabant, in propoſito ſupra dicti Apoſtolici? Nè uenias Deus, nè incarneris pro ſalute hominum, nè appareas in humanitate: ſed ueni ad perdendum homines, veni contra ipſos damnationem, eamque æternam, eis iuſtiſſimè, ut meriti ſunt, infligendo. Opera igitur, quæ fecimus nos, clamabant aſſiduè cõtra noſipſos uindictam illam duplicem, quam tangit concluſio, videlicet pœnã dãni, & pęnam ſenſus: hoc eſt & ut priuaremur paradiſo, non amplius terreſtri, ſed celeſti: & ut grauaremur laboribus uarijs uſque ad ſudorẽ vultus noſtri, non amplius terrenis, neque donec reuerteremur in puluere, ſed infernalibus, atque in æternum. Quàm magna ergo charitate apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei; de quo ibi Apoſtolus? Contempletur hæc attentiùs quiſque per ſe de ſe: & in meditatione ſua exardeſcat ignis, quem Dominus Ieſus miſit in terram Lu. 12. & uoluit vehementer accẽdi.

Vt non Deus ſumeret carnem noſtram pro ſalute noſtra, ſunt cõtra noſtra merita.

Not. 3. ¶ Dixit tex. undè concluſio, ly in ſudore vultus tui ueſceris pane tuo, intelligens per ſudorem vultus non quod litera tantummodò ſonat (alioquin hæc pœna non eſſet uniuerſalis, id eſt omnibus hominibus data in Adamo, ut patet) ſed quod ſenſus literalis uult. Litera enim tantum ſonat laborare in agro, ſeu ruſticanum opus exercere ſiuè laborare manibus, uſque ad ſudorem corporalem: literalis autem ſenſus multò uniuerſalior eſt. Senſus namque literalis eſt ille, quẽ intendit non grãmaticus, ſed ſpiritusſanctus per uerba ſignificate 1. q. 1. ar. 10. & conſequenter iter[…] in hoc lo[…] le[…] quem ſpiritusſanctus per u[…] a iſta [… & ſpiritus] ſanctus, cùm uellet omnes homines, utpote in Adam peccantes uniuerſi, præſentem pœnam ſubire, intendit per uerba prędicta ſignificare laborem unicuique perſonæ pro ſtatu, [&] conditione ſua conuenientem. Conſtat uerò ſpiritumſanctum intẽdere ſenſum hunc in uerbis illis, ex ſcripturarum ſanctarum collatione & ex ſano rationis dictamine. Nonn[e] [dice]bat, uolebatque Chriſtus diſcipulos ſuos ſeruare, hanc legem de pane lucrando (quandoquidem ipſemet non […] eam tulerat): cùm mittens illos ad prædicandum non impoſuit eis, ut laborarent manibus, ſed lingua tantum? Et tamen eoſdem licitè per hoc poſſe manducare panem […] dicens; dignus eſt operarius cibo ſuo, Math. 10. Ne[…] [ſo]lam hanc legem Apoſtolus pro omnibus latam, aut noluit Epiſcopos ſeruare illam quando Timoth. 1. cap. 4. dixit, Attende tibi lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne[…] planè. Et tamẽ non impoſuit ei ut laboraret manibus nec uſq; ad ſudorem vultus, nec ſimpliciter; quinimm[ò] ipſum a labore tali deterruit dicens, corporalis exercitatio ad modicum util[i]s eſt: ſine qua nihilominus exercitatione promiſit […] & ſeruitutem ipſius Chriſto gratam, & ſalutem non tantùm pro ſe, ſed etiam pro alijs, ſi doctrinæ attenderet, [d]icens: [h]æc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, & hæc faciẽs teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiũt. Rurſus. Si omnes manibus laborare deberent ex hoc, quòd ſu[…] hanc pœnæ. In ſud. uult. tu ueſc. pan. tuo; ſequeretur qui[…] te[…] tenerentur ad hoc: & tamen Apoſtolus, cum de ſalute diuitum procuranda inſtruit Timothæũ non commemorat huiuſcemodi manuũ laborem eis imponendum: ſed tan[tu]m quòd non altum ſapiant, quòd nõ ſperent in incerto diuitiarum, quod theſaurizent ſibi mediantibus eleemoſinis regna cœle[ſ]tia &c. 1. Tim. 6. Item neque clerici, neque monachi, neque duces, neque reges, neque alij qui aliunde habẽt, un[de] licitè [uiu]ant, tenẽtur ad laborandum manibus, ut patet diffuſis rum ratione, tũ authoritate multiplici apud S. Thom. eximium Eccleſiæ doctorem in opuſcul. 19. contra impugnan. relig[i]on. cap. 5. quorum tamen nullus a pęna iſta inflicta Adamo eximitur. Relinquitur ergo, quòd (ut tactum fuit) per ſudorem uultus intelligatur opus plus uel minus laborioſum unicuique conueniẽs iuxta conditionem ſuam, etiam ſi ſit mentale: quoniam mens pro pręſenti ſtatu concernit corpus obiectiuè in operatione ſua; unde & experientia docet etiam mentales afflictionem corporalem cauſare, quandoque etiam magis, quam corporalem laborem.

Sudore uult. ſui quomodo oẽs ueſc. pane ſuo.

¶ In ſudore ergo vultus ſui ueſcetur pane ſuo, ut intenditur

tur hic) clericus, quando ſeptem, horas canonicas ſtudioſè & deuotè, ſecundum præceptum Eccleſiæ ext. de celebrat. Miſſar. cap. dolentes. perſoluerit: Parochus autem, quando ultra hoc, Miſſas pro debito ſui exigentia celebrauerit, ſacramenta populo ſuo miniſtrauerit: Epiſcopus uero, quando ſuper gregem ſibi a Domino creditum ſecundum conſcientiam rectam conuenienter officio ſuo, atque perſonæ, diligenter inuigilauerit; in ſudore vult. ſu. neſcerit pan mercator; quando mercibus ſuis licitè factis iuxta illarū diuerſitatē ſeipſum ſuamque (ſi habet) famuliam paſcet: ſcholaris uerò, ſi literis addiſcendis, magiſter, ſi docendis diſcipulis; ſcriptor, ſi ſcribendo, attenderit. Et ſic de aliis, iuxta negociorum ſuorum licitam uarietatem, diſcurrens comperies: quòd in cunctis in ſudore uultus ſui neſcuntur pa. ſuo.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HAEC Concluſio 22. cap. 3. deſtruit hæreſim Collnthi dicentis: malum pœnæ non eſſe a Deo, ſeu (quod idem eſt) Deum non eſſe factorem malorum. Patet enim hic totum oppoſitum. Deus namque eſt actor huius punitionis iuſtæ: quòd ſcilicet in pœnam peccati ab Adam commiſſi terra malas herbas, nonnullaque alia nociua producat Adamo. Damnatur quoque dictum illud per hoc: quòd ea de re Collnthus ipſe iudicatus fuit hæreticus, ut refert Gabriel Prateolus in. Collnthiani Reprobatur, & ab Iſa. 45. Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. Item à Hierem. 11. Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt. Clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et [illegible] unt, & clamabunt ad Deos, quibus libant: & non ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Per Hieremiam ergo loquitur Deus de malis pœnæ, quæ ſecundum contextum dicuntur afflictiones illorum hominum: & [illegible]; [illegible] ucam ſuper eos mala. Quid clarius contra Collnthum? Item à Ionæ 3. Vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de uia ſua mala: & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Ecce [illegible] Ionas accepit ly malitiam pro malis pœnæ, i. pro ſubuerſione urbis N[illegible] itarum iam prænunciata. Item ab Exo. 32. ſecundum unam tranſlationem ab eccleſia in Miſſis uſitatam, ubi dicitur. Placatusq; eſt Dominus ſuper malignitatem, quam dixerat facere populo ſuo. Ibi enim Moyſes ſumit ly malignitatem pro malo pœnæ (ut patet in contextu). Comminatus namque fuerat Dominus, ſe de terra ſublaturum populum Iſraeliticum propter immanitatem criminum eius (p[illegible] nunciando uidelicet, populum propter crimina illa meruiſſe talem deſtructionem [illegible]): attamen oratione Moy[illegible] placatus, illam pœnam populo cō donauit. Dicitur [illegible] ominus malignitas, & m[illegible], illud malum pœnæ: quia [illegible] non ut culpa, ſed [illegible] atur tamen pro culpa. Non enim [illegible] uitas, ſeu malitia, det[illegible] opulum, aut Niniuita[illegible] malignitas, & m[illegible] itia, p[illegible] loquendo, dicant culpam, cuius utique Deus, nec d[illegible], nec indirectè cauſa eſt. Sed ip[illegible] populi, ſeu Niniuita[illegible] [illegible] ſtiam infligenda dicebatur [illegible] malignitati culpæ[illegible], & malitiæ, a populo ſeu Niniu[illegible] commiſſarum. Damnatur, & ab Amos. [illegible] Non eſt mal[illegible] in ciuitate, quod n[illegible] Dominus. [illegible] enim ſecun[illegible] planiſſimam [illegible] ram Amos loquitur [illegible] mal[illegible] pœnæ. Unde in princip. cap. præm[illegible] tat, locut[illegible] Dominus, ui[illegible] tabo ſuper uos omnes iniquitates ue[illegible] nota. quòd pœn[illegible] culpæ, ideò dicitur malum, quia [illegible] ei co[illegible] infligitur: licet ſecundum ſe conſiderata non ſit malum, ſed bonum, quia eſt bonum iuſtitiæ. Item ab eximio eccleſiæ doct. D. Tho. & ratione multiplici & auctoritate, damnatur pu. par. art. num. 123. 259. cum Elucid. Item à Gen. 16. con. 8.

¶Pro concluſionis textus uberiori, uide ſupra cap. 1. con. 21. Item 2. 2. q. 25. art. 6. & q. 76. art. 1. 2. & q. 83. art. 8. Item ibi. q. 89. art. 16. & q. 164. art. 1. 2.

Textus. **Eiecit Adam, & collocauit ante paradiſum uoluptatis Cherubin.**

Concl. 23. *Pœnæ infliguntur à Deo hominibus quandoque per Angelos bonos.* (Ex eo.)

EX HOC, quòd mox poſt ly Eiecit Adam, fit mentio de Cherubin intelligi datur: quòd eiectio iſta facta fuit mediante miniſterio Angelorum bonorum; ut ſcilicet ille Angelus, qui ante paradiſum ad cu[illegible] odiendam uiam ligni uitæ collocatus eſt, eiecerit primos parentes noſtros è paradiſo ipſo, iuſſu diuino. Cherubin enim [illegible] e quo hic textus loquitur, eſt Angelus bonus. Et licet ſup[illegible] o[illegible] s ordines quatuor Angelorum ſcilicet Seraph. Cheru[illegible]. T[illegible] n. Dominationum non mittantur in exterius miniſterium. 1. q. 112. ar. 2. 4 quale eſt cuſtodire paradiſum hunc ter[illegible] ſtrem: tamen præcipiunt inferioribus, ut tale, uel tale mandatum di[illegible] inime [illegible] omit, eos de hoc illuminādo. 1. q. 106. ar. 1. 4. & [illegible] eriores ſic [illegible] nuiati ac miſſi nominantur plerunque nomine ſup[illegible] orum mittentium 1. q. 112. ar. 2. ad [illegible] cundū l'o[illegible] ite, [illegible], ut unus de ordine ſuperiori, puta Cherubin, aliqui de [illegible] mo ordine, cui particularis hoīs cuſtodia deputatur [illegible] q. 113 ar[illegible], reuelaret mandatum Dei de Adam eiiciendo è paradiſo: & quod ille Angelus inferior executus ſit illud mandatum, atque ideo nomine ſuperio[illegible] [illegible] licet Cherubi[illegible], ſe mittentis uocaretur. Vel dicendum: quod propterea iſte Angelus uocatur Cherubin, licet a[illegible] s in perſona ab illo ſit [illegible] ut ex hoc agnoſcamus, quod per quæ quis peccat, per hæc [illegible] torquetur. Quomodo interpretatur hoc nomen, Cherubin [illegible] nitudo [illegible] uitæ. 1. q. 108. ar. 5. Quò peccauit Adamus Appeten[illegible] o ſcientiæ magnitudinē, expreſſam in textu princ[illegible] p ly [illegible] itis ſicut Dij ſcientes bonū & malū; Secund[illegible] p ly Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonū & [illegible] al[illegible]. Per quod ſecūdò dictū, ironicè atque iuſtiſſimè ei improperaudo [illegible] actum, manifeſ[illegible] e oſtēditur, quod Adam appetitus ad hoc tendebat, quando peccauit comedēdo pomū, ut in eam ſcientiæ magnitudinem eua de[illegible] t, quæ di[illegible], id eſt ſubſtant[illegible] s omninò a materia ſeiuoſtis, conuenire ſolet. Quia ergo Adam [illegible] cientiam magnam inordinatè appetijt, recte Angelus, per cuius miniſterium punitur, nominatus eſt Cherubin: ut per ſcientiam ordinatè magnam torqueri intelligatur ille, qui circa ipſius magnitudinem inordinatè deſideratam peccauit. Qualitas ergo peccati prothoparentum noſtrorum, etiam ſi aliunde neſciretur, innoteſcere facile poteſt conſideranti executorem pœnæ eorum, modo prædicto.

APPENDIX.

HINC habet primò: quòd Angeli boni zelāt, ſuper amicitias quoſ[illegible] mcūque, honorem Domini Dei: ita ut nullius amicitiam quantum[illegible] libet charam, anteponant, aut adæquatam ducant, ui[illegible] [illegible] non poſtponant honori diuino. Vi de. Amicitiam grandem [illegible] ont[illegible] at Angelus atque conſerbabat fideliter & affectuoſè cum Adamo; dum Adamus ipſe D[illegible] m per innocenti[illegible] m colebat: adeo ut & B. Greg. in 4. dial. cap. [illegible] d. cat, lo paradiſ[illegible] pe aſſueuerat homo Verbo Dei p[illegible] tui, bonorum angelorum [illegible] ptitibus cordis mundina & cel[illegible] itudine uiſionis intereſſe: & Damaſcenus in lib. 2. cap. 11. Primus homo in paradiſo cōuerſans beatā, & omnium diuitem habuit uitā, & Aug. in 14. de ciuit. Dei cap. 10. Primò homini non aberat quicq[illegible] am, quod bona uoluntas adipiſceretur; & id[illegible] in ibid. Si hominis habebant affectus ſuos, quales nunc hab[illegible] mus, quomodo erant beati in illo inenarrabilis be[illegible] tudi[illegible] loco in paradiſo? Hæc verò omnia iſtorum Doctorum intimant; amicitiam, eamq; multam, affuiſſe inter Angelum bonum & primum hominem dunec in ſtatu innocentiæ manſit, ut [illegible] ans liquidò appatere poteſt conſideranti verba ipſorum. Nec ſane credendum eſt; maiorem amicitiam, ac[illegible] ritiæ ligo a inter BB. Martyres adhuc in corpore uiuentes, Vincentium, [illegible] therinam, Ceciliam, & bonos Angelos fuiſſe, quam cum Adamo in ſtatu prædicto: quos tum tan[illegible] n An[illegible] elorum martyres prædictos, & viſa, & affatu, & ob[illegible] quio multiplici teleuatos atque dulciſſimè refectos in geſtis eorum ab Eccleſia receptis legimus. Gratia enim habitualis ſimul, & originalis iu[illegible] titia, quæ tunc Adamo inerant, præponderant gratiæ habuali[illegible] [illegible] lium, quæ in prædictis martyribus erat: & Angeli boni ratione diuinæ gratiæ in aliquo exiſtentis, & conſequenter iuxta proportione eiuſdem gratiæ, amicitiam maiorem, vel minorem habent ad [illegible] num. Veruntamen amicitia qualiſcunque & quantacūque præmiſſa non obſtante, quid fecerit Angelus bonus zelando pro honore Dei iuſtiſſime contra Adamum peccatorem, audiuimus in textu [illegible] concluſione. Nec mirum: quoniam Angelus iſte amabat Adamum non propter Adamum (cùm nemo de ſuo aliquid boni habeat, iuxta concilium Arauſicanum

canum cano.22.) ſed propter Deum, quia ſcilicet Adamus erat amicus Dei. Vnde, ſoluta amicitia conſtitutaq; inimicitia (quod peius eſt) vitio Adam inter ipſum & Deum, conſequens fuit vt, amicitia extincta Angeli ad Adamum, ſurgeret inimicitia, vituperabilis quidem ac iniuſta ex parte Adami, laudabilis verò & iuſta, ex parte Angeli. Nec item de optimo illo zelo nouū eſt hoc: quoniā & anteà Angeli boni permanentes Angelum voluntate propria è gratia in peccatum ſuperbiæ lapſum, non obſtante amicitia priori tùm naturali, tùm gratuita ad illum, confeſtim zelantiſſimo impetu facto è cœlo empyreo cum ſuis ſequacibus vniuerſis eiecerunt, Apocal.12.

Dei in cauſa neminē cognoſce: (Ex D. Tho opuſcu. 18. cap. 8.

2 ¶ Secundò habes: quòd Angelus hic erga Adamum diuerſo modo ſe habuit ab illo, quo Adamus ipſe erga uxorem ſe habuerat (ſupra, concl. 15.) & per conſequens quòd per bonū zelum ſuum docuit nos à peſſima illa prothoparentis hæreditate cauere, illique quantum poſſumus tùm uoluntate, tùm actione ſemper renúciare. Sicut itaque iſte Angelus cū ſocijs in cauſa Dei neminem cognoſcit, hoc eſt non propter amicitias quorumcunque & quātaſcunque, nec tantillum quidem, tenetur, quin tota libertate & in zelum bonū feratur, & ipſum contra quemcunque indifferenter (ut decet) exerceat, pro honore Dei ſaluādo: ita noſtrum quilibet in cauſa Dei neminē, nec tātillùm quidem, unquam cognoſcere debet modo nūc factum ipſis ab Angelo, uerbiſque correſpondentur à nobis, declarato; quin tota libertate atque conamine & in zelum bonum feratur, & ipſum contra quēcunque indifferenter ſine acceptione perſonarum (ut decet) feruenter exerceat, pro honore Dei cuſtodiendo, tuendo, uindicando, manutenendo, atque ſaluando. Sic, ſic, & hereditatem prothopatentis fortiter ſpernemus: & in hæreditate Domini cum beatis Angelis conſtanter morabimur; non diligentes uerbo neque lingua, ſed opere & ueritate.

Ex Pſal. Ex Eccl. 24. 1. Ioā. 3.

3 ¶ Tertiò habes; quòd Angeli reperiuntur. Cōtra errorem Libertinorum & Doſithæi, qui Angelos nihil ſeu nullos eſſe dixerunt: contra quos uide & Elucid. pri. par. ar. nu. 307. 465. Hic enim error in præſenti textu Gen. nominādo Cherubin, manifeſtiſſimè damnatur. Nec poſſunt hi errantes diffugiendo dicere, quòd de malis intelligunt: quoniam & malos reperiri patet ſupra per ly ſerpens dixit ad mulierem &c. Nam per ſerpentem hunc, ceu per inſtrumentum ſuum, loquebatur Angelus malus. i. diabolus. Ex quibus locis, tanquam id ſupponentibus ſecundum rectum diſcurſum, habetur & lapſus malorum, & confirmatio ſimultanea bonorum Angelorum.

¶ Circa multa in præſenti capitu. 3. dicta, puta de tentatione, ſuperbia, pluribus pœnis, primorum parentum; de ſerpente, de paradiſi cuſtodia a Cherubin, de &c. ut melius intelligantur, & errores circa illa per reſponſiones argumentorū excludātur, uide Eccleſiæ ſanctæ eximium doctorē D. Th. 2. 2. q. 163. 164. 165. ar. ſuis. Itē de paradiſo multa uide apud eūdem. 1. q. 102. ar. &c. de ſtatu innocentiæ quoad multa primorum parentum, ſpeciatim Adami. 1. q. 94. 95. 96. 97. articulis &c. de ordine Angelorum ſecūdum hierarchias & ordines. 1. q. 108. art. &c. de præſidentia eorum ſuper creaturam corporalem. 1. q. 110. ar. &c.

Text.

MAledicta terra in opere tuo: Spinas, & tribulos germinabit tibi, & herbas comedes. Collocauit ante paradiſum voluptatis flāmeum gladiū &c. ad cuſtodiēdam uiā ligni vitæ.

Concl. 24. *Pœnæ peccatoribus infliguntur ſæpius per inanimata, & inſenſibilia.* (Ex eo.)

Ratio.

TERRA, gladius flammeus, ſunt inanimata; ſpinę, tribuli, herbæ, ſunt inſenſibilia: & per hæc (ut patet legēti textum) punit Deus diuerſimodè peccatorem Adamum; ſubaudi tu, tùm poſteris ſuis: id quod in alijs pœnis etiam intelligendū eſt. Nec ſumitur hic productio herbarum in bonum Adami, ſecundum quod ſonrebatur in cap. 1. cūm prothoparentibus dixit Deus, ecce dedi uobis omnem herbam in eſcam: ſed ſumitur principaliter in malum ipſius; cùm hic ponatur inter pœnas Adamo inflictas. Ac ſi per ly herbas comedes, dixiſſet Dominus. Herbas pauci nutrimenti, multique grauaminis, & quandoque totaliter inutiles, immo etiam ualetudini bonæ corporis noxias, quæ ex terra in pœnam peccati tui cum iſtis, ſimilibuſque defectibus producentur, comedes; atque aliquando ad huiuſmodi comeſtionem etiam ſi noles; eris aſtrictus: propterea quòd terra, etiam laboribus tuis culta; ſpinas & tribulos germinabit, id eſt in maiori abundantia proferet ea, quæ nullo modo aut uix manducari poſſunt, (Hæc per ſpinas, & tribulos, ſignificantur hic) quam benè uel minus malè comeſtibilia; & hoc tibi, id eſt in tuum ſupplicium, incommodum, cruciatum. Vnde textus dicit, Terra germinabit ſpinas & tribulos; & non dicit, germinabit herbas: quoniā hoc uerbum, germinare, deſignat magnam, inſolitam, mirandamque abundantiā illius rei, quæ producitur. In cuius ſignū de filijs Iſrael ſupra modum ordinarium ualdè multiplicatis dicitur Exod. cap. 1. quòd ipſi quaſi germinantes multiplicati impleuerint terram. Denotatur ergo hic ciborum pro uictu humano uel benè, uel ſaltem minus malè, accommodatorū cariſtia, & magna, & frequens: ut facilè conſideranti rectè prædicta occurrere poteſt.

Cariſtia in pœnā peccati originalis datur hominibus. Corol.

¶ Ergo, ſi pro originali peccato ſolo iuſtè cariſtia in pœnam datur hominibus, quantò maior dari iuſtiſſimè poterit ſuperaddētibus actualia, & tot, & tanta? Argumentum præſens efficaciſſimum, in propoſito quoque aliorum pœnarum ſparſim per textum capituli huius erga hominēs narratarū, facito ſemper: ut indè agnoſcas, plurimam Dei miſericordiā immiſceri iuſtitiæ punitiuæ, quam erga filios Adami quotidie exercet. Hinc enim coactus eris fateri cum Pſal. 56. magnificata eſt Domine vſque ad cœlos miſericordia tua, & ueritas tua uſque ad nubes. Hoc eſt. Quàm cœli præ nubibus altiores ſunt: tàm miſericordia præ ueritate, id eſt iuſtitia punitiua.

APPENDIX.

HINC habes primò: quòd inanimata & inſenſibilia, ſi cognoſcerent peccatum, deteſtarentur illud; & pœna graui dignū idipſum iudicarēt. Quia. n. factis hoc deteſtantur, & puniunt: ideò ſic per cognitionem, ſi hanc haberent, idem factura ſe indicant. Poſſumus itaque dicere, quod peccata cū peccatoribus ſunt odio habita ab inanimatis & inſenſibilibus, eo modo, quo philoſophus phiſic. 1. tex. 2. dixit, quædā eſſe magis nota naturæ. Quemadmodum enim per tale ſuū dictum intelligit philoſophus, nō quod natura abſolutè aut magis nouerit illa; ſed quòd natura, ſi cognoſceret, maiorem uel priorem de illis cognitionem haberet: ita & nos iſtā propoſitionem, peccata peccatoreſque odio ab inſenſibilibus haberi, intelligimus hypotheticè modo expoſito, non cathegoricè. 1

Secundò conſequenter habes: quod inſenſibilia iuxta modum ſibi conuenientem zelāt pro honore creatoris ſui. Vide. Obediebant Adamo innocenti omnia, terra, ignis, flamma, gladius, inquantum omnibus tunc dominabatur. 1. q. 96. ar. 1. 2. cum Elucid. nec ei aliquid noxiam paſſionem inferre poterat. 1. q. 97. ar. 2. cum Elucid. & ut ſupra Gen. cap. 1. concl. 21. manifeſtatum fuit: nunc cōtra eundem Adamū peccatorem inſurgunt omnia, tanquam uindictam facientia de offenſa honoris diuini ab ipſo commiſſa. 2

¶ Tertiò conſequenter habes: quòd inſenſibilia quoque ſunt meliora homine, quatenus peccator eſt. Nam agens eſt nobilius patiente, ut ſic (ſecundum Auguſtinum): & inſenſibilia hic ſunt agentia, peccator autem eſt patiens, quandoquidem illa puniunt, iſte punitur ab illis. Nec in hoc propoſito ualet reſponſio, quæ ad dictum B. Auguſtini ſolet afferri, uidelicet quòd illud de agente principali uerificatur, non de inſtrumentario, qualia ſunt inſenſibilia hæc punientia peccatorem: & ratio eſt, quia inſenſibilia, ut ſine peccato exiſtentia, ſunt nobiliora peccatore, non quatenus homo uel Angelus, in quo ſenſu currit præmiſſa reſponſio ordinaria, ſed quatenus peccator eſt. Seruant nanque inſenſibilia omnia ſuam qualemcunque dignitatem naturalem ſemper, dùm nunquā diſcedunt à regula ſibi ipſis in principio productionis ſuæ per creatorem præfixa; & peccator dignitatem ſuam naturalem, quæ eſt uiuere ſecundum rationem, non ſeruat, dùm à regula diuinitùs ſibi data uoluntariè deuiat. Vndè, quādo puniunt peccatorem, quaſi ei ſua ipſorum lingua dicūt. Si uixiſſes tu ſemper ſecundum tuam naturam, ſicut nos uiximus proportionaliter ſecundum noſtram, nō te puniremus, quoniā tunc ſecundum rectam rationem tuam uixiſſes, & per conſequens nunquam peccaſſes: nunc autem quia peccaſti, quod nunquā fecimus nos, ideò te punimus: ignobilior nobis nolendo factus es, qui abſque uoluntate tua nobilior ualdè à Deo creatus eras, & iccirco à nobis agentibus te pati condecet. 3

cet. Vide aliqua huic loco quodāmodo inſeruientia Exod. 1.con.3.& cap.2.concl.1.Num.13.con.1.item Elucid.pri.par. art.nu.355.412.569.& Elucid.Addi.nu.43.

¶Quartò conſequenter habes: ꝙ Deus per inſenſibilia caſtigat peccatorem ad finem hunc, ut ſcilicet ipſe peccator cognoſcat, quàm deteſtabilia ſunt ſua peccata & ea ſaltem edoctus confuſuſque ab inſenſibilibus, quantum poteſt deteſtet, ex quo ipſa modo ipſorum deteſtari peccata in ſe experitur. Item ad finem hunc; vt peccator zelo bono indutus puniat in ſeipſo peccata propria, uindictam de honore diuino, quē antea peccando ſuppeditauerat, contra ſemetipſum condignā exercens: ex quo inſenſibilia tam uehementer modo ipſorū zelare pro honore diuino conſpicit, ſæuiendo in eos, qui honora Dei cōtrauenerunt. Item ad finem hunc, ut homo peccator, de uilitate ſua ſaltem, infra inſenſibilia etiā, erubeſcēs, dùm ab eis pati ſe uidet, ad priſtinam ſuam dignitatem redire totis uiribus conetur. Cæterum ualebūt hæc ad mille loca ſcripturarum, puta de diluuio cap.7. de igne ſulphureo cap. 19. de plagis Pharaonis Exod.7.8.9.10.14. & &c. Nam prædicta de inſenſibilibus ad irrationalia (ut muſca locuſta &c.) aptari poſſunt; quoniam omnia & creaturæ Dei ſunt, & nunquàm peccant, & ſuā dignitatē naturalem ſemper conſeruāt.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

CONCLVSIO hæc 24. cap.3. deſtruit abundantiſſimè hæreſes Iouiniani (ut ait B. Hieronymus li.2. aduerſus eum) & Pelagij (ut refert B. Auguſt. li. de hæreſib. cap.87.) dicentiū: peccare eum amplius nō poſſe, qui ſemel per gratiam fuerit iuſtificatus: Et Begardorum ac Beguinarum dicētiū: ꝙ peccare ille non poteſt; qui ad tantam uirtutis perfectionem in hac uita peruenit, quantam iidem Begardi aſſignabant. Per hoc enim, ꝙ inſenſibilia Adamum ꝓ peccato puniunt, patet cuilibet ſapienti: ꝙ inſenſibilia ſuo modo hęreſes prædictas condemnant. Nam Adamus ab eis punitus non ſolum in gratia, ſed etiam in ſtatu innocentiæ, ſecundū Concilium Trid. ſeſſ.5. erat, & tamen peccauit: alioquin ab inſenſibilibus non puniretur. Lingua ergo ſua inſenſibilia, dū caſtigant Adamum, dicunt. Peccare quis poteſt poſt gratiam ſemel habitam; & poſt quamlibet uirtutis perfectionē in hac uita aſſignandam: quoniam altior his omnibus ſtatus innocentiæ cum gratia fuit, à quo per peccatum Adamus à nobis punitus cecidit. Sic & à concl.23. per factum Angelorum bonorum hæreſes eaſdem reprobari, dicere potes. Damnantur & a Concilio Trid. ſeſſ.6. cap.14. Qui uerò ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, & infra. Pœna temporalis non tota ſemper dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam acceperant, ingrati ſpiritumſanctum contriſtauerunt, & templum Dei uiolare, non ſunt ueriti. & cap.16. Iuſtificatis hominibus ſiuè acceptam gratiam perpetuò conſeruauerint, ſiuè amiſſam recuperauerint. Et cap.13. Qui ſe exiſtimant ſtare uideant nè cadant: & cum timore, ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, uigilijs, eleemoſinis; orationibus, oblationibus, ieiunijs, & caſtitate. Formidare enim debent ſcientes, quòd in ſpem gloriæ, & nondum in gloriam renati ſunt. Hæc ibi. Ex quo ultimo dicto apertè monſtratur: quòd Iouinianus, Pelagius, & Begardi, ſic abſolutè loquentes non diſtinguebant inter renatum eſſe in ſpē gloriæ (Hi ſunt uiatores iuſtificati) & in gloriam (Hi ſunt comprehenſores). Idem ergo prędicti errātes faciebant iudicium de exiſtentibus in cœlo, & in terra, quò ad non poſſe peccare mortaliter. Item damnantur ab eod. Concilio ſeſſ. ead.23. Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere; atque ideò eū, qui peccat, nunquam uerè fuiſſe iuſtificatum: aut poſſe in tota uita peccata omnia, etiam uenialia uitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio: Anathema ſit. Hæc ibi. Begardi autem non faciunt ullā mentionem de ſpeciali Dei priuilegio: quapropter damnari per Concilium intelliguntur. Item à Concilio Viēnenſi ſpecialiter omnes Begardorum errores, poſt eorum enumerationem, cum ſecta illorum condemnantur: vt patet in Clemen. de hæretic. cap. Ad noſtrum. quam uide recitatā pro quanto ſufficit, infra Gen.19. con.5. Cæterum quia de ſpeciali priuilegio pro uitandis in tota uita omnibus peccatis, etiam uenialibus facta eſt mentio: ideò ſciendum iuxta idem Concilium, quòd B. Virgo mater Dei fuit tali priuilegio decorata. Vnde ſequitur in eodem canone Concilium, & dicit: Niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodū de Beata Virgine tenet Eccleſia: Anathema ſit. Hæc ibi. Hanc definitionē Eccleſiæ de B. Virgine Diuus Thomas eiuſdem eccleſiæ fideliſſimus doctor a ſpiritusſancto præuentus firmiter tenuit, atque contra figmenta nonnulla ſtrenuè defenſauit fictilibus illis argumentis ualidiſſimè reiectis in 3. par. q.27. ar.4. Quia & in pri. par. q.100. art.2. ait Beatam Virginem fuiſſe confirmatam in gratia. Quod quomodò intelligatur, uide Elucid. & ibid. & ſuper Addi. q.16. ar.2. circa reſponſionē, ad argumētum ſecundum. Libet quoque Richardum de Sancto Victore in lib.2. de Emanuele ca. vlt. adducere, ubi ait. Quod de exterminio peccati in B. Virgine factum creditur, futurum in omnibus ſanctis ſperatur. Futurum, inquam; ſed nō in corpore eorum adhuc mortali: ſed in corpore eorum iam facto immortali. Prius ſiquidē oportebit: corruptibile hoc induere incorruptionem; & mortale hoc immortalitatem. Sed hoc fuit in B. Virgine ſupra modum mirabile, & præ cęteris ſanctis omnibus ſingulare: quòd in ea ſimul conuenire potuit tanta corruptibilitas cum tanta incorruptibilitate, tanta incorruptibilitas cum tanta corruptibilitate. Corruptibilitas in his, quæ pertinent ad pęnam: incorruptibilitas in his, quę pertinent ad culpam. Hæc ille. *Aurell.*

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO QVARTO.

REſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius. *Text.*

Concl.1. *Deus attendit principalius affectum, quam cenſum.* [Ex eo.]

PATVS mentio ſit de Abel, quàm de huiuſmodi muneribus. Quare hoc? Vt noſcas, qd docemus. *Ratio.*

¶Aduerte bonitatem Dei hic ſuper ly munera. Quid ſunt munera? Dona. Adeò igitur bonus Deus, vt dona ſua dona noſtra uocet. Quare dona ſua? Quia ipſe donauit illa nobis. Quare dona noſtra? Quia illa met nos donamus Deo. Quādo ergo donamus Deo dona noſtra, donamus illi dona ſua. O maxima Dei magnificentia. Reſpexit, id eſt grata habuit, acceptauit. Nobis donauit illa, quæ poſtea à nobis pro dono acceptare dignatur; quæ etiam poſtmodum remunerat. Cū enim pro donis illis donantes nos remunerat; tunc dona ſua, & noſtra remunerat. En quomodo ſummoperè amabilis, dulcis, omninoque deſiderabilis eſt ſeruitus Dei: & quomodo iugum Chriſti ſuaue, & onus leue eſt. Tanta eſt (inquit Concil. Trid. Seſſ.6. c.16.) Dei erga omnes homines bonitas, ut eorum uelit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. Et idem canon.32. Si quis dixerit hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, ut non ſint etiam ipſius iuſtificati merita, Anathema ſit. Hæc ibi. *Not.* *Dei bonitas plus quam admiranda, atque laudanda.*

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HÆC Concluſio.1. cap.4. deſtruit hæreſim Lutheri (ut refert Prateolus, tit. Mahometes. Quando monſtrat: quòd impietate dogmatum Lutherani uincunt Mahometem) dicētis: opera propria, etiā bona, ut à ſpirituſancto piorum corda inhabitante, eſſe peccata. Patet enim hic totum oppoſitum. Nam ſi opera iſta, quæ ſcriptura narrat de Abel, eſſent peccata, Deus, qui odit iniquitatem, & omnes operantes iniquitatem Pſal.5. non reſpexiſſet ad Abel & ad munera eius, id eſt nō ea grata habuiſſet, neque Abel ex oblationibus his placuiſſet Deo. Quod eſt contra Apoſtolum explanātem hunc locum Geneſis, in epiſt. ad Hebr. cap.11. Ex effectu igitur hoc diuinæ acceptationis ab Apoſtolo confirmatæ ex abundanti patet: quòd opera ipſius Abel, & conſequenter ſimilis cuiuſque iuſti bona, ut à ſpirituſancto piorum corda inhabitante non ſunt peccata; & ꝙ dicere contrarium eſt hæreſis manifeſta. Damnantur quoque

a Gen. 2.

à Gen.2.con.6. Ibi enim dicitur; quòd Deus poſuit hominem in paradiſo, ut operaretur. Nunquid Deus poſuit hominem in paradiſo, ut committeret peccatum? Abſit. Neque enim directè, neq; indirectè, Deum eſſe cauſam peccati, poſſibile eſt: ut egregiè demonſtrat D. Thomas Eccleſiæ doctor eximius in 1.2.q.79.art.1. Minus ergo poſſibile eſt, quòd Deus præcipiat alicui, ut peccet: qui tamen præcepit Adamo, ut operaretur. Aut nũquid Adam præcipienti Deo, ut operaretur, obediens, ſeu obedire intendens, peccauit? Quis, niſi in reprobũ ſenſum maximè datus, hoc unquam concipiat? Homo ſiquidem gratia ueſtitus Deo obediens, uel certè uetaciter obedire uolens, meretur ex hoc uitam æternam; tantum abeſt, ut indè peccet. Aut nunquid Adam, antequam uel animi contra Deum elatione, uel pomi ueriti comeſtione, peccaret, peccauit? Nouum prorſus, & inauditum à ſeculo. Damnatur item ab Eccl. 29. Conclude eleemoſinam in ſinu pauperis: & hæc exorabit pro te. Vides ne hic apertè: quòd opus bonum non eſt peccatum? Non enim peccatum exorat pro faciente.i. in fauorem facientis illud; ſed clamat ſemper in auribus Domini Dei contra facientem: vt patet de clamore ſanguinis Abel contra Caym fratricidam. Gen.4.con.13. Per hoc ergo, quod dicit ſcriptura prædicta, eleemoſinæ opus exoraturum pro ipſo illud faciente; hæreſim Lutheranam à ſortio ri condemnat. Item à 1.Cor.15. Abundate in omni opere bono; ſcientes, quòd labor ueſter non eſt manis in Domino. Non enim iniuſtus eſt Deus; ut obliuiſcatur operis ueſtri. Item à Concil. Trid. ſeſſ.6.cap.16. Benè operantibus uſque in finem, & in Deo ſperantibus, proponenda eſt uita æterna; & tãquam gratia filijs Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquàm merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc ibi. & cano.7. Si quis dixerit: opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, uerè eſſe peccata; Anathema ſit. & can.25. Si quis dixerit: in quolibet bono opere iuſtum ſaltẽ uenialiter peccare, aut (quod intollerabilius eſt) mortaliter; atque ideo pœnas æternas mereri: tantũque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad dãnationem. Anathema ſit. Hæc ibi. Vide Eluc. addi.nu 303.

¶ Cõcluſio multum iuuatur à B. Gregorio homil.5. ſuper Matth.4. his uerbis. Sed fortaſſis aliquis ſecum tacitis cogitationibus dicat. Ad uocem Dominicam uterque iſte piſcator quid, & quãtum dimiſit, qui penè nihil habuerit? Sed hac in re, fratres chariſſimi, affectum debemus potius penſare, quàm cenſum. Nemo, cum quoſdam conſpicit multa reliquiſſe, dicat. Imitari mundi contemptores uolo: ſed quod relinquã, non habeo. Multa, fratres, relinquitis: ſi deſiderijs carnis renunciatis. Exteriora enim noſtra Domino, quantumlibet parua, ſufficiunt. Cor namque, & non ſubſtantiã, penſat: nec perpendit, quantum in eius ſacrificium, ſed ex quanto proferatur. Regnum Dei tantum ualet: quantum habes. Hæc ille. Quæ tu benè applica ad propoſitum hoc.

Text. RESpexit ad Abel.

Concl. 2. *In lege naturæ reperiebatur fides* [Ex eo.]

Ratio. RESPEXIT ad Abel, ideſt dilexit Abel, cõplacuit ſibi; in Abel; & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, Hebr. 11. Tunc autem ſtatus legis ſcriptæ nondum erat; ſed tantum legis naturæ. Quòd ſi addideris, quòd Abel per fidem hãc operibus ſuis conſociatam placuit Deo, quantum ad meritum vitæ ęternę (ut habes ex Apoſtolo in eodem cap. quando loquitur de Abel) uidebis, quod fides etiam formata per charitatem fuit in lege naturę. Intellige tamen hoc in bono ſenſu: ideſt quod fides erat in [illegible], ſed non erat à lege naturę. Eſt enim a Deo per gratuitam infuſionem, in quocunque ſtatu legis reperiatur.

PRO ECCLESIA.

SANCTA DAS.

ISTA Concluſio 2. cap. 4. deſtruit hæreſim Marcionis dicentis, Abel ipſum apud inferos manere: & hæreſim Abbatis Ioachim, & Petri Ioannis (ut refert Alfonſus Caſtrus adu. hęr. tit. Apoſtoli) dicentium: hominem nullum ab Adam uſque ad Chriſtum placuiſſe Deo; ſed omnes fuiſſe damnatos, ac uixiſſe ſm carnem. Patet enim hic totum oppoſitum. Nam illa reſpectio, qua reſpexit Dominus ad Abel, fuit complacẽtia quædam; de qua in Pſalmo 33. oculi Domini ſuper iuſtos. Iuſtum igitur fuiſſe Abelem, ſignificauit ſcriptura, cùm dixit; Dominum reſpexiſſe ad ipſum. Si iuſtum; ergo Deo placitum; cùm iuſtus Dominus iuſtitias, & conſequenter iuſtos, diligat, pſalmus 10. Si Deo placitum; ergo eum ſecundum carnem non uixiſſe: quoniam qui in carne ſunt, Deo placere non poſſũt, Rom.8. Si eum ſecundum carnem non uixiſſe; ergo eũ morte peccato debita mortuum non fuiſſe: quoniam ſicut ſecundum carnem uiuẽtes moriuntur, ita ſpiritu facta carnis mortificantes viuunt, Rom.8. Relinquitur ergo ex omnibus his; quod dicere, Reſpexit Dominus ad Abel, ſit dicere; Abel in illo facto fuiſſe iuſtum, Deo placuiſſe, ſecundum carnem non vixiſſe, nequaquam mortem gehennæ, ſed vitam patriæ, meruiſſe. Qua proque ſententia ſic veraciter (vt oportet) expoſita cõmenta illa hæretica apertè dãnantur. Damnantur quoque, & conſequenter pręſens concluſio firmatur, a Geneſ.5. quando loquitur de Enoch affirmans, ipſum ambulaſſe cũ Deo & cap.6. de Noe ſimilia dicens. Vide ibi quinto cap. concluſio 5. & ſexto concluſ.6. vide etiam aliquid Leuit. 15. concl.7. Reprobantur & à Pſal.67. Aſcendiſti in altum, cępiſti captiuitatem, & ab Heb.11. Fide plurimam hoſtiam Abel obtulit Deo, per quã teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus: fide, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire &c. fide demoratus eſt in terra promiſſionis, tamquàm in aliena, in caſulis habitando, cum Iſaac, & Iacob, cohæredibus repromiſſionis eiuſdem: fide & ipſa Sarra &c. Iuxta fidẽ defuncti ſunt omnes iſti &c. Fide Ioſeph moriens &c. Fide Moyſes natus &c. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Sanſon, Iepte, Dauid, Samuel, & prophetis qui per fidem vicerunt regna; OPERATI SVNT IVSTITIAM, ADEPTI SVNT REPROMISSIONES. Diſcurre totum Apoſtoli capitulum: & ſubinde videbis, fictitium illud dogma condemnari. Item a Matth.10. reijcitur per hoc: quod de Ioanne baptiſta narrat aſperam vitam carni contrariam; puta, ipſum ſteiſſe in deſerto, locuſtas, melq; Sylueſtre pro cibo manducaſſe; pilis camelorum veſtitum fuiſſe &c. Quia verò forſan reſpondere poſſet Abbas ipſum non fuiſſe ante Chriſtum ut ipſe loquitur, ſed Chriſto contemporaneum; ideò ſimile quid adduces habitum de Helia, 3.reg.18. & 4. reg. 1. Item damnatur a lib. Ioſue cap.1. &c. quotiens Moiſen vocat ſeruum Domini: & a lib. regum cap. &c. quotiens de Dauid dicunt, quod ſeruus fuit Domini, quod ambulauit in toto corde ſuo coram Deo; quotiens de regibus Ioſia, Ezechia, vel Ioſaphat dicunt ſimilia: & a libris prophetarum, quotiens de Daniel, Ezechiel, Hieremia, Abacbuh &c. inquiunt, quòd fuerunt ſerui Dei. Reprobantur & multipliciter ab Elucid. Addi. ar. num. 296.

RESpexit ad Abel, & ad mun. eius. Textus.

Concl. 3. *Sacrificia antiquorum ualebant ex opere operantis.* [Ex eo]

Ratio. QVASI dicat: Acceptauit munera ipſius Abel propter deuotionem ipſius Abel: &, ab oppoſitis, non acceptauit ſacrificia ipſius Caym propter indeuotionem illius. Non ſic autem in lege noua. Nam ſacrificium miſſæ ſecundum ſe acceptiſſimum eſt Deo, etiam quòd offerens ſacerdos ſit indeuotiſſimus.

Corol. ¶ Ergo ſacrificia antiquorum à noſtris differebant plurimum. Nam illa ex opere tantum operantis acceptabantur à Deo (non enim ſanguis hircorum ſecundum ſe conſideratus placebat Deo) noſtra uerò tùm ex opere operantis; ideſt ex fide, & deuotione ipſius, tùm ex opere operato. Sanguis enim Chriſti, qui in omnibus ſacrificiis noſtris operatur, eſt Deo acceptus ſecundùm ſe conſideratus. Ergo non mirum, ſi antiqua ſacrificia dicuntur quandoque grata Deo, immo ab ipſo præcipi in Exo. & Leuit. per multa capitula; quandoque dicuntur odioſa Deo, & ab ipſo prohiberi. Eſa. 1. & in Oſea 6. & in Pſal.39. & 50. & alibi. Vide D. Tho. 1.2.q.102. art.3. & q.103. ar.2. & ſuper epiſt. ad Heb. 10. Item Conciliũ Floren. de differentia ſac. nouæ legis à ueteris uide Conciliũ Floren. in decret. Eugenij IIII. Armenis dato. Item Concilium Trid. Seſſ.7. de ſacr. canon. 2.6.8.

Heb. 10.

Sacrificiorũ ueteris, & nouæ leg. differentia.

PRO

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PRAEDICTA concluſio 3 cap. 4. deſtruit hæreſes Amſdorphianorum dicentium: opera bona pernicioſa eſſe ad ſalutem: Et Lutheri dicentis: opera omnia cuiuslibet, etiã rectè facta, quomodocunque eſſe peccata: Et eiuſdem (vt refert Leo in Bulla ſua cont. er. Luth.) dicentis: quòd iuſtus in omni opere bono peccat. Patet enim hic totum oppoſitum. Quomodo nanq; pernicioſum eſſe potuit Abeli ſacrificium ſuum: cùm tot, tãtaq; bona, ipſius ſignificauerit, ac ipſi intulerit: vt ſupra conc. 1. & 2. videre eſt ex Apoſtolo ad Hebr. 11? Quomodo, ſi tale ipſius opus fuit peccatum, tantopere profuit Abeli: cùm peccata ſecundum ſe noxia ſint agenti? Si per huiuſmodi hoſtiam Abel (teſte Paulo ibidem) conſequitur teſtimoniũ, quòd eſt iuſtus: quomodo ipſummet opus oblationis hoſtię poteſt eſſe peccatum? Quòd ſi eſt peccatum: per illam hoſtiam vtique conſecutus eſſet Abel teſtimonium, quòd eſſet peccator; non quòd eſſet iuſtus. Nam ſicut opus iuſtum reddit teſtimonium facienti, quòd eſt iuſtus, tanquam ab effectu ad cauſam illationis talis materiam dando: ita opus vitioſum reddit teſtimonium operanti, quòd eſt vitioſus. Damnatur quoque Lutherus cum ſuis illis erroribus à Leone X. in ipſamet Bulla. Item à Iob cap. 1. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis. Et hoc idem totidem verbis replicatur cap. 2. Ecce. Quid clarius ad oſtendendum, etiam procteruientibus: quòd falſum eſt, iuſtum in omni opere bono peccare? Nec obſtat, quod dicitur, & Eccleſ. 7. non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet; Et Pſ. 142 non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens; Et Matth 6. Dimitte nobis debita noſtra (quæ vox eſt iuſtorum: vt ait, concilium Trid. ſeſſ. 6. cap. 11.) hæc, inquam, & ſimilia veritati prædictæ à capitulis ipſius Iob non obſtant: quoniam, vt cœlum à terra, diſtant hæ propoſitiones; Non eſt iuſtus qui non peccet; & iuſtus in omni bono opere peccat. Prima, enim vera eſt in hoc ſenſu, quòd iuſtus quandoque in peccata venialia cadit, iuxta illud ſepties in die cadit iuſtus: cui ſubſcribit epiſt. & Ioannes 1. cap. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus; & concilium Trident. ſeſſ 6 can. 23 Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit: poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio; quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia; Anathema ſit. Hæc ibi. Secunda autem illarum propoſitionum falſa eſt: & ab eodem concilio ſeſſ 6 cap 11. condemnata. Conſtat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt; iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare; aut (quod intolerabilius eſt) pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui ſtatuunt, in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc, vt imprimis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam. Hæc ibi. Et can. 25 Si quis in quolibet bono opere iuſtum &c. vt ſupra Gen. cap. 4. conc 1. recitatum eſt. Reprobatur item à 2. Pet 1. vbi, poſt cohortationes ad multarum ſpecialium virtutum operationem, ſic dicitur. Quapropter, fratres, ſatagite magis, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem, faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Hæc ibi. Si iuſti, imò & iniuſti, iſta facientes, i. dùm iſta faciunt, non peccabunt aliquando, i. nunquam peccabunt: nunne hinc ad viuum extractam eſſe, & interemptam ab Apoſtolorũ principe Lutheranam illam hæreſim, ſimul cum alijs, vides? Adeò, re vera, clara ſunt omnia; vt nihil ſuprà. Damnatur item à Ionæ 3. Vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala; & miſertus eſt ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Ecce: quòd Niniuitæ magni peccatores non peccant in opere ſuæ conuerſionis: immo timore, ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, vtiliter concuſſi pœnitentiam ipſam agentes à Domino miſericordiam impetrarunt: vt ait concilium Trident. ſeſſ. 14. cap. 4 Item à mirifica Sancti Petri Apoſtoli prædicatione longa damnantur, quam narratam à Papa Clemente primo, & martyre in epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, vide in elucid. addi. ar. nu. 58. Reijcitur item & ratione & auctoritate multiplici à D Thoma in Addi ar. nu. 58. 303. cum elucid. Item damnatas vide à Gen. 2. con. 6 & cap 4 conc. 1. & Numer. 14 concl. 9.

IRatuſque eſt Caym vehementer. *Tex.*

Concl. 4. *Inuidentia fraterna gratiæ eſt, dùm quis dolet, quòd frater eſt acceptus Deo.* [Ex eo.]

ICCIRCÒ Caym iratus eſt, quia Abel opera, & à fortiori Abel ipſe, fuerunt accepta Deo. In ſignum huius dicit ipſis Dominus ad Caym: Cur iratus es? Nonne ſi bene egeris recipies? Quaſi dicat: Sicut frater tuus bene egit, & recepit. Quid recepit? Teſtimonium, quòd opera ſua mihi placerent. Quale teſtimonium? Deſcenderat ignis de cœlo, & abſumpſerat ſacrificium ipſius Abel. Hoc in ſacrificijs antiquorum dabatur pro ſigno acceptationis à Deo, (vt colligitur ex Iudicum 13. & 3. Reg 18 & 2. Paral. 7.) & ſignificabatur quòd opera ſunt accepta Deo, ſi fiant in charitate, non aliter. Si igitur, inquit Deus ad Caym, bene egeris, ſcilicet vt frater tuus; recipies & tu à me teſtimonium prædictum. Iratus ergo fuerat Caym; quia Abel bene egerat magis, quàm ipſe; & opera illius fuerant accepta Deo, & non ſua. In ſignum huius, Caym, poſtquam hoc teſtimonium de fratre habuit à Deo, occidit fratrem ſuum. Iratus igitur fuerat contra fratrem ſuum, non quia frater illum alias offenderat; ſed quia frater acceptus erat Deo. Inuidebat ergo, quòd gratia Dei exiſteret in fratre ſuo. Ergo fraternæ gratiæ, non fratri tantùm, inuidebat.

Ratio. — *Sacrificia antiquorum igne conſcebãtur eſſe accepta Deo: & quid per hoc ſignificabatur.*

APPENDIX.

HINC habes, quòd Caym peccauit in Spiritumſanctum. Nam inuidentia fraternæ gratiæ ponitur vnũ peccatum in Spiritumſanctum, 2. 2. quæſtio. 14. art. 2. Duplici ergo peccato tali ſe maculauit; nunc ſcilicet inuidentia fraternæ gratiæ, poſtmodum deſperatione peccando. 1

Secundò habes, quòd hæretici in hoc aſſimilantur ipſi Caym: Et in hoc omnes ſimiles hæreticis. Quare? Quia hæretici, & omnes tales inuident fraternæ gratię. Ipſi enim nollent, quod gratia Dei in Eccleſia Romana creſceret; ac omnibus viribus gratiam Dei in illa impedire nituntur. Et quia vident, ſe non poſſe impedire, gratiam Dei in ſancta Eccleſia diffundi: ideo ipſi. velut alter Caym, iraſcuntur, & concidit eorum vultus. Et quid tandem? Dentibus ſuis fremunt, & tabeſcunt. Verùm, vt ait Pſ. 111. Deſiderium peccatorum peribit. Audi. In tempore Sanctiſſimi Domini Pij Papæ V. ex ordine Prædicatorum aſſumpti ſurrexerunt in Gallia, ad armaq; cucurrerunt; vt, ad inſtar Caym, fratrem ſuum, quemuis ſcilicet Francum hominem fidelem occiderent. Nonne & Turca exercitum in mari comparauit, vt idem faceret contra Chriſtianos? Certè vtrunque tunc accidit. At contrà; ope diuina fretus Pontifex ille ſummus, optimus aduerſus ſingulos ſingulum adduxit exercitum, deq; omnibus illis miraculoſam victoriam reportauit. 2

Pij V. præclara victoria.

IRatus eſt Caym vehementer. *Tex.*

Conclu. 5. *Malorum eſt, cùm non exaudiuntur, hoc non attribuere ſuæ indignitati; ſed magis, vt ipſi mali blaſphemant, Dei partialitati.* [Ex eo.]

NAM ſe non exauditum à Deo Caym videns iraſcitur, quaſi contra Deum. Hoc ipſum non aſcribit propriæ indignitati: ſed, ac ſi Deus ſic agendo malè fecerit, ceu non bono animo affectus ergo ſeipſum Caym, in iracundiam, quæ non ſinit cernere verum, exarſit. *Ratio.*

¶ Ergo ſimilantur ipſi Caym illi, qui videntes, ſe non exaudiri, dicunt: Ego nolo amplius orare, nolo amplius ſperare; orationes parum proſunt: Exaudiat me Deus in meis orationibus, & huiuſmodi alias fatuitates euomunt. Ecce; quòd concidit tunc facies eorum. Nam ly concidit facies eius Caym, ſic intelligitur; quaſi diceret Caym ad modum irati contra Deum: Ego nolo amplius benefacere: Si Deus volet me proſperare, proſperet ſine ſacrificio: Non eſt prouidentia in cœlo: Tàm bonum habent malè agentes, quàm benè facientes: Nolo amplius benè operari. Hæc vel huiuſmodi ſignificantur dicta à Caym per hoc, quòd dicitur in litera; Concidit facies eius. Ergo mali ex non exauditione blaſphemant, ſuperbiunt, & a bono faciendo deficiunt. Ergo, ab oppoſito, boni indè Deum laudant, humiliantur, & ad melius agendum animo accenduntur. Vide differentiam bonorum & malorum. Ex vna cauſa diuerſum effectũ producunt. Ex cauſa hac, ſcilicet ex non exauditione, boni ſu-

Corol. — *Bonorũ prudentiam malorũ ſtultitiam videre eſt in hoc: quando nõ exaudiuntur.*

munt

mum hunc effectum; Vt uidelicet in ſeipſis humilientur, Dei iuſtitiam commendent, ſibi ipſis de ſua ignauia dedignentur. Ex eadem cauſa mali contrarium omnino producunt effectum: ſuam uidelicet ignauiam in hoc non agnoſcunt, immo dicunt; Ego feci debitum meum; iuſtitiam Dei uocant partialitatem, uel non prouidentiam, & ſimilia.

Text. NOnnè ſi benè egeris recipies?

Concl. 6. *Reprobi, ſi benè egerint, ſaluabuntur*, [Ex eo.]

Ratio. CLARISSIMVM eſt, quòd Caym erat reprobatus; & tamen audit à Deo, quòd ſua bona, ſi faciet, non amittet mercedem. Quid apertius contra hæreticorum tentationē nunc maximè uagantem? Quid dicunt, hi ſcripturarum prorſus ignari, & contra ſcripturas tam manifeſtas confuſè latrantes? Si ſum reprobatus quantumcunque benè agam damnabor. Item ſi tu es, &c. Item ſi ille, uel ille eſt, &c. Similiter ſi ego ſum, uel tu es, uel ille eſt prædeſtinatus, quantumcunque malè agam, uel agas, uel agat, ſaluabor, ſaluaberis, ſaluabitur. Vnde trahunt iſtud? Ex officina ſanè diaboli patris illorum. Nam ex officina Dei, ut hic ad literam luce meridiana clarius patet, oppoſitum habetur.

Hereticorum tentationem de reprobatione, irridet Deus et condemnans.

APPENDIX.

HINC habes à ſimili; quòd, ſi prædeſtinatus malè faciet, damnabitur. Secundò habes, benè in Ezech. 33. à Deo dictū. Si, inquit, dixero iuſto, quòd uita uiuet; & cōfiſus in ſua iuſtitia fecerit iniquitatem, morietur: ſi autem dixero impio morieris, & fecerit pœnitētiam de peccato ſuo, uita uiuet. Quid clamas? Quid ad hæc tàm patentia garris, ô inſenſate homuncio; q circuis tentās, & q̄rens que deuores?

QVÆSTIO.

QVOMODO ergo, inquiūt tentatores, prædeſtinatio eſt infallibilis, ſimul & reprobatio? ut patet 1.q. 23. art. 6. Quomodo ueritas hæc cum prædictis ſaluari poteſt?

RESPONSIO.

HOc modo reſpondēt catholici ab eorum deuoratione per ſapientiam declinantes; quia ſcilicet prædeſtinatus infallibiliter benefaciet uoluntariè in fine, & conſequenter infallibiliter ſaluabitur ex operibus uoluntariè ſic in gratia factis. Reprobatus uerò infallibiliter malefaciet in fine ex uoluntate ſua mala; & conſequenter infallibiliter damnabitur, ex operibus uoluntariè ſic perpetratis. Ecce infallibilitas euentus utrorumque cum libertate noſtri arbitrij. Pro quo uide Elucid. pri. par. art. nu. 138. 144. 145. 516. Et Compend. Alber. Mag. lib. 1. cap. 30. 31. cum ſchol. Aduertas ſemper in tali materia: nè facias tranſitum à propoſitionibus cathegoricis ad ad propoſitiones hypotheticas. Propoſitiones cathegoricæ ſunt illæ, quæ nunc dictæ ſunt. Hypotheticæ autem ſunt illæ, quæ in textu dicuntur. Quæ? Si benè egerit reprobus, recipiet bonum: Si malè egerit prædeſtinatus, recipiet malum. Nam tranſitus talis de propoſitionibus ad propoſitiones eſt tranſire de genere ad genus; cum genus, id eſt collectio, iſtarum, non ſit genus illarum. Tranſire autē à genere in genus non licet etiam ſecundum philoſophum in 1. Poſterior. Ecce, quòd ab ethnico etiam confunduntur hæretici: dum per ipſum demonſtratur, quòd contra regulā demonſtrationis ſcientiam in ſe ipſis, uel in aliis prædicti ſic tranſeuntes generare conantur: quod eſt impoſſibile.

Propoſitionum tranſitus errores ſtruit, nō tranſitus earū illos deſtruit.

PRO ECCLESIA

SANCTA DEI.

VSTA Concl. 6. cap. 4. deſtruit hæreſes Pſeudo prædeſtinatorum (ut refert Sigibertus monachus in ſuis Chronicis) dicentium: prædeſtinatis à Deo ad uitam æternam non obeſſe quæcunque ſcelera, & piè uiuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi ad mortem ſint præordinati? Et Ioannis Huſſ. dicentis: prædeſtinatum à Deo ad uitam, etiam ſi ipſe mala opera agat, nunquam poſſe eſſe membrum diaboli; & præſcitum ad mortem, quantūmcunque benè uiuat, nunquàm poſſe eſſe membrum Dei: Et quorundam idiotarum in Hollandria, & Phriſia (ut refert Alfonſus Caſtr. adu. hæt. tit. prædeſtinatio) dicentium: ex ſola prædeſtinatione, & præſcientia diuina pendere omnia; & nulli homini bonum opus prodeſſe, aut malum obeſſe. Patet enim hic totum contrarium: ut facilè per ſe quiſque ſapiens, ſecundùm rationem applicando, diſcurrere poteſt. Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à concilio Conſtantienſi ſeſſ. 15. Nam ibi plures errores Ioannis Huſs condemnat, inter quos eſt prædictus. Conſequenter ergo ibidem intelliguntur damnati omnes alij antedicti; inquantum ſunt ei aliquo modo ſimiles. Hæc enim eſt regula uniuerſaliſſima omnium canonum, doctrinarum, ſcripturarum: ut reiecta una propoſitione ſubintelligantur omnes aliæ re uera in ſenſu ſimiles eſſe reiectæ: ſed & illæ omnes, quæ neceſſaria ſequella ex ipſis reiectis deducuntur. Ratio huius regulæ eſt: quoniam de ſenſu principaliter, quādo reijciuntur errores, fit ſermo; & omnia, quæ in regula ponuntur, conueniunt in ſenſu. Inde neceſſarium non eſt, in crimine hæreſis nouam ſententiam promolgari; quando iam à ſacris canonibus eſt in quempiam ſimilem promulgata; ut colligitur ex 24. q. 1. cap. Achacius. & cap. maiores noſtri, & altero cap. Achacius. Alioquin uix fieret unquam finis conciliorum congregandorum: niſi damnare ſufficeret auctorem, ſeu primariam erroneam poſitionem, ad cointelligendum, & ſequaces quoſcunque, & conſimiles ſiuè directè, ſiuè neceſſaria conſecutione poſitiones, ſimul eodem tenore condemnari. Reprobantur etiam dictæ hæreſes à Gen. 4. concluſ. 7. ſi benè per correſpondentiam noueris applicare. Item à Num. 14. concluſ. 10. Item ab egregio Eccleſiæ ſanctæ doctore Beato Thoma damnantur & ratione multiplici & auctoritate, in prima par. art. num. 130. 144. 146. cum Elucid. Vide, ſcrutare, applica. Item à concilio Valentino cap. 1. 2. 3. in hæc uerba. De præſcientia Dei, prædeſtinatione, & quæſtionibus alijs, in quibus fratrum animi non parum ſcandalizati probantur, illud tantùm firmiſſimè tenendum credimus: quod ex maternis Eccleſiæ uberibus nos hauſiſſe, gaudemus. 1. Deum præſcire, & præſciſſe æternaliter & bona, quæ boni erant facturi, & mala, quæ mali ſunt geſturi (quia uocem ſcripturæ habemus dicētis, Deus, qui abſconditorum es cognitor, qui omnia noſti, antequam fiant) fideliter tenemus. 2. Etiā placet tenere: bonos eum præſciſſe omninò per gratiam ſuam bonos futuros, & per eadem gratiam æterna præmia accepturos; malos autem eum præſciſſe per propriam malitiam malos futuros, & per ſuam iuſtitiam æterna ultione damnandos. Vt ſecundùm Pſalmiſtam, quia poteſtas Dei eſt, & Domini miſericordia, reddat unicuique ſecundum opera ſua. 3. Nec prorſus ulli malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatē, ut aliud eſſe non poſſit: ſed quod ille futurus erat ex propria uoluntate, Deus, qui nouit omnia, antequam fiant, præſcit ex ſua omnipotētia & incōmutabili maieſtate. 4. Nec ex præiudicio eius aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis, credimus condemnari. 5. Nec ipſos malos ideò perire, quia boni eſſe non potuerunt: ſed quia boni eſſe noluerunt, ſuoque uitio in maſſa damnationis meritò uel originali uel etiam actuali permanſerunt. 6. Sed & de prædeſtinatione Dei placuit, & fideliter placet iuxta Apoſtolicam auctoritatem; quæ dicit, an non habet poteſtatem figulus luti ex eadē maſſa &c. fidenterque fatemur: prædeſtinationem electorum ad uitam, & prædeſtinationem impiorum ad mortem. 7. In electione tamen ſaluandorum miſericordiam Dei præcedere meritum bonum: in damnatione autem periturorum meritum malum præcedere iuſtum Dei iudicium. 8. Prædeſtinatione autem Deum ea tantùm ſtatuiſſe; quæ ipſe uel gratuita miſericordia, uel iuſto iudicio, facturus erat: ſecundū ſcripturam dicentem, qui fecit, quæ futura ſunt: In malis uerò ipſorum malitiam præſciſſe, quia ex ipſis eſt; non prædeſtinaſſe, quia ex illo non eſt: pœnam ſanè meritum malum eorum ſequentem Deum, qui omnia proſpicit, præſciuiſſe, & prædeſtinaſſe, quia iuſtus eſt; apud quem (ut ſanctus Auguſtinus ait) de omnibus omninò rebus tàm fixa eſt ſententia, quàm certa præſcientia. 9. Verùm aliquos ad malum prædeſtinatos eſſe diuina poteſtate, uidelicet ut quaſi aliud eſſe non poſſint, non ſolum non credimus: ſed etiam, ſi ſunt qui tantum mali credere uelint, cum omni deteſtatione (ſicut Arauſicana ſynodus) illis Anathema dicimus. Hæc ibi. Vbi diligentiſſimè notato: quòd præfatæ definitiones omnes ex

Regula aurea.

Vide.

maternis ECCLESIAE viſceribus habitæ fuerunt, ut ipſummet Concilium Valentinum in principio proteſtatum eſt. Per numeros definitionem unamquamque ad propoſitum huius vel ſeptimæ ſequentis concluſionis adnotauimus: ut tu faciliùs, & quod deſideras inuenire, & inuentum pro damnatione hæreſum quomodolibet oppoſitarum applicare, poſſis. Damnantur & à 2. Tim. 1. per hoc, quòd Apoſtolus ſe fuiſſe priùs blaſphemum dicit, antequam conuerteretur. Ecce Paulus utique prædeſtinatus ad uitam fit quandoque membrum diaboli, cùm ſit blaſphemus. Gregorius enim homil. 16. inquit ſuper Matth. 4. Certè iniquorū omnium caput diabolus eſt; & huius capitis membra ſunt omnes iniqui. Hæc ille. Vnde etiam ab oppoſitis, dicere uolo, quòd iuſtorum omnium caput Chriſtus eſt; & huius capitis membra ſunt omnes iuſti.

Tex. SVb te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

Concl. 7. *Reprobi poſſunt in hac uita benè agere, & uitare peccata*, [Ex eo.]

Ratio. ECCE, quòd loquens Deus ad reprobum conteſtatur, & quòd appetitus peccati eſt ſub reprobo, & quòd ille dominatur illi appetitui. Quaſi dicat. Tu non coactus eris ad malè agendum, quamuis ſis reprobatus; ſed benè agere poteris. Et iſta eſt differentia inter reprobatum in hac uita exiſtentē, & in inferno iam damnatum. Nam reprobatus hic adhuc exiſtens, & poteſt benè agere, & poteſt uitare peccata, ut hic in litera pluſquam manifeſtiſſimè dicitur; ſed iam dānatus non poteſt amplius benè agere, quia iam confirmatū eſt ſuum liberum arbitrium in malo. De hoc libero arbitrio uide bonam declarationem in Elucid. Addit. art. nu. 430.

Corol. 1 ¶ Ergo uterque illorum habet liberum arbitrium, nec cogitur niſi a uoluntate propria ad manendum in peccato: Sed reprobus in hac uita poteſt benè agere; quia poteſt benè uelle: Damnatus autem non poteſt benè agere, quia non poteſt benè uelle. Et hoc damnato euenit non per carentiam liberi arbitrij, ſed per confirmationem uoluntariam libertatis ſuæ in malo. Vnde eſt iſta confirmatio? Quia iam peruenit ad terminum uolūtariè obſtinatus in culpa pro ſemper: qui, dum erat in uia, erat in motu. Vide 1. q. 64. ar. 2. cum Eluc. Nā ſimilis eſt ratio de Dæmonibus & de omnibus dānatis quò ad hoc. Vide etiam Compend. Alber. Mag. lib. 2. cap. 28. ſcho. & lib. 7. cap. 22. ſchol. Item uide Addit. cum Elucid. q. 98. art. 1. 5. & q. 99. art. 1. Ergo hæretici, uel huiuſmodi dicentes: Si

Contra hæret. ego reprobatus ſum nō poſſum amplius benè agere; non poſſum non ſequi peccata; reprobum non diſtinguunt a damnato. Ergo faciunt ſuos reprobos eſſe damnatos, antequam mortuos.

Corol 2. ¶ Ergo reprobatio Dei non cogit aliquem ad malum. Ergo ſi reprobi damnantur, damnantur ob ſuam prauam uolūtatē, qua peccata uitare noluerunt, non ob Dei reprobationē quaſi aſtricti. Vnde Concil. Valentinum cap. 2. art. Firmiſſimè tenendū credimus, quod ex maternis Eccleſiæ uiſceribus non hauſiſſe gaudemus: nec proſſus ulli malo præſcientiam Dei impoſuiſſe neceſſitatē, ut aliud eſſe nō poſſit, ſed qđ ille futurus erat ex propria uoluntate Deus, qui nouit omnia antequā fiant, præſcit ex ſua omnipotentia & incommutabili maieſtate. Nec ex præiudicio eius aliquem, ſed ex merito propriæ iniquitatis, credimus condemnari. Nec ipſos malos ideò perire quia boni eſſe nō potuerunt: ſed quia boni eſſe noluerūt: ſuoque uitio in maſſa damnationis merito uel originali uel etiā actuali permanſerunt. Hactenus Concilium illud. Ergo & reprobus non actu exiſtens in peccato, & actualiter in peccato

Reprobationis circa negocium aurea uerba Concilij. exiſtens (Nam Caym actualiter in peccato erat, & maximo, puta inuidentiæ fraternæ gratiæ, & forſan cōceptī fratricidij, quando hæc à Deo audiuit) habet liberum arbitrium ad uitandum malum, & ad faciendum bonum, præſuppoſito ſemper auxilio diuino. Dictum enim eſt ad Caym, ſi benè egeris, &c. qui a benè agere poterat. In huius ſignum ſubditur ad illū; Sub te erit appetitus eius, ſcilicet peccati, & tu dominaberis illius.

Corol. 3. ¶ Ergo, ab oppoſitis, pdeſtinatus hic in uita exiſtēs eſt talis, ut poſſit uirtutē deſerere, & peccata ſequi. Ergo pdeſtinatio nō cogit ad iuſtitiā. Ergo pdeſtinatus pp hoc, q pdeſtinatus eſt non ſolū ſaluabitur, ſed etiā propter opera meritoria. Nā unum includit aliud, cū prædeſtinatio ſit propoſitū dandi gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, ſecundum Auguſtinum lib. 1. ad ſimplicianum. Ergo prædeſtinatus differt a ſanctis in patria. Nam illi nec peccāt, nec peccare poſſunt, quia in gratia confirmati ſunt: Prædeſtinatus autem poteſt peccare, & de facto quandoque peccat. Vide in locis citatis nunc ſupra Corol. 1.

APPENDIX.

HINC habes primò: quòd & reprobatio, & prædeſtinatio non tollunt ab his quæ reprobantur, uel prædeſtinantur, liberum arbitrium: immò ipſum liberum arbitrium in his requirunt. Vide compend. Alber. lib. 1. cap. 30. cum ſcholiis. 1

¶ Secundò habes: quòd quando de prædeſtinatione, uel reprobatione uis ſano intellectu loqui, & efficaciter loquentes iniqua cōuincere: tunc recurre ſecuriſſimè ad textū huius capituli quarti Geneſis. Hic namque 6. & 7. concluſione uarias ſophiſticas hæreticorum ad literam planiſſimam explosas comperies; & quàm illi ridendi ſint, & indocti in ſacris literis, ſecundum quòd dicitur 1. Petr. 3. aperiſſimè uidebis. 2

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

DICTA Concl. 7. cap. 4. deſtruit hæreſim Melanctonis dicentis: Si ad prædeſtinationem referas humanam uoluntatem, nec in externis, nec internis operib. ulla eſt libertas; ſed eueniunt omnia iuxta prædeſtinationem diuinam. Patet enim hic totum oppoſitum. Nā ad Caym, in perſona etiam reproborum omnium, ſeu (largè loquendo) prædeſtinatorū ad mortem, dicitur; quòd in ſuis operibus habebit libertatem tanquam dominus proprij appetitus, faciendi ſic, & non faciendi (ut quiſque ſapiēs rectis oculis textum hunc ſcripturæ ſacræ introſpiciens uidere poteſt) & idem, a ſimili quo ad hoc de prædeſtinatis ad uitam ibi dictum eſſe ſecundum rationem ſanam cointelligitur. Cæterum ſcito: quod iſte Melancton ingenio pauper, atque miſellus neſciuit (ut ſua poſitio monſtrat) aut etiam noluit, concordantiam infallibilitatis diuinæ prædeſtinationis, & humanæ libertatis intelligere, & idcircò tales ineptias euomere præſumpſit. Quòd enim omnia eueniant, ut re uera eueniunt iuxta prædeſtinationem diuinam confeſſus eſt; ſed quòd cū hoc noſtra libertas in operibus noſtris conſeruata reperiatur negauit; immò ex illo primo conceſſo deduxit, illud ſecundū non debere concedi. Et tamen, in rei ueritate, cum infallibilitate illa ſtat libera noſtra uoluntas: & ex eo, q oīa eueniūt iuxta prædeſtinatione diuinā, ſequitur neceſſariò; q noſtrū arbitriū ppaneat liberum in ſuis operationibus. Nō enim ſine cauſa diuinum eloquium Sap. 8. dicit, quòd Sapientia diſponit omnia, addidit ly ſuauiter. Quid eſt autem diſponere ſuauiter res? niſi non inferre uiolentiam rebus diſpoſitis, non alterare aut mutare naturas illarum; ſed unamquamque diſponere ad modum eius, uel (quod idem eſt) ſuo modo naturæ ipſius, hoc eſt, naturas conditione liberas earum libertate, contingentes earum contingentia, neceſſarias earum neceſſitate eiſdem inuiolabiliter aſſeruata diſponere? De hoc uide 1. q. 19. ar. 8. & q. 22. ar. 4. & q. 23. art. 6. cum Elucid. Scito quoque; q in prædicta ſua poſitione ille Melancton ignorauit etiā propriam uocem. Nam accepit ly eueniunt omnia iuxta prædeſtinationem diuinam, perinde ac ſi dictum eſſet, eueniunt omnia de neceſſitate abſoluta (ut ex uerborum ipſius contextu cuiquā ſapienti patere poteſt). Per illud namque ſuum dictum uult, excluſam eſſe libertatem humanā; quæ tamē, & re uera nullo modo excluditur, licet omnia iuxta diuinam prædeſtinationem eueniant; & re uera excluderetur, ſi omnia de neceſſitate abſoluta prouenirent. Damnatur ergo Melāctonicum phantaſma a Concilio Conſtantiēſi ſeſ. 8. Per hoc enim, quòd ibi ad literam damnat Ioānis Vuicleffi hæreſim dicentem, omnia de neceſſitate euenire, cointelligitur neceſſariò condemnaſſe tunc omnes poſitiones ſub quibuſcunque uerborum tenoribus eundem cum Vuicleffo ſenſum referētes (iuxta regulam uniuerſaliſſimam de hoc ſupra prædictam Gen. 4. con. 6.): & conſequenter Melanctonē. Id a Concilijs, Pōtificibus maximis, ſcripturis ſacris, omnibus intelligitur damnata fuiſſe tunc: & quando, arbitrium hominis liberum eſſe, definiunt; & quando de conſilijs capiendis hortantur, & quando uitia uituperanda, pœnarumque meri-

Concilium Valen. 1. q. 105. art. 1.

Regula.

toria,

toria, dicant; & quando uirtutes laudabiles, cœleſtibuſque præmijs iure donandas, prædicant. Sic enim defendendo uel hortando uel dicendo, uel prædicando, intelliguntur ſimul reprobare illa omnia, quæ liberum arbitriũ re uera tollunt: quale eſt prædictum Melanctonis figmentum. Damnatur itē multiplici tùm ratione, tùm auctoritate, ab eximio Eccleſiæ ſanctæ doctore D. Thoma in locis ſupra citatis, ſcilicet in pri.par.q.19.ar.8.& q.22.art.4.& q.23.art.6.cum Elucid. Item à Concilio Valentino præcitato ſuprà cap.4.con.6. immò & à multis alijs ſcripturis inibi allegatis. Vide tu; & benè conſiderando ad hunc locum etiam pertinentia applicato, ſecundum quòd oportet. Cæterùm ut fundamentum Catholicũ cōtra hæreſim illam quod præmiſſum eſt, breuibus nunc intelligas: quòd uidelicet libertas noſtra ſtat ſimul cum gratia prędeſtinationis: uigilanter aduerte, ſub exemplo, ſequētia. Deus hēt duos oculos; nec priuādus eſt uno illorũ (vt hæreticus eũ
eß. priuare cōtendit). Vno oculo uidet finem, puta hominē hũc eſſe ſaluandum, altero uidet ea, quæ ſunt ad finem, puta modum quo hic homo ſaluari debeat. Modus, quo quiſque ſaluādus ſaluari debet quis eſt? Opera liberè facta, in gratia. Niſi enim opera fierent a ſaluādis facultate data, nō redderetur eis pro mercede denarius diurnus, i. uita ęterna; cùm nō ocioſis, ſed operarijs detur, Matth.20.& niſi opera ipſa eſſent liberè facta, non eſſent opera hominis, ut homo eſt; cũ homo ad differentiam brutorum libertatemq; niſi eadē opera eſſent facta in gratia, non eſſent ad ſalutem ęternam conducētia; cũ habere omnem fidem, eleemoſinas quātaſcunq; pauperibus diſtribuere, quæcũque aduerſa etiam uſq; ad ignem ſufferre. ſine charitate, nihil proſit. 1.Cor.13. Ex hoc igitur modo, quo quis ſaluari debet, habes apertiſſimè: quòd prædeſtinatio nō excludit, immò quòd neceſſariò includit, liberum arbitriũ ſaluandorum: & conſequenter quòd prędeſtinatio nullo modo imponit neceſſitatem prædeſtinatis; & quòd gratia optimè ſtat cum libero arbitrio, & quòd infallibilitas euentus ꝑdeſtinatorum concordat aptiſſimè cum libertate arbitrij noſtri. Clariſſima, ueriſſimaque, ſunt hæc omnia: notando tamē quòd exemplum de duobus oculis datum eſt, vt addiſcentes a notioribus nobis facilius hæc percipiāt: firmiter nihilominus tenentes, quòd Deus omnia ſimul, & uno actu ſimpliciſſimo, perfectiſſimè uidet.

¶ Pro concluſionis textu ampliùs exponendo. uide. 1.2 q. 8.art.3. & q.77.art.3.8.& q.80.ar.3. Item. 2.2.q.155.ar.3.& q. 156.ar.1.& q.175.ar.2.

Text. QVare iratus es? & vbi eſt Abel frater tuus?

Concl. 8. *Deus quantum in ſe eſt per ſynderesim ſemper admonet nos de peccatis noſtris arguendo, ut ad ſe conuertamur.* [Ex eo]

Ratio. ILLAE interrogationes fiebant à Deo, non quia ignoraret Deus: ſed ut peccata propria ſic agnoſcens, & dolens, ad ipſummet Deũ cōuerteretur peccator. Et iſtæ interrogationes, ſeu reprehenſiones in conſcientia factę nocantur ſynderſis. Quid eſt ſynderſis? Remorſus conſcientiæ. Synderesis autem officiũ eſt inſtigare ad bonũ, & murmurare de malo ut eſt textu facilè cognoſcitur. De ſynderesi uide 1.q.79.ar.12.cũ Eluc.

Corol. ¶ Ergo Deus non uult aliquos perire, ſed omnes ad pœnitētiā reuerti 2.Pe.3. Ergo lux ĩ tenebris lucet. Io.1. Ergo Deus facit, ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos. Matth.5. Nam ſynderſis aſſimilatur Soli propter officium ſuum, & omnes habent eam. Ergo Deus etiam ad cor malorum pulſat, Apocal.3. Ergo ſynderſis totaliter non tollitur propter peccatum. 1.q.48.art.4.cum Elucid. & 1.2. q. 85. ar.2. Vides enim & hic, & ſuprà 3. capitulo, quando dicitur Adæ; Adam ubi es? quòd à peccatoribus etiam maximis non eſt ablata: immo etiam in damnatis remanet. 1.2. q. nunc citata & Addition. q.97.ar.2.cum Elucid. licet non ad emendationem ipſorum damnatorum, ſed ad tormentum.

Text. QVi reſpondit. Neſcio. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear.

Concl. 9. *Peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ex ſe trahit ad aliud, & ad maius quidem.* [Ex eo.]

NAM homicidio addidit Caym mendacium, dicens, Neſcio, & conſequenter excuſationem peccati, quæ eſt uitium maximum, ut uidimus ſupra, utpote omne grauiſſimum, delictum aggrauans. Addidit ſuperbam præſumptionem dicens; Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Addidit & ultimò nephandiſſimam deſperationē, Maior eſt iniquitas, &c. Deſperatio autem eſt omnibus antedictis maior; ut patet 2.2.q.14.artic.2.3. Ratio.

¶ Simile habes de Petro in Euangelio. Nam primò negat ſimpliciter Chriſtum. Secundò negationi addit iuramentũ. Tertiò negationi, & iuramento addit anathematizationem. Vbi & aliud aduertas; quòd ſcilicet etiam poſt primum peccatũ tentatio creſcit. Primò enim ab ancilla; Secundò a circunſtantibus uiris; Tertiò a cognato Malchi. Primæ duæ interrogationes ſunt ſine probatione propoſitæ; Tertiæ additur probatio. Et hinc fit faciliter, ut primum peccatum ad maius peccatum trahat; non tantùm ex natura ponderoſa ſua, ſed etiam ex inſtigatione maiore tentationis. Not. Mat 26. Mar.14. Luc. 22. Io.18.

¶ Ergo paruus error in principio (niſi ſcilicet prouiſio fiat competens) magnus eſt in fine, ut dicit philoſophus. Quomodo paruus? Vel ſimpliciter, ut peccatum ueniale; uel comparatiuè, ut mortale minus. Corol.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

Istæ Concluſio 9. cap.4. inquantum ſupponit, peccatum ipſis Caym non eſſe deletum per pœnitentiam (quod uerißimum eſt) deſtruit hæreſim Marcionis dicentis: Caym eſſe conſecutum ſalutem. Patet enim hic totum oppoſitũ in ſcripturâ. Nam poſt tot eius peccata narrata finiēdo ſermonē ſubiungitur, ly egreſſus Caym à facie Domini. Hoc autem dictum: teſtificatur diſcordiam uoluntatis ſuæ à uoluntate Domini ſecundum modum loquendi ſacris literis familiarem, ut patet Iob.cap.1.& 2. Poſtquam enim in primo Dominus licentiam dederat ſathanæ ſuper facultates omnes ipſius Iob, mox ſubditur ly egreſſuſque eſt ſathan à facie Domini: & ſimiliter in ſecundo poſtquàm licentiam habuerat a Domino ſuper corpus eius, ſtatim ſubijcitur ly egreſſus igitur ſathan a facie Domini. Vbi ſancti doctoris Angelici, cui concordant cæteri, expoſitio habet: quòd per huiuſmodi egreſſionem ſignificatur intētionis diabolicæ diſcordia ab intentione Domini, in flagellando ipſum Iob. Damnata intelligitur quoque fuiſſe illa hæreſis ab Apoſtolo Heb.11. Fide, inquit, plurimâ hoſtiâ Abel, quàm Caym, obtulit Deo; & per illam defunctus adhuc loquitur. Quid autem loquatur Abel defunctus, habetur hic à Deo ad Caym dicente, uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ad cuius ſanguinis locutionem ipſum Caym reſpondiſſe per horrendam deſperationem, non per ſalubrem pœnitentiam, manifeſtat ſcriptura hæc. Hoc autem totum ſubindicare uoluit Apoſtolus, per ly defunctus loquitur: & per conſequens damnare illud, quod ſcilicet Caym ſit ſalutem conſecutus. Damnatur & ab.1.Ioa.3. Caym ex maligno erat; et occidit fratrē ſuum. Et propter quid occidit eum? Quòniam opera eius maligna erant; fratris autem iuſta. Vbi monſtratur ultra ꝓmiſſa: quòd Caym fratricidium cōmiſit taliter, quòd ſe conſtituit dignum, cui non habenda foret miſericordia, cùm eum dicat occidiſſe ex malitia ſeu malignitate; quæ grauius ponderat, quàm peccare ex paſſione aut ignorantia. 1.2. q.78.ar.4. Adde Pſal.36. qui malignantur, exterminabuntur: & clarius uidebis adhuc damnari illam Marcionis poſitionē. Item à Iuda Thadęo epiſt. ſua cap.unico. Veh illis, qui in uia Caym abierunt. Ergo, ſecundum regulam poſterioriſticam (propter quod unumquodque & illud magis) multò plus ueh ipſi Caym. Veh autem, ſecundum B.Hieronymum, æternam damnationem dicit. Damnatur & à de pœn. diſt.1.cap. ſerpens. Caym, qui uoluit crimen negare, indignus iudicatus eſt, qui puniretur in peccato; ſed remiſſus eſt hoc præſcriptione pœnæ: fortaſſe non tam reus maiori crimine fratricidij, quàm ſacrilegij. Illud enim commiſit in fratrem: quod Deo credidit mentiendum. Et ideò accuſatori diabolo eius accuſatio reſeruata eſt; ut cum eo, & eius angelis flagelletur,

qui cum hominibus noluit flagellari. Hæc ibi ex Ambroſio. Item ibid.cap. Nemo nem putes à quocunque ſeu magno ſeu paruo peccato ad correctionem ſine pœnitentia poſſe tranſire. Hæc ex Auguſtino. Vbi verò eſt pœnitentia Caym poſt tanta ſcælera? Immò impœnitentia magna.

Tex. QVare iratus es & cur concidit facies &c. Conſurrexit Caym aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad eum. Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit. Neſcio. Nunquid &c.? Maior eſt &c.

Concl.10. *Ex beneficijs habitis, aut ex correctionibus factis erga nos, deficere, aut non proficere, eſt ſignum damnationis æternæ.* [Ex eo.]

Ratio. E C C E Caym toties à Deo admonitus non proficit; ſed magis in horas deficit. Poſt primam enim benignam admonitionem, committit fratricidium; Poſt ſecundam ſuperbum mendacium (per ly neſcio) Poſt tertiam (.i. Quid feciſti? Vox ſanguinis &c.) horrendam commiſit deſperationem. Vide concl.9. Quid Caym? Nonne reprobus? Vtique. Reprobi igitur ſigna hæc ſunt; ex correctionibus, ſeu admonitionibus deficere. Confirmat ex præſentem concluſionem Apoſtolus Hebr.6 inquiens. Terra ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, & proferens ſpinas ac tribulos reproba eſt, & maledicto proxima; cuius conſummatio in combuſtione. Cæterùm de hac auctoritate, vide in Coroll. ſequenti.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

COROLLARIVM. Ergo, ab oppoſitis inferendo, ſignum prædeſtinationis eſt proficere ex beneficijs diuinis, vocationibus, monitionibus, caſtigationibus, proſperitatibus &c. Hæc enim omnia, & ſimilia, beneficia vocationesque Dei ſunt. Ergo concluſionem hanc 10. cap. 4. pro vtraque parte intellectam (vt expoſitum eſt) egregiè confirmat Apoſtolus, Hebr.6. his verbis. Terra ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem ſpinas ac tribulos reproba eſt, & maledictioni proxima, cuius conſummatio eſt in combuſtione. Quæ verba exponens ibi Doctor Angelicus, inquit. Terra iſta eſt cor humanum; quod dicitur terra, quia ſicut terra indiget pluuia, ita homo indiget gratia Dei. Beneficium, quod percipit, eſt doctrina fidei, quaſi imber ſuperueniens, quam Dominus pluit in cordibus auditorum mediantibus Prædicatoribus & Doctoribus. Hunc imbrem bibit, quando quod audit intelligit, & ad illud afficitur. Fructus eſt, quia generat herbam opportunam cultoribus. Iſta ſunt bona opera; quæ facit homo per doctrinã ſuſceptam. Iſta terra colitur à Deo, à prælato, ab homine ipſo. Eſt ergo (ſupple terra per bona opera) opportuna Deo, ad gloriam; alijs ad gaudium; ipſi operanti, ad vitam æternam. Accipit benedictionem à Deo; ſcilicet premium, & hæc diuina benedictio eſt factio bonitatis in nobis; quæ quidem in præſenti vita fit imperfecta, in futuro erit perfecta. Proferens autem ſpinas ac tribulos &c. Agit de mala terra; de qua præſupponit beneficium, quod dictum eſt. Fructus ergo ſunt ſpinæ, i. minora peccata, & tribuli, i. maiora; quæ pungunt conſcientiam propriam, & quandoque etiam alienam; illa ſcilicet, quæ ſunt contra proximos Reproba eſt; & maledicto proxima. Matth.25 Ite maledicti in ignem æternum. Sicut enim prædeſtinatio eſt principium remunerationis; ita reprobatio eſt ſignũ condemnationis. QVOD ERGO ALIQVIS NEQVIVERIT EGRESSVM PRAECEPTIS SALVTARIBVS, SIGNVM EST REPROBATIONIS, SI PERSISTAT IN PECCATIS. Hierem 6. Argentum reprobum vocate eos &c. Hæc ibi Sanctus Doctor. Concluſionem hanc eandem. 10. cap.4 pro parte reprobationis, directè confirmat patenter Hieremiæ citatus locus; ſi tamen per contextum præmiſſum rectè examinetur. Audi contextum illum. Probatorem dedi te in populo meo robuſtum; & ſcies, & probabis, vias eorum. Omnes iſti principes declinantes; ambulantes fraudulenter. Aes, & ferrum, vniuerſi conſumpti ſunt. Defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum. Fruſtra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Argentum reprobum vocate eos: quia Dominus proiecit illos. Hæc ibi. Ecce. Introducitur beneficium diuinum de probatore robuſto; qui datur populo. Ex hoc beneficio populum & maiorem, & minorem, non profeciſſe, oſtenditur; ſed vitio proprio defeciſſe: intantum; vt tandem dicatur; fuiſſe adhibitum ſufflatorium, & conflatorem, fruſtra. Vnde poſt hæc, quia ſcilicet collatis etiam ijs beneficijs perſtiterunt in peccatis, ſubinfertur; Argentum reprobum vocate eos: innuendo manifeſtè per hanc ſcripturam, quòd ex beneficijs datis nõ proficere, neque conuerti, eſt ſignum reprobationis. Et nota, quod poſt tot peccata ſubdit ly quia Dominus proiecit illos, ad deſignandum; quòd in damnatione periturorum (ad differentiam electionis ſaluandorum) mala merita præcedunt iuſtum Dei iudicium (vt ſupra concl 6. dictum eſt a Concilio Valentino.) 1.q.23 ar 3.

¶Concluſio hæc 10. igitur deſtruit (vt patet diſcurrenti) hæreſes Aetij, Eunomij, dicentis; Deum nihil aliud à nobis requirere, quàm vt ipſum ſolum cognoſcamus. Et Begardorum dicentium: quòd perfecta anima licentiat a ſe virtutes, quia imperfecti hominis eſt, exercere ſe in actibus virtutum. Contra hos vide Gen.2.concl.6.& cap.19 concl.3. Item Elucid.pri.par ar nu.498 & Elucid.addi.nu.13. Contra Aetium, Eunomium, vide Gen.2.concl 6.& cap.17.cõ.5. & Num.11.concl.2. Item Elucid pri.par.ar.nu.4.

Tex. VBi eſt Abel? Quid feciſti?

Concl.11. *Iudex debet diligentiſſimè inueſtigare cauſam; & neminem damnare inaudita parte.* [Ex eo.]

Ratio. D E V S ſciebat omnia perpetrata à Caym; & tamen ſollicitè de his inquiſiuit, ac parti. i. ipſi Caym, reſpondendi tempus dedit, atque ipſum audiuit; antequam eum damnaret. Hoc etiam fecit ſupra. tertio ibi, Adam ubi es? Quid feciſti? Quare iſta fecit, facit, & faciet Deus infrà multoties, puta cap.11. in facto ædificantium turrim, & cap.18. de clamore Sodomorum? Vt iudicandi nobis formam tribuat. Si enim; (dicamus a fortiori) Deus omnia perfectiſſimè, etiam antequam fiant, ſciens tam diligenter inquirit, examinat; & audit partem ream: quid debet facere homo iudex, qui ignorantia circundatus eſt? Hominum enim cogitationes, Sap 9. timidæ ſunt, i. non cognoſcunt certò facta aliorum; immò nec facta propria. Vnde dicebat Iob cap 13 tanquam facta propria ignorans, vel ſaltem non plenè ſciens; Reſponde mihi, ſcilicet, ò Deus, quantas habeo iniquitates, & peccata, ſcelera mea, atque delicta oſtende mihi. Et Pſal.18. Delicta quis intelligit?

Tex. REſpondit Deus: Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

Concl.12. *Volens ſynderesim ſupprimere per peccati excuſationem, uel ipſam euitare per induſtrioſam obliuionem, procurando ſcilicet læta, ut conſcientiam non audiat; talis facere hoc non poteſt; immò ipſam ſemper magis ac magis remurmurare facit.* [Ex eo.]

Ratio. V E N I T Deus, admonuit Caym de peccato eius: Caym excuſat multipliciter ſe dicendo. Neſcio; Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Deus in hoc figurat ſynderesim ab ipſo nobis peccatoribus datam. Reprehendit ergo peccantem ſynderesis de peccato ſuo: peccator vult excuſare ſe, & in obliuionem ponere peccatum ſuum. Quid accidit? Tunc magis murmurat ſynderesis. Vide in huius ſignum, quid faciat Deus. Excuſanti Caym reſpondit Deus ipſe, & manifeſtauit magis ipſius peccatum, dicens: Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

¶Suprà

Not. ¶ Suprà in octaua concluſione, per beneficia, & correctiones intelligas etiam ſyndereſim. Nam hæc eſt magnum beneficium atque correctio. De ſyndereſi pro concluſionis notitia maiore vide 1.q 79. art.12 & loca ibi in marginibus citata, puta in lib. ſententiarum, contra gentes, & alijs Diui Thomæ locis: quod etiam ſemper intelligendum eſt, quando allegatur a nobis D. Thomas in ſumma. Vide & ibi Eluci. & ſuprà concl. 8 huius cap.

Regula vniuerſalis pro citationib.

APPENDIX.

HInc habes, quòd nullus eſt adeò miſer ſeruus, vt ſeruus peccati. Nam alij ſerui etiam tyrannorum quandoque fugiunt dominos ſuos: aut ſi non fugiunt, tamen aliquam requiem quandoque habent: Peccator autem in manus dominorum crudelium, (Heu quàm crudelium!) incidit; quando in peccati ſeruum ſe addixit. Nam peccati ſeruus ſemper ab ipſo magis, ac magis medias ſyndereſi flagellatur, nec vllo modo effugere vel ad momentum poteſt, niſi confitendo ipſum peccatum. Nunquid ſeipſum effugere quis valet? Minimè. Ergo Saluator noſter, cùm nos à peccatis ſaluare venerit, magis recognoſcendus p gratiarū actiones eſt, quam quilibet Saluator. Ergo illi ſunt cæci, qui ſalutem maximam a Saluatore habentes, ſaltem quãtum eſt ex parte Saluatoris, ipſum pro Saluatore recognoſcere nolunt; eò, q ipſis non dederit ſalutem minimam, i. temporalem.

Seruus peccati quàm miſer.

Contra Iudæos, & ſimiles.

Tex. VOx ſanguinis fratris tui clamat ad me.

Concl. 13. *Peccatum noſtrum nos accuſat: Et cum maxima inſtantia contra nos vindictam à Deo expoſcit.* [Ex eo.]

Ratio. CVM tanta inſtantia vindictam contra nos noſtrū peccatum poſtulat à Deo; vt etiam ſanguis mortuus dicatur habere vocem, & quidem clamoroſam, ad hanc vindictam fortiter expetendam. Per hunc igitur loquendi modum (quòd ſcilicet ſanguis etiam mortuus, & effuſus habeat vocem; & clamet; & altè, quia ad Deum) oſtenditur, quòd vigentiſſimo deſiderio inſtat peccatum apud iuſtum iudicem, vt de nobis vindictam ſumere Deum faciat. Et ſi vnum fratricidij peccatum fecit ſic contra Caym: quantò magis tot, tantaque peccata faciunt contra authores? & quidem ſanguinolentos?

Not. ¶ Ecce, quàm ſtulti ſunt peccatores: Ecce quomodo contra ſeipſos manus acuunt. Ecce qualem interceſſorem contra ſeipſos apud Deum conſtituunt: qui nec die nec nocte contra ipſum peccatorem aures diuinas pro vindicta clamoribus implere non ceſſat. Quomodo ergo perditio non erit ex peccatore; cùm contra ſe vindictam per peccatum ſuum continuè depoſcat?

Inimicus principalis peccatoris eſt ipſemet peccator.

¶ Tene ergo pro certo firmiter: quòd peccata cuiuſque ſuum condemnant authorem ſemper, niſi ab eodem condemnentur per contritionem, & confeſſionem.

APPENDIX.

1 HInc habes primò, q ex peccator ex verbis tuis condemnaberis; Matth 12. Hoc eſt: ex verbis, quæ tua peccata clamore magno emittere non ceſſant, condemnatio tui fiet. Ecce quàm iuſtiſſimum eſt iudicium Dei. Iuſtitiæ autem eſt reddere cuique quod ſuum eſt. Et quid magis cuiuſcunque ſuum, quàm id, quod ipſemet ſibi voluntariè eligit; quod ſibi ſingulis horis, atque momentis inſtantiſſimè per procuratorem ſuum, hoc eſt in propoſito, per pec-

Vide.

2 catum ſuum dari expoſcit? Secundò habes, quòd nobis pœnam conſtruimus, quam ſuſtinemus; magis quàm Deus.

3 Tertiò habes, quòd Deus mortem non fecit; impij autem manibus, & verbis et intenſiſſimo deſiderio, accerſierunt illam, Sapien. 1. Illud ipſum hic notatur per hoc, quòd vox

4 ſanguinis dicitur clamare ad Deum. Quartò habes, quòd inimici hominis domeſtici eius, Matth. 10. Et conſequenter ipſemet homo, (Quis magis homini domeſticus, quam homo ipſe?) quoniam ſibimet quiſque vindictam conſtruit &

5 infernum. Quintò habes, quòd iuſtè dicitur ab Eccleſia in perſona peccatoris, vt recitatur in officio mortuorum: Commiſſa mea paueſco Quaſi, quòd nil aliud paueſcat in comparatione illorum. Ergo nemo, vt ait B. Chryſoſtomus, læditur, niſi à ſeipſo.

¶ Pro concl. ſpeciatim aliqualiter applicanda, ſeu intelligenda nouũ teſtiũ vide compen. Alb. lib. 4. cap. 11 in ſch.

QVæ ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.

Concl. 14. *Peccator eſt peior rebus etiam inanimatis.* [Ex eo.]

LOQVITVR Deus de terra, & dicit hanc ſuſcepiſſe ſanguinem Abel effuſum a Caym. Quaſi diceret: Tu proiecisti ſanguinem germani tui à te ex crudelitate: & terra quaſi ex compaſſione ſuſcepit illum. Et tamen terra non erat germana ipſius Abel, ſicut tu eras germanus, & quidem vterinus, ipſius Abel. En igitur maxima tua crudelitas: & maxima terræ benignitas.

Ratio.

¶ Ergo, licet homo ſecundum rationem viuens ſit optimum animalium; tamen, cum declinat ad malitiam, eſt illorū peſſimum. Ergo malus homo eſt decies millies peior, quàm mala beſtia. Ergo ſi homo eſt crudelis ex malitia, nulla beſtia eſt ita crudelis. Hæc philoſophus in lib. politic. & poſſunt faciliter hæc a rectè ſecundùm regulas logicales diſcurrentibus hinc deduci. Vide S. Thomam ſuper epiſtolã D. Pauli ad Titum cap. 1. ibi Cretenſes &c.

Corol.

Peccator eſt peſſimũ animalium.

¶ Pro ampliori textus expoſitione vide 2.2.q 83. ar. 1. &c.

¶ Applica concluſionem ad Prouerb. 12. Viſcera impiorum crudelia. Quæ omnia, tanquam in ſpeculo, videre potes per experientiã probata in Iudæis circa paſſionem Saluatoris noſtri; dum iudicante Pilato, ac toties multis modis ſuggerente, ipſum Chriſtum eſſe dimittendum, illi ſemper magis, ac magis inſequebant.

CVm operatus eam fueris, non dabit tibi fructus ſuos.

Concl. 15. *Peccator punitur, quando puniuntur res ab ipſo poſſeſſæ.* [Ex eo.]

¶ Ecce. Peccauerat Caym, non terra; & Caym, qui punitus erat, non erat terra: ſed tamen quia ipſe poſſidebat terram ſaltem quo ad culturam: ideò dicit ad eũ Deus: Cum operatus fueris &c. id eſt. Ipſa erit ſterilis in tuam pœnam ita quòd ſua ſterilitas redundabit in tuum magnum incommodum. Propterea ſignanter textus apponit ly tibi.

APPENDIX.

HInc habes primò quòd non eſt mirum; ſi peccatorũ terræ ſunt infructuoſæ, & careſtia ſiue penuria cruciat eis. Nec obſtat quòd peccatoribus reprobis bona temporalia quandoque aut plerumque ſuccedunt, iuxta illam quæſtionem Hierem. 12. Quare via impiorum proſperatur, & bene eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantaſti eos, & radicem miſerunt: proficiunt, & faciunt fructum: non obſtat, inquam, hoc prædictis. Ratio eſt: quia bona illa non dantur eis, i. in eorum commodum ſaltem ſpirituale; & hoc in pœnam iuſtam, eorundem peccatis ſic exigentibus. Vndè ad hoc vniuerſaliter deſignandũ dicitur in tex. ly non dabit tibi; & non dicitur abſolutè, non dabit fructus ſuos. Quamuis ergo de Caym verificatum ſit vtrumque & quòd terra ab eo culta non dedit fructus, quos ille expectabat; & quòd non dedit illi, id eſt in illius commodum, vtpote qui ex careſtia hac motus non eſt conuerſus ad Deum per cognitionem doloroſam peccatorum ſuorum (quemadmodum ij, quibus vexatio dat intellectum, Y 28.19.): tamen primum, ſ. ly terra non dabit fructus, de aliquibus verificatur, de aliquibus non; & ſecundum ſcilicet ly non dabit tibi, verificatur de omnibus reprobis. Vnde B. Ambroſius in homil. de Zachæo ſuper Luc. 19. inquit: Diuitiæ vt impedimenta reprobis, ita bonis ſunt adiumenta virtutis. Et ad hunc ſenſum Eccl. 5. Diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. Et cap. 6. Vir, cui dedit Deus diuitias, ſubſtantiã, & honorem; & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo. Hoc vanitas, & magna miſeria eſt. Secundò habes ab oppoſitis, q non eſt mirum: ſi Dei ſeruis nihil, etiam de temporalibus deficit. Vide ſuprà cap. 1. concluſ. 1. in reſponſione quæſt. ſecundæ. Quinimò etiam mala ipſa temporalia iſtis proficiunt in bonum ſpirituale (cõtra ſupradicta de reprobis). Vnde Sanct Thomas. 1. 2.

 q. 114.

q.114.q.16.ait. Tantum dat Deus iuſtis de bonis temporalibus, & etiam de malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad uitam æternam. Vnde dicitur in pſalmo 33. Timentes Dominum non minuentur omni bono. Et alibi pſalmo 36. Non uidi iuſtum derelictum. Hæc ille. tertio habes, ꝙ & filius, & quæcunque ad patrem pertinent portabit iniquitatem patris uſque ad quartam generationẽ, ut colligitur ex Exod.cap. 20. in ly uiſitans iniquitatem patrum in filios, &c. & 34. Reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus &c. Ergo, ab oppoſitis, bonorum patrum filij, ut Salomon ſenex 3. Reg. 11. propter meritum Dauid patris ſui; & etiam Hieruſalem, temporaliter proſperantur, propter merita patrum; etiam ꝙ ipſi filij id non mereantur ex ſe; ſicut nec filij boni ex ſe merentur flagellari, licèt propter mala patrum quandoque flagellentur. Vide ſupra cap. 3. concl.22. Quę tamen de anima quantum ad ſalutẽ ſuam, uel damnificationem ſpiritualem, non intelliguntur, ſecundum illud Ezechiel. Filius non portabit iniquitatem patris. Scis quare? Quia anima non eſt aliquid patris cùm non ſit ex traduce ſuprà cap.2.con.5.Corol. & corpora ſunt aliquid antecesſorum filij, resque temporales aliquando uel in totum uel in partem. Vnde non mirum: ſi uerificatur de illis, modo declarato, concluſio præſens.

¶ Applica ad pſalmum 144. Iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis. Vel ad Ioan.9. Quis peccauit hic, aut parentes eius, ut cęcus naſceretur? Vbi oſtenditur ab Apoſtolis quaſi per Moyſen aliquo modo edoctis in communi, ꝙ demerita patrum flagella filiorum poſcant, ut plurimùm; licèt in ſpeciali, .i. in hoc cęco, non fuerit ſic.

Text. CVm operatus eam fueris; non dabit fructus ſuos.

Concl. 16. *Iudicium Dei contra peccatores adeò iuſtum eſt, ut etiam inanimata, ſi cognoſcerent ipſum approbarent pro iuſto.* [Ex eo.]

Ratio. ¶ Ad hoc enim ſignificandum Deus punit peccatores ꝑ res inanimatas, & hic, & alibi pluries. Illud idem quoque ſignificari uoueris, quotieſcunque Deum per irrationabilia punire peccatorem, ut patet in exodo reſpectu Pharaonis, inuenies.

APPENDIX.

1 HInc habes primò: quòd creatura etiã inanimata (in hominum confuſione dictum ſit) zelat pro Dei ſui honore, dum honoris diuini contemptores affligit.

2 ¶ Secundò habes, quòd Deus armabit creaturam omnem (in ſignum huius etiam nunc eam armat) in ultionem inimicorum ſuorum in die iuditij, Sap.5. Verbi gratia. Quare ignis exardeſcet in peccatores? Ad ſignificandum, ꝙ iuditium Dei ab ipſo etiam igne approbatur pro iuſto: & ad oſtendẽdum, quòd ignis honorẽ Dei curat, quem homo contẽpſit.

3 ¶ Tertiò habes, quòd creaturæ offenduntur a nobis, dũ offenditur à nobis Deus. Ideò enim in peccatores inſęuiunt.

Exempl. Exemplum, ſi offenditur aliquid, puta Catus, ſtatim in offendentem deſæuit, Sic in propoſito; In offendentem hominem ſuas vires offenſiuas creaturæ intendunt, quia peccator illas offendit prior, dum Creatorem illarum offendit.

Exempl. Exẽplum. Si patronus familiæ alicuius offendatur, ſinguli de familia offenduntur. Quòd ſi non ex hoc offenſos ſe reputant, ſignum eſt, quòd ad familiam illius patroni non pertinent. Si igitur creaturæ ſe offenſas, offenſo Deo, non reputarẽt, ſignum hoc eſſet, quod ad Dei familiam non pertinerent. Oſtẽdunt ergo, ſe Dei creaturas eſſe, quando in peccatores punitionem exercent. Vide ſupra cap.1.concl.21. applicando, ut prudens.

Notatio. ¶ Ad hoc exẽplum attendant, qui Dei offenſam in proximis paruifaciunt, id eſt qui uidentes, Deum à proximis offendi, non dolent, aut parum dolent. Vide igitur, quòd huiuſmodi per hoc oſtendunt, ſe parum ad Dei familiam adoptiuam meritò pertinere, id eſt parum Deum amare. Nã intantum quis ad Dei familiam talem pertinet, inquantum Deum amat. Vides etiam hic, quòd illi, qui multum dolẽt de peccatis proximorum, ſignificant per hoc, ſe plurimum Deum amare. Ergo non curare, verbo, vel facto, uel dolore, vel huiuſmodi, peccata in proximis, eſt malum ſignũ. Ergo curare &c. eſt bonum ſignum. Hæc intellige ſecundã

De huiuſmodi familia dei ſæpe hîs in epiſt. D.Pauli.

magis & minus, iuxta regulam topicam: Sicut, inquit, ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, ita maximè ad maximè.

Corol. ¶ Ergo cognoſce Apoſtolum nostrum oſtendere ad Dei familiam valde ſe ſpectare, quando ait: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Item ſolicitudo mea omnium eccleſiarum. Ergo cognoſce, Chriſtum illud idem oſtendere voluiſſe, quando in Pſal. 68. dicit patri: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt (ſcilicet per mei internum dolorem) ſuper me: & zelus domus tuę comedit me: Monſtrauit ergo B. Petrus, quòd Loth multùm ad Dei familiã pertinebat, quando dixit; quòd ſodomitæ animam ipſius Loth de die in diem iniquis operibus affligebãt. 1.cap. 2.

Et de huiuſmodi tribulatione intelleàit quoque Apoſtolus, quando ait: quòd per tribulationes oportet, nos introire in regnum Dei. Qui enim non habet iſtam prædictam tribulationem, non poterit vnquam, quandiu ſic permanſerit, introire in regnum Dei. Quomodò enim illuc intrabit ſi ad familiam Dei non ſpectat?

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

PRæſens concluſio.16.cap.4.abundanter deſtruit hæreſim Caynanorum dicentium Caym eſſe adorandum. Patet enim hic: quòd etiam hæreſim hãc reprobant facto ſuo; dũ, ſcilicet puniunt ipſum Caym, tãquàm a Deo (vt in tex. dicitur) maledictũ. Quaſi per hoc lingua ſua dicant. Non eſt adorandus Caym, nec in precio habendus; ſed abominandus eſt, ac vilipendendus. Prædicti verò Caynani errorem illum (teſte Philaſtrio Epiſcopo Brixienſi lib. ſuo de hæreſib.) aſſeruerunt: eò quòd uirtutẽ maiorem crediderũt fuiſſe in Caym, qua inualuerit ad occidendũ fratrem. Vbi aut ignorantiã vocis ſuæ oſtendunt, aut aliã hæreſim confingunt. Nam ſi de uirtute corporali loquunt, quando maiorẽ virtutem præ Abel fuiſſe dicunt in Caym, tunc ignorant propriam vocem dicendo: quòd adorãdus eſt eò, quòd prædictam virtutem maiorem habuerit: quoniam adoratio, cũ ſit actus religionis.2.2 q.84.art.1. exhibet alicui propter virtutem ſpiritualem, qua ſummo ſpiritui, id eſt Deo aſſimilatur, nõ propter virtutem, id eſt vim aliquã corporeã. Alioquin Elephas, cum in corporali annorum diuturnitate excellat; Leo, cùm in corporis fortitudine; Ceruus, cùm in curſus velocitate, poſſent iure adorari: & ſtultiſſimæ adorationes paganorum, quibus honorabant Herculem propter corpoream fortitudinem, Venerẽ propter corporis pulchritudinem, Bacchum propter multam corporalis vini bibitionem, alias propter ſimiles fatuitates aut corporalia quædã, vt ſic iſtæ, inquam, adorationes non eſſent meritò deteſtibiles, ac multipliciter tanquam inſania perniciosiſſima iudicatæ atque reprobatæ ab Apoſtolo Rom.1.ly ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, ab Ezech.6.8. quaſi per totum; a Pſal.113.ly ſimulachra gentium; à Sapien.13.14.15. Vbi ꝓlixo ſermone ſubſannatur idolatria, & ſpeciatim in fine ca. 13.ly non erubeſcit loqui cum illo &c. De hoc uide. S. Tho. Eccleſiæ doctorem eximium 2.2.q.94.per totum, ſpecialiter. ar.4. Conſule autem omnino Compen. Albert.lib.5.c.58.cum ſchol.& ca.60.ſchol. quoniam ibi inter multa circa hoc ſcitu digniſſima uidebis definitiones Concilii Niceni ſecundi, & Anathematiſmos. Ignorarent itaque Caynani propriam uocem, id eſt propter quid ſit adoratio, ſi illam maiorem virtutem acciperent pro uirtute corporea. Si verò accipiant pro virtute ſpirituali, aliam hæreſim dicunt. Cũ enim Caym narretur à tex. ſcæleſtus etiam ante fratricidium, conclu. 4.5.6.7. Fateri oportet: quòd dicẽtes, Caym habuiſſe ea virtute maiore ſpirituali, ꝙ occideret fratrem, dicant ꝑ hoc; ꝙ vitiũ eſt virtus & uirtus eſt vitium. Quæ quidè hęreſis eſt etiam Libertinorum, & Quintini cuiuſdam ſartoris. At cõdẽnatur toties ab iſto textu, quoties narrat Deum punitorem vitiorum, pręmiatoremque uirtutum puniſſe Caym, non autem pręmiaſſe. Damnatur & à terra per hoc, quòd punit ipſum Caym. Itẽ ab Iſa.5. Veh ꝗ dicitis bonum malum, & malum bonum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce & dulce in amarum. Cæterum, quoniam in diſciplinati eſt ſolicitum eſſe contra proferentem manifeſtè improbabilia (ſecundum philoſophum. 1. Topic. cap.9.) iſta ſufficiant. uide Leuit.19.con.5.

Text. DIxitque ei Dominus. Nequaquã ita fiet: ſed quicunque occiderit Caym ſeptuplum punietur. Poſuitque Dominus in Caym ſignum: ut non interficeret eum oĩs, qui inueniſſet eũ.

Concl. 17. *Peccatum deſperationis diſplicet maximè Deo.* [Ex eo]

Ratio. Post alia magna peccata, etiam poſt peccatum inuidẽtiæ fraternæ gratię, quæ commiſerat Caym: Quid fecit Deus erga ipſum? Repręhenſionibus, minis, pœnis, quamuis ageret cum Caym; tamen ipſemet eas pœnas ipſas quas pro eius conuerſione comminabatur mitigaturus, ſi de peccatis pœnituiſſet, perſiſtebat adhuc loquẽs cum eo (ut patet in textu). At poſt deſperationis peccatum, quid fecit Deus? Non ſolum non dat ſignum aliquod uolendi mitigare pœnas; ſed è contrario eas confirmat. Dicit enim: Nequaquam ita fiet, &c. Quaſi dicat. Nolo tibi condeſcendere in hoc, quod petis, ſcilicet quòd per tui occiſionem abbreuietur tibi pœna in hoc mundo: ſed potius uolo, nè occidaris citò ad hoc, ut pœna diuturnior fiat. Et tam ardenter hoc uolo, ut ei, qui te etiam poſt longum tempus occiderit, magnas pęnas inferre ſtatuerim: & homines per ſignum hoc, quod nunc in te pono, monitos eſſe uelim, nè facilè te occidere tentent.

APPENDIX.

HInc habes, quòd Iob 13. meritò de Deo ait: Etiamſi me occideris, ſperabo in eum. Voluit enim per hanc ſententiam oſtendere, ꝙ deſperatio eſt ſuper omnia fugibilis. Vnde 3. q. 84. ar. 10. inquit S. Doctor. Reprobatur uerbũ Caym dicentis: Maior eſt iniquitas mea, quam ut ueniam merear; quia miſericordia Dei peccatoribus ueniam præbet abſque ullo termino. Hæc ille. Cauendum tamen eſt; nè ſub prætextu hoc peccemus. De qua cautela & Aug. in regula nos ita monuit. An Deus ideò putandus eſt non uidere: qa tantò uidet patientiùs, quantò ſapientiùs? Vide Sap. cap. 3. concl. 15. Secundò habes: quòd deſperatio eſt hominibus periculoſiſſima, & ſupra modum pernitioſiſſima: ut per ſe poteſt ſapiẽs de Caym faciliter cognoſcere ex dictis, & cõtextu. Hocq́ipſum denotauit Apoſtolus ſub quorundam perſona Ephes. 4. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ & auaritiæ. Quæ omnia de Caym uerificari conijciet ſapiẽs; quiſquis uiderit actiones ipſius Caym pòſt deſperationem eius narratas per reſiduum capituli. Ruinæ tantæ ratio eſt: quia, cùm per ſpem reuocetur homo à malis, introducaturq́; ad bona proſequenda, ſpe ſublata irrefrenatè homines peccant, à bonisq́; retrahuntur. Vnde dicit Gloſ. ordin. ſuper Prouer. 24. Nihil eſt execrabilius deſperatione: quam qui habet & in generalib. huius uitæ laboribus, & (quod peius eſt) in fidei certamine, conſtantiam perdit. Hæc illa. Et Iſidorus in de ſummo bono, lib. 2. cap. 14. ait Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ eſt: ſed deſperare eſt deſcendere in infernum. Hæc ille. Circa deſperationẽ, uide 2. 2. q. 20. per totũ, & ſpeciatim ar. 3.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

EA Concluſio. 17. cap. 4. cum D. Thoma, nunc citato apertè demonſtrat, quàm deteſtãda ſit hæreſis Nouatianorum peccatores in deſperationem his uerbis præcipitantium. In peccatum (inquiunt) relapſi ad pœnitentiam non ſunt admittendi; ſed ad luporum rapinã & diaboli prędam, ſunt proijciendi. Hinc enim iuncto maximè, contextu patet, ſequi totum contrarium. Nam ſuper omnia ſcelera ipſius Caym peccatum deſperationis Deo fuiſſe odibile, inſinuat ſcriptura: quæ & demonſtrat, Deum nõ proieciſſe ad rapinam luporũ ipſum Caym, ſed pluribus uerbis ad pœnitentiam prouocaſſe. Nunquid nõ quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt: ut iam Apoſtolus docuit, Rom. 15. Damnatur quoque, & per conſequens cõcluſio præſens aliquo modo firmatur, à canone 61. Apoſtolorum, & quidem à fortiori. Si quis clericus per metum humanum uel Iudęi, uel Græci, uel hæretici, negauerit nomen Chriſti; ab eccleſia reijciatur: ſi uerò nomen Clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, ut laicus recipitor. Hæc ibi. Canones autem Apoſtolorum uſque ad 85. recepit, & probauit, ſexta ſynodus; ut patet in decreto diſtin. 16. cap. placuit huic ſanctæ ſynodo. Ecce igitur: quòd etiã abnegatores Chriſti non proijcit Eccleſia Apoſtolica ad prędã infernalium luporum, abſq; ſpe ueniæ & pœnitentiæ: ut Nouatianus abundantius erubeſcat. Damnatur item à Papa Leone, ut recitatur in Decreto. 26. q. 6. His, qui tempore neceſſitatis, & in periculi urgẽtis inſtantia, præſidium pœnitentię & modum reconciliationis implorant, nec interdicenda eſt ſatisfactio, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire; apud quem nullas patitur ueniæ moras conuerſio; dicente Dei ſpiritu per prophetam, cum cõuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Simul pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium cõſequantur. Hæc ibi. Item à Papa Cæleſtino recitatur ibidem. Agnouimus: pęnitentiã denegari morientibus, nec illorum deſiderijs annui, qui obitus ſui tempore hoc animę ſuę cupiunt remedio ſubleuari. Horremus fateor, tantę impietatis aliquẽ inueniri, ut de Dei bonitate, deſperet; quaſi non poſſit, ad ſe quouis tẽpore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem redimere. Quid hoc, rogo, aliud eſt quam morienti mortem addere, eiusque animam ſumma crudelitate, nè abſoluta eſſe poſſit, occidere: cùm Dominus ad ſubueniendum paratiſſimus inuitat ad pœnitentiam, ſic promittens peccatori, in quacunque hora &c. Et item nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur, & viuat? Cum ergo Dominus ſit cordis inſpector, quouis tempore non eſt denegãda pœnitentia poſtulãti: cùm ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari. Hæc ibi. Item à Papa Iulio: vt recitatur ibidem. Si presbyter pęnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit, quacunque die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam, uita uiuet, & non morietur. Vera enim confeſſio in ultimo tempore eſſe poteſt: quia Dominus cordis inſpector eſt. Sicut latro unius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo, in hora vltimæ cõfeſſionis. Hæc ibi. Damnatur & à Cornelio Papa in Concilio Romano hæreſis Nouatiana: & ſtatuitur, Nouatum cum his, qui eum ſequerentur, alienum eſſe ab Eccleſia; eos verò, qui lapſi fuerint in certamine, fraterna commiſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. De hoc uide Euſebium Eccle. hiſt. cap. 33. Reprobauit eandem olim Concil. Nicœnum primũ, can. 8. Si quis uoluerit venire ad Eccleſiam Catholicam ex Nouatianis: placuit ſancto Concilio, vt ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeat ab eis confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet: ut fateantur, ſe cum omni conſenſu Eccleſiæ Catholicæ ſtatuta obſeruaturos, id eſt ſe communicaturos & his, qui forte ſecũdas nuptias experti ſunt, & his, qui perſecutionis tẽpore lapſi ſunt. Quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus aſcriptum eſt; vt in omnibus ſequantur ea, quæ in Eccleſia Catholica & Apoſtolica obſeruantur. Hæc ibi; & recitantur 1. q. 7. Si qui voluerint. Reijcitur & à Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. Qui ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt: cùm, excitante Deo, per pœnitentiæ ſacramentum merito Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hæc ibi. Ecce Concilium tempus nullum alicui excipit: qn per pœnitentiã conuerti dignè poſſit. Itẽ ab eod. ſeſſ. ead. cano. 29. Si quis dixerit: eũ, qui poſt baptiſmum lapſus eſt, nõ poſſe per Dei gratiam reſurgere; Anathema ſit. Hæc ibi. Item ab Elucid. per par. artic. num. 255. & ab Eccleſiæ doctore eximio D. Thoma in. 3. q. 84. art. 10. Vide tu ibi multa, pulchra, & neceſſaria.

VAgus, & profugus eris ſuper terram. Text.

Concl. 18. *Iniquitas facit hominem formidoloſum, inquietum, & impacatum.* [Ex eo.]

Hoc dixit Deus ipſi Caym in eius peccati pœnam, vt in littera patet. Ratio.

¶Ergo cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt; Et non eſt pax impijs, dicit Dominus, Iſa. 48. Ergo rectè dixit Hieremias, Tren. 1. Peccatum peccauit Hieruſalem; propterea inſtabilis facta eſt. Et Tren. 5. Ideo obtenebrati ſunt oculi noſtri: ideo mœſtum factum eſt cor noſtrum.

ſtrum. Viles ergo facit homines peccatum; quia ipſum viliſſimum eſt. De qua re vide Compend. Alb. lib. 3. cap. 3. 7. 13. 14. ſchol.

Tex. P Oſuit mihi Deus ſemen pro Abel, quem occidit Caym.

Concl. 19. *Ex occaſione iuſtorum non patitur finaliter detrimentum Eccleſia; quia loco illorum alij ſubrogantur.* [Ex eo.]

Ratio. TOLLITVR Abel per occiſionem de hoc eccleſiæ ſtatu, & loco eius ſubrogatur alter.

Not. ¶Hoc fuit ſignum, quòd per mortem ſanctam martyrũ non decreſceret Eccleſia, ſed alij loco illorum exurgerent. Quis hoc non uidit? Legendas ſanctorum Martyrum inſpiciat & cognoſcat, q; non unus tantum, ut hic in figura dicitur, ſed etiam multi in locum unius martyris ſuffecti fuerunt, ut ſignatum figuræ (quod ſemper item eſt ubique)

Coroll. præponderaret. Ecce Mortuo unus Clemens Papa & martyr, quingenti, & amplius uiri ad baptiſmum conuolant. Vna Cecilia martyrizante, paulò ante q; Tiburtium, atque Valerianum præacquiſierat, plusquam quadringentos conuertit. Pro una Catherina martyrio 50. Oratoribus, Porphyrio cum ducentis militibus, reginaque tyranni uxore ad cœlum præmiſſis; alij plures exurgunt ad fidem conuerſi. Et ſic de cæteris.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO QVINTO.

Tex. VOcauit nomen eorum Adam:

Concl. 1. *Hoc nomen Adam eſt commune mari, & fœmina, ſicut apud Latinos eſt hoc nomen homo.* [Ex eo.]

Ratio. ECCE Tam mas, quàm fœmina uocantur Adam: ex conſequenti eſt commune apud Hebræos.

Coroll. ¶Ergo hoc nomen Adam eſt nomen proprium primi hominis ex priuilegio, ſiue ex uſu; non autem ex uocabuli proprietate.

Tex. G Enuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.

Concl. 2. *Omnes generantur cum peccato originali.* [Ex eo.]

Ratio. ADAM tunc fuit iuſtitia originali deſtitutus. Nam Concil. Trid. ſeſſ. 5. ait; q; ſtatim poſt peccatum in paradiſo iuſtitiam originalem amiſit, indignationemque Dei, & captiuitatem ſub Diaboli poteſtate incurrit. Si ergo Adam tunc genuit filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam per propagationem communicabilem, utique generat filium iuſtitia originali deſtitutum, i. cum peccato originali. Non enim dicitur, quòd genuerit eum ad ſimilitudinem Dei; ſicut dicebatur ſupra, cap. 1. quòd Adam creatus fuit ad ſimilitudinem Dei.

Coroll. ¶Eadem ergo ratione alij homines etiam iuſti, qualis tunc erat Adam, loquendo de iuſtitia particulari, iuxta illud Sap. 10. Hæc ſapientia illum, qui primus à Deo formatus eſt, eduxit à delicto ſuo: alij, inquam homines, etiam iuſti, gignunt proles ſuas omnes in peccato originali.

1. 2. q. 81. ar. 1. Cōcil. Trid. ſeſſio. 5. decr. de pec. orig.

Not. 1. ¶Dicitur Adam genuiſſe filium ad imaginem ſuam, ut cognoſcat filium eſſe hominem: dicitur genuiſſe illum ad ſimilitudinem ſuam, ut noteris illum eſſe peccatorem Nam imago dicit eſſe naturale; ſimilitudo autem eſſe morale; ſuprà primo capite circa concl. 21.

¶His tamen (iuxta ſanctorum patrum expoſitionem) ſtãtibus, aduertas unum. Quid? Hoc nomen imago, ſi largè loquamur, quandoque ſumitur in ſacris litteris pro hoc nomine ſimilitudo. Vnde tunc ly imago non dicit eſſe naturale, ſed eſſe morale. Vbi accipitur ſic ſicut in Apoſtolo, 1. Cor. 15. ſicut portauimus imaginem terreni ita portemus imaginẽ cœleſtis. Nunquid ad eſſe naturale deponendũ hortatur Apoſtolus? Minimè: At ad eſſe morale priſtinum deſerendum monet. Ac ſi apertius dixiſſet. Mores primi hominis, i. peccata deponite; quæ hactenus portaſtis; & mores Chriſti cœleſtis induite in poſterum.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 2. cap. 5. deſtruit hæreſes Armenorum, Albanenſium, Pelagianorum, dicentium: peccatum originale nullum eſſe; & pueros ipſum non contrahere; & pueros propter illud tollendum non baptizari. Patet enim hic: duo prima eſſe falſa, & implicitè tertium. Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à Pſal. 50. in perſona omnium dicente, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Non enim poteſt uniuerſaliter intelligi de peccatis coniugum in actu matrimoniali commiſſorũ: quoniam talis actus non eſt de ſe peccatum, immò quandoque eſt uitæ æternæ meritorius; ut optimè declaratur à ſancto Doctore in Addi. q. 41. ar. 3. & 4. & q. 49. ar. 4. cum Eluci. Nec poteſt intelligi de quibuſuis peccatis perſonalibus, ſeu actualibus, parentum proximorum: quoniam talia peccata non transfunduntur in prolem; ut benè probat idem ſanctus. 1. 2. q. 81. ar. 2. Reſtat igitur, ut oporteat, auctoritatem illam uniuerſaliter exponi te de peccato originali, idest de peccato primo ipſius Adam, quod per originem traducitur in omnes ſequuturos ab eo ſecundum rationem ſeminalem deſcendentes: ut rectè probatur inibi. q. 81. ar. 1. & 3. cum Elucid. Damnatur & ab Apoſtolo Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita mors in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerũt. Et quomodo omnes peccaſſent in Adamo: ſi paruuli excluderentur? Immò ut & clarius oſtendat idem Apoſtolus, ſe illã ſententiam intelligere etiam de paruulis, ibidem ſubdit; regnauit mors ab Adam uſque ad Moyſen etiam in eos, qui nõ peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ. Quid eſt, non peccare in ſimilitudinem præuaricationis Adæ? Eſt, non peccare actualiter: quoniam hoc modo, idest actualiter, Adam præuaricatus eſt. Peccarunt ergo ſecundum ſcripturã paruuli in Adamo originaliter; ſicut & erant origine in ipſo (ſic intelligitur ly in quo omnes peccauerunt) nõ peccarunt paruuli in eo actualiter, ſicut nec tunc actualiter erant (ſic intelligitur ly qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ) Caue autem expoſitionem Eraſmi erroneam ſuper ly in quo omnes peccauerũt: quoniam & deſtruit textũ (ut patet conſideranti rectè præmiſſa) & eſt contra Conciliũ Trid. (ut demonſtratur optimè in Elucid. Addi. ar. num. 295. quas uide). Damnantur & à Concilio Mileuitano per Papã Innocentium in epiſtola ad ipſum reſponſiua approbato ca. 2. Placuit: ut quicunque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit quidem in remiſſionem peccatorum baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur; Anathema ſit. Hęc ibi. Cui Concilio etiam Arauſicanum concordat cap. 5. Item reprobantur ab Eccl. 40. Graue iugum eſt ſuper filios Adam à die exitus de uentre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matre omnium. Ecce: quòd ſapiens ab effectu peccati originalis, ſcilicet à miſerijs multiplicibus in hac uita à principio uſque ad finem habitis, oſtendit cauſam, i. peccatũ originale. Ac ſi apertius dicat. Sicut effectus ille peccati originalis eſt ſuper omnes filios Adam: ita & cauſa ipſa, quæ eſt peccatum originale. Nec mireris; quod, effectum peccati huius remanere per totam uitam, dicat ſapiens: quoniam peccatũ originale quamuis in baptizatis tranſeat quoad reatum, idest quoad id, quod ueram peccati rationem habet; manet tamen quò ad actum cõcupiſcentiæ, ſiue fomitis, & alias pœnas corporis: ut monſtrat Concilium Trid. ſeſſ. 5. decret. de peccato origin. Et hoc uoluit dicere ſapiens de illo graui iugo; etiam quòd remota ſit illius iugi cauſa, idest peccatũ, cum pœna æterna, in aliquibus, idest in baptizatis. Damnantur & ab hoc Concilio Trid. ibid. Si quis Adæ præuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagationi aſſerit nocuiſſe; & acceptam a Deo ſanctitatem: & iuſtitiam, quam perdidit, ſibi

ſoli,

ſoli,& non nobis etiam perdidiſſe; aut illum per inobediētiæ peccatum mortem; & pœnas corporis tantum in omne genus humanū tranſfudiſſe, non autem & peccatum, quod eſt mors animæ; Anathema ſit. Si quis paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit, in remiſſionem quidem peccatorum baptizari, ſed nihil ex Adam trahere peccati originalis, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad uitā æternam conſequendam; Anathema ſit. Hæc ibi. De iſto peccato originali uidere ex abundanti potes compend. Alber. lib. 3. cap. 8. 9. cum ſchol. & lib. 4. cap. 4, cum ſchol.

Tex. GEnuit filium ad imag. & ſimil. ſuam vocauitque nomen eius Seth. Vixit quoque Seth &c. Et mortuus eſt.

Concl. 3. *Seth fuit homo natus in peccato originali, ſubiectusq; miſerijs, ut alij.* [Ex eo.]

Ratio. ILLA, quæ ſpectant ad miſeriam cęterorum in hoc capitulo deſcriptorum, puta ꝙ ſubiecti fuerint reuolutionibus temporis dierum annorum, ꝙ poſtea ſint mortui (ſub nomine mortis cointelliguntur omnes etiam aliæ pęnę corporales. ſuprà cap. 2. con. 11.) hæc, inquàm, omnia attribuuntur ipſi Seth. Quinimò iſtud, quod eſt naſci in peccato originali, quamuis omnibus ſit commune (ut oſtenſum eſt cap. eod. con. 2.) tamen dicitur in ſpeciali de Seth, tanquàm de primo genito poſt Abel occiſum. Licet enim Abel ipſe, ſicut & Caym, fęminæque aliç, ab Adamo ante ipſum Seth concepti & geniti fuerint in peccato originali: quia tamen in hac recapitulatione generationis ab Adamo deſcendentis de Abel &c. dignis reſpectibus hic ab expoſitoribus expreſſis, nulla fit mentio; ſed a Seth inchoatur: ideò de illo, tanquam de omnium & anteceſſorum & ſucceſſorum exemplari, annotatur in textu, ꝙ peccatum originale contraxit (ut ſuprà capi. eod. con. 2. monſtratum eſt.)

Not. ¶ Circa temporum annumerationes in cap. præſenti factas de hominibus hic narratis diligenter aduerte differentiam inter iſtos, & in quartò cap. recenſitos. Non enim penſandum eſt: ſcripturam in horum omnium deſcriptione ſine legitima cauſa obſeruaſſe diſcrimen, & maxime tantum. Audi. In cap. 4. circa perſonas illas neque numerum dierum aut annorum, neque terminum, puta mortem aſſignat. Nam ibi ſimpliciter dicitur, ꝙ talis genuit talem, puta ꝙ Enoch genuit Irad, ꝙ Irad genuit Mauiael; & non dicitur, ꝙ uixerit tanto uel minori tempore, neque ꝙ mortuus ſit: cùm tamen certiſſimum ſit, illas perſonas nec ſine tempore uixiſſe, nec mortem euaſiſſe. In quinto cap. autem annotatur utrunque: puta dicendo, facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum; & mortuus eſt. Vbi & circa computum annorum, ad maiorem quarti capituli differentiam, conſiderat: ꝙ non ſummatim ſolùm, ſed etiam diſtinctiui per partes, ipſum fieri ſcriptura curauit. Antequàm enim dicatur, facti ſunt omnes dies Seth. 912. annorum, dicitur; uixit Seth. 105. annis, & genuit Enos; uixitque Seth, poſtquàm genuit Enos, 807. annis, genuitque filios & filias. Putanda ne eſt tanta inter prædicta diſcretio caſu contigiſſe? Abſit: ut ſine illius mira prouidentia, qui ſingulas marium guttas ſapienter annumerauit, quicquam in ſacro ſuo eloquio poſitū uel non poſitum eſſe credamus. Quid ergo? Dicendum: ꝙ dies impiorum apud Deum reputari pro nihilo, bonorum autem pro maximo, denotauit illa de utrorumque annis ſcripturarum diuerſitas. Itemque bonos præ oculis mortem ſibi crebrò ſtatuere, ad benèque moriendum uitam ſuam ordinare; malos uerò neutrum horum perficere; deſignauit præmiſſa de amborum morte uarietas. Hinc de impiorum tempore loquens pſalmus 89. ait, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt: cum tamen de bonorum duratione prædictum fuiſſet in pſal. 72. dies pleni inuenientur in eis. Nec mirum: quoniam boni horas ſuas in opere uirtutum, quæ ſolidæ ſunt, expendere ſatagunt; mali autem in uitijs, quæ ad inſtar ſiliquarum præ uacuitate corda humana non ſatiant, conſumere curant. De malis quippè prophetatum olim eſt & pſalm. 77. defecerunt in uanitate dies eorum: de bonis uerò è contra, uidelicet, iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit uſque ad perfectam diem. Cùm itaque Deus noſter ſit Deus ueritatis pſalmus 30. & non uanitatis: dies iuſtorum, utpote luci uera dicatos, libro ſuo inſcriptos habet, tanquam eos approbans; iniuſtorum autem, ueluti nihilum ante ſe, ab eorſem repellit. Quòd uerò de morte ſit diuerſa conſideratio bonorum atque malorum (ut præmiſſum eſt) omnis qui vel hoc unum ſapientis conſilium illud, Memorare nouiſſima tua & in ęternum non peccabis, attendere uoluerit, facilè iudicabit. Si enim effectus cordialis memorationis nouiſſimorum eſt non peccare in ęternum; & iniuſtos videat quis, peccare in ęternum idest mortaliter: cauſam vtique iſte habebit inferendi, ꝙ ij nunquàm vel abſolutè, vel modo illo, quo voluit ſapiens, memorantur nouiſſima ſua. Econtrario autem ſi, ſtante illo effectu, videat quis iuſtos vitare vel omninò vel quantum ſibi poſſibile eſt, peccata mortalia: nonnè ſumet indè argumentum, ꝙ ipſi nouiſſima ſępè meditantur? Sapienti illi correſpondens B. Hieronymus, in epiſt. ad Paulinum de omnib. diui. hyſt. lib. cap. 8. dicebat, facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum. Ac ſi, in propoſitum noſtrum, diceret. Ab effectu iſto, qui eſt, facilè contemnere omnia tranſitoria, habes: quomodo poſſis argumentari ad hoc, & ꝙ iuſti ſepiùs cogitant, ſe eſſe morituros: & ꝙ iniuſti non item. Cęterùm quis dicat. Ad ſcripturas ſuprà in cap. 4. & 5. dictas quomodo hæc duplex iuſtorum, iniuſtorumq; differentia facit? Hoc uoque modos: quia a Caym deſcendentes, quales recenſentur in quarto, erant impij; a Seth verò deriuati, quales aſſignantur in quinto, erant pij, in vnius ſcilicet veri Dei cultu fideliter permanentes.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 3. cap. 5. deſtruit hæreſim Sethianorum dicentium ipſum Seth fuiſſe Chriſtum Ieſum. Deſtruit & idolatriā ſuperſtitioſam eorundem: qui adorabant ipſum Seth, aſſerentes eundem eſſe natum ex ſuperna matre, quæ cum ſuperno patre conuenerit, vt indè ſemen filiorum Dei naſceretur. Hic enim patet, mutum illud de natiuitate ipſius Seth eſſe fabuloſum. Nā expreſſè dicitur in textu; quòd Adam genuit Seth ad ſimilitudinem ſuam. Hoc eſt. Originali iuſtitia deſtitutus originali iuſtitia deſtitutū, homo terrenus hominem terrenum, miſer miſerum; & (vt breuibus plura concludam) natura filium iræ, ſicut & cæteri, vt habet Apoſtolus Eph. 2. Vide ſuprà conc. 2. in fin. & 3. in princip. Patet etiam hic: quòd Seth non eſt adorandus, adoratione ſcilicet latriæ; de qua ipſi Sethiani intendebant. Alioquin, ſi adorationem latriæ non exhibuiſſent prædicto Seth, nō eſſet; quòd D. Auguſtinus in lib. de hęres. cap. 19. eos de idolatria notaret: quoniam eum qui latriam alteri à uero Deo non exhibet, ſed alterius generis adorationem, idolatram uocare eſt ignorare propriam vocem, id quod de Auguſtino ſentiendum non eſt. Patet ergo hic, vt tangebatur, quòd Seth non eſt adoratione illa colendus. Nam per totum capitulum diſcurrens inuenis ipſum eſſe non Deum, ſed hominem varijs miſerijs tum animæ, tū corporis ſubiectū (ut in principio huius concluſionis 3. oſtenſum eſt). Nec poteſt, vt idolatria in hoc euitetur, dici: quòd Seth fuerit non ſolùm homo, ſed etiam Deus; ſicut dicitur de Chriſto: & quia culpam originalem contraxit (ſuprà con. 2. 3.), & quia uerè non fuit Chriſtus (ut nunc monſtrabitur). Damnatur itaque & a regulis fidei ab Auguſtino traditis in lib. de fid. ad Petr. cap. 19. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: neque Angelos, neque aliam quamlibet creaturam, eiuſdem naturæ eſſe, cuius eſt ſecundum naturalem diuinitatem ſuā ſumma trinitas, qui eſt vnus naturaliter Deus, Pater & filius & ſpiritusſanctus. Neque enim vnius naturæ eſſe poterit ille, qui fecit, & ea, quæ fecit. Hæc ibi. Per hoc ergo, quod oſtendit Auguſtinus, ipſum Seth non eſſe naturaliter Deū, monſtrat ſimul; ꝙ nō eſt adoratione latriæ colendus: & conſequenter de idolatria damnat omnes, qui eum taliter adorant. Reprobatur & a Papa Innoc. III. in Concilio Generali. Firmiter credimus, ſimpliciter confitetur: ꝙ unus ſolus eſt verus Deus, vnum vniuerſorum principium. Hæc ibi. Vnde per hoc, quòd dicit ipſum Seth non eſſe principium vniuerſorum, dici cointelligitur neceſſariò, quòd non eſt adorandus adoratione conuenienti huic principio, quæ eſt latria. 2. 2. q. 84. & Compend. Alber. li. 5. cap. 58. ſchol.

Huc applicabis ad eius damnationem & ratione & auctoritate multiplici fiendam dicta in pri.pa.q.13.ar.10.tùm in textùm in Elucid. Patet demum ex præſenti cõcluſione text. Geneſis: hæreticum eſſe dicere, ꝙ Seth fuerit Chriſtus, ſeu Meſſias. Seth nanque in prima mundi ætate naſcitur, ex virili ſemine, extra Bethleem Iudæ; non fuit virgo, non legis euangelicæ lator, non fecit miracula, non ſimul Deus fuit & homo, non à diſcipulo traditus, non à Iudæis per manus gentium illuſus, flagellatus, ſputis dehoneſtatus, ſpinis coronatus, neque crucifixus, non ſurrexit à mortuis, nec aſcendit in cœlum, nec ſuper diſcipulos ſuos miſit ſpiritum ſanctum, nec per illos ab erroribus immanibus ad ſalutiferæ veritatis notitiam conuertit mundum: cùm tamen hæc omnia de vero Chriſto prænũciata fuerint in ſcripturis ſanctis per ſeruos Dei Prophetas, & iuxta ipſorum prænunciationem affatim adimpleta; vtpote quòd in vltima mundi ætate, quòd de virgine, ꝙ in Beth. Iudæ naſceretur, ꝙ ipſe futurus eſſet ſemper virgo, quòd legis nouæ lator, quòd miraculorum patrator, quòd Deus ſimul & homo, quòd &c. (vt patet in ſacris literis, exercitatis). Quomodo ergo poteſt Seth eſſe Chriſtus?

Text. ET mortuus eſt.

Concl. 4. *Mors differri poteſt, ſed à nullo vitari poteſt.* [Ex eo.]

Ratio. MVLTI anni hominum diuerſorum in hoc capitulo narrantur plus & minus viuentium (Hoc intelligimus per ly mors differri poteſt); Et poſt tot annos de ſingulis ſubditur, & mortuus eſt. Quare hoc? Ad illud, quod nunc docemus, ſignificandum. Statutum igitur hinc ſcias omnibus hominibus ſemel mori. Heb. 9.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

EA Concluſio 4 cap. 5. & declaratur, & confirmatur ſententialiter, à ſancto Doctore in Addit. q. 78. art. 1. vbi, poſtquam per titulum interrogauit, vtrum mors ſit terminus à quo reſurrectionis in omnibus, i. an omnes moriantur antequam reſurgant, reſpondens inquit: quòd ſi per hac quæſtione variè loquuntur ſancti; ſecurior tamen, & communior eſt hæc opinio; quòd omnes morientur: & à morte omnes reſurgent. Quòd verò omnes ſint morituri probat tripliciter. Ratione ſcilicet diuinæ iuſtitiæ: quia ipſa pro peccato Adami humanam naturam damnauit, vt omnes ab eo ſeminaliter deſcendentes mortis debitores eſſent. Ratione quoque diuinæ ſcripturæ: quia ipſa omnes dicit eſſe reſurrecturos; & reſurrectio magis videtur propriè conuenire ei, quod per mortem cecidit. Ratione etiam ordinis naturæ: cuius eſt non tranſire de extremo ad extremum, niſi per aliquod medium; & cuius eſt nõ, niſi mediante motu cœli, manutenere aliquid in vita ab ipſo cœlo dependente. Vnde ex his concludendum relinquit pro manifeſto: quòd opinio dicens, ſingulos fore actualiter morituros, eſt magis & diuinæ iuſtitiæ, & ſacræ ſcripturæ, & ordini naturæ, concordans. Præterea ex reſponſione ibi ad argumentum tertium habetur: quòd ex miſericordia Dei fieri, ſi mortem corporalem condonauerit alicui, i. ſi ei conceſſerit vt non moriatur. Ex omnibus præmiſſis collige tu: ꝙ attenta diuina iuſtitia in ſuo rigore, & ſacra ſcriptura in ſuo apertiori ſenſu, & ordine naturæ præcisè conſiderato, neceſſarium eſt, quòd omnes actu moriantur (id quod ſub alijs verbis ibi Sanctus Doctor in fine corporis concluſit): ſed attento priuilegio miſericordiæ diuinæ & iuſtitiã ſuam temperante, & ſcripturæ ſenſum magis occultum, licèt verum, admittente, & naturæ ordinem ſuperante, poteſt teneri, quòd aliquis non moriatur. Cæterùm, vt plenius omnia prædicta, & multa alia in reſponſionibus argumentorum, intelligas; vide ibi ſuprà in Additio. diligenter & textum; & Elucidationes. Pro nunc aduertas: concluſioni præſenti. 4. cap. 5. multa ſcripturarum fauere. Puta 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur. Hæc ibi. Vbi loquitur per totum illud capitulum de reſurrectione. Videtur ergo velle etiam concludere, conuertendo illam propoſitionem: quòd ſicut per Chriſti meritum omnes, nemine dempto, reſurgent corporaliter; ita ex demerito Adam omnes, nemine dempto, morientur corporaliter. Rurſum ibid. Quod ſeminas, non viuificatur, niſi priùs moriatur. Hæc ibi. Vbi ex ſimilitudine grani ſeminati, & poſtea interueniente morte pullulantis, tractat de reſurrectione hominum poſt mortem ad vitam redeuntiũ. Rurſus ibid. Omnes quidem dormiemus. Vbi enim tranſlatio latina habet, omnes quidem reſurgemus: ibi ſecundum textus Græcos (teſte Hieron.) dicitur, omnes quidem dormiemus. Vide Hieronymum in epiſto. ad Mineruium & Alexandrum monachos; Et Elucid. addi. ar. nu 326. 329. 330. & Diuum Thomam ſuper Apoſtolum ibi. 1. Cor. 15. Hinc illud ſymboli, viuos & mortuos, intellige comparatiuè, non abſolutè. Hoc eſt. Ad mortuos per multum tempus, mortui per vnum diem tantum vel menſem comparati dicentur viui, & illi mortui: licèt & iſti omnes re vera quandoq; mortui fuerint.

Text. AMbulauit Enoch cum Deo, quia tulit eum Deus.

Conclu. 5. *Enoch propter fidei meritum tranſlatus eſt.* [Ex eo.]

Ratio. AMBVLAVIT cum Deo accipitur pro, cõplacuit Deo: Alioquin ſuperfluitas in textu videretur, dum replicaretur Enoch tranſlatum eſſe. Et confirmatur acceptio illa, de ly ſcilicet ambulauit cum Deo, per Apoſtolum ad Heb. cap. 11. Dicit enim ibi, quòd Enoch ante tranſlationem habuit teſtimonium placuiſſe Deo. In toto autem iſto capitulo non inuenis hoc teſtimonium; niſi exponas ly ambulauit cum Deo, ſicut expoſuimus. Et quia placere Deo præſupponit fidem, ut ibi habet Apoſtolus; ideò diximus in concluſione, quòd propter meritum fidei trãſlatus eſt Enoch. Id quod ibi quoque habetur ab Apoſtolo.

APPENDIX.

HINC habes, quòd ſpes vitæ æternæ data eſt figuraliter, (ratione, ſcilicet huius tranſlationis in paradiſum terreſtrem) etiam in ſtatu naturæ. Ergo Deus nullo tempore defuit: quin & factis (mirũ, ꝙ verbis hoc fecerit; nam apertiſſimũ eſt) homines in æternorum deſiderium erexerit. Nam ſi in ſtatu naturæ, qui ſtatus eſt infimus, hoc fecit, vt hic de Enoch patet; multo magis in alijs ſtatibus. Et licet argumentum hoc ſufficiat ad aſtruendum intentum noſtrum; clariſſimè tamen de hoc in ſcripturis teſtimonia habentur. De ſtatu enim legis ſcriptæ habes in 4. Regum, ꝙ Elias in terreſtrem (Adhuc enim tunc figuræ vigebant; & interiores cœlorum per terreſtrẽ paradiſum ſignificabatur) paradiſum tranſlatus eſt. De ſtatu autem nouiſſimo, i. ſtatu Euangelij, habes in Marci vltimo, ꝙ Saluator noſter ad cœleſtem, (in hoc enim ſtatu aperta veritas, non amplius in figuris demonſtratur) paradiſum ingreſſus eſt. Habes etiam à Diuo Thoma in duobus locis (ſcilicet in opuſculo de ſymbolo Apoſtolorum, & in libro 4. diſtin 43. art. 3.) ꝙ S. Ioannes Euangeliſta fuit aſſumptus in cœleſtem (vt ſcilicet tranſlatio iſta conquadraret ſtatui iſti nouiſſimo, & excelleret antiquos de Enoch ſcilicet, & Elia; ſicut ſtatus hic illos ſtatus præcellit) paradiſum in anima & corpore. Vide Compend Alb. lib. 7. cap. 12. ſchol. Nonne & de Beatiſſima Dei matre idipſum ſentiendum eſt? Sic ergo in omnibus ſtatibus tranſlationes (ſecundum tamen ſtatuum conuenientiam) in paradiſum factæ fuerunt: Vt vineæ ſuæ nunquam deeſſet paterfamilias.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HAEC Concluſio 5 cap. 5. deſtruit hæreſim Marcionis dicentis: Enoch apud inferos manere, eò ꝙ ad Chriſtum illuc deſcendentem non acceſſerit. Patere enim poteſt hinc ſapienti cuilibet totaliter oppoſitum. Si enim cum Deo ambulauit Enoch; quid cõſequentiæ habet, ꝙ apud inferos maneat? Immò conſequentiam illam optimam infert: quòd ipſe apud inferos non maneat. Non enim dixit Pſ. 72. Quòd adhærere Deo, quod eſt ambulare cum eo, ſit apud inferos manere: ſed in perſona omnium ſibi ſimilium dixit, Mihi adhærere Deo bonum eſt.

Rurſum

Rurſum Pſal. 118. dixit, Beati qui ambulant in lege Domini; & Pſal. 127. Beati omnes, qui ambulant in uijs eius: tantum abeſt, ut aliquis ambulet cũ Deo, & maneat apud inferos. Damnatur quoque multipliciter à dictis ſup. Gen. 4. con. 2. Marcionis etiam fictio, tanquam huius cauſa adducta apertè ab Apoſtolo damnatur Hebr. 11. Enoch trãſlatus eſt, nè uideret mortem; & non inueniebatur, quia trãſtulit illum Deus. Hoc nãque Apoſtoli dictum, iuxta SS. Patrum doctiſſimam expoſitionem denotat; quòd Enoch in paradiſum terreſtrem euectus eſt ſine morte corporea. Cùm ergo non ſit adhuc mortuus Enoch, ſed uſque ad Antichriſti tempora in paradiſo illo maneat, inde tunc cum Helia ibi conſocio 4. Reg. 2. contra perfidiam Antichriſti bonus prædicator uenturus (ut inſinuatur etiam Apoc. 11. Dabo duobus teſtibus meis &c.) & poſt mortem ſuſcitandus, & in celum Domino uocante aſcẽſurus: quomodo fieri poteſt, quòd apud inferos eſſet, quando Chriſtus illuc uſque poſt crucifixionem deſcendit? Si autem Enoch tunc ibi non erat: quomodo accuſari iure poteſt quòd ad Chriſtum ad inferos ſanctorum patrum deſcendentem non acceſſerit? Quòd ſi de hoc, tanquam de ſibi tunc impoſſibili, culpandus meritò non eſt: quomodo dici poteſt quòd propter hanc cauſam nunc maneat apud inferos, uelut in pœnam prædicti delicti a Marcione conficti, inibi alligatus? Non ſolum igitur ſua illa poſitio hæretica eſt; ſed etiã ſui confictoris apertam de ſcripturis, deque ſanctorum doctrinis, ignorantiam demonſtrat. Porrò ſi per inferos, non limbum illum (de quo hactenus locuti ſumus) ſed infernũ damnatorũ Marcion intelligit, quando apud inferos Enoch manere dicit: tunc alia etiam uia eius ſtultitia profliganda eſt. Scripturarum quippè ſeries noua conſideratione attendenda uigilanter eſt: & dicendum. Vbicunque de Enoch ſcriptura ſacra loquitur; ipſum placuiſſe Deo uſque in finẽ teſtatur: ut ſapiens per ſe ex Gen. 5. Hebr. 11. Apoc. 11. comprehendere poteſt. Quomodo igitur ab aliquo uerè erudito concipi unquam poterit: quòd Enoch apud inferos damnatorum ſit condemnatus? Etenim omnis, qui in Dei gratia perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit Matth. 24. Dixi, ſcripturam teſtificari de Enoch, quòd placuerit Deo uſque in finem: quoniam licet ad literam expreſſam ibi nõ dicatur: tamen inde habetur implicitè. Ex eo enim q̃ ſcriptura etiam ipſius Enoch natiuitatem tetendit; & de iuſtitia eius mentionem ſemper faciens, nihilque prorſus in contrarium unquam adducens, ad terminandum proceſſum uitę eius ueuit (ſiuè antè, ſiuè poſt, tranſlationem ipſius loquaris) iure colligimus: q̃ ſcriptura, omnibus præmiſſis ſimul conſideratis, inſinuare noluit; ipſum Enoch in bono ſtatu finiſſe uitam ſuam. Præterea Apocalipſis cap. 11. ſub nomine illorum duorum teſtium hoc ipſum de fine Enoch apertè dicit. Damnatur & ab Elucid. pri. par. ar. nu. 496. 497. Vide Comp. Alber. Mag. lib. 7. cap. 12. ſchol.

Regu de ſcriptionis natura. ... in ſcriptur.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO SEXTO.

CVm cępiſſent multiplicari &c. Acceperunt filij Dei filius hominum.

Concl. 1. *Ex beneficijs Dei homines mali, ſeu ſiaypſis relictis quandoque eliciunt mala.* [Ex eo.]

QVARE volens ſcriptura facere mentionẽ de peccatis multiplicatis facit mentionem de multiplicatione hominũ? Nõnè promptius dixiſſet acceperunt filij Dei filias hominũ, quam dicere; Cum cępiſſent homines multiplicari, acceperunt filij Dei filias hominum? Vtique hoc promptius, & eſt breuius dictum, ſed non erat utilius. Ad quid utilius? Ad experimendum illud, quod nunc docuimus. Quaſi dixiſſet ſcriptura. Quando maximum fiebat a Deo beneficium hominibus, puta multiplicatio illorum ſuper terram, & conſequenter quando pro gratiarum actione peccatis relictis propter Deũ debuerant uirtutibus abundare; tunc maximè homines ipſi peccata multiplicare cęperunt. Peccatum enim erat magnũ filios Dei cum hominum filiabus miſceri: præſertim verò, cum iſta mixtio ca magna concupiſcentia fieret. Vtrunque autem hic erat. Primum quidem quia filij Dei accipiebant in vxores hominum filias: Secundum uerò, & quia ex pulchritudine non ex amore prolis ad hoc potius mouebantur, & quia plures accipiebant, ſecundum quòd ſibi videbatur. Quòd autem ex pulchritudine ad hoc mouerentur principaliter (Nam ex pulchritudine ad hoc ſecundariò moueri non eſt mortaliter illicitum) patet ex litera, vbi dicitur: Videntes, quòd eſſent pulchræ acceperunt ſibi uxores. Quòd verò acciperent plures ſecundum phantaſiam ſuam, doceri inde in textu videtur, vbi dicitur: Sibi (ideſt ad voluntatem ſuam, ad concupiſcẽtiam ſuam, hoc eſt ſecundum, quòd uoluntas ſua, vel concupiſcentia ſibi ſuggerebat) ex omnibus, quas elegerant. En pluralitas uxorum ſimul vnius innuitur: & tamen pluralitas iſta eſt contra rationem naturalem, niſi a Deo diſpenſetur (Addit. q. 65. art. 1. 2.) quod hic non erat. Nec ergo reſpectum habebat ad Dei prohibitionem, nec ad affinitatẽ, nec ad conuenientiam, nec ad huiuſmodi; ſed tantum ad ſuã electionem ea concupiſcentia procedentem.

Malum ingenuũ hominũ, & deteſtanda maximè ingratitudo.

APPENDIX.

HINC habes, quòd malitia hominum directè opponitur bonitati, & omnipotentiæ Dei. Quid facit bonitas, & omnipotentia Dei? Elicit bonũ ex malo, ſecundum Diuum Auguſtinum. Quid facit malitia hominum? Elicit ex bono malum; ex meliori peius, ex optimo peſſimum: Quãdo enim maius beneficium eſt a Deo homini malo datum; tanto peius indè, beneficio abutendo, facit peccatum. Quid (vt viam obiter diſcutiendi ſuper hoc aperiamus) inter diuina beneficia maius eſt, quàm beneficium redemptionis? Nullũ certè. Et tamen circa Chriſtum incarnatum, circa Chriſti vitam, miracula, prædicationem, paſſionem, mortem, inſurrexerunt hæreſes, & in numero multæ, & in quantitate magnæ; ut patet exercitatos in lectura conciliorum, uel in ſecũ ſymbolo Patrum, in quo ideò plura afferuntur verba, ad miſteria ſalutis noſtræ per Chriſtum factæ declarãda, quia plures hæreſes contra beneficia redemptionis labefactanda inſurrexerant, q̃ contra perſonam patris, uel etiam ſpiritus ſancti. Quid peius hæreſi? Nihil. Ergo ex maximo beneficio peſſimum traxit malum hominis malitia. Quid inter ſacramenta excellentius, q̃ Euchariſtia? Et tñ circa Euchariſtiã, quot hæreſes, quot abuſus, quot contemptus, quot irreuerentiæ, quot mala fuerunt per hominis malitiam adinuenta? Quid inter cętera alias dignius, & (proportione illorum ſeruata) ad ſalutem magis neceſſarium, quam ſacramenta ipſa? Qui tamen uiderit ſacrum Concil. Trid. optimè de ſingulis ſacramentis diſſerens, cognoſcet ex eius ibi tam capitulis, tũ canonibus, quot, & quanta cõtra ſacramenta illa diuina euomuerit flagitioſorum hominum mira ingratitudo. 1

¶Secundò habes, quòd Iſaias, noluit adnotaſſe id, qđ nos docuimus hic, quando domino inquiebat: Multiplicaſti gẽtem, & non magnificaſti lætitiam. Quare? Quia ex multiplicatione populorum multiplicata eſt congeries delictorũ. Idem & Pſal. 13. & 52. inſinuabat, ubi dicebat: Simul inutiles facti ſunt. Qui? Homines. Quare inutiles? Quia peccatores. Et unde peccatores? Quia ſimul. Inde nanque malum traxerunt, unde bonum trahere debuerant; ſimiles illis, qui in hoc capitulo recenſentur. 2

¶Tertiò habes, quòd Deus pugnat cum hominibus, & homines contra Deum; ſed Deus bonitate ſua eos uincere uellet; Homo ingratitudine ſua ſuperari nollet. 3

¶Pro textu copioſiſſimè intelligendo uide 1. q. 51. art. 3.

NOn permanebit ſpiritus meus in homine in æternum; quia caro eſt: Eruntque dies illius, 120. annorum. *Text.*

Concl. 2. *Deus, antequam peccatorem puniat, & ei punitionem minatur, & ſpatium et penitentia offert; & hoc totum facit, ut conuertatur.* [Ex eo.]

ECCE. Deus uult peccatores hos magnos caſtigare; ſed tamen punitionem prius eis minatur, dicens: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum. Et quid amplius? Dat eis tempus, & ſpacium? in quo ſibi prouidere (ceſſando ſcilicet à peccatis, & dolendo) ualeant; dum dicit: Erunt dies illorum 120. annorum. *Ratio.*

Ergo

Concl. ¶Ergo miſericors, & miſerator, & iuſtus dominus, Pſal. 111. Iuſtus; quia punire vult: Miſericors; quia punitionem annunciat, ut ſibi præcaueant homines: Miſerator; quia ſpacium pœnitendi, & conſequenter pœnas euadendi concedit. Ergo expectat nos dominus, ut miſereatur ueſtri, Eſa. 30. Ergo Deus multus eſt ad ignoſcendum. Eſa. 55. Ergo lento gradu diuina ad ſui uindictam procedit ira: ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Ecce. Poſt tantam expectationẽ adhuc Deus uult expectare 120. annis, antequam ſe ulciſcatur: ſed tamen iſtam uindictæ tarditatem tanta grauitate, ut cap. 7 patet, meritò compenſauit, ut nihil ſupra. Ergo Deus non punit ſecundum paſſionem iræ, ſed ſecundum iudiciũ. Si enim puniret ſecundum paſſionem iræ; tunc citò, & non lentè, ad uindictam procederet. Nam paſſio iræ ultionem uelociter facere inſtigat. Quia autẽ punit ſecundum iudiciũ: ideò non eſt in puniendo præceps, ſed maturus. Vide 1. q. 21. art. 1. cum Elucid. Ergo non mirum, ſi iuſtitia Dei, qua nos punit, uocatur à pſal. 18. 50. iudiciũ. Vbi? Ibi. Miſericordiã, & iudicium cantabo tibi domine. Item iudicia domini uera iuſtificata in ſemetipſa. Ergo punitio uniuerſalis peccatorũ congruè dicitur dies iudicij. Ergo ira in Deo non dicit paſſionem, ſed tantum punitionem ab ipſo procedentem. Et quòd dico de ira dicendum eſt a fortiori, de furore. Vide 1. q. 3. art. 1. & 2. cum Elucid.

APPENDIX.

1 HINC habes, quomodo intelligas omnes authoritates illas, quæ Deo attribuũt irã ſeu furorẽ, & huiuſmodi.
2 Secundò habes, quòd Deus non uult mortem peccatoris. Si enim hanc optaret, non daret ſpacium pœnitentiæ ipſi peccatori.
3 Tertiò habes, quòd Deus eſt præſtabilis ſuper malitia Ioelis 2. hoc eſt, volens dimittere, immo quærens dimittere; & facilè dimittens malitiam. Alioquin ſpacium pœnitẽtiæ non daret, præſertim non rogatus. Quis de hoc rogauit eum? Quære hic; & non inuenies. Ergo ex bonitate ſua, qua malitiam hominum abolere deſiderat, mouetur ad dandũ pœnitentiæ ſpacium. Hanc Dei bonitatem, & deſiderium voluit innuiſſe ſcriptura ſacra, dùm introducit Deum à nullo de hoc rogatum, immò à malitia hominum multiplicitèr exaſperatum, & ad faciendam citò vindictam nimis prouocatum, pœnitentiæ tempus conceſſiſſe, & quidem longum: id quod ad bonitatem, illam Dei magis intelligendam multum facit.

PRO ECCLESIA.

SANCTA DEI.

ISTA concluſio. 2. cap. 6. deſtruit omninò abũdanter hæreticalem blaſfemiam Nouatiani, qua (vt refert Prateolus, tit. Cœleſtiani) ore impio euomere auſus eſt: quòd Deus ſit crudelis. Patet enim hic totaliter oppoſitum. Crudelis nãque eſt: ſubortis cauſis, immò ſine cauſis, alios nullo pœnitentiæ ſpatio dato, punire; immò & inquirere occaſiones, quandoque & iſtas confingere, ut puniantur; &, dùm punit, excedere modum rationabilem punitionis: quæ quidẽ à Deo prorſus aliena eſſe, hic locus oſtendit. Ecce nunc cauſæ caſtigandi, & quidem magnę nimis, (ut in cap. narratur) ſubortæ: & tamen his omnibus vitiis, benè conſiderans, maximèque ſibi odioſis, Deus non mox caſtigat eos, qui ob hęc caſtigatione nimia digniſſimi ſunt: quinimò illis ipſis tãtarum culparum pœnitentiæ ſpatium, & ſanè longum, & ab eorum nemine rogatus, ſua ſola benignitate commotus liberaliter offert, atque promittit. Præterea nõ ſolum rationabilẽ caſtigãdi iſtos modum nõ exceſſiſſe Deũ, ſcriptura hæc monſtrat; ſed è contrario etiam, ipſum iſtos puniſſe citra condignum, declarat. Merebantur iſti, ut ſibi ſpatium pœnitendi tempore illo non daretur; merebantur, vt abſque admonitione per prędicationem Noe facta punirẽtur; merebantur, ut pœnitus annihilarentur: & tñ Deus ſpatiũ prędictũ eis dedit, per prędicationem Noe (de qua. 1. Petr. 3. & 2. Petr. 2.) eos admonuit, ſubmerſos eos non annihilauit. Multa de annihilatione vide in pri. par. q. 104. art. 3. & 4. cum Elucid. Nec obſtat bonitati huic diuinæ, ſi dicatur, quòd peccatores ipſi potius annihilari vellent, quàm in tormentis, maximè poſt mortem, eſſe: quoniam peccatorum illorum voluntas talis non facit, quod beneficium eſſendi ipſis continuè à bonitate Dei influxum non ſit beneficiũ, & ſanè magnum, quia hoc illorum eſſe eſt immortalitati coniunctum, i. eſt eſſe perpetuum. Quid enim; ſi infirmo vinum dulce uideatur amarum? Nũquid guſtus infirmi talis faciet unquam: quòd vinũ dulce aut deſinat eſſe ſecundum naturam propriam dulce, aut conuertatur in naturam amaram? Neutrum planè; vt quotidiana etiam experientia docet. Damnatur quoque prædicta hereſis & ratione & auctoritate multiplici à Sancto Eccleſiæ doctore Thoma in pri. par. art. num. 31. 32. 33. 34. cum Elucid. Vide ibi præſertim art. 32. Nõ enim poſſibile aliquo modo eſt, vt in ſummo bono reperiatur, vel minima crudelitas (vt penetranti terminos lucidiſſimè patet): Deum uerò eſſe ſummum bonum, in illo articulo efficaciſſimè concluditur. Item damnatur à cantic. cantic. cap. 5. vbi poſtquàm Dei humanati ſponſi ſui Eccleſia Sancta plures amabilitatis conditiones enarrauit, dicit; Et totus deſiderabilis. Si totus deſiderabilis, dic tu; ergo ab omni crudelitate alienus: quandoquidem non deſiderabilis, ſed valde odibilis, eſt ipſa crudelitas. Item videbis hanc eſſe damnatam multipliciter tùm ratione, tùm auctoritate a pri. par. ar. num. 127. 133. 197. cum Elucid. & ab Addi. art. 431. Rurſum damnatur ſupra in Gen. 3. concl. 11. vbi & citata vide.

TActus dolore cordis intrinſecus; Delebo, inquit, hominem. Text.

Concl. 3. *Deus punit hominem quaſi inuitus, & caſtigat hominem ex amore, & ut pater.* [Ex eo]

Ratio. SI Deus delectaretur punire creaturam; tunc (ut experientia in humanis docet) puniendi ipſam tempus, & occaſionem adueniſſe gauderet. Quia igitur dolet; & maximè dolet de hoc, quòd puniturus eſt creaturam, patet, quòd quaſi inuitus punit eam. Quia etiam maximè dolet de hoc, patet, quod amat creaturam, & quòd ex amore ſuo ad illam mouetur ad puniendum eam. Si enim non amaret illam, non doleret caſtigaturus eam. Si etiam ex amore ad creaturam non moueretur ad puniendum illam: tunc non puniret eam, ne ipſemet de hoc dolorem haberet. Quia igitur multum diligat eam; ideò magis eligit punire illam, & dolere, quàm eam impunitam dimittere in adinuẽtiones eius. Nonnè igitur tibi in puniendo uidetur pater? Etenim pater dolet, dum caſtigare cogitur filium ſuum, ſed tamen magis caſtigare ipſum eligit, & dolere, quam ſic impunitum dimittere.

Not. ¶Præſentis textus intelligentia multum iuuatur à modo loquendi domini, Iſai. 1. Heu ego conſolabor de hoſtibus, & uindicabor de inimicis meis. Quid eſt ly Heu? Interiectio dolentis. Dolet ergo Deus de hoc, quòd uindicaturus eſt ſe de inimicis ſuis. Et dolorẽ hunc in textu, uindictæ præmittit (tanquam pater humanus filio ſuo, quem ea demeritis eius flagellare vult) ſic inuẽs: Ego facio pœnitẽtiam, ſentiendo dolorem, antequàm tibi ipſam dem; quàmuis in Deo ſecundum rẽ nihil ſit prius, aut poſterius. Et aduerte, quod de uindicatione illa hoſtium ſuorum non ſolum dolet, ſed & conſolatur. Non enim ſolum dicit, Heu; ſed & addit, cõſolabor. Facit autem hoc ad deſignandum, quod in uindicatione ipſa ſunt duo: unum, quod eſt materia dolendi, & hoc eſt punitio, ut pœna tantum puniti eſt, aliud, quod eſt materia conſolationis, & hoc eſt iuſtitia diuina ſeu punitio, ut iuſta eſt. Dolere ergo ſe teſtatur, quandocunque punit hoſtes ſuos Deus, & conſolari ſimul; quia & non delectabatur in perditionẽ hoĩum, quod crudelitatem punientis dicit; & iuſtitiã diligit, quod bonitatem magnã punientis concernit.

APPENDIX.

HINC habes, quòd Deo magnas gratias agere debet homo, quando caſtigatur ab ipſo. Nam hoc (ſcilicet ab ipſo caſtigari) eſt optimum ſignum amoris Dei erga hominem. Niſi enim Deus hominem amaret, hominem non caſtigaret. 1

¶ Secundò habes: quod gratias tunc debet agere Deo non tãtum ob hoc, quia tunc amare oſtendit hominem; ſed etiam ob hoc; ut ſcilicet Dei mitiget dolorem ea caſtigatione habitum. Si enim dolet caſtigando hominem, quia hoc eſt contra voluntatem hominis, gaudebit utique; vel minus dolebit, quando hoc erit ſecundum aliquam hominis voluntatem. Et quando hoc erit, niſi cum de caſtigatione ſui homo gratias ipſi Deo referet? 2

Tertiò

3 ¶ Tertiò habes, quòd homo minus debet de ſui caſtigatione dolere, quanto magis cognoſcit, caſtigationem ſui non à crudeli domino; ſed à benigniſſimo patre procedere. Quòd ſi id cognouerit homo; cognoſcet etiam, quod omnes ſui punitiones ad ſuammet ſalutem ordinatæ ſunt: Quæ omnia vtique dolorem minuere ſolent afflicti hominis.

Not. ¶ Dolere dicitur Deus metaphoricè, ſicut & pœnitere. Nõ enim paſſiones iſtę ſunt in Deo; ſed effectus tantum: ita q̃ effectus dolentis atque pœnitentis facit; non autem huiuſmodi paſſionibus afficitur? 1.q.21.art.3. cum Elucidat. Quis eſt effectus pœnitentis eſt delere, ſi poteſt, quod fecit. Exemplum: Scripſit quis literas. De hoc dolet. Quid facit? Delet illas. Quis eſt effectus dolentis in puniendo aliquem? Eſt non caſtigare illum, quantum meretur; & reſarcire, quantũ decet, caſtigati damnum: Et breuiter effectus dolentis, in puniendo, eſt miſcere iuſtitiæ punitiuæ miſericordiam, & concomitanter, & conſequenter. Concomitanter quidem, quia punit aliquem citra condignum: Conſequenter verò; quia iam demulcere, quantum decet, nititur. Hos omnes effectus egit Deus in hoc facto, vt ex litera præſenti, & ſequenti patet; & conſequenter pœnituit, atque doluit. Vis cernere pœnitentis effectum de Deo uerificari? Delebo, inquit, hominem, quem feci. Vis & uidere dolentis effectum? Annihilari meruerat homo, & tantum ſubmergitur; ecce quòd punitur citra condignum: Non reſtaurari meruerat homo, tamen reſtaurationis pignus accipit; ecce, quòd Deus hominẽ à ſe punitum demulcet. Quare enim mandat ipſi Noe; ut in arca ſeruetur cũ animantibus; niſi vt hominem reſtauret, & ea, quæ in hominis obſequium erant? Siſte pedem hic acute lector, & Dei bonitatem perſpice. Non tantum hominem; ſed etiam ad hominem ſpectãtia quantumuis minutula; qualia reptilia ſunt, ex amore ad hominem, a quo tam inſigniter offenſus fuerat, diligentiſſimè, vt in textu finali patet, reficere curat. Heus tu, ſi tantam Deus bonitatem exercet in hominem peccatorem, quantam putas exercebit in hominẽ pœnitentem? Talem Dei miſericordiam in puniendo attendens Dauid elegit à Deo puniri magis, quàm ab homine, & dixit, 2.Reg.4. Melius eſt ut incidam in manus Domini; Multæ enim ſunt miſericordiæ eius. Ad nonnulla prædictorum melius capienda, uide 1.q.19.ar.7. & q.21.ar.3.4. cum Elucid.

¶ Aduerte, q̃ miſericordia Dei magna ualde hic fuit, quæ inſinuatur in tex. ly tactus dolore cordis intrinſecus. Miſericordia, quia tactus dolore; magna, quia dolore cordis; magna ualde, quia cordis intrinſecus. Quid etenim eſt dolor cordis intrinſecus; niſi dolor uſque ad ultimas radices cordis pertingens; & conſequenter, ut in propoſito loquamur, miſericordiam non quamcunque, nec qualitercunque magnam, ſed ualde magnam ſignificans? Propter hoc tamen non deſtitit Deus, quin in homine, cuius uicẽ tantopere dolebat, iuſtitiam ſuam magnam ualde exequeretur. Adeò, q̃ miſericordiam ualde grandem non impediuit, iuſtitia grandis ualde; nec èconuerſo miſericordia tanta abſtulit iuſtitiã tantam. Et hoc, ut inde cognoſceres, & q̃ nihil ſibi inuicé, aut ſibi ipſi in Deo contrariatur; & quòd uniuerſæ uiæ domini miſericordia, & ueritas ꝓportionaliter ſunt; & q̃ peccatores non debent facere magnum forum miſericordiæ Dei impunitatem ſibi promittendo; & quòd ly pœnitet ſtat anthonomaſticè in textu, ut correſpondeat prædictæ miſericordiæ, idest dicit deletionem non qualemcunque, ſed in propoſito maximam. Nõne hominis deletionem maximam exercuit, quando uniuerſos homines, octo ſolum demptis, exterminauit? quando animantia terramq; in ſeruitium hominis facta deleuit? quando tantos imbres ſuper terrã pluit, ut aqua altiſſimos montes, cubitis etiã quindecim, ſuperaret? In tribus his profectò maximam deletionem hominis factã fuiſſe cognoſcamus. Omnia enim iſta fecit Deus, ut in hominis caſtigationem reſultarẽt; quemadmodum & de facto uſque etiam in præſentem diem, reſultauerunt, ut infra declaratur in concluſione.4. quæſt. vltima.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

Dulciſſimũ Cor Domini Dei, noſtri, atq; ergo be- CONCLVSIO hæc 3.cap.6. manifeſtiſſimè, à fortiori totaliter peſſundat illam hereticam blaſfemiam Nouatiani, qua dixit Deum eſſe crudelem. Patet enim hic totum omninò oppoſitum. Damnantur & à Luc.19. Videns ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens &c. Ecce Deus idẽ, qui in hoc Geneſis capitulo deſcribitur, ſed humanatus aſ- mines to ſumpſit paſſionem, qua poſſet etiam ſecundum affectum nerrimũ. dolere, ſecundumque illum affectum ſuper ciuitatem ſionis, & doluit: quamuis fuiſſet, eſſetque actualiter ab ipſa, & quidem multipliciter, offenſus, ac offendendus. Sed adhuc mirum in modum benigniſſima Dei ipſius clementia commendatur, hæreſiſque prædicta condemnatur: ſi cauſa fletus Domini noſtri adducatur in medium. Quare ſic amariſſimè fleuit? Quia erat ipſam (iuſtitia de peccatis eorum ſic exigente) caſtigaturus, & magnopere quidem: ut patet in contextu, & homil.39. B.Grego. Papę. Da mihi hominem quempiam, uel parum, crudelem: qui de inimicis ſuis uindictam ſumpturus ſit; à quibus inimicis etiam adhuc incõmoda plurima ſeſe propter iniquitatem cordis illorũ habiturum, ſaltem uerisimiliter ſuſpicetur. Nonnè talis homo tunc, crudelitatis illa ſcintilla ſuggerente, lętatur de tali occaſione contra inimicos ſibi oblata? Imò uerò præ lętitia, præ tripudio, præ exultatione, uix apud ſe conſiſtit. Hinc rogo, hinc perpende lector: quam clementiſſimus ſit Deus, & ab omni, uel minus minima, crudelitate remotiſſimus; cũ non ſolùm non gaudeat, ſed è contrario cordialiter, externèque fleat ſuper ciuitatem inimicam ſibi, quam etiam poſt iuſtiſſimam caſtigationem ſcit certiſſimè inimicitias grauiſſimas contra ſe Deum adhuc exercitaturam. Quis tantam Aureũ. Dei dulcedinem capiat? Ex fletu igitur iſto, qui ueraciter proceſſit ex dolore ſecundum affectum, quo dominus noſter Ieſus Chriſtus tactus fuit in corde, & corde intrinſecus; idest uſque ad profundiſſima cordis intima demonſtratur ad literam optimè, & damnatio blaſfemię Nouatiani, & ueritas cõcluſionis, & adimpletio doloris affectiui a dolore methaphorico in tex. Gen. narrato præfiguratio. Per hoc enim de Deo dictum in Geneſi figurabatur; q̃ futurum erat aliquando, q̃ Deus ipſe de malitia hominum, & de pœnis pro tali malitia eis infligendis, doleret, inquantum pœnæ ſunt; & doleret corde idest ſecundum affectum cordialem: Et conſequenter per hoc idem figurabatur, q̃ Deus ipſe, de quo tunc iſta uerificabantur ſecundum metaphoram quandam, aſſumpturus erat carnem; mediante qua, paſſione uera dolore cordis intrinſecùs prædictis de cauſis tangeretur. Reprobatur & à Gen.3. concl.15. & cap.6. con.2. Item a Marc.10. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Hæc ibi. Ac ſi apertiùs dicat. Adeò bonus eſt Deus; ut ſua bonitas uideatur ſola reperiri in uniuerſo, quocunque te uerteris. Cum ergo bonitates multæ de facto reperiantur in rebus creatis, & hoc ipſum Marcus ſciret: dicendum neceſſariò reſtat, ut per hoc uoluerit dicere, q̃ ſolus Deus eſt bonus per eſſentiam, idest eſt eſſentialiter ſua bonitas. Nam bonitates alię omnes, de quibus nunc tactum, ſunt per participationem, non per eſſentiam, bonitates: idest deriuantur a Deo in creaturam, ita q̃ eſſentia creaturę non eſt ipſamet bonitas, ſed participans ſiue recipiens aliquam bonitatem. At Deus non tantum habet bonitatem à nullo mendicatam; ſed, magis propriè loquendo, Deus eſt ipſamet bonitas. Per hoc igitur demonſtrat Marcus: q̃ bonitas Dei nihil poteſt crudelitatis quantumcunque minimę uel alterius cuiuſuis contrarij habere admixtum. Vt ſub exemplo dicamus. Calidum, ſeu res calida, poteſt ſecum aliquam uel paruulam frigiditatem cõpati admixtam (ut experientia quotidiana declarat): ſed caliditas non poteſt, etiam ſi fingendi licentia detur, ſecum admittere qualitercunque paruulam frigiditatem. Alioquin ſi aliquid, uel minus minimo, frigiditatis commixtum admitteret; iam ampliùs caliditas neque eſſe neque fingi poſſet, ſed calidum. Pariter ergo. Bonum, ſeu res bona, ſecum poteſt aliquam paruulam mali permixtionem compati (ut in humanis patet quotidie): ſed bonitas nihil omninò mali, etiam ſi per fictionem intelligere contrarium coneris, poteſt ſecum admittere mixtum. Alioquin bonitas non eſſet bonitas; ſed ſolummodò bonum, ſeu res bona. Reijcitur & ab Exo.12. con.6. item a Leuit.1. con 6. & cap 26. con.11.12. item à Num.11. con.12. Item à pſalmo 144. Suauis Dominus uniuerſis. Et à pſalmo 91. Rectus dominus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Vbi nota ly uniuerſis, ly non eſt iniquitas ly in eo. Per hæc enim ſcriptura teſtificatur: & q̃ damnatis etiam, Deus quantum in ſeipſo eſt, ſuauis exiſtit; & q̃ nulla iniquitas, ac per conſequens nulla crudelitas nec aliquid aliud ſiniſtrum, eſt in Domino; & conſequenter q̃ crudelitas talis, uel tale ſiniſtrum eſt in ijs, qui Deum talem eſſe reputant: iuxta illud Pſal.17. Deum ſic alloquentis, Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo per-

uerterit. Pro cuius literaliſſima expoſitione u. de Elucid. Addi. art. num. 434. notation. poſt ſecundum. Condemnatur hęreſis illa & ab Elucid. pri. par. ar. num. 187. 188. 133. 198.

Tex. **D**Iſperdam eos cum terra ab homine vſque ad animalia, & à reptili vſque ad volucres cœli.

Ratio. Concl. 4. *In peccati deteſtationem quandoque puniuntur ea, quæ cum peccatore conuerſatur, etiam quòd ipſa nullo modo peccauerint.* [Ex eo.]

Solus homo peccauit; & tamen illa, quæ non peccauerunt, propter peccatum hominis puniuntur. Diſperdam, inquit, eos cum terra. Ecce terra ob hominum delicta punitur. Quare? Quia terra eſt illa, in qua peccata exercuerunt homines, licet nec mortaliter, nec etiam venialiter terra peccauerit, immò nec leuiſſimè peccare potuerit. Vſque ad animantia, inquit, à reptili vſque ad volucres cœli. Ecce animantia terreſtria, & pedes habentia, Vſque ad animantos, & pedibus carentia, A reptili, & animantia aerea, Volucres cœli ob hominum iniquitates ad mortem adducuntur. Quare? Quia huiuſmodi omnia conuerſabantur in terra (volucres etiam, cibum inde ſumendo, & ibi quieſcendo), in qua peccata fecerant homines; licet nullo modo, ut de terra intelligebatur, peccaſſent, immò nec peccare potuiſſent. Vide quantum Deus deteſtatur peccata, & peccatores; quando etiam cum peccatoribus manẽtes, etiam ꝙ non peccauerint, immò & impeccabiles fuerint, ob peccatorum conuiuentiũ delicta ſeueriſſimè caſtigat.

Coroll. ¶Ergo ne miteris, ſi ſupra tertio, punitur eſt ſerpens animal brutum impeccabile; ſi maledicta eſt terra impeccabilis. Quare? Quia & ſerpens fuit inſtrumentum diaboli peccatum per os eius ſuadentis; & terra fuit, in qua Adam peccatum patrauit. Ne mireris quoquè, ſi in lib. Exodi præcipitur, puniri iumentum, cum quo coierit homo. Ne mireris etiam, ſi non tantum voluntas, quæ peccatur, ſed etiam omnes corporis partes in inferno punientur, vel in vita iſta. Ergo, ab oppoſitis, ne mireris, ſi terra tota, & cœlum (vt in Apocalipſi habes) renouabitur; quia propter virtutes Sanctorum olim in terra, poſt in cęlo conſiſtentium hoc fiet. Si nunc propter delicta in terra conſiſtentium, terra diſperſa fuit, vt hic dicitur; multò magis tunc propter virtutes in terra olim conſiſtentium terra renouanda erit. Nam Deus magis ad remunerandum bonos pius eſt, quàm ad puniendos malos. Præceſſit autem terræ caſtigatio; quia, ſecundum Apoſtolum, prius, quod eſt animale, & deinde quod ſpirituale. Taceo interim rationes prædictę renouationis optimas poſitas à D. Tho. in Addit. q. 91. art. 1. 2. 3. 4. & alias, quæ ponuntur in Compend. Alb. lib. 7. cap. 15 & 20. Ad quæ tamen loca te remitto; eõcernendo etiam cum primo ſuas Elucidationes, & cum ſecundo ſua ſchol. Item reuertendo ad litteram textus, & inde argumentando ab oppoſitis, ne mireris, ſi non tantum voluntas, quæ benefit; ſed & tota anima & totum corpus in cęlo pręmiabitur (Addit. q. 92. 93. art. &c. cum Elucid.) immò etiam ſi quandoque, quoad aliquid, in hac vita. Ob hoc legitur Geneſis 20. Quòd Sarra erat ita pulchra, vt rex in ſuam vxorem eam ſumere voluerit: Et tamen, vt habetur 16. 18. erat Sara vetula nimis ita, vt ipſi deſijſſent fieri muliebria. Ob id etiam legitur, Ioſue 14. quòd Caleb ita erat valens & ad ambulandum, & ad pugnandum, quando erat 85. annorum; ſicut quando fuerat 45. annorum. Ob id quoque leges, Deuteron. 34. ꝙ Moyſi oculus non caligauit, nec dentes eius moti ſunt; licèt eſſet centum viginti annorum, & tantos labores ſuſtinuiſſet. Nonne vides etiam nũc, reliquias Sanctorum, ac Sanctarum à tot annis ſeruari integras, pulchras, recentes, ac redolentes? Ecce ꝙ Deus remunerat corpora virtuoſorum, tanquam coniuncta voluntatis

2. Mach. cap. 9. inſtrumenta, etiam in vita præſenti. Intellige oppoſita de reproborum corporibus. Ob id enim legitur in lib. Machabæorum, quòd ex Antiochi corpore adhuc viuentis, vermes,

Cap. 12. & fętor plurimus eaſigebat. Item & in actibus Apoſtolorum, ꝙ Herodis corpus adhuc viuentis vermibus ſcatebat, & ꝙ ab angelo percuſſus interijt. Nunquid non in his omnibus & deteſtationem maximam peccatorum, & dilectionem maximam virtuoſorum, quas ſcilicet Deus erga utroſq; habet, aperuſſimè conſpicis? Iudicia ergo Dei abyſſus multa; vera tamen ſemper, & iuſtificata in ſemetipſa.

Not. ¶In ſignum, ꝙ vniuerſa per cap. narrata in deteſtationẽ peccati, ſecundum ꝙ in concluſione declaratur, exterminata ſunt, eſt, ꝙ piſces mortui non ſunt. Si naque punirentur ſupradicta ea eo tantùm, ꝙ in ſeruitium hominum creata ſunt, utique & piſces punirentur. Nam quis neſciat in humanum ſeruitium piſces eſſe creatos? Quoniam igitur cætera (demptis piſcibus) omnia in ſeruitium hominis facta caſtigata ad mortem uſque fuerunt; dicendum reſtat, ꝙ alia ſimul ratione punita ſunt, quàm ſeruitutis ad homines. Quę autem ratio eſt conuenientior, quàm illa, quàm in concluſione diximus? Conuenientior ſanè ratio illa tantò magis apparet, quantò magis idem per oppoſitum, ſ. in bonum legimus eſſe factum, & de Phutiſare propter inhabitationẽ cum Ioſeph, Gen. 39. & de Laban propter inhabitationem cum Iacob, Geneſis 30. Standum igitur eſt in ratione concluſionis.

QVÆSTIO.

QVomodo animata illa fiat punita, clarum eſt; at quomodò terra punita ſit non videtur. Animata enim morte deleta fuerunt; terra verò cum inanimata ſit, quomodo mori potuit? Quod ſi mori non potuit, quomodo verificatur illud à Deo, dictum, & ergo diſperdam eos cum terra? Quòd ſi dicatur, ꝙ ideircò diſperſa à Deo, nunc dicitur, quia ſterilis facta eſt; quomodo ſtabit, ꝙ ſuprà cap. 3. modo tali, ſcilicet in ſterilitatem eam redigendo, à Deo diſperſa propter Adami peccatum fuit? Si enim tunc diſperſa eſt, quomodo nunc diſperdenda dicitur, quaſi prius diſperſa nõ fuerit? Hæc nanque pœna, diſperſio ſcilicet terræ, tanquam nouum quid, ob nouum delictum introducitur.

RESPONSIO.

VErum quidem eſt, ꝙ terra, ſupra cap. 3. modo, quo obijcitur, diſperſa fuit. Hoc tamen & uerum eſt, ꝙ nunc recenter diſperſa eſt. Fuit ne, inquis, hoc nouum quid? Fuit, & non fuit. Non fuit, ſi conſideretur ſterilitas abſolutè; cùm & antea ſterilitate punita ſit, ut aſſeritur; fuit autem ſi conſideretur ſterilitatis quantitas, ſeu modus. Poſterior enim, quæ nunc facta eſt, ſterilitas uniuerſalis tanta fuit; vt ad iſtam quantitatem primò facta ſterilitas non peruenerit. In huius ſignum eſt, ꝙ non niſi poſt diluuium diſpenſatio carnium facta fuit, ut infra ex cap. 9. trahitur. Prius enim ante diluuium terræ naſcentia meliora erant, & abundantiora: Et ideo terræ naſcentia tantùm & non carnes homini concedebantur, ut ex primo cap. ſupra habes. Pòſt autem ſic deteriorata ſunt, & ad paucitatem redacta, ut carnibus veſci hominibus concedere aliquo modo neceſſum fuerit. Hæc autem ſterilitas terræ prouenit ea inundatione aquarum ſalſarum ſuperaeam. Rupti namque fuerunt, infra ſeptem omnes fontes abyſſi magnæ, i. Oceani maris, vel huiuſmodi.

¶Propter illa, quæ in concluſione dicta ſunt, non culpantur illæ perſonæ; quæ cum peccatoribus ob bonum conuerſionem procurandam conuerſantur. Cæterùm per hoc monentur omnes: ut ſibi, quantum cum Deo poſſunt, caueant, nè cohabitent hominibus diſcolis, & ſi non propter conſcientiam, ſaltem propter diuinam iram hic depictam.

Tex. **R**Epleta eſt terra &c. & Noe cum Deo ambulauit.

Concl. 5. *Totus mundus non ſufficit ad peruertendum hominem, etiam quibuſcunque malis exemplis, ſi ipſe homo non uult.* [Ex eo.]

Ratio. Ecce generationes illæ peſſimæ erant, & tamen Noe inter illas manens, atque conuerſans, non peruertitur. Generationes illæ continuè malitiam, ſaltem exemplis, ipſi Noe ſuadebant; & tamen ipſum à bonitate diuellere non valebant. Simile quid habes de Loth infrà, ut elicitur ex capitulis 13. & 19.

APPENDIX.

HInc apertiſſimè habes, ꝙ uoluntas hominis ſola eſt efficax ſuorum peccatorum cauſa. Ruiſum, ꝙ debilis eſt hoſtis, qui non poteſt uincere, niſi uolentem, ſecundum Gregorium. Item, ꝙ nullus cogitur ad malum, ſicut, ſecundum

cundum Damaſcenum, nec cogitur ad iuſtitiam. Num clariſſimè liberum arbitrium hinc aſpicis?

Tex. NOè inuenit gratiam coram domino, & fuit perfectus in generationibus ſuis.

Concl. 6. *Dei gratia poteſt præſeruare hominem à peccatis in quocunque periculo, & conſeruare in bono.* [Ex eo.]

Ratio. EN Dei gratia ipſum Noe in tanto periculo cadendi præſeruat, ne cadat, & ipſum in perfectione cuſtodit.

Coroll. ¶Ergo non mirum, ſi Deo canat Pſalm. Si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Rurſus: Dominus illuminatio mea & ſalus mea, ſcilicet
Pſal. 26. per gratiam ſuam; Quem timebo? Iterum: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Ergo non mi-
2.Co.12. rum, ſi ad Apoſtolum in periculo exiſtentem dicitur à Deo: Sufficit tibi gratia mea. Item non mirum, ſi Deus per Eſaiam
Iſa. 43. dicat ad animam in gratia ſua exiſtentē: Cùm ambulaueris in igne non combureris; & flamma non ardebit in te. Ergo
Pſal. 17. rectè dixit Dauid: In Deo meo, i. in gratia Dei mei, tranſgrediar murum, i. quoduis impedimentum.

APPENDIX.

HINC habes, quòd quando quis à gratia Dei habita decidit; hoc non eſt ex defectu gratiæ. Poteſt ſiquidem gratia Dei in quolibet periculo hominem à malo protegere, & in bono, ut hic uidemus, conſeruare. Quam gratiæ potentiam attendit Ioannes, quando in ſua Canonica dicebat:
1.Io.3. Qui habet ſemen Dei, i. gratiam Dei, in ſe, non peccat, nec peccare poteſt. Quaſi dicat: Si potentiam gratiæ Dei attendas; nunquam peccabit homo Dei gratiam habens. Si enim ſic peccaret; utique gratia Dei non eſſet ſufficiens ad illam in quouis periculo ſeruandum, & in bono, & à malo. Quia uerò ſufficiens maximè eſt ad hoc; ideo ex gratiæ defectu non poteſt unquā peccare homo gratia Dei ſemel ueſtitus. Quòd ſi peccauerit, ut de facto multi fecerunt, Vnde hoc erit? A ſufficienti diuiſione dicere cogeris, quòd peccabit ex libero ſuo arbitrio. Sic ergo gratia Dei iſti peccanti non de-
Cap. 12. fuit. Hoc adnotaſſe uoluit Apoſtolus, quando ad Hebræos aiebat: Ne quis ueſtrum deſit gratiæ Dei. Vide. Quare non dicit: Ne cui ueſtrum gratia Dei deſit? Quia peccare non eſt ex defectu gratiæ; ſed tantum ex uolubilitate liberi arbitrij, atque defectu (contra excuſatores peccati, & hæreticos). Ob hoc Chriſtus dicit Ioan 6. Qui uenit ad me, non ejiciā eum foras. Si enim ex defectu gratiæ peccata procederent alicuius in gratia exiſtentis (is dicitur hic ueniſſe ad Chriſtum;) tunc Chriſtus ejiceret eum foras.

NOT. CONTRA HÆR.

PESTIFERAS errores circa huiuſmodi ex mala Diaboli officina nonnulli deduxerūt, uel aliàs adinuenerunt: Et ideo, ne quando erres in ijs, aduerte ſequentia. Confirmantur & declarantur præmiſſa ex Concil. Triden. ſeſſ. 6 cap. 11. dicente: Deus ſemel ſua gratia iuſtificatos non deſerit, niſi priùs ab eis deſeratur: Hæc ibi. & cap. 13. De perſeuerantiæ munere nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim (niſi ipſi illius gratiæ defuerint) ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet; operans uelle, & perficere Hæc ibi Quin & anathemate in contrarium, concluſio prædicta confirmatur ex eodem Concilio Triden. ſeſſ 6. can. 22. Si quis dixerit: iuſtificatum, uel ſine auxilio Dei in accepta gratia perſeuerare poſſe, uel cum eo non poſſe, Anathema ſit. Hæc ibi. Vnde etiam patet: quòd ipſius Noe illa præſeruatio, conſeruatio, & perſeuerantia fuit ex ſpeciali auxilio Dei in ipſo Noe uolentis, ac operantis. Antedicta itaque & concluſio, & pro concluſione, deſtruunt hæreſes, a Concil. etiam nunc condemnatas.

Tex. OMnis caro corruperat uiam ſuam &c. Noe iuſtus &c.

Concl. 7. *Deus ſic bonus eſt, ut etiam tempore malorum penè infinitorum hominibus malis relinquat bonos.* [Ex eo.]

Ratio. OMNES declinauerant tunc; & tamen Deus pro bonitate ſua iuſtum Noe eodem tempore mundo illi donauit. Videbatur Deus terram dereliquiſſe, cum tot peccatis tota terra ſcateret; & tamen ſe terræ meminiſſe Deus oſtendit, qñ Noe à peccatis illis ſemotum ipſi dedit. En Dei bonitas immenſa. Offenditur Deus à tota terra, & Deus ipſe tunc totam terram tanto munere antea donatam nō priuat. Nunquid non vides hic, quòd ſapientia vincit malitiam? Et quidem, vt id agnoſcas, hoc fecit Deus.

Not. ¶Simile quid factum legis, 3 Reg. 19. tempore Heliæ: & allegatum, Rom. 11. ab Apoſtolo. Tunc enim Helias putabat ſe ſolum eſſe relictum in tempore tantarum iniquitatū; quando à Deo audiuit: decem quoque millia bonorum ſuperfuiſſe, qui non curuauerant genua ſua ante Baal. Nonne & huic vides ſimile eſſe factum paſſionis Chriſti tempore? Vtique. Nam toto mundo à fide nudato, ſola Beatiſſima Virgo mater Dei fidem viuam integrè conſeruauit. Tandem Antichriſti temporibus, quãdo redundabit iniquitas, Enoch iuſtus cum Helia inter malos comparebunt, Apocal. 11 immò & tunc inter tanta pericula fides propagabitur, vt habes in Compend. Alb Mag. lib 7 cap. 7. ſchol.

APPENDIX.

Mat. 16. HINC habes, quòd portæ inferi non prævalebunt aduerſus Eccleſiam. Quomodo hoc hic intelligitur? Sic; quòd videlicet nullis tentationibus, nulla iniquitatum multiplicatione vnquam fieri poterit: vt fides Eccleſiæ catholicæ, & bonæ perſonę in totum deficiant. Sic etiam intelligas illud Chriſti ad Petrum: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua Luc 22. De hoc vide miranda atq; veriſſima in Elucid. Addit. art. num. 74. 49. 78. contra multorum hæreſes & errores.

Tex. EX cunctis animantibus bina induces in archam.

Concl. 8. *Dei iuſtitia punitiua miſericordiam nunquam excludit.* [Ex eo.]

Ratio. IVSTITIA Dei in diluuio ſubmergente oſtenditur: Miſericordia Dei in archa ſeruante monſtratur. Et vide, quòd non tantum ſeruantur homines; ſed etiam ad hominis ſeruitium ſpectantia, i. animantia. Cerne hic igitur iuſtitiam magnam contra hominem, & ſimul miſericordiam magnā erga hominem. Si igitur iuſtitia magna non excludit miſericordiam, & ſanè magnam; hinc vniuerſaliter dicemus, quòd iuſtitia punitiua miſericordiam Dei nunquam excludit. San-
Pſ. 110. ctum igitur, & terribile nomen eius: quandocunque Deus terribilis per iuſtitiam, tunc ſimul & ſanctus per miſericordiam apparet. Vide ſuprà eodem concl. 3 per totum, & loca D. Tho. citata in marginibus.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO SEPTIMO.

Tex. EX immundis animantibus ſumes &c. & ex mundis.

Concl. 1. *In Eccleſia præſentis ſeculi etiam mali reponuntur, & ſunt cum bonis.* Ex eo.]

Ratio. ARCHA iſta Eccleſiæ typum gerit, 1. Pet. 3. In archa iſta & munda, & immunda collocantur animalia ad ſignificandum, quòd in Eccleſia Chriſti non tantùm boni, ſed etiam mali

annumerandi erant. Quòd ſi procurrat quis hæreticus obijciês, quòd argumentum hoc nõ valet, quoniam à longè (diceret ille) nimis petitur, utpote ab animantibus brutis ad homines: Tu huic reſpondeas primò obiectionis ſuæ fragilitatem negando, quoniam à piſcibus per ſagenam capiis Matth. 13. Chriſtus ad homines rectè arguit. Reſpondeas ſecundò, quòd etiam ſine argumento ſumpto ab illis brutis idem concluditur. In archa enim conſpiciatur fuiſſe ipſum Cham, qui maluaerat, & reprobus, ut ex cap. 9. & manifeſtè certificabitur de eo, quod in concluſione docetur.

PRO ECCLESIA.
SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 1. cap. 7. deſtruit hæreſim Ioannis Huſs. dicentis: Eccleſiam non continere bonos & malos, ſed ſolos bonos ad eam pertinere. Item hæreſim Ioannis de Rocſeſana dicentis: Eccleſiã ex ſolis prædeſtinatis, & in gratia exiſtẽtibus conſtare malos uero ad eam non pertinere. Vide concilium Trid. illas damnans ſeſſ. 6. can. 28 ubi ait, quòd ſi quis dixerit: eũ, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum; Anathema ſit. Vide etiam Conſtantienſe concilium quod ſeſſ. 15. damnat articulos Ioannis Huſs: inter quos continetur & ille, qui communis eſt cum Ioanne de Rocſana. ac propterea damnato uno per concilium cointelligitur damnari & alterum. Adhuc uide acerrimum ſemper, & ſanctæ fidei propugnatorem, atque infidelium expugnatorem, Beatum Thomam de Aquino in 3. q. 8. art. 3 cum ſcripturis ſacris ibi allatis, unde ſantaſiaſticas illuſiones hæreticorum facilè fugabis; & ſpecialiter illam, quam ex Apoſtolo, ipſum non intelligentes, trahere ſe mentiuntur. Inquiunt enim. Dicitur Epheſ. 5 ꝙ Chriſtus tradidit ſemetipſum pro Eccleſia; ut exhiberet ſibi ipſe glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Ergo (inquiunt illi) in Eccleſia Chriſti non continentur mali: quoniam hi habent maculam. i. peccatum mortale, aut rugam. i. peccatum ueniale. O bella deductio. Debuerant iſti, ſtante illa ſua ipſorum ratione, concludere; quòd nec boni nomine Eccleſiæ intelliguntur: quoniam nullus quantumcunque bonus (excepta B. Virgine matre Dei) in tota uita ſua præſenti caret, immò neque ſine ſpeciali priuilegio carere poteſt, ruga. i. peccato ueniali, ſecundum concilium Triden. ſeſſ. 6 can. 23. Quam deductionem ſi feciſſent, ſibi utique uiam aperuiſſent & cognoſcendi propriam ignorantiam circa illud Apoſtoli dictum, & retractandi proprias hæreſes exindè peſſimè contra Apoſtolicum ſenſum a ſeipſis illatas Reſtat igitur, (quandoquidem aliàs nullam in præſenti eccleſiam, ut tactum eſt, Chriſtus haberet) ꝙ præmiſſa authoritas pro ſtatu patriæ, non autem uiæ, intelligatur, quò ad non habere maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. i. aut potentiam ad habendum illa. An ſi apertè dixiſſet Apoſtolus Finis ultimus, quem Chriſtus tradens ſe pro eccleſia, habuit de eccleſia, fuit iſte; ut uidelicet tandem adduceret ipſam in gloriam, ubi uiuet unà ſecum, & abſque omni peccato etiam ueniaſſimo, & abſque poteſtate peccandi. Vt quid enim de gloria tunc meminiſſet, Eccleſiam ſcilicet glorioſam uocando? Procul dubio; ut, authoritatem hanc pro ſtatu gloriæ tantũ intelligendam eſſe, per hoc innueret. Alioquin, ſi de eccleſia pro ſtatu uiæ loqueretur, etiam peccatores baptizatos connumeraſſet. Hoc enim modo de eccleſia. 1. Cor. 1. loquutus fuit per ly eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi; intra quam & ibi, & cap. 5. grauiſſimos peccatores, excommunicationeque dignos, computat; qui tamen dicit. ſe non iudicare de his, qui foris ſunt, i. extra eccleſiam. Quid ad literam planiſſimam clarius & pro damnatione prædictarum hæreſum, & pro irretione expoſitionis extortæ ab ipſis datæ ſup Ephe 5. Damnantur etiam à Num. 2. concl 5.

Text. EX omnibus, quæ mouentur ſuper terram, ingreſſa ſunt in archam.

Concl. 2. *Eccleſia uere catholica dicitur.* [Ex eo.]

Ratio. QVARE ex omnibus illis archa repletur, uſi ad deſignãdum, quod diximus? Ideo enim Eccleſiam dici catholicam à ſanctis Patribus didicimus; quia eſt uniuerſaliter ex omnibus gentibus collecta; nec aliquem, qui ad ſe uenerit, ut ſponſum ſuum Chriſtum imitetur, eijcit foras. Diffuſa itaq; eſt per totum orbem, ut hic figuratur.

Corol. ¶ Nullus ergo habet excuſationem; ſi non ingreditur ipſam. Hoc enim non Eccleſiæ Dei, ſed ſibiipſi, ut & ex ſupradictis habes, imputare debet.

APPENDIX.

1 HINC habes, quo intelligas illud Apoſtoli: Deus uult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire. Intelligitur enim ſic, ꝙ Deus uult, uoluntate conſequente, ut declaratur, 1. q. 19. art. 6. ad primum, ſaluos fieri aliquos ex omnibus, licèt non ſingulos omnium. Hunc uerò ſenſum Apocal. clarius intimauit, cum dixit: Vidi turbam magnã; ex omnibus gentibus; tribubus, populis, & linguis; licèt nõ ſingulos omnium gentium, tribuum, populorum, & linguarum. Quòd ſi in Eccleſia triumphante, de qua fit ibi ſermo, erunt; in Eccleſia militante, per Archam ſignificata, utique prius fuerant.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA Concluſ. 2. cap. 7. quæ (ut uidimus in ratione concluſionis primæ) fundatur in D. Petro Apoſtolo, deſtruit hæreſim Donati dicentis: Eccleſiam Chriſti eſſe in Aphrica, nec uſquam niſi iſtic eſſe uerum baptiſma. Item hæreſim Campatum dicentium: Eccleſiã potes ſe ſolos eſſe. Item hæreſim Geraldi Segnerelli, & ſuorũ ſectatorum, qui ſe uocabant Apoſtolos (ut refert D. Cardi. Turrecremata, de Eccl. lib. 4. cap. 37.) dicentiũ: quòd Eccleſia Dei ſunt ipſi ſoli, qui dicuntur Apoſtoli, & ſunt in illa perfectione, in qua fuerunt Apoſtoli Chriſti. De qua re, ut & abundantius confodiantur uide extrauagantem Honorij papæ quæ incipit Olim felic. record. in qua damnat prædictos pſeudo Apoſtolos cum ipſorum adinuentionibus. Vide, & D. Auguſtinum in lib. contra Donatiſtas optimè eos pluribus modis conuincentem. Damnatas & illas omnes eſſe ſcias, & per conſequens firmatam hanc concluſionem à ſymbolo fidei Apoſtolorum, & omnium ſacrorum conciliorum. ibi: credo Sanctam Eccleſiam Catholicam. Item a Papa Bonifacio. 8. in extrauagan. commun. ubi incipit dicens. Vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam urgente fide, credere cogimur. Hæc ibi. Non eſſet autem Catholica: ſi in uno loco tantum, in uno tẽpore tantum, apud aliquos homines tãtum, reperiretur; ita ꝙ alibi, alio in tempore, alijs in hominibus eſſe non poſſet. Reſpectu enim horum trium dicitur catholica, id eſt uniuerſalis quod quidem annotatum eſt in ſacris literis. Et de loco quidem Apoſtolus Ro. 9. citans illud Oſeę primo dicit. Et erit. In loco, ubi dictum eſt eis, non plebs mea uos, ibi uocabũtur filij Dei uiui. Sanctus Thomas ſuper epiſt. hanc cap. eod. exponit ly in loco, id eſt in toto mundo. Gentiles namque in toto mundo diſperſi erant quibus olim ex ſententia Domini dictum fuerat non plebs mea vos, & ijdem nunc ad Chriſtum conuerſi in eodẽ loco manentes vocantur filij Dei viui. Præterea citatã Oſeæ prophetiam, inquit Auguſtinus lib. de ciu. Dei 18. Apoſtoli intellexerũt de vocatione gẽtiũ. Si ergo eſſe in toto mundo, dicit eſſe in omni loco (ut re vera dicit); patet, ꝙ Eccleſia gẽtium ſecundum ſcripturas dicitur Catholica ratione loci. Taceo: quòd Pſal. 2. ibi Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ; quòd Pſal. 60. ibi, A finibus terræ ad te clamaui; & quòd Pſal. 71. ibi, Dominabitur a mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum; hanc eandem ueritatem aſſerunt; quòd uidelicet, Eccleſia eſt catholica, ratione loci (ut conſideranti illa dicta Pſalmorum patet). Nam in Pſal. 2. pater æternus alloquendo Chriſtum filium ſuum teſtificatur, quòd hæreditas, i. Eccleſia ſponſa fidelis, eius erit in omnibus terminis terræ; & in Pſal. 60. Eadem eccleſia, ſecũdum Aug. ibi pulchrè exponentem, clamare ſe ad Deum à a finibus terræ, confitetur, & in Pſal. 71. manifeſtiſſimè ad literam contextualem dicitur, ꝙ dominium, ſeu regnum, filij Dei per incarnationem deſcendentis ad inſtar pluuiæ in uellus, extenderetur à mari uſque &c. id eſt ad omnes partes mundi. Quis uerò neſciat: quòd Chriſti regnum eſt ſancta eccleſia

clеſia, in qua ipſe dominatur per ueram fidem? Quis ergo dominium Chriſti eſt catholicum ratione loci, ideſt ad omnes locos orbis terrarum extenditur, ſecundum ſcripturas: ſequitur neceſſariò, quòd ſecundum eaſdem, Eccleſia Chriſti modo illo ſit catholica. De tempore autem, quò ad eccleſiam fidelem, dicit Dominus Matt. 28. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Nota, quòd ſecundū contextum loquitur de ſua nobiſcum exiſtentia per fidem. Vnde ibi præloquitur de baptiſmo, qui eſt ſacramentum fidei, dicens; quòd baptizent homines in nomine patr. &c. Cùm igitur dicit, ego uobiſcum ſum; intelligit per ly ſum, exiſtentiam, non quocunque modo, ſed per fidem: ſicut per ly uobiſcum, intelligit non Apoſtolos ſolum, ſed omnes baptizatos fideles; hoc eſt (quod importat idem) Eccleſia Sanctam, ideſt in lauacro regenerationis ſanctificatā. Non enim Apoſtoli uiuunt in præſenti vita vſque ad conſummationē ſeculi: ſed iam diù corpore mortui ſunt. Reſtat igitur ex contextu apertiſſimū, quòd Dominus erit per fidem cum omnibus, & conſequenter quòd fideles reperientur, omnibus diebus uſque ad conſummationē ſeculi. Siſte pedem, & nota, quòd non dicit, diebus diminutis vel aliqualiter trūcatis: ſed abſolutè dicit, diebus, intelligens profectò per hoc dies ſimpliciter dictos, ideſt integros. Cùm itaque dies integer contineat 24. horas, & nihil minus, patet quòd Chriſtus erit per fidē cum Eccleſia quocūque temporis inſtanti; & conſequenter, quòd Eccleſia nunquam, nec in puncto, deficiet; & conſequenter quòd Eccleſia eſt Catholica, ratione temporis. Ex his dic: quòd illud 2. Theſſal. 2. niſi venerit diſceſſio primū, & illud Luc. 18. Filius hominis veniens, putas, inueniet fidē in terra? intelligūtur tantum comparatiuè; quòd ſcilicet pauci remanebunt in fide, & ſic videbuntur omnes diſceſſiſſe a fide; quoniam parum pro nihilo reputatur. Vide Compen. Alb. lib. 7. ca. 7. ſchol. De hominibus verò, quò ad Eccleſiam, dicitur Apocal. 7. Vidi turbam magnā ex omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis, ſtantes ante thronum. Ergo hi habuerant prius fidem. Ergo Eccleſia eſt Catholica, ratione hominum: inquantum homines de quocūque ſtatu poſſunt conuerti, & baptizari, & ſalui in cœlis fieri.

Aurel.

Tex. VNiuerſa deleta ſunt de terra; & remanſit ſolus Noe, & ea, quæ in archa erant.

Concl. 3. *Extra Eccleſiam non eſt ſalus.* [Ex eo.]

Ratio. Ecce omnia, quæ ſunt extra archam moriuntur ita, ut nihil omninò remaneat. Archa uerò, ut dictum eſt, ſecundum mentem B. Petri figura eſt Eccleſię Dei.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

EA Concluſio 3. cap. 7. deſtruit hæreſim quorundam innominatorum (vt refert D. Card. Turrecre. De eccleſia lib. 1. cap. 81.) dicentiū: extra Eccleſiam catholicam Romanam homines ſaluari poſſe, quemlibet in ſecta ſua. Item hæreſim Petri Ioannis dicentis: Eccleſiæ Romanæ obedientes ſunt damnati. Patet enim; hinc ſequi totum contrarium. Damnantur & ab Innoc. 3. in maximo generali concilio Lateranenſi, vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur: Hæc ibi de ſum. Trin. & fide Cath. c. firmiter. Item à Bonifacio 8. in Extrauag. commun. c. vnam. Nos hanc Eccleſiam firmiter credimus, extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorū. Hæc ibi. Vbi nota ly hanc, i. Romanam: vt ex cap. diſcurſu patet. Item ab Elucid. pri. pat. art. nu. 183. Et Elucid. addit. nu. 74 76 443. Item à 23. diſtinc. cap. qui Epiſcopus. Item damnantur a regulis fidei recitatis ab Auguſtino in libro de fid. ad Petr. cap. 37. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: omnem extra Eccleſiam catholicam baptizatum participē fieri non poſſe vitæ æternæ, ſi ante finem uitæ huius nō fuerit redditus catholicæ, atque incorporatus Eccleſiæ. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra archam potuiſſe ſaluari. Hæc ibi. Ecce: quòd etiam baptizatus, ſi viuat in ſecta alia extra Romanam eccleſiam exiſtente, i. non recognoſcente Romanam Eccleſiam pro matre ſua cui obedire teneatur, non poteſt ſaluari. Nam per Eccleſiam catholicam intelligitur Romana, inquantum eſt mater & magiſtra omnium eccleſiarum Dei, ſecundum concilium Trid. ſeſſ. 7. cano 3. de Bapt. & ſeſſ. 25. decret. de ieiun. Hoc ipſum denotauit Papa Leo nonus in epiſt. ad Michaelem epiſcopū Conſtantinop. Romana Eccleſia vna, caput & mater eccleſiarum membra & filias non habet? Et quomodo poteſt dici caput, aut mater? Credimus enim, atque conſtanter profitemur: quòd Romana eccleſia adeò non eſt ſola, vel (ſicut tu putas) una; vt in toto orbe terrarum quæcunque natio ſuperbè diſſentit ab ea, non ſit iam dicenda vel habēda eccleſia aliqua, ſed omnino nulla; quin potius conciliabulum hæreticorum, aut conuenticulum ſchiſmaticorum, & ſynagoga Sathanæ. Hæc ibi. Ad idem facit, quòd eccleſiæ catholicæ unitatem in unius Romani Pōtificis communicatione ponit B. Cyprianus Epiſcopus & martyr; in ad Cornelium Papam epiſt. 3. 46. 7. vide 24. quæſtio. 1. cap. Loquitur Dominus. Item ibidem. c. recta. c. memor. 2 in ſede. c. quotiens. c. hæc eſt fides Diligenter etiam vide diſtinc. 93. c. qui cathedram Petri. Damnantur & ibid. cap. 39. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: quemlibet hæreticum, ſiue ſchiſmaticum, in nomine Patris, & Filij & Spiritusſancti baptizatum, ſi eccleſiæ catholicæ nō fuerit aggregatus, quantaſcunque eleemoſynas fecerit, &, ſi pro Chriſti nomine etiam ſanguinem fuderit, nullatenus poſſe ſaluari. Omni enim homini, qui catholicæ Eccleſiæ non tenet vnitatem, neque baptiſmus, neque eleemoſyna quantūlibet copioſa, neq; mors pro nomine Chriſti ſuſcepta, proficere poterit ad ſalutem; quamdiù hæretica, uel ſchiſmatica prauitas in eo perſeuerat, quæ ducit ad mortem. Hæc ibi. Vnde patet etiam; quòd oportet priùs hominem eſſe acceptum Deo, ſi munera eius debeant accepta eſſe eidem: cùm nec ſanguis pro Chriſti nomine effuſus placeat Deo, ſi ipſe ſanguinem ſuum ſic exponens perſeueret in diſplicentia Dei; id quod in primis eſt perſeuerare in eſſe extra catholicam Eccleſiam. Damnantur & ab Exo 12. concluſ 7. & Leuit. 4. concl 5 & cap. 19 concl 5. Item Nume. 2. concl. 10. & Leuit. 2 2. concl 7. Item damnantur à Papa Nicolao primo in epiſt. ad Michaelem Imperatorem, de poteſtate ac dignitate ſedis Apoſtolicæ: & à Papa Leone nono in epiſt. aduerſus præſumptiones Michaelis & Leonis archiepiſcoporum c. 7. & 32. & ab eodem Papa Leone in epiſt. ad Petrum epiſc. Antioch. De his vide expreſſas litteras in Elucid. Addi. art. nume. 74. circa finem. Quorum dictis adiungas, tanquam pro expoſitione de priuilegio ad obediendum Eccleſiæ Romanæ ab omnibus, decretum in diſt. 22. cap. omnes. & cap. ſacroſancta Romana. Vbi antiquiſſimum Papam Anacletū, qui fuit quartus (ſecundum Hieronymum) à B. Petro Apoſtolo, de hoc audies. Damnantur, & abundantiſſimè quidē, ex dictis in Elucid pri. pat. art. num. 183. Vide ibi; quoniam inde, & multum ualde eruditionem ſaluiferam colliges, & contra uenenatas hæreſes (quales prædictæ ſunt) te optimè communies. & ad alia plurima tibi proficient, ſi illa benè (quod facilè eſt) ad, quæ occurrent, applicaueris. Damnabis eas etiam per Elucid. addi. ar. nu. 93. 94 & per Compend. Albert. lib. 5. cap. 43. ſchol.

FAc tibi archam de lignis &c. Manſiunculas in archa facies. Trecentorum cubitorum erit &c. oſtium archæ pones in latere deorſum. Cœnacula &c. In cubito conſummabis ſummitatem eius. (Hæc ſup. ex cap. 6.). Porrò archa ferebatur ſuper aquas (Hoc ex capitulo. 7.) Tex.

Concl. 4. *Archa Noè eccleſiam Dei ſeptem modis figurabat.* [Ex eo.]

Primò, ſicut ex ligno fabricata eſt archa, & per lignū Ratio.
ibi ſaluatę ſunt animæ: ita ex ligno Crucis pendet ſalus 1
Eccleſiæ. Secundò, Archa fuit ex lignis quadratis compoſita: id quod Eccleſiæ ſtabilitatem denotat. Corpus enim qua- 2
dratum (puta taxillus) ex quacunque parte vertatur, ſtat. Tertiò, Archa ſex vicibus longa magis quam lata erat, & decem vicibus longa magis; quam alta (cum longitudo eſſet 3
300. cubitorum, latitudo autem 50. & altitudo 30.): id quod

q.114.q.16.ait. Tantum dat Deus iuſtis de bonis temporalibus; & etiam de malis, quantum eis expedit ad peruenienda dum ad uitam æternam. Vnde dicitur in pſalmo 33. Timentes Dominum non minuentur omni bono. Et alibi pſalmo 36. Non uidi iuſtum derelictum. Hæc ille tertio habes, quòd & filius, & quæcunque ad patrem pertinent portabit iniquitatem patris uſque ad quartam generationẽ, ut colligitur ex Exod. cap. 20. in ly uiſitans iniquitatem patrum in filios, &c. & 34. Reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus &c. Ergo, ab oppoſitis, bonorum patrum filij, ut Salomon ſenex 3. Reg. 11. propter meritum Dauid patris ſui; & etiam Hieruſalem, temporaliter proſperantur, propter merita patrum; etiam quòd ipſi filij id non mereantur ea ſe; ſicut nec filij boni ea ſe merentur flagellari, licèt propter mala patrum quandoque flagellentur. Vide ſupra cap. 3. concl. 22. Quę tamen de anima quantum ad ſalutẽ ſuam, uel damnificationem ſpiritualem, non intelliguntur, ſecundum illud Ezechiel. Filius non portabit iniquitatem patris. Scis quare? Quia anima non eſt aliquid patris cùm non ſit ex traduce ſupra cap. 2. con. 5. Corol. & corpora ſunt aliquid anteceſſorum filij, resque temporales aliquando uel in totum uel in partem. Vnde non mirum: ſi uerificatur de illis, modo declarato, concluſio præſens.

¶ Applica ad pſalmum 144. Iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis. Vel ad Ioan. 9. Quis peccauit hic, aut parentes eius, ut cęcus naſceretur? Vbi oſtenditur ab Apoſtolis quaſi per Moyſen aliquo modo edoctis in communi, quòd demerita patrum flagella filiorum poſcunt, ut plurimùm; licèt in ſpeciali, .i. in hoc cęco, non fuerit ſic.

Text. CVm operatus eam fueris; non dabit fructus ſuos.

Concl. 16. *Iudicium Dei contra peccatores adeò iuſtum eſt, ut etiam inanimata, ſi cognoſcerent ipſum approbarent pro iuſto*. [Ex eo.]

Ratio. ¶ Ad hoc enim ſignificandum Deus punit peccatores per res inanimatas, & hic, & alibi pluries. Illud idem quoque ſignificari noueris, quotieſcunque Deum per irrationabilia punire peccatorem, ut patet in exodo reſpectu Pharaonis, inuenies.

APPENDIX.

1 HInc habes primò: quòd creatura etiã inanimata (in hominum confuſionẽ dictum ſit) zelat pro Dei ſui honore, dum honoris diuini contemptores affligit.

2 ¶ Secundò habes, quòd Deus armabit creaturam omnem (in ſignum huius etiam nunc eam armat) in ultionem inimicorum ſuorum in die iuditij, Sap. 5. Verbi gratia. Quare ignis exardeſcet in peccatores? Ad ſignificandum, quòd iudicium Dei ab ipſo etiam igne approbatur pro iuſto: & ad oſtendẽdum, quòd ignis honorẽ Dei curat, quem homo contẽpſit.

3 ¶ Tertiò habes, quòd creaturæ offenduntur a nobis, dũ offenditur à nobis Deus. Ideò enim in peccatores inſęuiunt.
Exempl. Exemplum, ſi offenditur aliquid, puta Canis, ſtatim in offendentem deſæuit, Sic in propoſito, In offendentem hominem ſuas vires offenſiuas creaturæ intendunt, quia peccator
Exempl. illas offendit prior, dum Creatorem illarum offendit. Exẽplum. Si patronus familiæ alicuius offendatur, ſinguli de familia offenduntur. Quòd ſi non ea hoc offenſos ſe reputant, ſignum eſt, quòd ad familiam illius patroni non pertinent. Si igitur creaturæ ſe offenſas, offenſo Deo, non reputarẽt, ſignum hoc eſſet, quod ad Dei familiam non pertinerent. Oſtẽdunt ergo, ſe Dei creaturas eſſe, quando in peccatores punitionem exercent. Vide ſupra cap. 1. concl. 21. applicando, ut prudens.

Notatio. ¶ Ad hoc exẽplum attendant, qui Dei offenſam in proximis paruifaciunt, ideſt qui uidentes, Deum à proximis offendi, non dolent, aut parum dolent. Vide igitur, quòd huiuſmodi per hoc oſtendunt, ſe parum ad Dei familiam
De huiuſmodi familia dei ſæpe hēs in epiſt. D. Pauli. adoptiuam meritò pertinere, ideſt parum Deum amare. Nã intantum quis ad Dei familiam talem pertinet, inquantum Deum amat. Vides etiam hic, quòd illi, qui multum dolẽt de peccatis proximorum, ſignificant per hoc, ſe plurimum Deum amare. Ergo non curare, verbo, vel facto, uel dolore, vel huiuſmodi, peccata in proximis, eſt malum ſignũ. Ergo curare &c. eſt bonum ſignum. Hæc intellige ſecundũ magis & minus, iuxta regulam topicam: Sicut, inquit, ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, ita maximè ad maximè.

Corol. ¶ Ergo cognoſce Apoſtolum tum oſtendere ad Dei familiam valde ſe ſpectare, quando ait: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Item ſolicitudo mea omnium eccleſiarum. Ergo cognoſce, Chriſtum illud idem oſtendere voluiſſe, quando in Pſal. 68. dicit patri: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt (ſcilicet per mei internum dolorem) ſuper me: & zelus domus tuę comedit me: Monſtrauit ergo B. Petrus, quòd Loch multum *2. cap. 2.*
ad Dei familiũ pertinebat, quando dixit; quòd ſodomitæ animam ipſius Loth de die in diem iniquis operibus affligebãt. Et de huiuſmodi tribulatione intelligit quoque Apoſtolus, quando ait: quòd per tribulationes oportet, nos introire in regnum Dei. Qui enim non habet iſtam prædictam tribulationem, non poterit vnquam, quandiu ſic permanſerit, introire in regnum Dei. Quomodò enim illuc intrabit ſi ad familiam Dei non ſpectat?

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

PRæadams concluſio. 16. cap. 4. abundanter deſtruit hæreſim Caynanorum dicentium: Caym eſſe adorandum. Patet enim hic: quòd etiam hæreſim hãc reprobant facto ſuo, dũ, ſcilicet puniunt ipſum Caym, tãquàm a Deo (vt in tex. dicitur) maledictũ. Quaſi per hoc lingua ſua dicant. Non eſt adorandus Caym, nec in pretio habendus; ſed abominandus eſt, ac vilipendendus. Prædicti verò Caynani errorem illum (teſte Philaſtrio Epiſcopo Brixienſi lib. ſuo de hæreſib.) aſſeruerunt: eò quòd uirtutẽ maiorem crediderũt fuiſſe in Caym, qua inualuerit ad occidendũ fratrem. Vbi aut ignorantiã vocis ſuæ oſtendunt, aut aliã hæreſim confingunt. Nam ſi de uirtute corporali loquunt, quando maiorẽ virtutem præ Abel fuiſſe dicunt in Caym, tunc ignorant propriam vocem dicendo: quòd adorãdus eſt eò, quòd prædictam virtutem maiorem habuerit: quoniam adoratio, cũ ſit actus religionis. 2. 2. q. 84. art. 1. exhibet alicui propter virtutem ſpiritualem, qua ſummo ſpiritui, ideſt Deo aſſimilatur, nõ propter virtutem, ideſt vim aliquã corporeã. Alioquin Elephas, cum in corporali annorum diuturnitate excellat; Leo, cùm in corporis fortitudine; Ceruus, cùm in curſus velocitate, poſſent iure adorari: & ſtultiſſimæ adorationes paganorum, quibus honorabant Herculem propter corpoream fortitudinem, Venerẽ propter corporis pulchritudinem, Bacchum propter multam corporalis vini bibitionem, alias propter ſimiles fatuitates aut corporalia quædã, vt ſic iſtæ, inquam, adorationes non eſſent meritò deteſtibiles, ac multipliciter tanquam inſania pernicioſiſſima iudicatæ atque reprobatæ ab Apoſtolo Rom. 1. ly ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, ab Ezech. 6. 8. quaſi per totum; à Pſal. 113. ly ſimulachra gentium; à Sapien. 13. 14. 15. Vbi ꝓlixo ſermone ſubſannatur idolatria, & ſpeciatim in fine ca. 13. ly non erubeſcit loqui cum illo &c. De hoc uide. S. Tho. Eccleſiæ doctorem eximium 2. 2. q. 94. per totum, ſpecialiter. ar. 4. Conſule autem omnino Compen. Alber. lib. 5. c. 58. cum ſchol. & ca. 60. ſchol. quoniam ibi inter multa circa hoc ſcitu digniſſima uidebis definitiones Concilij Niceni ſecundi, & Anathematiſmos. Ignorarent itaque Caynani propriam uocem, ideſt propter quid ſit adoratio, ſi illam maiorem virtutem acciperent pro uirtute corporea. Si verò accipiant pro virtute ſpirituali, aliam hæreſim dicunt. Cũ enim Caym narretur in tex. ſceleſtus etiam ante fratricidium, conclu. 4. 5. 6. 7. Fateri oportet: quòd dicẽtes, Caym habuiſſe ex virtute maiore ſpirituali, quòd occideret fratrem, dicant per hoc; quòd vitiũ eſt virtus & uirtus eſt vitium. Quæ quidẽ hęreſis eſt etiam Libertinorum, & Quintini cuiuſdam ſartoris. At cõdẽnatur totiens ab illo textu, quoties narrat Deum punitorem vitiorum, pręmiatoremque uirtutum puniſſe Caym, non autem pręmiaſſe. Damnatur & à terra per hoc, quòd punit ipſum Caym. Itẽ ab Iſa. 5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce & dulce in amarum. Cæterum, quoniam in diſciplinam eſt ſolicitum eſſe contra proferentem manifeſtè improbabilia (ſecundum philoſophum. 1. Topic. cap. 9.) iſtu ſufficiant. uide Leuit. 19. con. 5.

Dixitque

Text. DIxitque ei Dominus. Nequaquã ita fiet: ſed quicunque occiderit Caym ſeptuplum punietur. Poſuitque Dominus in Caym ſignum: ut non interficeret eum oĩs, qui inueniſſet eũ.

Concl. 17. *Peccatum deſperationis diſplicet maximè Deo.* [Ex eo]

Ratio. POST alia magna peccata, etiam poſt peccatum inuidẽtiæ fraternæ gratię, quæ commiſerat Caym: Quid fecit Deus erga ipſum? Reprẹhenſionibus, minis, pœnis, quamuis ageret cum Caym; tamen ipſemet cen pœnas ipſas quas pro eius conuerſione comminabatur mitigaturus, ſi de peccatis pœnituiſſet, perſiſtebat adhuc loquẽs cum eo (ut patet in textu). At poſt deſperationis peccatum, quid fecit Deus? Non ſolum non dat ſignum aliquod uolendi mitigare pœnas; ſed è contrario eas confirmat. Dicit enim: Nequaquam ita fiet, &c. Quaſi dicat. Nolo tibi condeſcendere in hoc, quod petis, ſcilicet quòd per tui occiſionem abbreuietur tibi pœna in hoc mundo: ſed potius uolo, nè occidaris citò ad hoc, ut pœna diuturnior fiat. Et tam ardenter hoc uolo, ut ei, qui te etiam poſt longum tempus occiderit, magnas pęnas inferre ſtatuerim: & homines per ſignum hoc, quod nunc in te pono, monitos eſſe uelim, nè facilè te occidere tentent.

APPENDIX.

HInc habes, quòd Iob 13. meritò de Deo ait: Etiamſi me occiderit, ſperabo in eum. Voluit enim per hanc ſententiam oſtendere, ꝙ deſperatio eſt ſuper omnia fugibilis. Vnde 3. q. 84. ar. 10. inquit S. Doctor. Reprobatur uerbũ Caym dicentis: Maior eſt iniquitas mea, quam ut ueniam merear; quia miſericordia Dei peccatoribus ueniam præbet abſque ullo termino. Hæc ille. Cauendum tamen eſt; nè ſub prætextu hoc peccemus. De qua cautela & Aug. in regula nos ita monuit. An Deus ideò putandus eſt non uidere: qui tantò uidet patientiùs, quantò ſapientiùs? Vide Sap. cap. 3. concl. 15. Secundò habes: quòd deſperatio eſt hominibus periculoſiſſima, & ſupra modum perniciosiſſima: ut per ſe poteſt ſapiẽs de Caym faciliter cognoſcere ex dictis, & dicendis. Hoc ipſum denotauit Apoſtolus ſub quorundam perſona Epheſ. 4. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ & auaritiæ. Quæ omnia de Caym uerificari conijcaet ſapiẽs; quiſquis uiderit actiones ipſius Caym pòſt deſperationem eius narratas per reſiduum capituli. Ruinæ tantæ ratio eſt: quia, cùm per ſpem reuocetur homo à malis, introducaturq; ad bona proſequenda, ſpe ſublata irrefrenatè homines peccant, à bonisq; retrahuntur. Vnde dicit Gloſ. ordin. ſuper Prouer. 24. Nihil eſt execrabilius deſperatione: quam qui habet & in generalib. huius uitæ laboribus, & (quod peius eſt) in fidei certamine, conſtantiam perdit. Hæc illa. Et Iſidorus in de ſummo bono, lib. 2. cap. 14. ait Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ eſt: ſed deſperare eſt deſcendere in infernum. Hæc ille. Circa deſperationẽ, uide 2. 2. q. 20. per totũ, & ſpeciatim ar. 3.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

EA Concluſio. 17. cap. 4. cum D. Thoma, nunc citato apertè demonſtrat, quàm deteſtãda ſit hæreſis Nouatianorum peccatores in deſperationem his uerbis præcipitantium. In peccatum (inquiunt) relapſi ad pœnitentiam non ſunt admittendi; ſed ad luporum rapinã & diaboli prędam, ſunt proijciendi. Hinc enim iuncto maximè, contextu patet, ſequi totum contrarium. Nam ſuper omnia ſcelera ipſius Caym peccatum deſperationis Deo fuiſſe odibile, inſinuat ſcriptura: quæ & demonſtrat, Deum nõ proieciſſe ad rapinam luporũ ipſum Caym, ſed pluribus uerbis ad pœnitentiam prouocaſſe. Nunquid nõ quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt: ut iam Apoſtolus docuit, Rom. 15. Damnatur quoque, & per conſequens cõcluſio præſens aliquo modo firmatur, à canone 61. Apoſtolorum; & quidem à fortiori. Si quis clericus per metum humanum uel Iudęi, uel Græci, uel hæretici, negauerit nomen Chriſti; ab eccleſia reijciatur: ſi uerò nomen Clerici, deponatur. Pœnitentia tamen ductus, ut laicus recipiatur. Hæc ibi. Canones autem Apoſtolorum uſque ad 85. recepit, & probauit, ſexta ſynodus; ut patet in decreto diſt. 16. cap. placuit huic ſanctæ ſynodo. Ecce igitur: quòd etiã abnegatores Chriſti non proijcit Eccleſia Apoſtolica ad prędã infernalium luporum, abſq; ſpe ueniæ & pœnitentiæ: ut Nouatianus abundantius erubeſcat. Damnatur item à Papa Leone, ut recitatur in Decreto. 26. q. 6. His, qui tempore neceſſitatis, & in periculi urgẽtis inſtantia, præſidium pœnitentię & modum reconciliationis implorant, nec interdicenda eſt ſatisfactio, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora diffinire; apud quem nullas patitur ueniæ moras conuerſio; dicente Dei ſpiritu per prophetam, cum cõuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Simul pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium cõſequantur. Hæc ibi. Item à Papa Cæleſtino recitatur ibidem. Agnouimus: pęnitentiã denegari morientibus, nec illorum deſiderijs annui, quo obitus ſui tempore hoc animę ſuę cupiunt remedio ſubleuari. Horremus fateor, tantę impietatis aliquẽ inueniri, ut de Dei bonitate, deſperet; quaſi non poſſit, ad ſe quouis tẽpore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hominem redimere. Quid hoc, rogo, aliud eſt quam morienti mortem addere; eiusque animam ſumma crudelitate, nè abſoluta eſſe poſſit, occidere: cùm Dominus ad ſubueniendum paratiſſimus inuitat ad pœnitentiam, ſic promittens peccatori, in quacunque hora &c. Et item nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur, & viuat? Cum ergo Dominus ſit cordis inſpector, quouis tempore non eſt denegãda pœnitentia poſtulãti: cùm ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari. Hæc ibi. Item à Papa Iulio: vt recitatur ibidem. Si presbyter pęnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit, quacunque die conuerſus fuerit peccator ad pœnitentiam, uita uiuet, & non morietur. Vera enim confeſſio in ultimo tempore eſſe poteſt: quia Dominus cordis inſpector eſt. Sicut latro unius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo; in hora vltimæ cõfeſſionis. Hæc ibi. Damnatur & à Cornelio Papa in Concilio Romano hæreſis Nouatiana: & ſtatuitur, Nouatum cum his, qui eum ſequerentur, alienum eſſe ab Eccleſia; eos verò, qui lapſi fuerint in certamine, fraterna commiſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos. De hoc uide Euſebium Eccle. hiſt. cap. 33. Reprobauit eandem olim Concil. Nicœnum primũ, can. 8. Si quis uoluerit venire ad Eccleſiam Catholicam ex Nouatianis: placuit ſancto Concilio, vt ordinentur, & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeat ab eis confeſſionem, quam per ſcripturam exigi oportet: ut fateantur, ſe cum omni conſenſu Eccleſiæ Catholicæ ſtatuta obſeruaturos, id eſt ſe communicaturos & his, qui fortè ſecũdas nuptias experti ſunt, & his, qui perſecutionis tẽpore lapſi ſunt. Quibus tamen lapſis pœnitentiæ modus & tempus aſcriptum eſt; vt in omnibus ſequantur ea, quæ in Eccleſia Catholica & Apoſtolica obſeruantur. Hæc ibi; & recitantur 1. q. 7. Si qui voluerint. Reijcitur & à Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. Qui ab accepta iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, ruſſus iuſtificari poterunt: cùm, excitante Deo, per pœnitentiæ ſacramentum meritò Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint. Hæc ibi. Ecce Concilium tempus nullum alicui excipit: quo per pœnitentiã conuerti dignè poſſit. Itẽ ab eod. ſeſſ. ead. cano. 29. Si quis dixerit: eũ, qui poſt baptiſmum lapſus eſt, nõ poſſe per Dei gratiam reſurgere; Anathema ſit. Hæc ibi. Item ab Elucid. pri. par. artic. num. 255. & ab Eccleſiæ doctore eximio D. Thoma in. 3. q. 84. art. 10. Vide tu ibi multa, pulchra, & neceſſaria.

VAgus, & profugus eris ſuper terram. Text.

Concl. 18. *Iniquitas facit hominem formidoloſum, inquietum, & impacatum.* [Ex eo.]

Ratio. HOC dixit Deus ipſi Caym in eius peccati pœnam, vt in littera patet.

¶ Ergo cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt; Et non eſt pax impijs, dicit Dominus, Eſa. 48. Ergo rectè dixit Hieremias, Tren. 1. Peccatum peccauit Hieruſalem; propterea inſtabilis facta eſt. Et Tren. 5. Ideo obtenebrati ſunt oculi noſtri: ideo mœſtum factum eſt cor noſtrum.

ſtrum. Viles ergo facit homines peccatum; quia ipſum viliſſimum eſt. De qua re vide Compend. Alb. lib. 3. cap. 3. 7. 13. 14. ſchol.

Tex. **POſuit mihi Deus ſemen pro Abel, quem occidit Caym.**

Concl. 19. *Ex occiſione iuſtorum non patitur finaliter detrimentum Eccleſia; quia loco illorum alij ſubrogantur.* [Ex eo.]

Ratio. TOLLITVR Abel per occiſionem de hoc eccleſiæ ſtatu, & loco eius ſubrogatur alter.

Not. ¶Hoc fuit ſignum, quòd per mortem futuram martyrũ non decreſceret Eccleſia, ſed alij loco illorum exurgerent. Quis hoc non uidit? Legendas ſanctorum Martyrum inſpiciat & cognoſcat, quòd non unus tantum, ut hic in figura dicitur, ſed etiam multi in locum unius martyris ſuffecti fuerunt, ut figuratum figuræ (quod ſemper factum eſt abſque) præponderaret. Ecce pro uno Clemens Papa & martyr, quingenti; & amplius uiri ad baptiſmum conuolant. Vna Cecilia martyrizante, aliea pro Tiburtium, atque Valerianum præacquiſierat, pluſquam quadringentos conuertit. Pro una Catherina martyre, 50. Oratoribus, Porphyrio cum ducentis militibus, reginaque tyranni uxore ad cœlum præmiſſis, alij plures exurgunt ad fidem conuerſi. Et ſic de cæteris.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO QVINTO.

Tex. **VOcauit nomen eorum Adam.**

Concl. 1. *Hoc nomen Adam eſt commune mari, & fœminæ, ſicut apud Latinos eſt hoc nomen homo.* [Ex eo.]

Ratio. ECCE Tam mas, quàm fœmina uocantur Adam: ex conſequenti eſt commune apud Hebræos.

Coroll. ¶Ergo hoc nomen Adam eſt nomen proprium primi hominis ex priuilegio, ſiue ex uſu; non autem ex uocabuli proprietate.

Tex. **GEnuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.**

Concl. 2. *Omnes generantur cum peccato originali.* [Ex eo.]

Ratio. ADAM tunc fuit iuſtitia originali deſtitutus. Nam Concil. Trid. ſeſſ. 5. ait; quòd ſtatim poſt peccatum in paradiſo iuſtitiam originalem amiſit, indignationemque Dei, & captiuitatem ſub Diaboli poteſtate incurrit. Si ergo Adam tunc gñat filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam per propagationem communicabilem, utique generat filium iuſtitia originali deſtitutum, i. cum peccato originali. Non enim dicitur, quòd genuerit eum ad ſimilitudinem Dei; ſicut dicebatur ſupra, cap. 1. quòd Adam creatus fuit ad ſimilitudinem Dei.

Coroll. 1. 2. q. 81. ar. 3. Concil. Trid. ſeſſio. 5. decr. de pec orig. Not. 1. ¶Eadem ergo ratione alij homines etiam iuſti, qualis tunc erat Adam, loquendo de iuſtitia particulari; iuxta illud Sap. 10 Hæc ſapientia illum, qui primus à Deo formatus eſt, eduxit à delicto ſuo: alij, inquam homines, etiam iuſti, gignunt proles ſuas omnes in peccato originali.

¶Dicitur Adam genuiſſe filium ad imaginem ſuam, ut cognoſcas filium eſſe hominem: dicitur genuiſſe illum ad ſimilitudinem ſuam, ut noueris illum eſſe peccatorem Nam imago dicit eſſe naturale; ſimilitudo autem eſſe morale, ſupra primo capitulo circa concl. 22.

2 ¶His tamen (iuxta ſanctorum patrum expoſitionem) ſtantibus, aduertas unum. Quid? Hoc nomen Imago, ſi largè loquamur, quandoque ſumitur in ſacris literis pro hoc nomine ſimilitudo. Vnde tunc ly imago non dicit eſſe naturale, ſed eſſe morale. Vbi accipitur ſic ibi in Apoſtolo, 1. Cor. 15. ſicut portauimus imaginem terreni ita portemus imaginẽ cœleſtis. Nunquid ad eſſe naturale deponendũ hortatur Apoſtolus? Minimè: At ad eſſe morale priſtinum deferendum monet. Ac ſi apertius dixiſſet. Mores primi hominis, i. peccata deponite, quæ hactenus portaſtis; & mores Chriſti cœleſtis induite in poſterum.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 2. cap. 5. deſtruit hæreſes Armenorum, Albanenſium, Pelagianorum, dicentium peccatum originale nullum eſſe; & pueros ipſum non contrahere; & pueros propter illud tollendum non baptizari. Patet enim hic: duo prima eſſe falſa; & implicitè tertium. Damnantur quoque, & conſequenter præſens concluſio firmatur, à Pſal. 50. in perſona omnium dicenti, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Non enim poteſt uniuerſaliter intelligi de peccatis coniugum in actu matrimoniali commiſſorũ: quoniam talis actus non eſt de ſe peccatum, immò quandoque eſt uitæ æternæ meritorius; ut optimè declaratur à ſancto Doctore in Addi. q. 41. ar. 3. & 4. & q. 49. ar. 4. cum Elucid. Nec poteſt intelligi de quibuſuis peccatis perſonalibus, ſeu actualibus, parentum proximorum: quoniam talia peccata non transfunduntur in prolem, ut benè probat idem ſanctus. 1. 2. q. 81 ar. 2. Reſtat igitur, ut oporteat, auctoritatem illam uniuerſaliter exponere de peccato originali, id eſt de peccato primo ipſius Adam, quod per originem traducitur in omnes poſteros ab eo ſecundum rationem ſeminalem deſcendentes: ut rectè probatur ubi. q. 81. ar. 2. & 3. cum Elucid. Damnatur & ab Apoſtolo Rom. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita mors in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerũt. Et quomodo omnes peccaſſent in Adamo: ſi paruuli excluderentur? Immò ut & clarius oſtendat idem Apoſtolus, ſe illã ſententiam intelligere etiam de paruulis, ibidem ſubdit; regnauit mors ab Adam uſque ad Moyſen etiam in eos, qui nõ peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ. Quid eſt, non peccare in ſimilitudinem præuaricationis Adæ? Eſt, non peccare actualiter: quoniam hoc modo, id eſt actualiter, Adam præuaricatus eſt. Peccarunt ergo ſecundum ſcripturã paruuli in Adamo originaliter; ſicut & erant origine in ipſo (ſic intelligitur ly in quo omnes peccauerunt) nõ peccarunt paruuli in eo actualiter, ſicut nec tunc actualiter erant (ſic intelligitur ly qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ) Cæterum autem expoſitionem Eraſmi erroneam ſuper ly in quo omnes peccauerũt: quoniam & deſtruit textũ (ut patet conſideranti rectè præmiſſa) & eſt contra Conciliũ Trid. (ut demonſtratur optimè in Elucid. Addi. ar. num. 295. quas uide). Damnantur & a Concilio Maleuitano per Papã Innocentium in epiſtola ad ipſum reſponſiua approbato ca. 2. Placuit: ut quicunque paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat; aut dicit quidem in remiſſionem peccatorum baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro capietur; Anathema ſit. Hæc ibi. Cui Concilio etiam Arauſicanum concordat cap. 5. Item reprobantur ab Eccl. 40. Graue iugum eſt ſuper filios Adam à die exitus de uentre matris eorum; uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Ecce: quòd ſapiens ab effectu peccati originalis, ſcilicet à miſerijs multiplicibus in hac uita à principio uſque ad finem habitis, oſtendit cauſam, i. peccatũ originale. Ac ſi apertius dicat. Sicut effectus ille peccati originalis eſt ſuper omnes filios Adam: ita & cauſa ipſa, quæ eſt peccatum originale. Nec mireris, quòd, effectum peccati huius remanere per totam uitam, dicat ſapiens: quoniam peccatũ originale quamuis in baptizatis tranſeat quoad reatum, id eſt totum id, quod ueram peccati rationem habet; manet tamen quò ad actum concupiſcentiæ, ſiue fomitis, & alias pœnas corporis: ut monſtrat Concilium Trid. ſeſſ. 5. decret. de peccato origi. Et hoc uoluit dicere ſapiens de illo graui iugo; etiam quòd remota ſit illius iugi cauſa, id eſt peccatũ, cum pœna æterna, in aliquibus, id eſt in baptizatis. Damnantur & ab hoc Concilio Trid. ibid. Si quis Adæ præuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagationi aſſerit nocuiſſe; & acceptam a Deo ſanctitatem: & iuſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli,

ſoli, & non nobis etiam perdidiſſe; aut illum per inobedientiæ peccatum mortem; & pœnas corporis tantum in omne genus humanū tranſfudiſſe, non autem & peccatum, quod eſt mors animæ; Anathema ſit. Si quis paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint a baptizatis parentibus orti, aut dicit, in remiſſionem quidem peccatorum baptizari, ſed nihil ex Adam trahere peccati originalis, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad uitā æternam conſequendam; Anathema ſit. Hæc ibi. De iſto peccato originali uidere ex abundanti potes compend. Albert. lib. 3. cap. 8. 9. cum ſchol. & lib. 4. cap. 4, cum ſchol.

Tex. GEnuit filium ad imag. & ſimil. ſuam vocauitque nomen eius Seth. Vixit quoque Seth &c. Et mortuus eſt.

Concl. 5. *Seth fuit homo natus in peccato originali, ſubiectusq; miſerijs, ut alij.* [Ex eo.]

Ratio. ILLA, quæ ſpectant ad miſeriam cęterorum in hoc capitulo deſcriptorum, puta q ſubiecti fuerint reuolutionibus temporis dierum annorum, q poſtea ſint mortui (ſub nomine mortis cointelliguntur omnes etiam aliæ pęnę corporales. ſupra cap. 2. con. 11.) hæc, inquàm, omnia attribuuntur ipſi Seth. Quinimò iſtud, quod eſt naſci in peccato originali, quamuis omnibus ſit commune (ut oſtenſum eſt cap. eod. con. 2.) tamen dicitur in ſpeciali de Seth, tanquàm de primo genito poſt Abel occiſum. Licet enim Abel ipſe, ſicut & Caym, fęminæque altę, ab Adamo ante ipſum Seth concepti & geniti fuerint in peccato originali; quia tamen in hac recapitulatione generationis ab Adamo deſcendentis de Abel &c. dignis reſpectibus hic ab expoſitoribus expreſſis, nulla fit mentio; ſed a Seth inchoatur: ideò de illo, tanquam de omnium & anteceſſorum & ſucceſſorum exemplari, annotatur in textu, q peccatum originale contraxit (ut ſuprà cap. eod. con. 2. monſtratum eſt.)

Not. ¶ Circa temporum annumerationes in cap. præſenti factas de hominibus hic narratis diligenter aduerte differentiam inter iſtos, & in quartò cap. recenſitos. Non enim penſandum eſt: ſcripturam in horum omnium deſcriptione ſine legitima cauſa obſeruaſſe diſcrimen, & maxime tantum. Audi. In cap. 4. circa perſonas illas neque numerum dierum aut annorum, neque terminum, puta mortem aſſignat. Nam ibi ſimpliciter dicitur, q talis genuit talem, puta q Enoch genuit Irad, q Irad genuit Mauiael; & non dicitur, q uixerit tanto uel minori tempore, neque q mortuus ſit: cum tamen certiſſimum ſit, illas perſonas nec ſine tempore uixiſſe, nec mortem euaſiſſe. In quinto cap. autem annotatur utrunque: puta dicendo, facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum; & mortuus eſt. Vbi & circa computum annorum, ad maiorem quarti capituli differentiam, conſiderat: q non ſummatim ſolùm, ſed etiam diſtinctim per partes, ipſum fieri ſcriptura curauit. Antequàm enim dicatur, facti ſunt omnes dies Seth. 912. annorum, dicitur; uixit Seth. 105. annis, & genuit Enos; uixitque Seth, poſtquam genuit Enos, 807. annis, genuitque filios & filias. Putanda ne eſt tanta inter prædicta diſcretio caſu contigiſſe? Abſit: ut ſine illius mira prouidentia, qui ſingulas mariuum guttas ſapienter annumerauit, quicquam in ſacro ſuo eloquio poſitū uel non poſitum eſſe credamus. Quid ergo? Dicendum: q dies impiorum apud Deum reputari pro nihilo, bonorum autem pro maximo, denotauit illa de utrorumque annis ſcripturarum diuerſitas. Itemque bonos præ oculis mortem ſibi crebrò ſtatuere, ad benèque moriendum uitam ſuam ordinare; malos uerò neutrum horum perficere; deſignauit præmiſſa de amborum morte uarietas. Hinc de impiorum tempore loquens pſalmus 89. ait, quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt: cum tamen de bonorum duratione prædictum fuiſſet in pſal. 72. dies pleni inuenientur in eis. Nec mirum: quoniam boni horas ſuas in opere uirtutum, quæ ſolide ſunt, expendere ſatagunt; mali autem in ocijs, quæ ad inſtar ſiliquarum præ uacuitate corda humana non ſatiant, conſumere curant. De malis quippè prophetatum olim eſt & pſalm. 77. defecerunt in uanitate dies eorum: de bonis uerò è contra, uidelicet, iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit uſque ad perfectam diem. Cùm itaque Deus noſter ſit Deus ueritatis pſalmus 30. & non uanitatis: dies iuſtorum, utpote luci uetæ dicatos, libro ſuo inſcriptos habet, tanquam eos approbans; iniuſtorum autem, ueluti nihilum ante ſe, ab eodem repellit. Quòd uerò de morte ſit diuerſa conſideratio bonorum atque malorum (ut præmiſſum eſt) omnis qui vel hoc unum ſapientis conſilium illud, Memorare nouiſſima tua & in ęternum non peccabis, attendere uoluerit, facilè iudicabit. Si enim effectus cordialis memorationis nouiſſimorum eſt non peccare in ęternum; & iniuſtos videat quis, peccare in ęternum idest mortaliter: cauſam vtique iſte habebit inferendi, q ij nunquam vel abſolutè, vel modo illo, quo voluit ſapiens, memorantur nouiſſima ſua. Econtrario autem ſi, ſtante illo effectu, videat quis iuſtos vitare vel omninò vel quantum ſibi ipſis poſſibile eſt, peccata mortalia: nonnè ſumet indè argumentum, q ipſi nouiſſima ſępè meditantur? Sapienti illi correſpondens B. Hieronymus, in epiſt. ad Paulinum de omnib. diui. hyſt. lib. cap. 8. dicebat, facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum. Ac ſi, in propoſito noſtro, diceret. Ab effectu iſto, qui eſt, facilè contemnere omnia tranſitoria, habes: quomodo poſſis argumentari ad hoc, & q iuſti ſepiùs cogitant, ſe eſſe morituros: & q iniuſti non item. Cęterùm quis dicat. Ad ſcripturas ſupra in cap. 4. & 5. dictas quomodo hæc duplex iuſtorum, iniuſtorumq; differentia faciat? Hoc vtique modo: quia a Caym deſcendentes, quales repræſentatur in quarto, erant impij; a Seth verò deriuati, quales aſſignantur in quinto, erant pij, in vnius ſcilicet veri Dei cultu fideliter permanentes.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 3. cap. 5. deſtruit hæreſim Sethianorum dicentium: ipſum Seth fuiſſe Chriſtum Ieſum. Deſtruit & idolatriā ſuperſtitioſam eorundem: qui adorabant ipſum Seth, aſſerentes eundem eſſe natum ex ſuperna matre, quæ cum ſuperno patre conuenit, vt indè ſemen filiorum Dei naſceretur. Hic enim patet, totum illud de natiuitate ipſius Seth eſſe fabuloſum. Nā expreſſè dicitur in textu; quòd Adam genuit Seth ad ſimilitudinem ſuam. Hoc eſt. Originali iuſtitia deſtitutus originali iuſtitia deſtitutū, homo terrenus hominem terrenum, miſer miſerum; & (vt breuibus plura concludam) natura filium iræ, ſicut & cæteri, vt habet Apoſtolus Eph. 2. Vide ſupra conc. 2. in fin. & 3. in princip. Patet etiam hic: quòd Seth non eſt adorandus, adoratione ſcilicet latriæ; de qua ipſi Sethiani intendebant. Alioquin, ſi adorationem latriæ non exhibuiſſent prędicto Seth, nō eſſet; quòd D. Auguſtinus in lib. de hęres. cap. 19. eos de idolatria notaret: quoniam eum qui latriam alteri a uero Deo non exhibet, ſed alterius generis adorationem, idolatram uocare eſt ignorare propriam vocem; id quod de Auguſtino ſentiendum non eſt. Patet ergo hic, vt tangebatur, quòd Seth non eſt adoratione illa colendus. Nam per totum capitulum diſcurrens inuenis ipſum eſſe non Deum, ſed hominem varijs miſerijs tum animæ, tū corporis ſubiectū (ut in principio huius concluſionis 3. oſtenſum eſt). Nec poteſt, vt idolatria in hoc euitetur, dici: quòd Seth fuerit non ſolum homo, ſed etiam Deus; ſicut dicitur de Chriſto: & quia culpam originalem contraxit (ſuprà con. 5. 3.), & quia uerè non fuit Chriſtus (ut nunc monſtrabitur). Damnatur itaque & à regulis fidei ab Auguſtino traditis in lib. de fid. ad Petr. cap. 29. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: neque Angelos, neque aliam quamlibet creaturam, eiuſdem naturæ eſſe, cuius eſt ſecundum naturalem diuinitatem ſuā ſumma trinitas, qui eſt vnus naturaliter Deus, Pater & filius & ſpiritusſanctus. Neque enim vnius naturæ eſſe poterit ille, qui fecit, & ea, quæ fecit. Hæc ibi. Per hoc ergo, quod oſtendit Auguſtinus, ipſum Seth non eſſe naturaliter Deū, monſtrat ſimul: q nō eſt adoratione latriæ colendus: & conſequenter de idolatria damnat omnes, qui eum taliter adorant. Reprobantur & à Papa Innoc. III. in Concilio Generali. Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur. q unus ſolus eſt verus Deus, vnum vniuerſorum principium. Hæc ibi. Vnde per hoc, quòd dicit ipſum Seth non eſſe principium vniuerſorum, dici cointelligitur neceſſariò, quòd non eſt adorandus adoratione conuenienti huic principio, quæ eſt latria. 2. 2. q. 84. & Compend. Alber. li. 5. cap. 58. ſchol.

ſchol.

Huc applicabis ad eius damnationem & rationes & auctoritate multiplici ſecundam dicta in pri. pa q. 13. ar. 10. tum in text. tum in Elucid. Patet demum ex præſenti cõcluſione text. Geneſis: hæreticum eſſe dicere, quod Seth fuerit Chriſtus, ſeu Meſſias. Seth namque in prima mundi ætate naſcitur, ex viro & femina, extra Bethleem Iudæ; non fuit virgo, non legis euangelicæ lator, non fecit miracula, non ſimul Deus fuit & homo, non a diſcipulo traditus, non a Iudæis per manus gentium illuſus, flagellatus, ſputis dehoneſtatus, ſpinis coronatus, neque crucifixus, non ſurrexit a mortuis, nec aſcendit in cœlum, nec ſuper diſcipulos ſuos miſit ſpiritum ſanctum, nec per illos ab erroribus immanibus ad ſalutiferæ veritatis notitiam conuertit mundum: cùm tamen hæc omnia de uero Chriſto prænunciata fuerint in ſcripturis ſanctis per ſeruos Dei Prophetas, & iuxta ipſorum prænunciationem aſſatim adimpleta; vtpote quòd in ultima mundi ætate, quòd de uirgine, quod in Beth. Iudæ naſceretur, quod ipſe futurus eſſet ſemper virgo, quòd legis nouæ lator, quòd miraculorum patrator, quòd Deus ſimul & homo, quòd &c. (vt patet in ſacris literis, caecitatis). Quomodo ergo poteſt Seth eſſe Chriſtus?

Text. **ET mortuus eſt.**

Concl. 4. *Mors differri poteſt, ſed à nullo uitari poteſt.* [Ex eo.]

Ratio. MVLTI ſunt hominum diuerſorum in hoc capitulo narrantur plus & minus viuentium (Hoc intelligimus per ly mors differri poteſt); Et poſt tot annos de ſingulis ſubditur, & mortuus eſt. Quare hoc? Ad illud, quod nunc docemus, ſignificandum. Statutum igitur hinc ſcias omnibus hominibus ſemel mori. Heb. 9.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

EA Concluſio 4 cap. 5. & declaratur, & confirmatur ſententialiter, à Sancto Doctore in Addit. q. 78. art. 1. vbi, poſtquam per titulum interrogauit, vtrum mors ſit terminus à quo reſurrectionis in omnibus, i. an omnes morientur antequam reſurgant, reſpondens inquit: quòd ſuper hac quæſtione variè loquuntur ſancti; ſecurior tamen, & communior eſt hæc opinio, quòd omnes morientur: & a morte omnes reſurgent. Quòd verò omnes ſint morituri probat tripliciter. Ratione ſcilicet diuinæ iuſtitiæ: quia ipſa pro peccato Adami humanam naturam damnauit, vt omnes ab eo ſeminaliter deſcendentes mortis debitores eſſent. Ratione quoque diuinæ ſcripturæ: quia ipſa omnes dicit eſſe reſurrecturos; & reſurrectio magis videtur propriè conuenire ei, quod per mortem cecidit. Ratione etiam ordinis naturæ: cuius eſt non tranſire de extremo ad extremum, niſi per aliquod medium; & cuius eſt nõ, niſi mediante motu cœli, manere aliquid in vim ab ipſo cœlo dependente. Vnde ex his concludendum relinquit pro manifeſto: quòd opinio dicens, ſingulos fore actualiter morituros, eſt magis & diuinæ iuſtitiæ, & ſacræ ſcripturæ, & ordini naturæ, concordans. Præterea ex reſponſione ibi ad argumentum tertium habetur: quòd ex miſericordia Dei erit, ſi mortem corporalem condonauerit alicui, i. ſi ei conceſſerit vt non moriatur. Ex omnibus præmiſſis collige tu: quod attenta diuina iuſtitia in ſuo rigore, & ſacra ſcriptura in ſuo apertiori ſenſu, & ordine naturæ præciſè conſiderato, neceſſarium eſt, quòd omnes actu moriantur (id quod ſub alijs verbis ibi Sanctus Doctor in fine corporis concluſit): ſed attento priuilegio miſericordiæ diuinæ & iuſtitiã ſuam temperante, & ſcripturæ ſenſum magis occultum, licèt verum, admittente, & naturæ ordinem ſuperante, poteſt teneri, quòd aliquis non morietur. Cęterùm, vt plenius omnia prædicta, & multa alia in reſponſionibus argumentorum, intelligas; vide ibi ſuprà in Additio. diligenter & textum; & Elucidationes. Pro nunc aduertas: concluſioni præſenti. 4. cap 5. multa ſcripturarum fauere. Puta 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur. Hæc ibi. Vbi loquitur per totum illud capitulum de reſurrectione. Videtur ergo velle etiam concludere, conuertendo illam propoſitionem: quòd ſicut per Chriſti meritum omnes, nemine dempto, reſurgent corporaliter; ita ex demerito Adam omnes, nemine dempto, morientur corporaliter. Rurſum ibid. Quod ſeminas, non viuificatur, niſi priùs moriatur. Hæc ibi. Vbi ex ſimilitudine grani ſeminati, & poſtea interueniente morte pullulantis, tractat de reſurrectione hominum poſt mortem ad vitam redeuntiũ. Rurſus ibid. Omnes quidem dormiemus. Vbi enim tranſlatio latina habet, omnes quidem reſurgemus: ibi ſecundum textus Græcos (teſte Hieron.) dicitur, omnes quidem dormiemus. Vide Hieronymum in epiſto. ad Mineruium & Alexandrum monachos; Et Elucid. addi. ar. nu 326. 329. 330. & Diuum Thomam ſuper Apoſtolum ibi. 1. Cor. 15. Hinc illud ſymboli, viuos & mortuos, intelliges comparatiuè, non abſolutè. Hoc eſt. Ad mortuos per multum tempus, mortui per vnum diem tantum vel menſem comparati dicentur viui, & illi mortui: licèt & iſti omnes re vera quandoque mortui fuerint.

AMbulauit Enoch cum Deo, quia tulit eum Deus. *Text.*

Conclu. 5. *Enoch propter fidei meritum tranſlatus eſt.* [Ex eo.]

AMBVLAVIT cum Deo accipitur pro, cõplacuit Deo: *Ratio.* Alioquin ſuperfluitas in texto videretur, dum replicaretur Enoch tranſlatum eſſe. Et confirmatur acceptio illa, de ly ſcilicet ambulauit cum Deo, per Apoſtolum ad Heb. cap. 11. Dicit enim ibi, quòd Enoch ante tranſlationem habuit teſtimonium placuiſſe Deo. In toto autem iſto capitulo non inuenis hoc teſtimonium; niſi exponas ly ambulauit cum Deo, ſicut expoſuimus. Et quia placere Deo præſupponit fidem, vt ibi habes Apoſtolus; ideò diximus in concluſione, quòd propter meritum fidei trãſlatus eſt Enoch. Id quod ibi quoque habetur ab Apoſtolo.

APPENDIX.

HINC habes, quòd ſpes uitæ æternæ data eſt figuraliter, (ratione, ſcilicet huius tranſlationis in paradiſum terreſtrem) etiam in ſtatu naturæ. Ergo Deus nullo tempore defuit: quin & factis (mitto, quod verbis hoc fecerit; nam apertiſſimũ eſt) homines in æternorum deſiderium erexerit. Nam ſi in ſtatu naturæ, qui ſtatus eſt infimus, hoc facit, vt hic de Enoch patet; multo magis in alijs ſtatibus. Et licet argumentum hoc ſufficiat ad aſtruendum intentum noſtrum; clariſſimè tamen de hoc in ſcripturis teſtimonia habentur. De ſtatu enim legis ſcriptæ habes in 4. Regum; quod Elias in terreſtrem (Adhuc enim tunc figuræ vigebant; & introitus cœlorum per terreſtrẽ paradiſum ſignificabatur) paradiſum tranſlatus eſt. De ſtatu autem nouiſſimo. i. ſtatu Euangelij, habes in Marci vltimo, quod Saluator noſter ad cęleſtem, (in hoc enim ſtatu aperta veritas, non amplius in figuris demonſtratur) paradiſum ingreſſus eſt. Habes etiam a Diuo Thoma in duobus locis (ſcilicet in opuſculo de ſymbolo Apoſtolorum, & in libro 4. diſtin 43. art. 3.) quod S. Ioannes Euangeliſta fuit aſſumptus in cœleſtem (vt ſcilicet tranſlatio iſta coæquaretur ſtatui iſti nouiſſimo, & excelleret antiquos de Enoch ſcilicet, & Elia; ſicut ſtatus hic illos ſtatus præcellit) paradiſum in anima & corpore. Vide Compend Alb. lib. 7. cap. 22. ſchol. Nonne & de Beatiſſima Dei matre idipſum ſentiendum eſt? Sic ergo in omnibus ſtatibus tranſlationes (ſecundum tamen ſtatuum conuenientiam) in paradiſum factæ fuerunt: Vt vineæ ſuæ nunquam deeſſet paterfamilias.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HAEC Concluſio 5 cap. 5. deſtruit hæreſim Marcionis dicentis: Enoch apud inferos manere, eò quod ad Chriſtum illuc deſcendentem non acceſſerit. Patere enim poteſt hinc ſapienti cuilibet totaliter oppoſitum. Si enim cum Deo ambulauit Enoch; quid cõſequentiæ habet, quod apud inferos maneat? Immò conſequentiam illam optimam infert: quòd ipſe apud inferos non maneat. Non enim dixit Pſ. 72. Quòd adhærere Deo, quod eſt ambulareque cum eo, ſit apud inferos manere: ſed in perſona omnium ſibi ſimilium dixit, Mihi adhærere Deo bonum eſt.

Rurſum Pſal. 118. dixit, Beati qui ambulant in lege Domini; & Pſal. 127. Beati omnes, qui ambulant in uijs eius: tantum abeſt, ut aliquis ambulet cũ Deo, & maneat apud inferos. Damnatur quoque multipliciter à dictis ſup. Gen. 4. con. 2. Marcionis etiam fictio, tanquam huius cauſa adducta apertè ab Apoſtolo damnatur Hebr. 11. Enoch tranſlatus eſt, ne uideret mortem; & non inueniebatur, quia tranſtulit illum Deus. Hoc namque Apoſtoli dictum, iuxta SS. Patrum doctiſſimam expoſitionem denotat; quòd Enoch in paradiſum terreſtrem euectus eſt ſine morte corporea. Cùm ergo non ſit adhuc mortuus Enoch, ſed uſque ad Antichriſti tempora in paradiſo illo maneat, inde tunc cum Helia ibi conſocio 4. Reg. 2. contra perfidiam Antichriſti bonus prædicator uenturus (ut inſinuatur etiam Apoc. 11. Dabo duobus teſtibus meis &c.) & poſt mortem ſuſcitandus, & in celum Domino uocante aſcẽſurus: quomodo fieri poteſt, quòd apud inferos eſſet, quando Chriſtus illuc uſque poſt crucifixionem deſcendit? Si autem Enoch tunc ibi non erat: quomodo accuſari iure poteſt quòd ad Chriſtum ad inferos ſanctorum patrum deſcendentem non acceſſerit? Quòd ſi de hoc, tanquam de ſibi tunc impoſſibili, culpandus meritò non eſt: quomodo dici poteſt quòd propter hanc cauſam nunc maneat apud inferos, nedum in pœnam prædicti delicti a Marcione confictis, inibi alligatus? Non ſolum igitur ſua illa poſitio hæretica eſt, ſed etiã ſui confictoris apertam de ſcripturis, deque ſanctorum doctrinis, ignorantiam demonſtrat. Porrò ſi per inferos, non limbum illum (de quo hactenus locuti ſumus) ſed infernũ damnatorũ Marcion intelligit, quando apud inferos Enoch manere dicit: tunc alia etiam uia eius ſtultitia profliganda eſt. Scripturarum quippè ſeries uona conſideratione attendenda uigilanter eſt: & dicendum. Vbicunque de Enoch ſcriptura ſacra loquitur; ipſum placuiſſe Deo uſque in finẽ teſtatur: ut ſapiens per ſe ex Gen. 5. Hebr. 11. Apoc. 11. comprehendere poteſt. Quomodo igitur ab aliquo uerè erudito concipi unquam poterit: quòd Enoch apud inferos damnatorum ſit condemnatus? Etenim omnis, qui in Dei gratia perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit Matth. 24. Dixi, ſcripturam teſtificari de Enoch, quòd placuerit Deo uſque in finem: quoniam licet ad literam expreſſam ibi nõ dicatur: tamen inde habetur implicitè. Ex eo enim quòd ſcriptura etiam ipſius Enoch narrare intendit; & de iuſtitia eius mentionem ſemper faciens, nihilque prorſus in contrarium unquam adducens, ad terminandum proceſſum uitę eius uenit (ſiuè antè, ſiuè poſt, tranſlationem ipſius loquaris) iure colligimus: quòd ſcriptura, omnibus præmiſſis ſimul conſideratis, inſinuare noluit; ipſum Enoch in bono ſtatu finiſſe uitam ſuam. Præterea Apocalipſis cap. 11. ſub nomina aliorum duorum teſtium hoc ipſum de fine Enoch apertè dicit. Damnatur & ab Elucid. pri. par. ue. nu. 496. 497. Vide Comp. Alber. Mag. lib. 7. cap. 12. ſchol.

Regu de ſcriptionis notarum in ſcriptur.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO SEXTO.

CVm cępiſſent multiplicari &c. Acceperunt filij Dei filius hominum.

Concl. 1. *Ex beneficijs Dei homines mali, ſeu ſuapſte relicti quandoque eliciunt mala.* [Ex eo.]

QVARE volens ſcriptura facere mentionẽ de peccatis multiplicatis facit mentionem de multiplicatione hominũ? Nõnè promptius dixiſſet acceperunt filij Dei filias hominũ, quam dicere; Cum cępiſſent homines multiplicari, acceperunt filij Dei filias hominum? Vtique hoc promptius, & eſt breuius dictum, ſed non erat utilius. Ad quid utilius? Ad exprimendum illud, quod nunc docuimus. Quasi dixiſſet ſcriptura. Quando maximum fiebat a Deo beneficium hominibus, puta multiplicatio illorum ſuper terram, & conſequentes quando pro gratiarum actione peccatis relictis propter Deũ debuerant uirtutibus abundare; tunc maximè homines ipſi peccata multiplicare cęperunt. Peccatum enim erat magnũ filios Dei cum hominum filiabus miſceri: præſertim verò, cum iſta mixtio ea magna concupiſcentia fieret. Vtrunque autem hic erat. Primum quidem quia filij Dei accipiebant in vxores hominum filias: Secundum uerò, & quia ex pulchritudine non ex amore prolis ad hoc potius mouebantur, & quia plures accipiebant, ſecundum quòd ſibi videbatur. Quòd autem ex pulchritudine ad hoc mouerentur principaliter (Nam ex pulchritudine ad hoc ſecundariò moueri non eſt moraliter illicitum) patet ex litera, vbi dicitur: Videntes, quòd eſſent pulchræ acceperunt ſibi uxores. Quòd verò acciperent plures ſecundum phantaſiam ſuam, doceri inde in textu videtur, vbi dicitur: Sibi (id eſt ad voluntatem ſuam, ad concupiſcẽtiam ſuam, hoc eſt ſecundum, quòd uoluntas ſua, vel concupiſcencia ſibi ſuggerebat) ex omnibus, quas elegerant. En pluralitas uxorum ſimul vnius innuitur: & tamen pluralitas iſta eſt contra rationem naturalem, niſi a Deo diſpenſetur (Addit. q. 65. art. 1. 2.) quod hic non erat. Nec ergo reſpectum habebat ad Dei prohibitionem, nec ad affinitatẽ, nec ad conuenientiam, nec ad huiuſmodi; ſed tantum ad ſuã electionem ea concupiſcentia procedentem.

Malum ingeniũ hominũ, & deteſtanda maximè ingratitudo.

APPENDIX.

HINC habes, quòd malitia hominum directè opponitur bonitati, & omnipotentiæ Dei. Quid facit bonitas, & omnipotentia Dei? Elicit bonũ ex malo, ſecundum Diuum Auguſtinum. Quid facit malitia hominum? Elicit ex bono malum; ex meliori peius, ex optimo peſſimum: Quãdo enim maius beneficium eſt a Deo homini malo datum; tanto peius inde, beneficio abutendo, facit peccatum. Quid (vt viam tibi diſcurrendi ſuper hoc aperiamus) inter diuina beneficia maius eſt, quàm beneficium redemptionis? Nullũ certè. Et tamen circa Chriſtum incarnatum, circa Chriſti vitam, miracula, prædicationem, paſſionem, mortem, inſurrexerunt hæreſes, & in numero multæ, & in quantitate magnæ; ut patet exercitatis in lectura conciliorum, uel in ſerie ſymboli Patrum, in quo ideò plura afferuntur verba, ad miſteria ſalutis noſtræ per Chriſtum factæ declarãda, quia plures hæreſes contra beneficia redemptionis labefactanda inſurrexerant, quàm contra perſonam patris, uel etiam ſpiritus ſancti. Quid peius hæreſi? Nihil. Ergo ex maximo beneficio peſſimum: maxime malum hominis malitia. Quid inter ſacramenta excellentius, quàm Euchariſtia? & tñ circa Euchariſtiã, quot hæreſes, quot abuſus, quot contemptus, quot irreuerentiæ, quot mala fuerunt per hominis malitiam adinuenta? Quid interpretes alias dignius, & (pro portione illorum ſeruata) ad ſalutem magis neceſſarium, quam ſacramenta ipſa? Qui tamen uiderit ſacrum Concil. Trid. optimè de ſingulis ſacramentis diſſerens, cognoſcet ex eius ibi tum capitulis, tũ canonibus, quot, & quanta cõtra ſacramenta illa diuina excogitauerit flagitioſorum hominum mira ingratitudo. 1

¶Secundò habes, quòd Iſaias, uoluit admonuiſſe id, quod nos docuimus hic, quando domino inquiebat: Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam. Quare? Quia ex multiplicatione populorum multiplicata eſt congeries delictorũ. Idem & Pſal. 13. & 52. inſinuabat, ubi dicebat: Simul inutiles facti ſunt. Qui? Homines. Quare Inutiles? Quia peccatores. Et unde peccatores? Quia ſimul. Inde namque malum traxerunt, unde bonum trahere debuerant; ſimiles illis, qui in hoc capitulo recenſentur. 2

¶Tertiò habes, quòd Deus pugnat cum hominibus, & homines contra Deum; ſed Deus bonitate ſua eos uincere uellet; Homo ingratitudine ſua ſuperari nollet. 3

¶Pro textu copioſiſſimè intelligendo uide 1. q. 51. art. 3.

NOn permanebit ſpiritus meus in homine in æternum; quia caro eſt: Eruntque dies illius, 120. annorum. *Text.*

Concl. 2. *Deus, antequam peccatorem puniat, & ei punitionem minatur, & ſpacium ei pœnitentiæ offert; & hoc totum facit, ut conuertatur.* [Ex eo.]

ECCE. Deus uult peccatores hos magnos caſtigare; ſed tamen punitionem prius eis minatur, dicens: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum. Et quid ampliùs? Dat eis tempus, & ſpacium? in quo ſibi prouidere (ceſſando ſcilicet à peccatis, & dolendo) ualeant; dum dicit: Erunt dies illorum 120. annorum. *Ratio.*

Ergo

Corol. ¶Ergo miſericors, & miſerator, & iuſtus dominus, Pſal. 111. Iuſtus; quia punire vult: Miſericors; quia punitionem annuntiat, ut illi præcaueant homines: Miſerator: quia ſpatium pœnitendi, & conſequenter pœnas euadendi concedit. Ergo expectat uos dominus, ut miſereatur ueſtri, Eſa. 30. Ergo Deus multus eſt ad ignoſcendum. Eſa. 55. Ergo lento gradu diuina ad ſui uindictam procedit ira: ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Ecce. Poſt tantam expectationē adhuc Deus uult expectare 120. annis, antequam ſe ulciſcatur: ſed tamen iſtam uindictæ tarditatem tanta grauitate, ut cap. 7 patet, meritò compenſauit, ut nihil ſupra. Ergo Deus non punit ſecundum paſſionem iræ, ſed ſecundum iudiciū. Si enim puniret ſecundum paſſionem iræ; tunc citò, & non lentè, ad uindictam procederet. Nam paſſio iræ ultionem uelociter facere inſtigat. Quia autē punit ſecundum iudiciū: ideò non eſt in puniendo præceps, ſed maturus. Vide 1. q. 21. art. 2. cum Elucid. Ergo non mirum, ſi iuſtitia Dei, qua nos punit, uocatur a pſal. 18. 50. iudiciū. Vbi? Ibi. Miſericordiā, & iudicium cantabo tibi domine. Item iudicia domini uera iuſtificata in ſemetipſa. Ergo punitio uniuerſalis peccatorū congruè dicitur dies iudicij. Ergo ira in Deo non dicit paſſionem, ſed tantum punitionem ab ipſo procedentem. Et quòd dico de ira dicendum eſt a fortiori, de furore. Vide 1. q. 3. art. 1. & 2. cum Elucid.

APPENDIX.

1 Hinc habes, quomodo intelligas omnes authoritates illas, quæ Deo attribuūt irā ſeu furorē, & huiuſmodi.
2 Secundò habes, quòd Deus non uult mortem peccatoris. Si enim hanc optaret, non daret ſpacium pœnitentiæ ipſi peccatori. Tertiò habes, quòd Deus eſt præſtabilis ſuper malitia
3 Ioelis 2. hoc eſt, volens dimittere, immo quærens dimittere; & facilè dimittens malitiam. Alioquin ſpacium pœnitētiæ non daret, præſertim non rogatus. Quis de hoc rogauit eum? Quere hic; & non inuenies. Ergo ex bonitate ſua, qua malitiam hominum abolere deſiderat, mouetur ad dandū pœnitentiæ ſpacium. Hanc Dei bonitatem, & deſiderium voluit uiuuiſſe ſcriptura ſacra, dùm introducit Deum à nullo de hoc rogatum, immò à malitia hominum multipliciter exaſperatum, & ad faciendam citò vindictam nimis prouocatum, pœnitentiæ tempus conceſſiſſe, & quidem longum: id quod ad bonitatem, illam Dei magis intelligendam multum facit.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

Iſta concluſio. 2. cap. 6. deſtruit omninò abūdanter hæreticalem blaſfemiam Nouatiani, qua (vt refert Prateolus, tit. Cœleſtiani) ore impio euomere auſus eſt: quòd Deus ſit crudelis. Patet enim hic totaliter oppoſitum. Crudelis nāque eſt: ſubortis cauſis, immò ſine cauſis, alios nullo pœnitentiæ ſpatio dato, punire; immò & inquirere occaſiones, quandoque & iſtas confingere, ut puniantur, &, dùm punit, excedere modum rationabilem punitionis: quæ quidē à Deo prorſus aliena eſſe, hic locus oſtendit. Ecce nunc cauſæ caſtigandi, & quidem magnæ nimis, (ut in cap. narratur) ſubortæ: & tamen his omnibus viſis, benè conſideratis, maximèque ſibi odioſis, Deus non mox caſtigat eos, qui ob hęc caſtigatione nimia digniſſimi ſunt: quinimò illis ipſis tātarum culparum pœnitentiæ ſpatium, & ſanè longum, & ab eorum nemine rogatus, ſua ſola benignitate commotus liberaliter offert, atque promittit. Præterea nō ſolum rationabilē caſtigādi iſtos modum nō exceſſiſſe Deū, ſcriptura hæc monſtrat; ſed è contrario etiam, ipſum iſtos puniſſe citra condignum, declarat. Merebantur iſti, ut ſibi ſpatium pœnitendi tempore illo non daretur; merebantur, vt abſque admonitione per prędicationem Noe facta punirētur; merebantur, ut penitus annihilarentur: & tñ Deus ſpatiū ꝓdictū eis dedit, per ꝓdicationem Noe (de qua. 1. Pet. 3. & 2. Petr. 2.) eos admonuit, ſubmerſos eos non annihilauit. Multa de annihilatione vide in pri. par. q. 104. art. 3. & 4. cum Elucid. Nec obſtat bonitati huic diuinæ, ſi dicatur, quòd peccatores ipſi potius annihilari vellent, quam in tormentis, maximè poſt mortem, eſſe: quoniam peccatorum illorum volitio talis non facit, ꝙ beneficium eſſendi ipſis continuè à bonitate Dei influxum non ſit beneficiū, & ſanè magnum; quia hoc illorum eſſe eſt immortalitati coniunctum, i. eſt eſſe perpetuum. Quid enim; ſi infirmo vinum dulce uideatur amarum? Nūquid guſtus infirmi talis faciet unquam: quòd vinū dulce aut deſinat eſſe ſecundum naturam propriam dulce, aut conuertatur in naturam amaram? Neutrum planè; vt quotidiana etiam experientia docet. Damnatur quoque prædicta hęreſis & ratione & auctoritate multiplici à Sancto Eccleſiæ doctore Thoma in pri. par. art. num. 31. 32. 33. 34. cum Elucid. Vide ibi ꝓſertim ar. 32. Nō enim poſſibile aliquo modo eſt, vt in ſummo bono reperiatur, vel minima crudelitas (vt penetranti terminos lucidiſſimè patet): Deum uerò eſſe ſummum bonum, in illo articulo efficaciſſimè concluditur. Item damnatur à cantic. cantic. cap. 5. vbi poſtquam Dei humanati ſponſi ſui Eccleſia Sancta plures amabilitatis conditiones enarrauit, dicit; Et totus deſiderabilis. Si totus deſiderabilis, dic tu; ergo ab omni crudelitate alienus: quandoquidem non deſiderabilis, ſed valde odibilis, eſt ipſa crudelitas. Item videbis hanc eſſe damnatam multipliciter tum ratione, tùm auctoritate u pri. par. ar. num. 127. 133. 197. cum Elucid. & ab Addi. art. 431. Rurſum damnatur ſupra a Gen. 3. concl. 11. vbi & citata vide.

TActus dolore cordis intrinſecus; *Text.*
Delebo, inquit, hominem.

Concl. 5. *Deus punit hominem quaſi inuitus, & caſtigat hominem ex amore, & ut pater.* [Ex eo]

Ratio. Si Deus delectaretur punire creaturam; tunc (ut experientia in humanis docet) puniendi ipſam tempus, & occaſionem aduenisſe gauderet. Quia igitur dolet, & maximè dolet de hoc, quòd punturus eſt creaturam, patet, quòd quaſi inuitus punit eam. Quia etiam maximè dolet de hoc, patet, quòd amat creaturam, & quòd ex amore ſuo ad illam mouetur ad puniendum eam. Si enim non amaret illam, non doleret caſtigaturus eam. Si etiam ex amore ad creaturam non moueretur ad puniendum illam: tunc non puniret eam, ne ipſemet de hoc dolorem haberet. Quia igitur multum diligat eam; ideò magis eligit punire illam, & dolere, quàm eam impunitam dimittere in adinuētiones eius. Nonnè igitur tibi in puniendo uidetur pater? Etenim pater dolet, dum caſtigare cogitur filium ſuum, ſed tamen magis caſtigare ipſum eligit, & dolere, quam ſic impunitum dimittere.

Not. ¶Præſentis textus intelligentia multum iuuatur à modo loquendi domini, Iſai. 1. Heu ego conſolabor de hoſtibus, & uindicabor de inimicis meis. Quid eſt ly Heu? Interiectio dolentis. Dolet ergo Deus de hoc, quòd uindicaturus eſt ſe de inimicis ſuis. Et dolore hunc in textu, uindictæ præmittit (tanquàm pater humanus filio ſuo, quem ex demeritis eius flagellare vult) ſic inueſ: Ego facio pœnitētiam, ſentiendo dolorem, antequàm tibi ipſam dem; quàmuis in Deo ſecundum ſe nihil ſit prius, aut poſterius. Et aduerte, ꝙ de uindicatione illa hoſtium ſuorum non ſolum dolet, ſed ēt conſolatur. Non enim ſolum dicit, Heu; ſed & addit, cōſolabor. Facit autem hoc ad deſignandum, ꝙ in uindicatione ipſa ſunt duo: unum, quod eſt materia dolendi; & hoc eſt punitio, ut pœna tantum puniti eſt, aliud, quod eſt materia conſolationis, & hoc eſt iuſtitia diuina ſeu punitio, ut iuſta eſt. Dolere ergo ſe teſtatur, quandocumque punit hoſtes ſuos Deus, & conſolari ſimul; quia & non delectabatur in perditionē hoīum, quod cruditatem punientis dicit, & iuſtitiā diligit, quod bonitatem magnā punientis concernit.

APPENDIX.

Hinc habes, quòd Deo magnas gratias agere debet homo, quando caſtigatur ab ipſo. Nam hoc (ſcilicet ab ipſo caſtigari) eſt optimum ſignum amoris Dei erga hominem. Niſi enim Deus hominem amaret, hominem non caſtigaret. 1

¶Secundò habes: ꝙ gratias tunc debet agere Deo non tātum ob hoc, quia tunc amare oſtendit hominem, ſed etiam ob hoc; ut ſcilicet Dei mitiget dolorem ex caſtigatione habitum. Si enim dolet caſtigando hominem, quia hoc eſt contra voluntatem hominis, gaudebit utiq; vel minus dolebit, quando hoc erit ſecundum aliquam hominis voluntatem. Et quando hoc erit, niſi cum de caſtigatione ſui homo gratias ipſi Deo referet? 2

3 ¶ Tertiò habes, quòd homo minus debet de ſui caſtigatione dolere, quanto magis cognoſcit, caſtigationem ſui non à crudeli domino; ſed à benigniſſimo patre procedere. Quòd ſi id cognouerit homo; cognoſcet etiam, quod omnes ſui punitiones ad ſuammet ſalutem ordinatæ ſunt: Quæ omnia vtique dolorem minuere ſolent afflicti hominis.

Not. ¶ Dolere dicitur Deus metaphoricè, ſicut & pœnitere. Nõ enim paſſiones iſtę ſunt in Deo; ſed effectus tantum: ita q̃ effectus dolentis atque penitentis facit; non autem huiuſmodi paſſionibus afficitur? 1.q.21.art.3.cum Elucidat. Quis eſt effectus pœnitentis eſt delere, ſi poteſt, quod fecit. Exemplum: Scripſit quis litteras. De hoc dolet. Quid facit? Delet illas. Quis eſt effectus dolentis in puniendo aliquem? Eſt non caſtigare illum, quantum meretur; & reſarcire, quantũ decet, caſtigao damnum: Et breuiter effectus dolentis, in puniendo, eſt miſcere iuſtitiæ punitiuæ miſericordiam, & concomitanter, & conſequenter. Concomitanter quidem, quia punit aliquem citra condignum: Conſequenter uerò; quia iam demulcere, quantum decet, nititur. Hos omnes effectus egit Deus in hoc facto, vt ex litera præſenti, & ſequenti patet; & conſequenter pœnitutur, atque doluit. Vis cernere pœnitentis effectum de Deo uerificari? Delebo, inquit, hominem, quem feci. Vis & uidere dolentis effectum? Annihilari merueras homo, & tantum ſubmergitur; ecce quòd punitur citra condignum: Non reſtaurari meruerat homo, tamen reſtaurationis pignus accipit; ecce, quòd Deus hominẽ à ſe punitum demulcet. Quare enim mandat ipſi Noe; ut in arca ſeruetur cũ animantibus; niſi vt hominem reſtauret, & ea, quæ in hominis obſequium erant? Siſte pedem hic acute lector, & Dei bonitatem perſpice. Non tantum hominem; ſed etiam ad hominem ſpectãtia quantumuis minutula; qualia reptilia ſunt, ex amore ad hominem, a quo tam inſigniter offenſus fuerat, diligentiſſimè, vt in textu finali patet, reficere curat. Heus tu, ſi tantam Deus bonitatem exercet in hominem peccatorem, quantam putas exercebit in hominẽ pœnitentem? Talem Dei miſericordiam in puniendo attendens Dauid elegit à Deo puniri magis, quam ab homine, & dixit, 2.Reg.4. Melius eſt ut incidam in manus Domini; Multæ enim ſunt miſericordiæ eius. Ad nonnulla prædictorum melius capienda, uide 1.q.19.ar.7.& q.21.ar.3.4.cum Elucid.

¶ Aduerte, q̃ miſericordia Dei magna ualde hic fuit, quæ inſinuatur in tex. ly tactus dolore cordis intrinſecus. Miſericordia, quia tactus dolore; magna, quia dolore cordis; magna ualde, quia cordis intrinſecus. Quid etenim eſt dolor cordis intrinſecus; niſi dolor uſque ad ultimas radices cordis pertingens; & conſequenter, ut in propoſito loquamur, miſericordiam non quamcunque, nec qualitercunque magnam, ſed ualde magnam ſignificans? Propter hoc tamen non deſtiti Deus, quin in homine, cuius uicẽ tantopere dolebat, iuſtitiam ſuam magnam ualde exequeretur. Adeò, q̃ miſericordiam ualde grandem non impediuit, iuſtitia grandis ualde; nec èconuerſo miſericordia tanta abſtulit iuſtitiã tantam. Et hoc, ut inde cognoſceres, & q̃ nihil ſibiinuicẽ, aut ſibi ipſi in Deo contrariatur; & quòd uniuerſæ uiæ domini miſericordia, & ueritas ꝓportionaliter ſunt; & q̃ peccatores non debent facere magnum forum miſericordiæ Dei impunitatem ſibi promittendo; & quòd ly pœnitet ſtat anthonomaticè in textu, ut correſpondeat prædictæ miſericordiæ, idest dicit deletionem non qualemcunque, ſed in propoſito maximam. Nõnè hominis deletionem maximam exercuit, quando uniuerſos homines, octo ſolum demptis, exterminauit? quando animantia terramq; in ſeruitium hominis facta deleuit? quando tantis imbres ſuper terrã pluit, ut aqua altiſſimos montes, cubitis etiã quindecim, ſuperaret? In tribus his profectò maximam deletionem hominis factã fuiſſe cognoſcimus. Omnia enim iſta fecit Deus, ut in hominis caſtigationem reſultarẽt; quemadmodum & de facto uſque etiam in præſentem diem, reſultauerunt, ut infra declaratur in concluſione.4.quæſt.vltima.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

Dulciſſimũ Cor Domini Dei, noſtri, atq; ergo be- CONCLVSIO hæc 3.cap.6. manifeſtiſſimè, à fortiori totaliter pelliundat illam hereticam blaſfemiam Nouatiani, qua dixit Deum eſſe crudelem. Patet enim hic totum omninò oppoſitum. Damnantur & à Luc.19. Videns ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens &c. Ecce Deus idẽ, qui in hoc Geneſis capitulo deſcribitur, ſed humanatus aſſumpſit paſſionem, qua poſcet etiam ſecundum affectum dolere, ſecundumque illum affectum ſuper ciuitatem fleuit, & doluit: quamuis fuiſſet, eſſetque actualiter ab ipſa, & quidem multipliciter, offenſus, ac offendendus. Sed adhuc mirum in modum benigniſſima Dei ipſius clementia commendatur, hæreſiſque prædicta condemnatur: ſi cauſa fletus Domini noſtri adducatur in medium. Quare ſic amatiſſimè fleuit? Quia erat ipſam (iuſtitia de peccatis eorum ſic exigente) caſtigaturus, & magnopere quidem: ut patet in contextu, & homil.39.B.Grego. Papę. Da mihi hominem quempiam, uel parum, crudelem: qui de inimicis ſuis uindictam ſumpturus ſit; à quibus inimicis etiam adhuc incõmoda plurima ſeſe propter iniquitatem cordis illorũ habiturum, ſaltem ueriſimiliter ſuſpicetur. Nonnè talis homo tunc, crudelitatis illa ſcintilla ſuggerente, lętatur de tali occaſione contra inimicos ſibi oblata? Imò uerò præ lętitia, præ tripudio, præ exultatione, uix apud ſe conſiſtit. Hinc rogo, hinc perpende lector: quam clementiſſimus ſit Deus, & ab omni, uel minus minima, crudelitate remotiſſimus; cũ non ſolùm non gaudeat, ſed è contrario cordialiter; externèque fleat ſuper ciuitatem inimicam ſibi, quam etiam poſt iuſtiſſimam caſtigationem ſcit certiſſimè inimicitias grauiſſimas contra ſe Deum adhue exercitaturam. Quis tantam Dei dulcedinem capiat? Ex fletu igitur iſto, qui ueraciter proceſſit ex dolore ſecundum affectum, quo dominus noſter Ieſus Chriſtus tactus fuit in corde, & corde intrinſecus; idest uſque ad profundiſſima cordis intima demonſtratur ad literam optimè, & damnatio blaſfemię Nouatiani, & ueritas cõcluſionis, & adimpletio doloris affectiui a dolore methaphorico in tex. Geo. narrato præfigurati. Per hoc enim de Deo dictum in Geneſi figurabatur; q̃ futurum erat aliquando, q̃ Deus ipſe de malitia hominum, & de pœnis pro tali malitia eis infligendis, doleret, inquantum pœnæ ſunt; & doleret corde idest ſecundum affectum cordialem: Et conſequenter per hoc idem figurabatur, q̃ Deus ipſe, de quo tunc iſta uerificabantur ſecundum metaphoram quandam, aſſumpturus erat carnem; mediante qua, paſſione uera dolore cordis intrinſecùs prædictis de cauſis tangeretur. Reprobatur & à Gen.3.concl.11.& cap.6.con.2. Item a Marc.10. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. Hæc ibi. Ac ſi apertiùs dicat. Adeò bonus eſt Deus; ut ſua bonitas uideatur ſola reperiri in uniuerſo, quocunque te uerteris. Cum ergo bonitates multæ de facto reperiantur in rebus creatis, & hoc ipſum Marcus ſciret: dicendum neceſſariò reſtat, ut per hoc uoluerit dicere, q̃ ſolus Deus eſt bonus per eſſentiam, idest eſt eſſentialiter ſua bonitas. Nam bonitates alię omnes, de quibus nunc tactum, ſunt per participationem, non per eſſentiam, bonitates: idest deriuantur à Deo in creaturam, ita q̃ eſſentia creaturę non eſt ipſamet bonitas, ſed participans ſeu recipiens aliquam bonitatem. At Deus non tantum habet bonitatem a nullo mendicatam; ſed, magis propriè loquendo, Deus eſt ipſamet bonitas. Per hoc igitur demonſtrat Marcus: q̃ bonitas Dei nihil poteſt crudelitatis quantumcunque minimę uel alterius cuiuſuis contrarij habere admixtum. Vt ſub exemplo dicamus. Calidum, ſeu res calida, poteſt ſecum aliquam uel paruulam frigiditatem cõpati admixtam (ut experientia quotidiana declarat): ſed caliditas non poteſt, etiam ſi fingendi licentia detur, ſecum admittere qualitercunque paruulam frigiditatem. Alioquin ſi aliquid, uel minus minimo, frigiditatis commixtum admitteret; iam ampliùs caliditas neque eſſe neque fingi poſſet, ſed calidum. Pariter ergo. Bonum, ſeu res bona, ſecum poteſt aliquam paruulam mali permixtionem compati (ut in humanis patet quotidie): ſed bonitas nihil omninò mali, etiam ſi per fictionem intelligere contrarium coneris, poteſt ſecum admittere mixtum. Alioquin bonitas non eſſet bonitas; ſed ſolummodò bonum, ſeu res bona. Rejcitur & ab Exo.12.con.6. item a Leuit.1. con.6. & cap 26.con.11.12. item à Num.11.con.12. Item à pſalmo 144. Suauis Dominus uniuerſis. Et à pſalmo 91. Rectus dominus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Vbi nota ly uniuerſis, ly non eſt iniquitas ly in eo. Per hæc enim ſcriptura teſtificatur: & q̃ damnatis etiam, Deus quantum in ſeipſo eſt, ſuauis exiſtit; & q̃ nulla iniquitas, ac per conſequens nulla crudelitas nec aliquod aliud ſiniſtrum, eſt in Domino; & conſequenter q̃ crudelitas talis, uel tale ſiniſtrum eſt in iis, qui Deum talem eſſe reputant: iuxta illud Pſal.17. Deum ſic alloquentus, Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo per-

mines ne terrimũ.

Aureũ.

uerterit. Pro cuius literaliſſima expoſitione u. de Elucid. Addi. art num.434. notanon.poſt ſecundum. Condemnatur hęreſis illa & ab Elucid.pri.par.ar.num.ea 7.128.133.198.

Tex. DIſperdam eos cum terra ab homine vſque ad animalia, & à reptili vſque ad volucres cœli.

Ratio. Concl. 4. *In peccati deteſtationem quandoque puniuntur ea, quæ cum peccatore conuerſantur, etiam quòd ipſa nullo modo peccauerint.* [Ex eo.]

SOLVS homo peccauit; & tamen illa, quæ non peccauerunt, propter peccatum hominis puniuntur. Diſperdam, inquit, eos cum terra. Ecce terra ob hominum delicta punitur. Quare? Quia terra eſt illa, in qua peccata exercuerunt homines, licet nec mortaliter, nec etiam venialiter terra peccauerit, immò nec leuiſſimè peccare potuerit. Vſque ad animantia, inquit, à reptili vſque ad volucres cœli. Ecce animantia terreſtria, & pedes habentia, Vſque ad animantia, & pedibus carentia, A reptili, & animantia aerea, Volucres cœli ob hominum iniquitates ad mortem adducuntur. Quare? Quia huiuſmodi omnia conuerſabantur in terra (volucres etiam, cibum inde ſumendo, & ibi quieſcendo), in qua peccata fecerant homines; licet nullo modo, ut de terra intelligebatur, peccaſſent, immò nec peccare potuiſſent. Vide quantum Deus deteſtatur peccata, & peccatores; quando etiam cum peccatoribus manētes, etiam quòd non peccauerint, immò & impeccabiles fuerint, ob peccatorum conuiuentiũ delicta ſeueriſſimè caſtigat.

Coroll. ¶Ergo ne mireris, ſi ſupra tertio, punitus eſt ſerpens animal brutum impeccabile; ſi maledicta eſt terra impeccabilis. Quare? Quia & ſerpens fuit inſtrumentum diaboli peccatum per os eius ſuadentis; & terra fuit, in qua Adam peccatum patrauit. Ne mireris quoque, ſi in lib. Exodi percipitur, puniri iumentum, cum quo coierit homo. Ne mireris etiam, ſi non tantum voluntas, quæ peccatur, ſed etiam omnes corporis partes in inferno puniuntur, vel in vita illa. Ergo, ab oppoſitis, ne mireris, ſi terra tota, & cœlum (vt in Apocalipſi habes) renouabitur; quia propter virtutes Sanctorum olim in terra, poſt in cęlo conſiſtentium hoc fiet. Si nunc propter delicta in terra conſiſtentium, terra diſperſa fuit, vt hic dicitur; multò magis tunc propter virtutes in terra olim conſiſtentium terra renouanda erit. Nam Deus magis ad remunerandum bonos pius eſt, quàm ad puniendos malos. Præceſſit autem terræ caſtigatio; quia, ſecundum Apoſtolum, prius, quod eſt animale, & deinde quod ſpirituale. Tacco interim rationes prædictę renouationis optimas poſitas à D. Tho in Addit. q. 91. art. 1. 2. 3. 4. & alias, quæ ponuntur in Compend Alb. lib. 7. cap. 15 & 20. Ad quæ tamen loca te remitto; cōcernendo etiam cum primo ſuas Elucidationes, & cum ſecundo ſua ſchol. Item reuertendo ad literam textus, & inde argumentando ab oppoſitis, ne mireris, ſi non tantum voluntas, quæ benefit; ſed & tota anima & totum corpus in cęlo pręmiabitur (Addit. q. 91. 93 art. &c. cum Elucid.) immò etiam ſi quandoque, quoad aliquid, in hac vita. Ob hoc legitur Geneſis 20. Quòd Sarra erat ita pulchra, vt rex in ſuam vxorem eam ſumere voluerit: Et tamen, vt habetur 16. 18. erat Sarra vetula nimis ita, ve ipſi deſijſſent fieri muliebria. Ob id etiam legitur, Ioſue 14. quòd Caleb ita erat ualens & ad ambulandum, & ad pugnandum, quando erat 85. annorum; ſicut quando fuerat 45. annorum. Ob id quoque leges, Deuteron. 34. quòd Moyſi oculus non caligauit, nec dentes eius moti ſunt; licèt eſſet centum viginti annorum, & tantos labores ſuſtinuiſſet. Nonne vides etiam nūc reliquias Sanctorum, ac Sanctarum à tot annis ſeruari integras, pulchras, recentes, ac redolentes? Ecce quòd Deus remunerat corpora virtuoſorum, tanquam coniuncta voluntatis

2. Mach. cap. 9. inſtrumenta, etiam in uita præſenti. Intellige oppoſita de reproborum corporibus. Ob id enim legitur in lib Machabæorum, quòd ex Antiochi corpore adhuc uiuentis, uermes,

Cap. 12. & fœtor plurimus emergebat. Item & in actibus Apoſtolorum, quòd Herodis corpus adhuc uiuentis uermibus ſcatebat, & quòd ab angelo percuſſus interijt. Nunquid non in his omnibus & deteſtationem maximam peccatorum, & dilectionem maximam virtuoſorum, quas ſcilicet Deus erga utroſq; habet, apertiſſimè conſpicis? Iudicia ergo Dei abyſſus multa; uera tamen ſemper, & iuſtificata in ſemetipſa.

Not. ¶In ſignum, quòd uniuerſa per cap. narrata in deteſtationē peccati, ſecundum quòd in concluſione declarauimus, exterminata ſunt, eſt, quòd piſces mortui non ſunt. Si namque punirentur ſupradicta ea eo tantùm, quòd in ſeruitium hominum creata ſunt, utique & piſces punirentur. Nam quis neſciat in humanum ſeruitium piſces eſſe creatos? Quoniam igitur cætera (demptis piſcibus) omnia in ſeruitium hominis facta caſtigata ad mortem uſque fuerunt; dicendum reſtat, quòd alia ſimul ratione punita ſunt, quàm ſeruitutis ad homines. Quę autem ratio eſt conuenientior, quàm illa, quam in concluſione diximus? Conuenientior ſanè ratio illa tantò magis apparet, quantò magis idem per oppoſitum, i. in bonum legimus eſſe factum, & de Phutiſare propter inhabitationē cum Ioſeph, Gen. 39. & de Laban propter inhabitationem cum Iacob, Geneſis 30. Standum igitur eſt in ratione concluſionis.

QVÆSTIO.

QVomodo animata illa ſint punita, clarum eſt; at quomodò terra punita ſit non uidetur. Animata enim morte deleta fuerunt; terra uerò cum inanimata ſit, quomodo mori potuit? Quod ſi mori non potuit, quomodo uerificatur illud à Deo, dictum, & ergo diſperdam eos cum terra? Quòd ſi dicatur, quòd ideircò diſperſa à Deo, nunc dicitur, quia ſterilis facta eſt; quomodo ſtabit, quòd ſuprà cap. 3. modo tali, ſcilicet in ſterilitatem eam redigendo, à Deo diſperſa propter Adami peccatum fuit? Si enim tunc diſperſa eſt, quomodo nunc diſperdenda dicitur, quaſi prius diſperſa nō fuerit? Hæc nanque pœna, diſperſio ſcilicet terræ, tanquam nouum quid, ob nouum delictum introducitur.

RESPONSIO.

VErum quidem eſt, quòd terra, ſupra cap. 3. modo, quo obijcitur, diſperſa fuit. Hoc tamen & uerum eſt, quòd nunc recentet diſperſa eſt. Fuit nè, inquis, hoc nouum quid? Fuit, & non fuit. Non fuit, ſi conſideretur ſterilitas abſolutè; cùm & antea ſterilitate punita ſit, ut affertur, fuit autem ſi conſideretur ſterilitatis quantitas, ſeu modus. Poſterior enim, quæ nunc facta eſt, ſterilitas uniuerſalis tanta fuit; vt ad iſtam quantitatem primò facta ſterilitas non peruenerit. In huius ſignum eſt, quòd non niſi poſt diluuium diſpenſatio carnium facta fuit, ut infra ex cap. 9. trahitur. Prius enim ante diluuium terræ naſcentia meliora erant, & abundantiora: Et ideo terræ naſcentia tantùm & non carnes homini concedebantur, ut ex primo cap. ſupra habes. Pòſt autem ſic deteriorata ſunt, & ad paucitatem redacta, ut carnibus ueſci hominibus concedere aliquo modo neceſſarium fuerit. Hæc autem ſterilitas terræ prouenit ex inundatione aquarum ſalſarum ſuper eam. Rupti nanque fuerunt, infra ſeptem omnes fontes abyſſi magnæ, i. Oceani maris, vel huiuſmodi.

¶Propter illa, quæ in concluſione dicta ſunt, non culpantur illæ perſonæ; quæ cum peccatoribus ob horum conuerſionem procurandam conuerſantur. Cæterùm per hoc monentur omnes: ut ſibi, quantum cum Deo poſſunt, caueant, ne cohabitent hominibus diſcolis, & ſi non propter conſcientiam, ſaltem propter diuinam iram hic depictam.

REpleta eſt terra &c. & Noe cum Deo ambulauit. Tex.

Concl. 5. *Totus mundus non ſufficit ad peruertendum hominem, etiam quibuſcunque malis exemplis, ſi ipſe homo non uult.* [Ex eo.]

ECCE generationes illæ peſſimæ erant, & tamen Noe inter illas manens, atque conuerſans, non peruertitur. Generationes illæ continuè malitiam, ſaltem exemplis, ipſi Noe ſuadebant, & tamen ipſum à bonitate diuellere non ualebant. Simile quid habes de Loth infrà, ut elicitur ex capitulis 13. & 19. Ratio.

APPENDIX.

HINC apertiſſimè habes, quòd uoluntas hominis ſola eſt efficax ſuorum peccatorum cauſa. Rurſum, quòd debilis eſt hoſtis, qui non poteſt uincere, niſi uolentem, ſecundum Gregorium. Item, quòd nullus cogitur ad malum, ſicut, ſecundum

cundum Damaſcenum, nec cogitur ad iuſtitiam. Num clariſſimè liberum arbitrium hinc aſpicis?

Tex. NOè inuenit gratiam coram domino, & fuit perfectus in generationibus ſuis.

Concl. 6. *Dei gratia poteſt præſeruare hominem à peccato in quocunque periculo, & conſeruare in bono.* [Ex eo.]

Ratio. EN Dei gratia ipſum Noe in tanto periculo cadendi præſeruat, ne cadat, & ipſum in perfectione cuſtodit.

Coroll. ¶Ergo non mirum, ſi Deo canat Pſalm. Si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Rurſus: Dominus illuminatio mea & ſalus mea, ſcilicet
Pſal. 26. per gratiam ſuam; Quem timebo? Iterum: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Ergo non mi-
2.Co.12. rum, ſi ad Apoſtolum in periculo exiſtentem dicitur à Deo: Sufficit tibi gratia mea. Item non mirum, ſi Deus per Eſaiam
Iſa. 43. dicat ad animam in gratia ſua exiſtentẽ: Cùm ambulaueris in igne non combureris; & flamma non ardebit in te. Ergo
Pſal. 17. rectè dixit Dauid: In Deo meo, i. in gratia Dei mei, tranſgrediar murum, i. quoduis impedimentum.

APPENDIX.

HINC habes, quòd quando quis à gratia Dei habita decidit; hoc non eſt ex defectu gratiæ. Poteſt ſiquidem gratia Dei in quolibet periculo hominem à malo protegere, & in bono, ut hic uidemus, conſeruare. Quam gratiæ potentiam attendit Ioannes, quando in ſua Canonica dicebat:
1.Io.3. Qui habet ſemen Dei, i. gratiam Dei, in ſe, non peccat, nec peccare poteſt. Quaſi dicat: Si potentiam gratiæ Dei attendas; nunquam peccabit homo Dei gratiam habens. Si enim ſic peccaret; utique gratia Dei non eſſet ſufficiens ad illum in quouis periculo ſeruandum, & in bono, & à malo. Quia uerò ſufficiens maximè eſt ad hoc; ideo ex gratiæ defectu non poteſt unquã peccare homo gratia Dei ſemel ueſtitus. Quòd ſi peccauerit, ut de facto multi fecerunt; Vnde hoc erit? A ſufficienti diuiſione dicere cogeris, quòd peccabit ex libero ſuo arbitrio. Sic ergo gratia Dei iſti peccanti non de-
Cap. 12. fuit. Hoc adnotaſſe uoluit Apoſtolus, quando ad Hebræos aiebat: Ne quis ueſtrum deſit gratiæ Dei. Vide. Quare non dicit: Ne cui ueſtrum gratia Dei deſit? Quia peccare non eſt ex defectu gratiæ; ſed tantum ex uolubilitate liberi arbitrij, atque defectu (contra excuſantes peccata, & hæreticos). Ob hoc Chriſtus dicit Ioan. 6. Qui uenit ad me, non eijciã eum foras. Si enim ex defectu gratiæ peccata procederent alicuius in gratia exiſtentis (is dicitur hic ueniſſe ad Chriſtum;) tunc Chriſtus eijceret eum foras.

NOT. CONTRA HÆR.

PESTIFEROS errores circa huiuſmodi ex mala Diaboli officina nonnulli deduxerũt, uel aliàs adinuenerunt: Et ideo, ne quando erres in ijs, aduerte ſequentia. Confirmantur & declarantur præmiſſa ex Concil. Trident. ſeſſ. 6 cap. 11. dicente: Deus ſemel ſua gratia iuſtificatos non deſerit, niſi priùs ab eis deſeratur. Hæc ibi. & cap. 13. De perſeuerantiæ munere nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim (niſi ipſi illius gratiæ defuerint) ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet; operans uelle, & perficere. Hæc ibi. Quin & anathemate in contrariam, concluſio prædicta confirmatur ex eodem Concilio Triden. ſeſſ. 6 can. 22. Si quis dixerit iuſtificatum, uel ſine auxilio Dei in accepta gratia perſeuerare poſſe, uel cum eo non poſſe, Anathema ſit. Hæc ibi. Vnde etiam patet: quòd ipſius Noe illa præſeruatio, conſeruatio, & perſeuerantia fuit ex ſpeciali auxilio Dei in ipſo Noe uolentis, ac operantis. Antedicta itaque & concluſio, & pro concluſione, deſtruunt hæreſes, a Concil. etiam olim condemnatas.

OMnis caro corruperat uiam ſuam &c. Noe iuſtus &c. Tex.

Concl. 7. *Deus ſic bonus eſt, ut etiam tempore malorum penè infinitorum hominibus malis relinquat bonos.* [Ex eo.]

OMNES declinauerant tunc; & tamen Deus pro bonitate ſua iuſtum Noe eodem tempore mundo illi donauit. Ratio.
Videbatur Deus terram dereliquiſſe, cum ex peccatis tota terra ſcateret; & tamen ſe terræ meminiſſe Deus oſtendit, qñ Noe à peccatis illis remotum ipſi dedit. En Dei bonitas immenſa. Offenditur Deus à tota terra, & Deus ipſe tunc totam terram tanto munere antea donatam nõ priuat. Nunquid non vides hic, quod ſapientia vincit malitiam? Et quidem, vt id agnoſcas, hoc fecit Deus.

¶Simile quid factum legis, 3 Reg. 19. tempore Heliæ: & Not.
allegatum, Rom. 11. ab Apoſtolo. Tunc enim Helias putabat ſe ſolum eſſe relictum in tempore tantarum iniquitatũ; quando à Deo audiuit: decem quoque millia bonorum ſuperfuiſſe, qui non curuauerant genua ſua ante Baal. Nonne & hoc vides ſimile eſſe factum paſſionis Chriſti tempore? Vtique. Nam toto mundo à fide nudato, ſola Beatiſſima Virgo mater Dei fidem viuam integrè conſeruauit. Tandem Antichriſti temporibus, quãdo redundabit iniquitas, Enoch iuſtus cum Helia inter malos comparebunt, Apocal. 11. immò & tunc inter tanta pericula fides propagabitur, vt habes in Compend. Alb. Mag. lib. 7. cap. 7. ſchol.

APPENDIX.

HINC habes, quòd portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam. Quomodò hoc hinc intelligi- Mat. 16.
tur? Sic; quòd videlicet nullis tentationibus, nulla iniquitatum multiplicatione vnquam fieri poterit: vt fides Eccleſiæ catholicæ, & bonæ perſonæ in totum deficiant. Sic etiam intelligas illud Chriſti ad Petrum. Ego rogaui pro te Petrè, vt non deficiat fides tua. Luc. 22. De hoc vide miranda atque veriſſima in Elucid. Addit. art. num. 74. 49. 78. contra multorum hæreſes & errores.

EX cunctis animantibus bina induces in archam. Tex.

Concl. 8. *Dei iuſtitia punitiua miſericordiam nunquam excludit.* [Ex eo.]

IVSTITIA Dei in diluuio ſubmergente oſtenditur: Ratio.
Miſericordia Dei in archa ſeruante demonſtratur. Et vide, quod non tantum ſeruantur homines; ſed etiam ad hominis ſeruitium ſpectantia, i. animantia. Cerne hic igitur iuſtitiam magnam contra hominem, & ſimul miſericordiam magnã erga hominem. Si igitur iuſtitia magna non excludit miſericordiam, & ſanè magnam; hinc vniuerſaliter dicemus, quod iuſtitia punitiua miſericordiam Dei nunquam excludet. Sanctum igitur, & terribile nomen eius: quandocunque Deus Pſ. 110.
terribilis per iuſtitiam, tunc ſimul & ſanctus per miſericordiam apparet. Vide ſuprà eodem concl. 3 per totum, & loca D. Tho. citata in marginibus.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO SEPTIMO.

EX immundis animantibus ſumes &c. & ex mundis. Tex.

Concl. 1. *In Eccleſia præſentis ſeculi etiam mali reponuntur, & ſunt cum bonis.* [Ex eo.]

ARCHA iſta Eccleſiæ typum gerit, 1. Pet. 3. In archa iſta Ratio.
& munda, & immunda collocantur animalia ad ſignificandum, quod in Eccleſia Chriſti non tantùm boni, ſed etiam mali

annumerandi erant. Quòd ſi prorſuiat quis hæreticus obijciēs, quòd argumentum hoc no valet, quoniam a longè (diceret ille) nimia petitur, vtpote ab animantibus brutis ad homines: Tu huic reſpondeas primò obiectionis ſuæ fragilitatem negando; quoniam à piſcibus per ſagenam captis Matth. 13. Chriſtus ad homines rectè arguit. Reſpondeas ſecundò, quòd etiam ſine argumento ſumpto ab illis brutis idem concluditur. In archa enim conſpiciat fuiſſe ipſum Cham, qui malus erat, & reprobus, vt ex cap. 9. & manifeſtè certificabitur de eo, quod in concluſione docetur.

PRO ECCLESIA.
SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 1. cap. 7. deſtruit hæreſim Ioannis Huſs. dicentis: Eccleſiam non continere bonos & malos, ſed ſolos bonos ad eam pertinere. Item hæreſim Ioannis de Rocſſana dicentis: Eccleſiā ex ſolis prędeſtinatis, & in gratia exiſtētibus conſtare malos uerò ad eam non pertinere. Vide concilium Trid. illas damnans ſeſſ 6. can. 18 ubi ait, quòd ſi quis dixerit: eū, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum; Anathema ſit. Vide etiam Conſtantienſe concilium quod ſeſſ. 15. damnat articulos Ioannis Huſs: inter quos continetur & ille, qui communis eſt cum Ioanne de Rocſana. ac propterea damnato uno per concilium cointelligitur damnari & alterum. Adhuc uide acerrimum ſemper, & ſanctæ fidei propugnatorem, atque infidelium expugnatorem, Beatum Thomam de Aquino in 3. q 8. art 3 cum ſcripturis ſacris ibi allatis, unde fantaſiaſticas illuſiones hæreticorum facilè fugabis; & ſpecialiter illam, quam ex Apoſtolo, ipſum non intelligentes, trahere ſe mentiuntur. Inquiunt enim. Dicitur Epheſ. 5 ꝙ Chriſtus tradidit ſemetipſum pro Eccleſia; ut exhiberet ſibi ipſe glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Ergo (inquiunt illi) in Eccleſia Chriſti non continentur mali: quoniam hi habent maculam, i. peccatum mortale, aut rugam. i. peccatum ueniale. O bella deductio. Debuerant iſti, ſtante illa ſua ipſorum ratione, concludere; quòd nec boni nomine Eccleſiæ intelliguntur: quoniam nullus quantumcunque bonus (excepta B. Virgine matre Dei) in tota uita ſua præſenti caret, immò neque ſine ſpeciali priuilegio carere poteſt, ruga. i. peccato ueniali; ſecundum concilium Triden. ſeſſ. 6 can. 23. Quam deductionem ſi feciſſent, ſibi utique uiam aperuiſſent & cognoſcendi propriam ignorantiam circa illud Apoſtoli dictum, & retractandi proprias hæreſes eandè peſſimè contra Apoſtolicum ſenſum à ſeipſis illatas. Reſtat igitur, (quandoquidem aliàs nullam in pręſenti eccleſiam, ut factum eſt, Chriſtus haberet) ꝙ præmiſſa authoritas pro ſtatu patriæ, non autem uiæ, intelligatur, quò ad non habere maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. i. aut potentiam ad habendum illa. Ac ſi apertè dixiſſet Apoſtolus Finis ultimus, quem Chriſtus tradens ſe pro eccleſia, habuit de eccleſia, fuit iſte; ut uidelicet tandem adduceret ipſam in gloriam, ubi uiuet unà ſecum, & abſque omni peccato etiam ueniali ſſimo, & abſque poteſtate peccandi. Vt quid enim de gloria tunc meminiſſ, Eccleſiam ſcilicet glorioſam nocando? Procul dubio; ut, authoritatem hanc pro ſtatu gloriæ tantū intelligendam eſſe, per hoc innueret. Alioquin, ſi de eccleſia pro ſtatu uiæ loqueretur, etiam peccatores baptizatos connumeraſſet. Hoc enim modo de eccleſia. 1. Cor. 1. loquutus fuit per ly eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi; intra quam & ibi, & cap. 5. grauiſſimos peccatores, excommunicationeque dignos, computat; qui tamen dicit, ſe non iudicare de his, qui foris ſunt, i. extra eccleſiam. Quid ad literam planiſſimam clarius & pro damnatione prædictarum hæreſum, & pro retraſione expoſitionis extortæ ab ipſis datæ ſup Ephe 5. Damnauerunt etiam à Nam. a. concl 5.

Text. EX omnibus, quæ mouentur ſuper terram, ingreſſa ſunt in archam.

Concl. 2. *Eccleſia iure catholica dicitur.* [Ex eo.]

Ratio. QVARE ex omnibus illis archa repletur, niſi ad deſignandum, quod diximus? Ideo enim Eccleſiam dici catholicam à ſanctis Patribus didicimus; quia eſt uniuerſaliter ex omnibus gentibus collecta; nec aliquem, qui ad ſe uenerit, ut ſponſum ſuum Chriſtum imitetur, eijcit foras. Diffuſa itaq; eſt per totum orbem, ut hic figuratur.

Corol. ¶ Nullus ergo habet excuſationem; ſi non ingreditur ipſam. Hoc enim non Eccleſię Dei, ſed ſibiipſi, ut & ex ſupradictis habes, imputare debet.

APPENDIX.

HINC habes, quo intelligas illud Apoſtoli: Deus vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire. Intelligitur enim ſic, ꝙ Deus vult, voluntate conſequente, ut declaratur, 1. q. 19. art. 6. ad primum, ſaluos fieri aliquos ex omnibus, licèt non ſingulos omnium. Hunc uerò ſenſum Apocal. clariùs intimauit, cum dixit: Vidi turbam magnā ex omnibus gentibus; tribubus, populis, & linguis; licèt nō ſingulos omnium gentium, tribuum, populorum, & linguarum. Quòd ſi in Eccleſia triumphante, de qua fit ibi ſermo, erant; in Eccleſia militante, per Archam ſignificata, utique priùs fuerant.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA. Concluſ. 2. cap. 7. quæ (ut uidimus in ratione concluſionis primæ) fundatur in D. Petro Apoſtolo, deſtruit hæreſim Donati dicentis: Eccleſiam Chriſti eſſe in Aphrica, nec uſquam niſi iſtic eſſe uerum baptiſma. Item hæreſim Campatum dicentium: Eccleſiā penes ſe ſolos eſſe. Item hæreſim Geraldi Segnerelli, & ſuorū ſectatorum, qui ſe nocabant Apoſtolus (ut refert D. Cardi. Turrecremata, de Eccl. lib. 4. cap. 37.) dicentiū: quòd Eccleſia Dei ſunt ipſi ſoli, qui dicuntur Apoſtoli, & ſunt in illa perfectione, in qua fuerunt Apoſtoli Chriſti. De qua re, ut & abundantius confodiantur uide extrauagantem Honorij papæ quæ incipit Olim felic. record. in qua damnat prędictos pſeudo Apoſtolos cum ipſorum adinuentionibus. Vide, & D. Auguſtinum in lib. contra Donatiſtas optimè eos pluribus modis conuincentem. Damnatas & illas omnes eſſe ſcias, & per conſequens firmatam hanc concluſionem à ſymbolo fidei Apoſtolorum, & omnium ſacrorum conciliorum. ibi: credo Sanctam Eccleſiam Catholicam. Item a Papa Bonifatio. 8. in extrauagan. commun. ubi incipit dicens. Vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam urgente fide, credere cogimur. Hæc ibi. Non eſſet autem Catholica: ſi in uno loco tantum, in uno tēpore tantum, apud aliquos homines tātum, reperiretur; ita ꝙ alibi, alio in tempore, alijs in hominibus eſſe non poſſet. Reſpectu enim horum trium dicitur catholica, ideſt uniuerſalis quod quidem annotatum eſt in ſacris literis. Et de loco quidem Apoſtolus Ro. 9. citans illud Oſeę primo dicit. Et erit. In loco, ubi dictum eſt eis, non plebs mea uos, ibi uocabūtur filij Dei uiui. Sanctus Thomas ſuper epiſt. hanc cap. eod. exponit ly in loco, ideſt in toto mundo. Gentiles namque in toto mundo diſperſi erant quibus olim ea ſententia Domini dictum fuerat non plebs mea vos, & ijdem nunc ad Chriſtum conuerſi in eodē loco manentes vocantur filij Dei viui. Præcecinerā Oſeæ prophetiam, inquit Auguſtinus lib. de ciu. Dei 18. Apoſtoli intellexerūt de vocatione gētiū. Si ergo eſſe in toto mundo, dicit eſſe in omni loco (vt re vera dicit); patet, ꝙ Eccleſia gētium ſecundum ſcripturas dicitur Catholica ratione loci. Taceo: quòd Pſal. 2. ibi Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ; quòd Pſal. 60. ibi, A finibus terræ ad te clamaui; & quòd Pſal. 71. ibi, Dominabitur a mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum; hanc eandem ueritatem aſſerunt; quòd uidelicet, Eccleſia eſt catholica, ratione loci (ut conſideranti illa dicta Pſalmorum patet). Nam in Pſal. 2. pater æternus alloquendo Chriſtum filium ſuum teſtificatur, quòd hæreditas, i. Eccleſia ſponſa fidelis, eius erit in omnibus terminis terræ; & in Pſal. 60. Eadem eccleſia, ſecūdum Aug. ibi pulchrè exponentem, clamare ſe ad Deum à finibus terræ, confitetur, & in Pſal. 71. manifeſtiſſimè ad literam contextualem dicitur, ꝙ dominium, ſeu regnum, filij Dei per incarnationem deſcendentis ad inſtar pluuiæ in uellus, extendetur à mari uſque &c. ideſt ad omnes partes mundi. Quis uerò neſciat: quòd Chriſti regnum eſt ſancta eccleſia

eccleſia

cleſia, in qua ipſe dominatur per ueram fidem? Quia ergo dominium Chriſti eſt catholicum ratione loci, ideſt ad omnes locos orbis terrarum extenditur, ſecundum ſcripturas: ſequitur neceſſariò, quòd, ſecundum eaſdem, Eccleſia Chriſti modo illo ſit catholica. De tempore autem, quò ad eccleſiam fidelem, dicit Dominus Matt. 28. Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Nota; quòd ſecundũ contextum loquitur de ſua nobiſcum exiſtentia per fidem. Vnde ibi præloquitur de baptiſmo, qui eſt ſacramentum fidei, dicens; quòd baptizent homines in nomine patr. &c. Cùm igitur dicit, ego uobiſcum ſum; intelligit per ly ſum, exiſtentiam, non quocunque modo, ſed per fidem: item per ly vobiſcum, intelligit non Apoſtolos ſolum, ſed omnes baptizatos fideles; hoc eſt (quod importat idem) Eccleſia Sanctam, ideſt in lauacro regenerationis ſanctificatã. Non enim Apoſtoli uiuunt in præſenti vita vſque ad conſummationẽ ſeculi: ſed iam diù corpore mortui ſunt. Reſtat igitur ex contextu aperttiſſimũ, quòd Dominus erit per fidem cum omnibus, & conſequenter quòd fideles reperientur, omnibus diebus uſque ad conſummationẽ ſeculi. Siſte pedem, & nota, quòd non dicit, diebus diminutis vel aliqualiter trũcatis: ſed abſolutè dicit, diebus, intelligens profectò per hoc dies ſimpliciter dictos, ideſt integros. Cùm itaque dies integer contineat 24. horas, & nihil minus, patet quòd Chriſtus erit per fidẽ cum Eccleſia quocũque temporis inſtanti; & conſequenter, quòd Eccleſia nunquàm, nec in puncto, deficiet; & conſequenter quòd Eccleſia eſt Catholica, ratione temporis. Ex his dic: quòd illud 2. Theſſal. 2. niſi venerit diſceſſio primũ, & illud Luc. 18. Filius hominis veniens, putas, inueniet fidẽ in terra? intelligũtur tantum comparatiuè; quòd ſcilicet pauci remanebunt in fide, & ſic videbuntur omnes diſceſſiſſe a fide; quoniam parum pro nihilo reputatur. Vide Compen. Alb. lib. 7. ca. 7. ſchol. De hominibus verò, quò ad Eccleſiam, dicitur Apocal. 7. Vidi turbam magnã ex omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis, ſtantes ante thronum. Ergo hi habuerant prius fidem. Ergo Eccleſia eſt Catholica, ratione hominum: inquantum homines de quocũque ſtatu poſſunt conuerti, & baptizari, & ſalui in cœlis fieri.

Aureli.

Tex. VNiuerſa deleta ſunt de terra; & remanſit ſolus Noe, & ea, quæ in archa erant.

Concl. 3. *Extra Eccleſiam non eſt ſalus.* [Ex eo.]

Ratio. ECCE omnia, quæ ſunt extra archam moriuntur ita, ut nihil omninò remaneat. Archa uerò, ut dictum eſt, ſecundum mentem B. Petri figura eſt Eccleſię Dei.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

EA Concluſio 3. cap. 7. deſtruit hæreſim quorundam innominatorum (vt refert D. Card. Turrecre. De eccleſia lib. 1. cap. 21.) dicentiũ: extra Eccleſiam catholicam Romanam homines ſaluari poſſe, quemlibet in ſecta ſua. Item hæreſim Petri Ioannis dicentis: Eccleſiæ Romanæ obedientes ſunt damnati. Patet enim; hinc ſequi totum contrarium. Damnatur & ab Innoc. 3. in maximo generali concilio Lateranenſi, vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia; extra quam nullus omnino ſaluatur: Hæc ibi de ſum. Trin. & fide Cath. c. firmiter. Item à Bonifacio 8. in Extrauag. commun. c. vnam. Nos hanc Eccleſiam firmiter credimus, extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorũ. Hæc ibi. Vbi nota ly hanc, i. Romanam: vt ex cap. diſcurſu patet. Item ab Elucid. pri. par. art. nu. 183. Et Elucid. addit. nu. 74 76 443. Item à 23. diſtinc. cap. qui Epiſcopus. Item damnantur a regulis fidei recitatis ab Auguſtino in libro de fid. ad Pet. cap. 37. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: omnem extra Eccleſiam catholicam baptizatum participẽ fieri non poſſe vitæ æternæ, ſi ante finem uitæ huius nõ fuerit redditus catholicæ, atque incorporatus Eccleſiæ. Nam & in diebus diluuij neminem legimus extra archam potuiſſe ſaluari. Hæc ibi. Ecce: quòd etiam baptizatus, ſi vmat in ſecta alia extra Romanam eccleſiam exiſtente, i. non recognoſcente Romanam Eccleſiam pro matre ſua cui obedire tenetur, non poteſt ſaluari. Nam per Eccleſiam catholicam intelligitur Romana; inquantum eſt mater & magiſtra omnium eccleſiarum Dei, ſecundum concilium Trid. ſeſſ. 7. cano 3. de Bapt. & ſeſſ. 25. decret. de ieiun. Hoc ipſum denotauit Papa Leo nonus in epiſt. ad Michaelem epiſcopũ Conſtantinop. Romana Eccleſia vna, caput & mater eccleſiarum membra & filias non habet? Et quomodo poteſt dici caput, aut mater? Credimus enim, atque conſtanter profitemur: quòd Romana eccleſia adeò non eſt ſola, uel (ſicut tu putas) una; vt in toto orbe terrarum quæcunque natio ſuperbè diſſentit ab ea, non ſit iam dicenda vel habẽda eccleſia aliqua, ſed omnino nulla; quin potius conciliabulum hæreticorum, aut conuenticulum ſchiſmaticorum, & ſynagoga Sathanæ. Hæc ibi. Ad idem facit, quòd eccleſiæ catholicæ unitatem in unius Romani Põtificis communicatione ponit B. Cyprianus Epiſcopus & martyr; in ad Cornelium Papam epiſt. 3. 46. 7. vide 24. quæſtio. 1. cap Loquitur Dominus. Item ibidem. c. a recta. c. memor. c. in ſede. c. quotiens. c. hæc eſt fides. Diligenter etiam vide diſtinc. 93. c. qui cathedram Petri. Damnantur & ibid. cap. 39. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: quemlibet hæreticum, ſiue ſchiſmaticum; In nomine Patris, & Filij & Spiritusſancti baptizatum, ſi eccleſiæ catholicæ nõ fuerit aggregatus, quantaſcunque eleemoſynas fecerit, &, ſi pro Chriſti nomine etiam ſanguinem fuderit, nullatenus poſſe ſaluari. Omni enim homini, qui catholicæ Eccleſiæ non tenet unitatem, neque baptiſmus, neque eleemoſyna quantũlibet copioſa, neq; mors pro nomine Chriſti ſuſcepta, proficere poterit ad ſalutem; quamdiù hæretica, uel ſchiſmatica prauitas in eo perſeuerat, quæ ducit ad mortem. Hæc ibi. Vnde patet etiam; quòd oportet priùs hominem eſſe acceptum Deo, ſi munera eius debeant accepta eſſe eidem: cùm nec ſanguis pro Chriſti nomine effuſus placeat Deo, ſi ipſe ſanguinem ſuum ſic exponens perſeueret in diſplicentia Dei; id quod in primis eſt perſeuerare in eſſe extra catholicam Eccleſiam. Damnantur & ab Exo 12. concluſ 7. & Leuit. 4. concl. 5 & cap. 19 concl 5. Item Nume. 2. concl. 10. & Leuit. 22. concl. 7. Item damnantur à Papa Nicolao primo in epiſt. ad Michaelem Imperatorem, de poteſtate ac dignitate ſedis Apoſtolicæ: & a Papa Leone nono in epiſt aduerſus præſumptiones Michaelis & Leonis archiepiſcoporum c. 7. & 32 & ab eodem Papa Leone in epiſt. ad Petrum epiſc. Antioch. De his vide expreſſas literas in Elucid. Addi. art. nume. 74 circa finem. Quorum dictis adiungas, tanquam pro expoſitione de priuilegio ad obediendum Eccleſiæ Romanæ ab omnibus, decretum in diſt. 22. cap. omnes. & cap. ſacroſancta Romana. Vbi antiquiſſimum Papam Anacletũ, qui fuit quartus (ſecundum Hieronymum) a B. Petro Apoſtolo, de hoc audies. Damnantur, & abundantiſſimè quidẽ, ex dictis in Elucid pri. par. art. num. 183 Vide ibi; quoniam inde, & multam ualde eruditionem ſalutiferam colliges, & contra uenenatas hæreſes (qualea prædictæ ſunt) te optimè communies. & ad alia plurima tibi proficient, ſi illa benè (quod facilè eſt) ad, quæ occurrent, applicaueris. Damnabis eas etiam per Elucid. addi. ar. nu. 93. 94 & per Compend. Alber. lib. 5. cap. 43. ſchol.

FAc tibi archam de lignis &c. Manſiunculas in archa facies. Trecentorum cubitorum erit &c. oſtium archæ pones in latere deorſum. Cœnacula &c. In cubito conſummabis ſummitatem eius. (Hæc ſup. ex cap. 6.). Porrò archa ferebatur ſuper aquas (Hoc ex capitulo. 7.) *Tex.*

Concl. 4. *Archa Noè eccleſiam Dei ſeptem modis figurabat.* [Ex eo.]

PRIMÒ, ſicut ex ligno fabricata eſt archa, & per lignũ *Ratio.*
ibi ſaluatę ſunt animæ: ita ex ligno Crucis pendet ſalus 1
Eccleſiæ. Secundò, Archa fuit ex lignis quadratis compoſita: id quod Eccleſiæ ſtabilitatem denotat. Corpus enim qua- 2
dratum (puta taxillus) ex quacunque parte vertatur, ſtat. Tertiò, Archa ſex uicibus longa magis quàm lata erat, & decem vicibus longa magis; quam alta (cum longitudo eſſet 3
300. cubitorum, latitudo autem 50. & altitudo 30.): id quod

ſignificat ſecūdum Auguſtinum corpus humanum (cum humanum corpus diſpoſitū naturaliter ſit: vt ſit ſexies longum, quam latum; & decies longum; quam groſſum). Per hæc ergo archa deſignabat Eccleſiam; cuius Saluator factus eſt homo ueniēs ad redimendum homines. Quartò, ſicut oſtiū archæ poſitum fuit ex latere: ſic & Chriſto, qui eſt oſtium Ioan.10. fuit apertum latus in cruce: vndè fluxerunt ſanguis, & aqua; quibus ſignificantur ſacramenta, per quæ formata eſt Eccleſia. Et nota, ex S. Vincentio ord. præd. in ſerm. paraſceu. quòd ab inferiori parte ſubtus coſtas immiſſum eſt vulnus lanceæ, quæ poſtea pertranſijt ſuperius vſque ad cor. Quintò: Archa erat bicamerata inferius, & tricamerata ſuperius: id quod ſignificat Eccleſiam conſtare ex iudæis, & gentibus, tanquam bicamerata; & ex tribus filijs Noè, ceu tricameratam, poſt diluuium eſſe reparatam. Sextò Archa inferius erat ampla, ſuperius ſtricta, & in vno cubito cōſummata: id quod ſignificat Eccleſiam eſſe magnæ latitudinis in laicis, ſtrictioris in prælatis, & in obedientia vnius Papæ protegi. Sicut ergo tota Archa Noè ſtabat ſub uno cubito: ſic tota Eccleſia ſtat ſub vno ſummo Pontifice; & ſicut extra Archa non eſt ſalus, & quicquid ſaluatur in Archa eſt, ſub illo vno cubito; ſic extra Eccleſiam nō eſt vlla ſalus, & quicquid in Eccleſia ſaluatur ſtat ſub obedientia vnius maximi Pontificis. Septimò: ſicut Archa ferebatur ſuper aquas fluctuantes: ita Eccleſia militans in hac vita non ſine fluctuationibus requieſcit. Sed nunquàm ipſæ præualent aduerſus eam: immò Eccleſia omnibus illis ſupernatat, & manet ſuperior. Cæterum de hoc ſeptimo aliquid plus dicendum in concl. cap. ſequent.

¶ Meritò igitur. 1. Petr. 3. ab ipſo Principe Apoſtolorum Archa Noè in figuram Eccleſiæ per baptiſmum ſaluatæ adducitur. Hæc ferè omnia ex Auguſtino. 15. de ciuitat. Dei, & 26.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

PRAEPOSITA Concluſio 4. cap. 7. præſuppoſitiuè facit contra hæreſim Marcionis dicentis: Noè non eſſe ſaluum, ſed apud inferos manere, eò quod ad Chriſtum non acceſſerit. Præſupponimus enim hic totum contrarium. Nam in cap. 6. textu dicitur: quod Noè, qui huius Archæ fuit fabricator, inuenit gratiam Domini, & erat iuſtus, atque inter tot tantoſq; peccatores perfectus. De hoc etiam Noè in principio præſentis cap. inſinuatur; quod propter eius merita domus tota ſaluabatur; & conſequenter totus mūdus poſt diluuium ſumtus uſque in finem ſeculi; cùm poſt non niſi à domo ipſius Noè ſint multiplicatæ gentes in toto mundo. In principio nanque cap. dicitur a Domino ad Noè: Ingredere tu, & omnis domus tua, in archam. Te enim uidi iuſtum coram me. Quare non dicit (ut uidebatur conſequens) uos enim uidi iuſtos; ſed dixit, te enim uidi iuſtum? Vt hinc agnoſceres; & quod cauſa ſalutis totius domus Noè fuit iuſtitia ipſius Noè: & vt poſtquàm in cap. 6. notificauerat ſcriptura tibi iuſtitiam eius, nunc in cap. 7. notificet magnitudinem iuſtitiæ eiuſdem. Talis autem magnitudo conſiſtit in hoc, quod iſta Noè iuſtitia erat ſufficiens ad merendum uitam æternam ipſi Noè dandam tempore opportuno; quod tempus iuxta ſanctos eccleſiæ Doctores fuit deſcenſus Chriſti ad inferos. Ideò ad id ſignificandum addidit ly coram me: ſicut & ſuprà ad idem dixerat ly coram Domino, & ly cū Deo ambulauit. Non enim omnis iuſtus eſt iuſtus coram Domino; neque omnis gratia eſt gratia coram Domino: cùm tamen ſola iuſtitia, ſeu gratia, coram Domino mereri poſſit uitam æternam, eiusque conſecutionem, operanti, (ut oportet) ſecundum illam; alijs iuſtitijs, puta ſimulata merente pœnam, & morali reali merente largo modo ſolùm temporalia. Non fecit hic finem ſcriptura enarrandi iuſtitiam eiuſdem Noè gratam Deo; ſed in cap. 8. proſecuta dicit, quod odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis tunc, quando Noe ædificato altari Domino impoſuit holocauſta de cunctis pecoribus, & uolucribus mundis; & cap. 9. adhuc proſequendo inquit, quòd Deus benedixit ipſi Noè, & pactum ſtatuit ſecū, & cum omni poſteritate eius, ut in textu: id quod utique magnam infert amicitiam eſſe inter Deum & Noè. Mortem denique ipſius, nulla mentione facta in contrarium circa iuſtitiam eius prænarratam, deſcribit dicens: impleti ſunt omnes dies eius 950. annorum, & mortuus eſt. Vnde regulā deſcriptionis uitarum in ſcripturis, ſupra Gen. 5. concl. 5. in fi. Licet enim de Enoch ibi adducatur talis mos ſcripturarum; tamen uniuerſaliter de omnibus ſimilibus conuelligendus eſt, puta de Abel, de Noè, de &c. Nam de ſimilibus idem eſt iudicium. Nec obſtat præmiſſis, quòd ſcriptura ante mortē facit mentionem de ebrietate ipſius Noè: quoniā talis ebrietas non fuit contra iuſtitiam, quia nec peccatum. Quamuis enim ebrietas intēta & uolita ſit peccatum ei, qui inebriatur: tamen ueniens totaliter præter intentionem bibentis, & negligentiam, non eſt ipſi peccatum. Vnde S. Tho. 2. 2. q. 150. ar. 1. ait. Ebrietas ex nimia uini fortitudine præter opinionē bibentis, præcipuè ſi non ex negligentia hominis contingat; poteſt accidere ſine peccato: & ſic creditur Noè inebriatus fuiſſe, vt legitur Gen. 9. Hæc ibi. Vbi & multa de ebrietate per totam illam quæſtionem videre potes, in confirmationem prædictorum. Damnatur & Marcionis præpoſita hæreſis ab Apoſtolo Hæbr. 11. vbi Sanctorum plurimorum cathalogū ſcribens inter cæteros Sanctos ponit Noè dicens. Fide Noè reſponſo accepto, de his, quæ adhuc non videbantur, metuēs aptauit Archam in ſalutem domus ſuæ: per quam damnauit mundum, & iuſtitiæ, quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. Hæc ibi. Qui & poſt multa in eod. cap. ſubinfert. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti &c. Operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones: Ecce, quam clarum reliquit Apoſtolus nobis; & quod Noè mortuus ſit in gratia Dei, quoniā iuxta fidem ex charitate operantem defunctum illum dicit: & quòd Noè ſit nunc in regno cælorum operantibus iuſtitiā promiſſo, quoniam adeptum eum repromiſſiones aſſerit. Vnde manifeſtum relinquitur: quod eſt hæreticum negare, aliquem (ſiuè Noè, ſiuè Abel, ſiuè &c. dēpto Enoch, quē ipſemet a morte præteritum excipit) in hoc capitulo poſitorum, uel defunctum fuiſſe in bono ſtatu, vel eſſe nunc in cœleſti paradiſo. Nec aliquatenus obſtat, quòd idem Apoſtolus in fin. inquit, eos non accepiſſe repromiſſionem; quoniam ibi in fin. loquitur de repromiſſione gloriæ corporum (ut Catholicè doctores exponunt); cùm tamen prius, in ly adepti ſunt repromiſſiones, locutus fuerit de gloria animarum. Vnde & diuerſa phraſi vtitur: quoniam in plurali prius dicit, repromiſſiones; in ſingulari poſt inquit, repromiſſionem. Nam & ſunt variæ dignitates animarum, & vna eſt reſurrectiō corporum: vt ibi Sanctus Anſelmus obſeruat. Vide Gen. 4. con. 2. & hinc indeque, ualidiſſim contra hæreſes ſimiles te iuua.

CONCLVSIONES EX GENESIS. Tract.

CAPITVLO OCTAVO.

REquieuit Archa ſuper montes Armeniæ: At uerò aquæ decreſcebāt. Concl. 1. *Eccleſia perſecutores ex ſeipſis deficient poſtquam ipſam Eccleſiam in altum perſequendo eleuauerint, ipſa in ſublimi remanente.* [Ex eo.]

Ex aquæ archam in montes Armeniæ eleuatam dimiſerunt. Ipſæque ſunt ad nihilum tandem nullo perſequente deductæ. *Ratio.*

¶ Exempla multa de hoc & pluris facienda habes in Eccleſia maximè in primitiua. Hæc namque, ut in hiſtoria Eccleſiaſtica, & tripartita & alijs de uitis ſanctorum habetur, ex tribulationibus ſemper ſeipſa altior effecta; huiuſce aduerſarij ex ſeipſis defecerunt. Et hoc maximum argumentum eſt fidei noſtræ, quod ſupra fides catholica quid diuinum ſit: id quod & nolentes concedere fateri coguntur, ſi uel tantillum diſcurſus argumento huic apponant. Et omnes Eccleſiæ hoſtes quomodo ſunt diminuti? Non Eccleſia certè illos tāgente, ne dicam perſequente ergo falſitate ſua, quæ inſtabilis ſemper eſt, inſtabiles facti ſunt: cùm abhominabiles fiant homines ſicut eſt illa, quæ diligunt. Et Eccleſia vndique procellis agitata quomodo nō deleta eſt immò quomodò ſemper ſaluata, quomòdò ſemper aucta? Non armis certè ſecuti hanc; immò crudeli morte ergo ueritate, *Not.* *Veritas ex ſe proficit: mendacium ex ſe deficit.*

quæ

que Deus eſt, non deleta, ſaluata, & aucta. Quis unquàm audiuit: quod mors uitam producat? Hoc fuit in Eccleſia ſecũdũ illud 2. Cor. 4. mors operatur in nobis. Quis unquàm opinatus eſt: quòd uita totalem ſuorum deſtructionem faceret? Hoc fuit in aduerſarijs Eccleſiæ. Ergo melius eſt mori in Eccleſia: quam uiuere extra. Ergo melior eſt mors in Eccleſia: quam uita extra ipſam. Ergo Eccleſia nunquàm deficiet. Nam ſi uiuit in morte, quantò magis uiuet in uita, quæ Chriſtus eſt? Vide Compend. Alb. lib. 7. cap. 7. ſchol.

APPENDIX.

HINC hẽs primò: quòd tribulationes ſunt cauſa eleuationis Eccleſiæ; ſeu profectus ſpiritualis. Nam aquæ fuerunt cauſa eleuationis Archæ in Montes Armeniæ. Aquæ autem tribulationes; Montes verò Armeniæ ratione eleuationis à terra, ad cęloſq; approximationis profectũ ſpiritualẽ denotãt. Secundò hẽs: quod Deus fecit de perſecutoribus Eccleſiæ; & conſequenter de illis in poſterum faciet: ſicuti facit quis de ſcopis: quibus filium flagellauit. Quid facit hic? Poſtquàm filium ad ſufficientiam flagellauit: ſcopas ipſas, ſeu flagella proijcit, rumpit, diſſoluit, exurit. Quid fecit Deus? Poſtquàm tyrannis ipſis populum ſuum erudiuit (Nunquid non legis, quòd Deus dimiſit in terra Chananęum vel huiuſmodi, vt erudiret Iſraelem? Nam vexatio: quam Chananęus vel huiuſmodi dabat Iſraeli, dat intellectum), ad bonumq; melius attraxit: Tyrannos ipſos ad nihilum deduxit, ipſos proiecit, in gehennæ ignem cremandos immiſit. Tertiò habes: quòd veritas ex ſeipſa conſtans eſt, falſitas verò ex ſeipſa defectiua, atque deficiens. Nunquid non de ueritate ſub nomine terræ legis in Pſalm. 103. ad Deum, Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſeculum ſeculi? Nunquid non de falſitate, ab oppoſitis, Contrarium inferre noſti? Si namque ueritatis hoc proprium eſt, ut ſemper præualeat: falſitatis utique hoc erit proprium, ut ſemper deficiat. Et ſicut ueritatis proprietatem non tollit, quòd aliquando per tempus ſupprimatur; ita falſitatis proprietatem non aufert, quòd quandoque eleuetur atque proficere uideatur: ſicut de aquis iſtis, quæ falſitatẽ falſitatiſuè ſectatores denotant, patet exemplum. Ad tempus enim illę aquę creuerunt, ad tempus in ſublimitate ſua ſteterunt: at nunquam amplius uidendę defecerunt, ac tranſierunt. Si uidiſſes illas tantoperè in altum creſcere, tantas procellas excitare, tantos rumores facere, ſtrepitus tantos ciere; quid dixiſſes? Illæ aquæ (dixiſſes) nunquàm defecturę uidentur. Et tamen in paruo tempore, puta. 140. diebus elapſis, deficere cęperunt: Et in paruiori tempore (ut littera docet) totaliter ſublatę fuerunt. Quod hinc habes? Quòd poſtquam falſitas decreſcere incipit, ſiue poſtquàm diſcooperta fuerit: ad nihilum in breui deducitur. Econtra igitur ueritas poſtquam cognoſci incęperit; in breui ad profectionem maiorem perducitur.

Perſecutores Eccleſia ſpẽ nolentes iuuãt. (2)

Pſal. 20 (3)

Exẽplũ aquarũ diluuij ualde accõmodatũ perturbatoribus Eccleſia. Falſitas non, niſi cooperta, proficit; Sed ueritas econtra.

¶Applica ad Matth. 16. Portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Hic enim patet quòd non tantum non præualebunt aduerſus, ſed ualebunt pro. Et quomodò unquàm præualebunt aduerſus, ſi poſtquàm ualuerint pro, in totum deficirent? Sicut ergo Eccleſia eſt firmamentum & Columna: ita Eccleſię aduerſarij ſunt infirmamentum, & caſus. Quid firmamento firmius? Quid infirmamento infirmius? Vel ad ly &c.

Eccleſia eſt firmamentũ, & hoſtes eius sũt infirmamentum. *1 Tim. 3.*

Text.

DImiſit Coruum qui non reuertabatur, donec ſiccarentur aquæ:

Concl. 2. *Ly Donec, dicit quandoque tempus infinitum.* [Ex eo.]

Ratio. CLARUM eſt, quòd nunquàm Coruus reuerſus eſt ad archam: & tamen dicit, Donec &c. Sed hoc eſt: ac ſi arguat à fortiori ſic. Non reuerſus eſt, antequàm ſiccarentur aquæ; id quod magis uerisimile tunc uidebatur, quàm poſtquàm ſiccatæ ſunt: ergo nunquam reuerſus eſt. Et ſic patet: quod ſacra pagina quandoq; utitur ly Donec, non ad oſtendendũ tempus finitum, poſt quod illud prius negatum fiat, ſed ad oſtendendum tempus infinitum per excluſionem eius, quòd magis erat uerisimile (ut declaratum eſt: Et docuit B. Hieronymus contra hæreticum, de quo mox).

APPENDIX.

HINC habes: quid zelans pro ueritate dicas quando maledictus Eluidius uult inficiari perpetuam B. Mariæ virginitatem: vt recitatur, & damnatur 3. q. 28. ar. & c. ubi omnino ſtude. Hic enim ſciolus accipit pro aſylo ſuo ly donec (ut apparet exercitatus in eius friuolis ſophiſmatibus) in Euangel. Matth. 1. Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Simile huic Gen. textui contra nefandiſſimum Eluidiũ habes in Pſal. 109. dicere, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum; Et 122. ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri. Nunquid poſtquam poſuerit inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorũ: deſinet ſedere a dexteris Dei patris? Abſit. Immo multo à fortiori ſedebit ibi: inquantũ non tantum ibi ſedebit (vt nunc ſedet), ſed etiam ab omnibus ibi ſedere uel uolentibus vel nolentibus cognoſcetur. Nunquid, poſtquam Dominus miſertus fuerit noſtri; oculos noſtros auertemus ab illo, tanquam de beneficio ingrati? Abſit. Imò tunc magis ad illũ oculos leuabimus: inquantũ à nullis obſtaculis, ut prius, impediti ad ipſum tota mente volabimus. Sed cur (inquis) tali modo loquendi vtitur ſcriptura, ſcilicet ly Donec? Nonnè potuiſſet dicere, Coruus nunquam reuerſus eſt; Et nos oculos noſtros nunquam non ad te leuabimus: ex quo ly Donec dicit tempus infinitum, idest ly Nunquam vel ly ſemper? Potuiſſet utique: ſed quod nũc innuit ſecretum, tunc nõ innuiſſet. Quod ſecretum? Quod ſcriptura ſacra de dubioſis antè rebus, idest de his ſæpius, quæ in controuerſiam vocari poſſunt, loqui ſolet nos de illis ſic, vel ſic certificans: non aut de illis, quæ rationis dictamini patent; vtpote relinquẽs illas per rectæ intelligentiæ noſtræ per nos capiendas. Nam hominibus (Ili ratione prędití ſunt) loquitur: Et rationem rectam conſtruit, atque ſupponit; minimè autem (ut ſomniant hæreticorum multi aut omnes) ipſam deſtruit. Quomodo? Audi. Clariſſimũ erat, quod poſt talem inimicorum ſuppeditationem Chriſtus ſuper illos regnaturus eſſet, non autem quod antè ſuppeditationem talẽ ſuper illos eſſet regnaturus: Idcircò de illo, quod non erat clarum nobis, nos certificauit ſcriptura; id uero, quod nobis iuxta rectam rationem liquidiſſimum erat, ſubticuit: per ly Sede a dextris meis, donec &c. Quod autem dico in hac pſalmi auctoritate: dicas uti in omnibus conſimilibus. Sic ergo ſententiæ huiuſmodi dicunt: unum explicitè. ſ. nobis minùs clarum, aliud implicitè. ſ. nobis apertum: illud per locutionem, iſtud per ſilentium, manifeſtando. Vt autem hæc ambo faciant breuius: utuntur ly Donec. Ecce quanta nobis aperiuntur in ſcripturis non per locutionem tantum: ſed etiã per ly aliqualem taciturnitatem.

Regu. 1. uniuerſalis, ſ. quibus loquatur ſcri ptu. uel non.

Regu. 2. uniuerſalis circa loquellã ſcripturarum.

Not. ¶Memento regularum illarum duarum: quoniam & ad multa in ſcripturis ſacris intelligenda facient: & ad falſitates hæreticorum conuincendas. Ex prima namque regula ex ly Donec habita. ſ. quod de his tantum, quæ in controuerſiã uenire poſſunt, loqui ſcripturæ ſolent: non autem de illis, quæ rationis dictamini patent intelliges: quare Euangeliſtæ ſancti de apparitione Chriſti, qua Beatiſſimæ ſuæ matri primò poſt reſurrectionem ſuam apparuit, nullam fecerint mẽtionem. Hincq; de hac illorum taciturnitate non miraberis: ſed potius mirandum fore intelliges, ſi de apparitione prædicta uerbulum aliquod feciſſent. Sed hoc fuſius uide in cõpend. Alb. Mag. lib. 4. c. 23. ſchol. Ex ſecunda regula a ly Donec abſtracta (quod ſ. ſcriptura rationem naturalem conſtruit & ſupponit: non autem deſtruit) hæreticos deridendos intelliges: qui multas ſcripturas, tanquam rationi contrarias, recipere nolunt. Vide circa hoc Eluid. Addit. ar. nu. 331. ad ſecundum, & 362. Appen. Item Eluc. pri. par. nu. 1. Hincque vlterius clariſſimè deduci cõperies, quod qui ſcripturæ ſacræ dictum aliquod (velut hæretici) negant, beſtiæ dicendæ meritò ſunt, non homines. Rationem enim tales ſe non habere id negando proteſtantur: quoniam id negando rationẽ ipſam negant, & conſequenter irrationabili ſenſui adhærent.

¶Si apertius videre vis illud, quod ex Diuo Hieronymo diximus ſupra in ratione concluſionis; quod ly Donec, quandoque infinitum tempus importat; inſpice ad Pſal. 111. Ibi nanque duo verſiculi tibi legenti occurrent: qui ad litteram id apertiſſimè, niſi deſipias, inſinuant. Quid ibi legis? Iocũdus homo, qui miſeretur, & commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio: quia in æternum non commouebitur. Ecce vnus verſiculus. Item Confirmatum eſt cor eius non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos. En alius. Videri:

deinè: quòd ly Donec in ſecundo verſiculo, correſpondet ad ly in æternum, in primo verſiculo præmiſſum? Ac ſi in primo dixiſſet, qui non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos: Et in ſecundo, Non Commouebitur in æternum. Idem ergo valet hic ly donec quod ly in æternum: & per cõſequẽs ly donec, ad literam planam dicit tempus infinitum. Tranſeo: quòd ly Donec in ſecundo poſitum aliter exponi non poteſt. Quid enim conſequentiæ eſt: vt non commoueatur quis, antequàm deſpiciat inimicos ſuos, Et commoueatur, poſtquam inimicos ſuos deſpexerit? Immò magis veriſimile eſt, vt poſt inimicorum deſpectionem non commoueatur, quam q antè. Si ergo antè, de quo dubitari poſſet, non commouebitur, multò plus poſt, de quo non dubitat aliquis, non commouebitur: & conſequenter iſte talis in æternum non commouebitur.

Not. ¶ Contra Heluidium vide Bullam Papæ Pauli IIII. vbi plusquam hæreticus cenſetur negans Virginitatem perpetuã B. Mariæ Matris Dei. Hæc Bulla tangitur infra Num. 8. con. 3. & cap. 18. con. 3.

¶ Applica ad Matth. 1. donec peperit filium ſuum primogenitum. Si antequam pareret illum, Ioſeph eam non cognouit, multò minus, poſtquàm peperit, eã cognouit. Dic ergo. Non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum: hoc eſt, non cognoſcebat eam Ioſeph in æternum. Quare autem non dixerit in æternum, quod facilius eſt intellectu, ſed dixerit ly Donec, cùm tamen hoc non ſit ita clarum: iam dictum eſt. Vel ad &c.

Text. ODoratus eſt dominus odorem ſuauitatis.

Concl. 3. *Sacrificia antiquorum accepta erãt Deo tantum ex deuotione efferentis.* [Ex eo.]

Ratio NOE obtulit holocauſta domino, & dominus non dicitur odoratus holocauſta, ſed tãtum odorem ſuauitatis. Quid eſt odor ſuauitatis? Deuotio utique, & Dei cultus, iuxta illud Apoſtoli: Bonus odor ſumus Chriſti, alijs quidem odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem. Hoc eſt: Nos prædicamus Chriſtum deuotè ab hominibus colendum; & hæc deuotio cultus à nobis prædicata aliquibus placet ſummopere, tanquàm uita, uerèque merentur uitam æternam; aliquibus autem diſplicet ſummopere, tanquam mors, qui indè merentur mortem æternam. Præterea Deus eſt ſpiritus conſequenter ergo non odorat res corporales ut ſic.

Corol. ¶ Ergo in operibus noſtris (excipio ſacramenta nouæ legis, maximè ſacramentum Euchariſtiæ) Deus inſpicit potius deuotionis affectũ, quàm exteriorã operis multiplicationẽ.

¶ Cum nihil ſit propriè Deo acceptum, niſi in charitate fiat, iuxta illud: Charitatem autem nõ habuero nihil ſum, nihil mihi prodeſt. Eſſe autẽ acceptum Deo eſt eſſe aliquid, & multum illi, qui tale facit opus, proficuum; cõſequens eſt, ut ſacrificium ipſius Noè fuerit in charitate factum. Nam ly odoratus eſt dominus, intelligitur, quòd Deus acceptum habuerit ſacrificium illud. Et uniuerſaliter quandocunque in ſcriptura comperis, quòd Deus odoratur aliquid, intellige, quòd Deus habet illud acceptum. Nam illa, quæ nos odoramur formaliter (id eſt quæ odoramus libenter, vel odoramur, ut odoremur; uel nos odorari delectat) accepta per hoc nobis eſſe oſtendimus. Effectum ergo hunc loco ſenſus odoratus intellige, cum dicit: Odoratus eſt dominus: Ita tamen hoc ſumito, vt analogiæ ſemper memineris, quæ ut plurimum exprimitur in Leuitico. Verbi gratia: Odoratus eſt dominus ſacrificium, id eſt gratum habuit: Odoratus eſt odorem ſuauitatis, id eſt gratum valde habuit: Odoratus eſt odorem ſuauiſſimum, id eſt maximè gratum habuit: Hoc in odorem eſt ſuauiſſimum domino, id eſt eſt maximè gratum domino. Ab oppoſitis ergo intellige, q ſunt ſine charitate facta opera; quando dicitur, q anima Dei odit illa, uel q ſunt abominabilia, uel q ſunt oblata fruſtra, uel huiuſmodi. Vide ſup. cap. 4. concl. 1. & 3. Se. n. inuicem iuuant.

¶ Applica ad Mat. 9. Miſericordiã uolo, & non ſacrificiũ .i. ſacrificiũ ſine charitate. Ad hãc. n. cuius effectus deuotio eſt, principaliter inſpicit Deus. Vide ẽt in hoc dicto Mat. ex Oſ. 6. quam uerum ſit, q ſacrificia antiquorum tantum ſecundũ ſe conſiderata non erant à Deo mandata, iuſſa, uolita, nec ipſi accepta. Deus enim non uolebat huiuſmodi ſacrificia ſibi offerri propter ipſas res, q offerebãtur, quaſi illis indigeret: ſed propter aliqua alia, inter quæ præcipuum erat figurare Chriſtum. Vt igitur accepta eſſent maximè Deo, habebant reſpectum ad eum, de quo intellexit Apoſtolus, quando 1. Cor. 10. dicebat: Omnia in figura contingebant illis, & quẽ expreſſerat Rom. 10. Finis legis Chriſtus eſt. Hoc denotauit hic littera, quando, loquens de ſacrificio Noe, fecit mentionem de odore, ac odorabili. Acſi dixiſſet: Sacrificium ipſius Noe acceptauit Deus; quia ad filium ſuum per ſacrificia illa proteſtatum, & ad fidem Noe ſacrificantis aſpexit, quã habebat in illum.

Text. ODoratus &c. et ait: Nequaquàm vltrà maledicam terræ neq; percutiam hominem, ſicut feci.

Concl. 4. *Bonum eſt apud Deum magis diligere illum poſt noua beneficia ab ipſo recepta, & ex hoc ſpecialius eidem aliquod obſequium exhibere, quàm antea: in cuius ſignum eſt, quod illi, qui Deo ſpecialiores referunt gratias de beneficijs nouiter acceptis, maiora dona ab ipſo percipiunt.* [Ex eo.]

Ratio. PRINCIPIO prius Noè a Deo ſalutem domus ſuæ: nũc poſtquàm de perceptis fuit gratus accipit promiſſum à Deo de non delendo vniuerſaliter amplius homine. Nõnè, maior eſt ſalus omnium hominum, quã vnius? Hanc autẽ maiorẽ à Deo beneficiorum pollicitationem, in præmium ſacrificij nouiter deuoto corde ad reddendas gratias de iam receptis beneficijs (puta conſeruationis domus propriæ, & ſeminum omnium creaturarum à diluuio) oblati fuiſſe factam; qui contextum ſcripturæ adductum rectè conſiderat, faciliter intelliget.

Corol. ¶ Ergo gratitudo (de qua in 2. 2. q. 106.) eſt virtus, placet Deo, remuneratur à Deo, fontem diuinæ miſericordiæ nobis aperit. Ergo, ab oppoſitis ingratitudo (de qua in 2. 2. q. 107.) eſt vitium, diſplicet Deo, à Deo punitur, fontem diuinæ miſericordiæ nobis ſiccat. Ergo, ſicut gratus in dono accepto meretur conſeruari, ita ingratus beneficio habito priuari. Ergo patres antiqui ſanctè faciebant, quando pro beneficio aliquo recenter diuinitus accepto in Deum nouo amore inflammati canticum nouiter factum ad honorem eius feruentius perſonabant; vt patet de Eſaia, Moyſe, &c. vide Eſai. 12. Exodi. 15. Eſai. 38. 1. Reg. 2. Abach. 3. Deuter. 32. Tobiæ. 13. Iudit. 16. Lucæ 1. de cantico B. Virginis, & Zachariæ, & Lucæ 2. de cantico Simeonis.

APPENDIX.

HINC habes radicem obcæcationis religioſorũ aliquorum a Deo magis, ac magis beneficiatorum. Habes quoque hinc radices profectus, maioriſque indies illuminationis nonnullorum aliorum. Radix enim obcæcationis, atq; defectus illorũ eſt ingratitudo. Radix autẽ (miſericordia tamen diuina, ut primò prima radice præſuppoſita) illuminationis iſtorum, atque profectus eſt gratitudo. Secundò habes, quòd gratitudo, quæ multiplicationem beneficiorum futurorum, cõfirmationemque præteritorum (vt hic in Noe patet) meretur, eſt nõ tantum gratiarum actio, ſed cum deuotione profuſa. Nam ad deuotionem (de qua in 2. 2. q. 82.) tanquam ad orationis formam, magis attendit Deus, & magis eam penſat, quam ad orationem (de qua in 2. 2. q. 83.) tanquã ad materiam. Nobilior enim eſt forma atque Deo ſimilior, quàm materia.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HAEC Concluſio 4. cap. 8. eſt contra errorem Raymundi Lull, dicentis: quòd homo non debet amare, nec plus amare Deum propter ullam rem, quam ſibi donet, nec propter indulgere ſuum peccatum, nec pro hoc, quòd ſibi multiplicat bona; nec ut det ſibi gloriã cæleſtem, bonaue temporalia (ut de eo ait Dir. inqui. 2. p. q. 9.) Patet enim hinc per exemplum Noè totum contrarium debere fieri. Patet etiam idem ex hoc: q Deus acceptauit maiorem illam gratitudinem ipſius Noè, & poſt hãc

iam

tam multiplicia beneficia contulit ei (ut textus docet): quæ profectò non feciſſet Deus, ſi nō eſſet licitum ipſi Noë plus amare Deum propter donatum ſibi beneficium de præſeruatione à diluuio. Damnatur & ab Eccleſia facto ſuo, per hoc ſcilicet: ꝙ in tempore maiorum beneficiorum à Deo perceptorum, puta in Paſchate, Penthecoſte, Natali Domini &c. maiora amoris indicia profert erga Deum, puta peccata doloroſè confitendo, Euchariſtiam deuotius ſumendo, officia diuinarum laudum ſolennius perſoluendo &c. Damnatur etiam ab ipſa natura gratitudinis, quæ homini quodā modo eſt inſerta: qua per rationem dictatur, ꝙ benefactorem debemus diligere, & ei, vltra hoc, gratias pro quanto poſſumus tam verbis, tum factis, referre. Huic naturali inſtinctui addas in illam philoſophi regulam in lib. Topic. dictam; ſcilicet, ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, ita maxime ad maximè: & uidebis, quam ſit damnabilis error prędictus Raymundi; qui naturalia rationis dictamen tam impudentiſſimè imprudentiſſimè, & patentiſſimè deſtruit. Dicas igitur applicando. Si teneor amare benefactorem (ut natura docet); ergo teneor, magis amare magis benefactorem; Ergo maximè diligere maximè benefactorem (ut regula illa naturę conformis vult): & ad hæc omnia teneor ex ui gratitudinis. i. propter beneficia talia, tot, tantaque recepta. Cum igitur natura etiam brutorum benefactores amet, magis, ac minus; ſecundum quòd magis uel minus benefactores illorum fuerint (ut experientia monſtrat) dicendum: ꝙ error ille damnatur quoque naturaliter à brutis; & damnaretur uoce, ſi facultas talis uocis eis data fuiſſet. Damnatur & ratione multiplici & authoritate à ſancto Thoma Eccleſię doctore in 2.2.q.106.ar. &c. & (exprobrando magnum uitium ingratitudinis). q. 107.ar.&c. Vide tu ibi; & diligenter conſidera; & tantò plus, quantò ingratitudo contra benefactorem Deum eſt infinities deteſtabilior, quàm contra homines, etiam præ omnibus alijs, benefactores. Damnatur & doctrina tota Raymū di Lull à Papa Greg. 11. de conſilio fratrum ſuorum Cardinalium poſt maturam eius diſcuſſionem: ut recitat Directorium Inquiſit. ibid. ubi ſuprà. Poſtremò pro antedictis nota: ꝙ quando dicunt, ꝙ amare Deum propter beneficia eſt licitum immò etiam debitum, accipiunt ly propter, ut dicit rationem amoris ex parte amantis, non ut dicit finem. Quamuis enim debeat beneficiatus ex beneficijs moueri ad amandum, & plus amandum, Deum; non tamen debet amare Deum, niſi propter Deum. Vide infrà cap. 13. con. 6. & 2. 2. q. 27. ar. 3. Et compend. Alb. Mag. lib. 5. cap. 24. ſchol.

Tex. NEquaquam maledicam propter homines: ſenſus enim &c. ab adoleſcentia ſua.

Concl. 5. *Peccatum fragilitatis eſt remiſſibile, i. aliqualem uidetur habere excuſationem apud Deum.* [Ex eo.]

Ratio. ECCE, quòd cum rationali coniunctione infert ſenſus enim &c. Quaſi dicat; Cauſa, ob quam non ita rigidè agam cum homine, eſt aliqualiter ſua fragilitas, & pronitas in malum.

Coroll. ¶Ergo peccatum ignorantiæ eſt etiam quoquomodo apud Deum excuſabile; à ſimili arguendo. Nam ignorantia, dummodò non ſit affectata, ſimilis eſt fragilitati. Sicut enim fragilitas dicit paruitatem uirium, ita ignorantia hæc paruitatē ſcientiæ. Vnde quaſi hæc confirmans Apoſtolus dicit 1. Tim. 1. Miſericordiam conſequutus ſum, quia ignorans feci. Et Pſal. 77. Non accendit dominus omnem iram ſuam, & idest, quia, recordatus eſt, quia caro ſunt. Et Pſal. 102. Miſertus eſt dominus timentibus ſe; quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Ergo, ab oppoſitis, peccatum malitię eſt irremiſſibile; i. nullam excuſationem habet apud Deum, ſed aggrauationem. Malitia enim eſt non paruitas uirium, uel ſcientiæ; ſed magna uoluntas ad faciendum malum, etiam quòd magnitudo uirium, & ſcientiæ adeſſet. Conſequenter ergo hinc habes dictum Saluatoris expoſitum, ſcilicet. Omne peccatum remittetur hominibus; peccatū autem in Spiritumſanctum non remittetur nec in hoc ſeculo, nec in futuro. Hoc eſt: Peccata ſunt remiſſibilia, modo dicto, præter peccatum in Spiritumſanctum. De his conſule 2. 2. q. 14. art. 3. item 1. 2. q. 76. 77. 78. art. &c.

APPENDIX.

HInc habes, quòd hæreticis, quorum eſt ex ſcripturis, nulla compaſſio haberi debet. ut 2. 2. q. 11. art. 3. & 4. Secundò habes, quòd hæretici difficillimè conuertuntur. Ratio omnium iſtorum eſt; quia hæretici omnes propriſſimè dicti peccant per malitiam. Nam voluntariam pertinaciam (hæc malitiæ peccatum eſt) includit omnis hæreticus.

¶Applica ad Matt. 12. Oē peccatum, & blaſphemia &c. remittetur hominibus; peccatum in Spiritumſanctum non remittetur neque in hoc ſeculo, neque in futuro.

NOn igitur vltrà percutiam omnē animam viuentem; ſicut feci. Tex.

Concl. 6. *Placatur Deus, ſacrificijs, orationibus, & ſimilibus pijs operibus.* [Ex eo.]

ANTEQVAM ſacrificaſſet Noë Domino hoc ipſum, quod hic narratur, percuſſerat diluuio uniuerſali Deus omnem animam uiuentem, nunc autem poſt ſacrificium oblatum, & conſequenter orationes adiunctas, dicit; ſe ultrà non percuſſurum omnem animam taliter. Per hoc itaque, uel mediocriter intelligentibus monſtrat, ſe eſſe placatum hiſce operibus; & per conſequens placari poſſe ſimilibus; cùm de ſimilibus idem ſit faciendum iudicium (ſecundum philoſophiam naturalem). Et ut apertè monſtraret; quòd talis placatio fuit facta mediante ſacrificio, ac precibus talibus; apponitur ly igitur, quod importat cauſam illationis. Ex eo ſiquidem, quòd Deo oblatum à Noë ſacrificium placuit, infert ipſemet Deus; ſe non ultrà percuſſurum terram modo illo quo tunc percuſſerat. Ratio.

Not. ¶Non intelligas, Deum fuiſſe in ſeipſo mutatum, cùm audis; ipſum antè iratum, poſtea placatum; quoniam Deus totaliter eſt immutabilis. Sed intelligas; Deum ordinaſſe ab æterno ſe non promiſſurum ceſſationem ab effectu iſto, puniendi ſcilicet terram diluuio uniuerſali; niſi interueniente ſacrificio hoc, & his Noë precibus, tanquam medio ad prædictum finem à ſe præordinato. Vnde quando monſtrat, ſe placatum per ſacrificium, nullam ſui mutationem connotat; ſed tantùm adimpletionem medij, quo impleto, decreuerat ſic facere.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

COncluſio hæc 6. cap 8. deſtruit hæreſes Algazelis dicentis (vt refert D. rectorium inquiſit. 2. par. q 4.) quòd precibus & ſacrificijs Deus non placatur. Item deſtruit hæreſes Huſſitarum dicentium, quòd orationes ſunt inutiles, ſeu (vt Pelagius inquit) nullius prorſus virtutis. Patet enim hic totum oppoſitum; vt nunc declaratum eſt. Damnantur & à tota ſcriptura, vbicunq; de orationibus, uel ſacrificijs, rectè factis agit. Vnde ſemel pro ſemper dixit ſapiens Prouerb. 15. vota iuſtorum placabilia; per uota intelligens preces vocales, mentales, ſacrificia, oblationes, actuſnè religionis alios in honorem Dei factos; de quibus tractat Sanctus Thomas in 2. 2. q. 81. vſque ad q 91. Sunt, inquit, placabilia Domino, i. talium vota placant Dominum. Lege Exo. 7. 9. 10. de oratione Moyſi etiam ꝓ Pharaone peſſimo; cap. 17. de oratione contra Amalech; cap. 32. de illa pro indulgentia populi, qui iam idolatriam commiſerat. Item Nu. 11. de oratione contra murmurantes, & dolentes prę labore; cap. 12. de illa pro curatione Mariæ ſororis ſuæ à lepra; cap. 21. de illa pro populo ab ignitis ſerpentibus defendēdo. Item 1. Reg. 1 de oratione Annæ uotiua pro obtinendo filio; cap. 7. de oratione cum ſacrificio Samuelis, pro populo contra pugnam Philiſthinorum. Item 3 Reg. 18 de oratione Heliæ pro pluuia impetranda Item 2. Paralip. 20. de oratione Ioſaphat regis Iuda contra maximam multitudinem gentium uenientium aduerſus ſeipſum. Item 4 Reg 19. de oratione Ezechiæ pro defendendo ciuitatem contra Sennacherib regem Aſſyriorum, ita vt occideret mediante Angelo. 185. millia aduerſariorum in vna nocte. Diſcurre Tobiæ cap. 3. 6. Iudith. 4. 8. 13. Eſther. 4. 14. 15. Daniel. 3. 6 9. 13. Item Ionę. 2. & 1. Machab. 3. 4 6. 9. 11. & 2. Machab. 8. vlt Et videbis quantum valoris afferat oratio pugnantibus, & quantum detrimenti

menti apportet eiſdem nunc orare. Non tantum autem à teſtamento antiquo multiſariam damnantur (vt uiſum eſt) hæreſes Algazel, Pelagij, ac Hoſſitarum prædictæ; ſed etiam à nouo, & quidem abundantiùs. Vide Math. 6. & Luc. 11. Chriſtum nos docentem orare verbo Pater noſter qui &c. & Marc 4. docentem nos idipſum facto, & Ioan 14 16 Luc. 11, ad orationem nos promiſſione hortari: & hoc, alijsq; pluri mis Euangelij locis, cognoſce; illum non eſſe Chriſtianum, ſed hæreticum, qui orationem eſſe inutilem affirmat. Nunquid non ad inſtantiam orationis, Luc. 11. nos incitat Chriſtus exemplo amici amicum media nocte pro datione trium panum exorantis; & Luc. 18 exemplo viduæ à rege etiam iniquo ob importunitatem exauditæ? Ad humiliter orandum, & fructuoſè, exemplo publicani, nos monet ibidem. Et quid dicam? Attende lib act. 1.2.3.4 7 8 9.10.12.13.14 16. 20.22 28 Item Apoſtolum Rom. 1.8.15. Item 2. Cor. 1. & 2. Theſſ. 1. 2. 3. & Coloſſ. 1. 4. Et ferè per totas epiſtolas: & pluſquam damnatas eſſe illas hæreſes, apertiſſimè videbis verbis ipſis è diametro oppoſitis. Nonnè damnat eaſdem Iacobus Apoſtolus; dùm cap. 5. ait, multum valet deprecatio iuſti aſſidua? Vtique. Damnantur & rationibus, & auctoritatibus, ab Addition. art. com. 61.300.302.306. cùm Elucidation. Vide tu ibi.

tem exculptam conſpicis aperte? Iratus nanque per tot annorum millia fuerat humano generi Deus; ipſiq; poſt iram filium ſuum vnigenitum dedit. Noone illa omnem priorem etiam imaginabilem iram ſuperauit? Vel ad Euangelium de vinea; Ibi nanque vides, quòd paterfamiliàs poſt iram filium ſuum ad agricolas miſit. Item vides ibi, quòd poſt iram contra paucos, miſericordiam in multos exercuit. Malos malè perdet, ecce iram contra paucos, ſcilicet contra Iudæos: Et vineam ſuam locabit alijs agricolis, ecce miſericordia in plurimos ſ. in gentiles, qui Iudæis plures admodum fuerunt, ſunt, & erunt. Vel ad &c. Mat. 21.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO NONO.

Text. BEnedixitque Deus Noe, vſque ad ly: Erant ergo filij Noe, Sem, Cham, & Iaphet.

Concl. 1. *Deus poſtquam iratus fuerit, miſericordiæ recordatur, & amplioris miſericordia.* [Ex eo.]

Ratio. E C C E. Poſt tantam punitionem homines iterum benedixit, ſicut ab initio: Et amplius, quàm prius (vt videre eſt in littera). Hominibus enim nunc eſum piſcium & carniū concedit; hominum mortem comminationibus interdicit: & ut in futurum ſient ſecuri de non tanta punitione per arcus conuentionem aſſecurat. En Dei bonitatem inexpectatam, immò & inexcogitatam.

Coroll. ¶Ergo non ex odio punitur; cùm videatur quaſi pœnitens de inflictione pœnarum. Ergo velut mater filium ſuum demulcet; poſtquam pro amore erga illum habito excanduit. Ergo domini diſciplina libenter ſufferenda eſt, cum ex amore procedat. Ergo non deſpectandum in aduerſis, vel tentationibus quibuſuis; cùm poſt tempeſtatem tranquillos, & magis, quàm ante, nos Deus faciat. Ergo melius eſt incidere in manus domini, quàm hominum; quia multæ ſunt miſericordiæ eius. 2. Reg. vlt.

APPENDIX.

HINC habes, quid faciat patientia. Facit enim quòd Deus patientibus nobis ampliora donet quàm prius contulerit. Noe nanque patiens fuit in tanta vniuerſali tribulatione; & ideò maiorem priore miſericordiam meruit. Vides ſimile in beato Iob, cui poſt patientiam dupla data ſunt à Deo. Hoc & vides in mulieribus omnibus ferè ſterilibus. Cap. vlt. Hæ nanque poſt patientiam habitam de opprobrio ſterilitatis, non tantùm natos, vel natas genuerunt, ſed etiam magnos natos, magnasq; natas. Ad Annam, 1. Reg. 1. illam ſterilem, ad Sarram ſterilem, ad Rebeccā ſterilem, ad Eliſabeth Zachariæ ſterilem, ad cōſimiles aſpice, & quàm vera ſupradicta ſint agnoſcas. Hoc denotauit B. Iacobus Apoſtolus, primo cap. quando dixit. Patientia opus perfectum habet. Quare opus perfectum? Quia miſericordiam priore maiorem meretur. Quis in aduerſis quibuslibet patientiam habere non geſtiat, vt tantam adipiſci miſericordiam poſſit?

¶Applica ad Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Nonne hic concluſionem præſen-

Text. QVod cum vidiſſet Cham pater Chanaam, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata &c. vſque ad ly Noè, excluſiuè.

Concl. 2. *Irreuerentiam erga patrem punire, & reuerentiam erga eundem præmiare, eſt de iure naturali: & conſequenter teneri ipſum natura dictat, & ad eum malè ſe habere natura exhorret.* [Ex eo.]

Ratio. E C C E quòd Noe lege naturali ductus (non lege ſcripta, cùm adhuc non extaret) benedixit filijs ſe patrem reuerentibus; irreuerentibus autem maledixit. Vt quid autem illis benediat; huic vero contra; niſi quia hic malè, illi autem benè fecerunt? Et quis oſtendit, quòd malè, vel benè egerunt, niſi dictamen rationis?

Coroll. ¶ Ergo lex moralis ſcripta in cordibus noſtris, Rom. 2. Ergo ad eam ſeruandam, & iudæus, & gētilis, & quiuis tenetur. Ergo lex moralis, cùm naturā ſequatur, quæ in omnibus eadem eſt, vniuerſalior eſt, quam lex cærimonialis: vel iudicialis. In ſignum etiam huius eſt, q̄ cærimonialis, & iudicialis, iudæos tantum ligabat. Ergo cùm lex moralis omnibus indita ſit; nulli præcluditur via ſalutis: nec iure aliquo excuſari poteſt quis de ignorantia legis, ſi damnetur.

RESPONSIO TACITA.

LICET omnes ad Euangelium teneantur ſeruandum, quod non per omnia in corde noſtro ſcriptum eſt, & cōſequenter videatur, quòd poſſit cauſa requiri ignorantiam: tamen hoc in rei veritate non obſtat. Seruanti enim legem in ſuo corde ſcriptam Deus vel per ſeipſum, uel per Angelum, vel per hominem, manifeſtabit Euangelium; ut patet de obſtetricibus, Exod. 1. & de Centurione in actibus Apoſtolorū, cap. 10. Et hoc ipſum docuit Gloſa ſuper Rom. 5. Iuſtificati ex fide pacem habeamus &c. dicens hæc verba: Deus recipit eū, qui ad ſe confugit, aliter eſſet in eo iniquitas. Quaſi diceret: Deus non denegat gratiam ſuam facienti, quod in ſe eſt: quia iuſtum eſt non deficere motionem diuinam, per quam iſte facit quod in ſe eſt: ſine qua nec aliquid boni cogitare valeret: vt dicitur. 2. Corint. 3. Vide. 1.2.q. 112. art 3. Et intellige quæ hic dicuntur de faciente quod in ſe eſt, ut ibi, & 1.2. q. 109. art. 6. ad ſecundum. Ob id ergo ſi quis non ſaluatur, imputet ſibi; quoniam non ſeruauit naturalē inclinationem, ut naturalis eſt, id quod & inanimata ſeruant. Et idcircò inanimata, puta diluuium; cap. 6. & ignis, cap. 19. peccatores puniunt: ac ſi lingua ſua dicant. Si loqui poſſemus, peccatores ex ſeipſis perditos oſtenderemus (ſi enim feciſſent, quod nos inanimata facimus, ſ. naturalem inclinationē ſuam ſeruaſſent, Deus illis de ſalute maiori non defeciſſet): quod quia non poſſumus, nos facto noſtro illos iure puniri facimus. Et manifeſtamus cunctis illos nobis inferiores eſſe factos, ut qui legem naturalem non ſeruauerint, quemadmodum ſeruauimus nos. Hanc eandem ob cauſam in die iudicij dominus armabit omnem creaturam in ultionem inimicorum: ut ſ. & ab inanimatis conuincantur, ſe ſua maxima negligentia eſſe damnatos: & omnis iniquitas opilet os ſuum. Ergo cum nullus, etiam de lege Euangelica ignorantiam prætendere queat propter ea, quę dicta ſunt, rectè Apoſtolus inquit. 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur. Quaſi dicat: Excuſatio de Euangelij ignorantia non valebit. Vide & Compend. Alb. li. 5. cap. 12. cum ſchol. Sap. 5. Pſ. 116.

CONCLVSIO EX GENESIS.

CAPITVLO DECIMO.

Text. AB his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

Concl. 1. *In ſacra ſcriptura ſolent dici aliqua per anticipationem.* [Ex eo.]

Ratio. Ex ſequenti capitulo vndecimo patet, quòd hi, de quibus præſens textus loquitur, non erāt diuiſi in terra neque quò ad regiones, neque quò ad linguas diuerſas: & conſequenter, ꝙ nondum ab his diuiſæ erant gētes in terra, licet tunc eſſet poſt diluuium. Vult ergo dicere textus in ſenſu ſuo: ꝙ ab his filijs Noë gentes in terra poſt diluuium in terra diuiſæ ſunt, non tunc ſed tēpore ſuo: Hoc eſt: Tunc, quando propter ſuperbiam illorum diuiſum eſt idioma à Deo in pœnam eorundem: ut in capit. ſequenti. Narratur igitur ſummatim factum, id eſt rem ipſam; ſupponendo tamen illud non actualiter fiendum, niſi cauſa illius præcedente, quæ fuit ipſa diuiſio linguarum. Relinquitur itaque: quòd narrationem huius facti, gentium ſ. ab his diuiſionem in terra, dicat hic per anticipationem. Quaſi textus diceret: Prædico nunc, ꝙ ab his filijs Noë diſperſæ ſunt nationes ad inhabitandum totam terram: ſed uel ꝙ, uel quomodo hoc actualiter adimpletum ſit, non dico; dicendum autem reſeruo in ſequentibus.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 1. cap. 10. deſtruit errorem cuiuſdam ex ignorantia ſenſus huius ſcripturæ dicentis: quòd plures linguas fuiſſe ante ædificationem Babel credendum eſt. Patet enim ex declaratis totum oppoſitum. Nec obſtat, ꝙ illud cap. 11. Erat terra labij unius & ſermonum eorundem ille exponit ſic; id eſt, omnes ſe inuicem intelligebant, ſeu omnibus erant omnes linguæ notæ, licèt eſſet plura genera linguarum; iſta, tanquam, expoſitio non obſtat; quoniam ipſa deſtruit textum illum, & conſequenter non expoſitio, ſed extinctio quædam, dicenda eſt. Quòd autem deſtruat textum, facilè patere poteſt conſideranti proprietatem loquendi, etiam nunc in diebus noſtris: ex qua loquendi proprietate in diebus noſtris, uenire debemus in cognitionem locutionis antiquæ in hoc textu, tanquam ex notioribus nobis procedentes (ut docuit philoſophus. 1. phyſic. tex. 2.) ad intelligentiam minus notorum. Erat inquit terra labij unius, & ſermonum eorundem. Iſte ſcripturæ loquendi modus ſecundum proprietatem ſuam genuinam non tantum dicit, ſed apertè dicit, tunc unicam ſolummodò fuiſſe linguam; ut uix manifeſtius magiſque propriè hoc ipſum (etiamſi fingendi licentia detur) exprimi poſſit. Quomodo enim clarius, unicam linguam apud aliquos reperiri, ſignificare ſub alijs, proprijſque uerbis intendens in, conceptum tuum hunc aperies audientibus, quàm dicendo: Illi de talibus terris ſunt labij unius & ſermonum eorundem? Nam ſi uarietas linguarum eſſet in illis terris, tunc non dicerētur uerè homines terrarum ipſarum eſſe unius labij, & ſermonum eorundem (ut patet): quamuis quilibet hominum illorum ſciret omnes alterius linguas. Licèt enim Hiſpanus intelligat, puta, Alemanum, & è contra Alemanus Hiſpanum: nemo tamen ſani capitis inficiabitur, ꝙ eorundem lingua ſit uaria; nec dicet ambobus illis unicam eſſe linguam, cum ſit unicuique ipſorum lingua propria. Linguarum ſiquidem uariarum intelligentia non facit, immò nec facere poteſt, ꝙ illæ duæ, tres, aut quatuor linguæ ſint ueraciter una, ut patet conſideranti. Propterea fit, ut, licèt omnes filij iſti Adæ ante ædificationem Babel inceptam, cap. 11. ſeſe mutuò intelligerent, nequeat uerè dici ob hoc terra tūc fuiſſe labij unius, ac ſermonum eorundem. Relinquitur ergo ex iſtis ſcripturæ contextibus, & quòd ante ædificationem prænarratam fuerit una ſolummodo lingua in terra; Et conſequenter ꝙ id, quod de diuiſione gentium in terra dicitur hic (ut in textu adducto) dicatur per anticipationem. Quia verò ex eo, ꝙ aliqui neſciunt morem locutionis ſcripturarum multiformem, poteſt accidere error in eis (Sicut accidiſſe in præmiſſis nunc uidimus): ideò occaſione hinc data, & accepta, operæprecium duxi, aſſignare hic nonnullas regulas pro intelligentia ſana ſcripturarum pluribus in locis, quæ regulæ ſummūtur ex B. Auguſtino in de doctri. Chriſtiana, & lib. hyponoſtic.

¶ Prima itaque regula à legentibus ſacras literas obſeruā 1
da ut hæc; ſcilicet hyſteron proteron; hoc eſt, quādo narrant geſta nō eo ordine, quo geſta ſunt; ſed per anticipationē, uel per poſtpoſitionem, uel per recapitulationem, uel per ſupplementum, uel per recapitulationem ſupplemento ſimul adiuncta. De anticipatione ſit exemplum concluſio prædicta, & Pſal. 77. ubi prius narrātur geſta in deſerto, quam ſigna facta in Ægypto; De poſpoſitione, ut ibidem quantum ad ſigna Ægypti; De recapitulatione, ut in lib. Deuteronomij, ubi recapitulātur dicta in præcedentibus; De ſuppletione, ut in lib. 2. Machabæorum, ubi ſupplentur multa facientia pro libro 1. De recapitulatione cum ſuppletione ſimul, ut in cap. 2. Geneſis, ubi recapitulantur & ſupplentur ea, quæ in cap. 1. dicta & dimiſſa ſunt; item ut in duobus libris Paralipomenon, ubi
idem fit reſpectu multorum præcedentium librorum. Secun- 2
da regula ſit Metonymia; hoc eſt, quando ponitur uel continens pro cōtento (ut cap. ſequenti; Erat terra labij unius, id eſt homines à terra contēti. Itē Iob 3 Pereat dies in qua natus ſum &c. ubi Iob maledicere intelligitur non diei, ut dies eſt, ſed peccato originali, alijſque indè ſubſequentibus, ut ſic, miſerijs cōtractis in illa die, in illa nocte &c. Item in Hiere. 20. Maledicta dies in qua concepit me mater mea, &c. ubi idem fit à Hieremia) uel cōtentum pro cōtinente; uel huiuſmodi: ut ſapiens catholicus in ſcripturis exercitatus per ſe iudicare poterit. Hanc regulam nonnulli dicunt (& demum in idem fermè redit) tunc euenire: quādo ſcripturæ uerba intelliguntur non in ſenſu quem faciunt, ſed in ſenſu pro quo ſiunt Applica ad Iob, & Hieremiam ſic. Nam uerba illa in ſenſu quē faciunt, non uidentur ſanctorū ſed blaſfematoria: At in ſenſu pro quo ſiunt ſūt ſancta, quoniā peccati deteſtatiua, ut ſu-
pra. Tertia regula ſit de eſſentia Dei, & perſona. Pro cuius 3
regulę cuſtodia notandum diligentiſſimè eſt, quando fit locutio de aliquo actu diuino; utrum ſiat de actu eſſentiali, an de perſonali. Vt Geneſ. 1. In principio creauit Deus cęlum, & terram, ly creauit ſumitur pro actu eſſentiali; & conſequenter ly Deus ſtat pro eſſentia diuina: Item Exod. 3. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, ly eſſe Deum ſtat eſſentialiter; & conſequenter ly Deus pro eſſentia diuina: quoniam & creare toti trinitati; 1. q. 45. art. 6. cum Elucid. & eſſe Deum relatiuè ad creaturam, eidem toti conuenit, 1. q. 13. art. 7. & q. 32. art. 1. & q. 33. art. 3. & q. 41. art. 1. cum Elucid. Verum Pſal. 2. Dominus dixit ad me; filius meus es tu; ego hodie genui te, ly Dominus, & ly ego ſtat perſonaliter, pro perſona ſ. patris: quoniam dicere conuenit ſoli patri, 1. q. 34. art. 1. item & generare, 1. q. 42. art. 6. cum Elucid. Similiter ly tu, ly te ſtat perſonaliter, pro perſona ſ. filij; quoniam dici,
& generari ſoli congruit filio, ibidem. Quarta regula ſit de 4
Chriſto Deo, & homine. Quapropter, quando ſit locutio de Chriſto, uigilanter attendendum eſt, ſi ſiant de eo, ut homo, an ut Deus, an reſpectu utriuſque naturę. Vt Pſal. 40. Reſuſcita me; & 30. In manus tuas commendo ſpiritum meum; & Ioan. 14. Vado ad patrem, quia pater maior me eſt; loquitur Chriſtus de ſe, ut homo; quoniam per uirtutem diuinam reſuſcitari poſtulat, humanitatem; & ſpiritum, id eſt animam ſuam humanam Deo commendat; & patre ſuo ipſe, quatenus ſecundum humanitatem in cęlo empyreo non exiſtentem uadit ad illum, eatenus eſt minor, non aliter. At Ioan. 8. Antequam Abraham fieret, ego ſum, ly ego ſtat, pro ſecundum diuinitatem; quia ly ſum eſt maximè proprium nomen Dei, 1. q. 13. art. 11. cum Elucid. Item Ioan. 10. Ego & pater unum ſumus, ly ego dicit Chriſtum, ut Deum ly unum ſcilicet in natura ut exponit maximum Concilium Lateranenſe ſub Inn. 3. Extra de ſum. Trin. & Fid. Cath. cap. Damnamus. Item Matth. 16. Tu es Chriſtus, Filius Dei uiui, ly tu, ſcilicet ut Deus. Vide pulcherrimam de hac auctoritate expoſitionem Reuer. Card. Caiet. in ſuis opuſculis de primatu &c. Ro. c. 2. Idem dic, quando legeris in 1. Ioan. 5. Vt ſimus in uero filio eius, hic eſt verus Deus. Cæterùm reſpectu naturæ utriuſque intelligitur illud Ioan. 8. Ego principium, qui & loquor uobis, ita ſcilicet ut ly ego ſtet pro perſona diuina, quæ eſt realiter idem cum natura diuina 1. q. 39. art. 1. quando cadit ſuper

ly prin-

ly principiũ,& ſtet pro natura humana, quando cadit ſuper
ly loquor vobis. Pro quo uide ſolemnem expoſitionem in
Compendij Albert. Magn. lib. 4. cap. 8. ſcho. Quinta regula ſit
5 de Chriſto myſtico .i. de Chriſto capite,& corpore eius, quod
eſt Eccleſia. Nam multotiens, maximè in Pſalmis, locutio-
nes ſiũt de Chriſto pro capite, multotiès de Chriſto ꝓ corpo
re: & quoniã corpus eius myſticũ cõſtat, ex bonis, malisque
diuerſimodè, ut declarat fideliſſimus Eccleſiæ Sãctæ, Doctor
D. Thomas 3. q. 8. art. 1. & 3. idcircò pro corpore quandoque
reſpectu membrorum bonorum, quandoque reſpectu mem
brorum malorũ intelligitur fieri ſermo in ſcripturis illis at-
que ſimilibus. Vt Pſal. 130. Domine non eſt exaltatum cor
meum, neque &c. item Pſal. 39. In capite libri ſcriptum eſt de
me, &c. Hæc intelliguntur de Chriſto capite pro humanita
te aſſumpta ſine peccato. Verũ in Pſal. 21. Longè a ſalute mea
uerba delictorum meorum; item in Pſal. 37. Non eſt pax oſſi-
bus meis a facie peccatorum meorum; item in Pſal. 68. Deli
cta mea à te non ſunt abſcondita; loquitur Chriſtus in perſo-
na mẽbrorum ſuorum myſticorum malorum; quorũ ſolum-
modò ſunt delicta & peccata quò ad culpam; licèt quò ad pę
nam tantummodò præſentis temporis fuiſſe aliquando Chri
ſti poſſit catholicè intelligi, inquantùm ſcilicet Chriſtus om-
nium delictorum, peccatorumque noſtrorum pœnas inno-
centiſſimè, ideſt ſine quauis minima ſua culpa, ſuſtinuit. Sex-
6 ta regula ſit de natura, & gratia. Quamobrem notandum
eſt, quando ſit ſermo de hominibus, utrum intelligatur de ip
ſis ratione naturæ in ſeipſa, an ratione naturæ per gratiam
adiutæ. Vt Pſal. 13. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles fa-
cti ſunt &c. loquitur de hominibus ſecundum naturam cor-
ruptam in ſeipſa conſideratam. Nã multi per gratiam adiu-
ti non incurrerunt ſcelera illa, de quibus ibi in contextu ſub-
iunguntur: ſed fuerunt iuſti, in quorum perſona in Pſal. 25. dici
tur. Ego in innocentia mea ingreſſus ſum. & in Pſal. 85. Cuſto
di me domine, quoniam ego ſanctus ſum. Item Pſal. 117. Im
pulſus ſum, ut caderem, ſcilicet ratione naturæ corruptæ in
ſeipſa tantum conſideratæ; Et dominus ſuſcepit me, ſcilicet
ratione gratiæ naturam illam adiuuantis, ne caderet homo
impulſus; ſed in bonum proficeret. Hanc regulam ſubindi-
cauit olim Apoſtolus ibi, 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes
moriuntur, ita in Chriſto omnes uiuificabuntur. & Ro. 7. Infę
lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra
tia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Septima re-
7 gula ſit de ſpiritu & litera, ideſt de ſenſu ſpirituali & literali.
Vt Pſal. 113. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & ru-
pem in fontes aquarum. Hoc ad literam olim in deſerto ue-
rificatũ eſt, quando ex petra à Moyſe percuſſa Deus eduxit
aquas, Numer. 20 nouiſſima ætate ſpiritualiter de Chriſto tã-
quam per illud factum de figurato adimpletum eſt, quando
in paſſione percuſſus ſanguine pro aqua undique propter no
ſtram ſalutem fluebat. De ſenſu tamen literali & ſpirituali,
ne quãdo erres, uide 1. q. 1. art. 10. cum Elucid. Vide & Elucid.
ibi art. 9. not. poſt ad tertium; item in q. 91. ar. 1. cum omnibus
Vide. locis inibi citatis. Octaua regula ſit de ætatibus Eccleſiæ, &
8 peregrinatione vnius hominis myſtici à principio mũdi uſ-
que ad finem. De qua re Beatus Gregorius in homelia
19. quæ eſt ſuper Matth. capitu. 20. Ab Adam, inquit,
& Abel vſque ad vltimum electum ſemper fuit, & eſt vna
vinea, & vna Eccleſia; cuius palmites; & membra fuerunt,
& ſunt omnes electi utriuſque legis. Ex quo dicto intelligi
datur; ꝙ Adam, Abel, Abraham, & ſimiles erant membra
Chriſti, & ciues eiuſdem ciuitatis nobiſcum. Nam licet
Deus nondum eſſet incarnatus, tamen erat ab eis per fidem
creditus, ꝙ. ſ. ſuo tempore incarnaretur: Et fides eſt illa,
quæ primò unit membra ſuo capiti Chriſto. Secundum
igitur hanc regulam inſtructus tu, ſcripturas de antiquis, &
nouiſſimorum temporum patribus loquentes facilè ſine er-
rore diuiſionis Eccleſiarum Chriſti, (cum ipſius ſit tantum
una ſponſa, una columba, Cant. 2.) intelligere poteris.

9 ¶ Nona regula ſit de Diabolo & corpore eius myſtico, .i.
omnibus malis. Hoc Diaboli corpus alias uocatur Eccle-
ſia malignantium, Concilium uanitatis, Pſal. 25. Conuentus
malignantium, Pſal. 63. ſynagoga Sathanę, Apocal. 3. Pro
qua regula notandum: ꝙ quandoque corpus hoc, ſiuè mem-
bra eius uocantur nomine capitis ſui, .i. Diaboli, qui eſt ca-
put omnium malorum. 3. q. 8. art. 7. quandoque autem ſub
nomine iſtorum membrorum malorum intelligitur Dia-
bolus, multaque de illo dicuntur. Exemplum primi, Vt
Ioan. 6. Vnus ex uobis Diabolus eſt: Et Iſai. 4. Nabuchdo-
noſor denominatur Lucifer; Et Ezechiel. 28. Rex Tyri dici-
tur Cherub; quibus nominibus ibi deſcribitur diabolus.
Exemplum ſecundi ut Matt. 13. Inimicus homo hoc fecit, id
eſt Diabolus.

¶ Decima regula ſit de toto, & parte inuicem denomina- 10
tis per ſynecdochen. Vt Pſal. 86. Memor ero Raab & Babi-
lonis, .i. totius populi gentilis. Sic inuenies; ꝙ in ſcripturis
per Ægyptum, per Sodomam, per Gomorram totus mali-
gnus populus intelligitur. Vt in Epiſtola Iudæ Thadæi:
Per Iudæam, & Hieruſalem tota Chriſti Eccleſia, ut ait B.
Hieronymus ad Marcellam. Item per hanc regulam dici-
tur Apocalip. 19. Angelus ligauit Diabolum per mille an-
nos, ideſt per longum tempus, ponendo determinatam par-
tem pro indeterminata: item Gen. 4. Qui occiderit Caym
ſeptuplum punietur, ideſt multipliciter: Et ibidem, de La-
mech ſeptuagies ſepties ultio dabitur, ideſt multò plus: itẽ
Matth. 18. Non dico tibi ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties
ideſt toties, quoties, ideſt infinities, ponendo limitatam to-
tius partem pro toto illimitato.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO VNDECIMO.

ERat terra labij unius & dixerunt; Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim cuius culmen pertingat uſque ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum. *Text.*

Concl. 1. *Ex beneficijs Dei quandoque mala elicimus.* [Ex eo]

Ex ex unitate ſermonum, quod beneficium Dei magnũ eſt, homines ſuperbiam deſumpſerunt. Videntes enim ſe eiuſdem eſſe loquelæ, uelut ſibi inuicem ex tali cognatione (ut aliquando ſit hodie à nonnullis) malè affecti; utpotè ſecundum hominem ambulantes, & non ſecundum ſpiritum, occaſionem inde contra rationem & Dei benefactoris, & ipſius beneficij, & ſui ipſorum beneficiatorum ſumpſerunt erigẽdi caput per ſuperbiam tum in cœlum, tum ſuper omnẽ terram, ut textus indicat. Cæterùm quia ſupra cap. 6. concluſ. 1. tractatum eſt ſimile quid; ideo his paucis cõtenti uide illic. *Ratio.*

¶ Applica ad uineam, uel ad ſimile in euangelio.

¶ Ergo totaliter Deo cõtrauenimus, qui ex malo elicit bonum. Ergo ſicut hoc aſcribitur maximę bonitati, & omnipotentiæ Dei, ut Auguſtinus in Enchiridion capit. 11. habet: ita illud maximam malitiam, & impotentiam noſtram arguit. Ergo non tantum orandus Deus, ut nobis beneficia donet, ſed etiam, ut faciat nos illis uti, & non ſinat abuti. *Corol.*

APPENDIX.

HInc habes, quòd homo à Deo beneficiatus, niſi ſe in timore Dei contineat modo declarato ſupra capit. 2. concluſ. 6. 7. citò ſubuertetur, ut notat ſcriptura Eccl. 27. Cadet enim in genus ingratitudinis prædictum, quod eſt ſatis magnum: & conſequenter faciet, ꝙ beneficium ſibi conuertatur in maleficium. Taceo ꝙ, ut tactum eſt, cõtra naturam beneficiorum, & contra benefactoris intentionem ſic agendo etiam faciet. Natura enim beneficiorum eſt bonum procreare, & benefactoris intentio eſt ad bona per uiam beneficij inclinare. Alioquin neque beneficium eſſet beneficium, neque benefactor, benefactor dicendus foret. Sumus ergo nos in hoc Dij, ſcientes bonum, & malum: uerumtamen in ſenſu à ſerpente intento, ſed non expreſſo. Quomodo? Sumus in hoc Dij, inquantum ex bono elicimus malum, ſicut Deus ex malo elicit bonum; inquantum ſcimus bonum habitum deturbare foras, & malum non habitum, ut hic patet, aduocare intus. Vel ſcimus bonum, & malum, inquãtum bonis acceptis ſcimus malè uti. Secundò habes, quòd error eſt (& hoc ad correctionem cuiuſdam alterius ſententiæ) dicere, plures linguas fuiſſe ante ædificationem huius ciuitatis,

tatis,

tatis,i.Babel,ſeu Babilonis. Ex litera enim patet rectè intelligentibus,quòd lingua una ſola, Hebræa ſcilicet (ſecundū Eucherium Lugdunenſem Epiſcopum ſuper Geneſim lib.2. cap. 7.) quæ poſtea remanſit in domo Sem, erat in tota terra ante ædificationem talem. Vnde B.Auguſtinus lib.de mirabilibus ſacræ ſcripturæ cap.9.Cum ad illud uſque tempus eſſet unius linguæ cunctus populus uniuerſorum, linguas in diuerſa uerba Deus diuiſit. Et hoc non in ipſis tantum patribus fiebat, ſed per omnes filiorum propagines talis uindictæ conditio pertranſibat, ut qui æternam ſibi poſteritatis famā quærerent, manſuram in ipſis poſteritatibus ſuæ præſumptionis per uniuerſa uenturi ſeculi tempora animaduerſionem inuenirent. Hæc ille.

Text. DEſcendit Dominus, ut uideret ciuitatem,& turrem, &c. Et dixit: Ecce unus &c. Venite igitur & confundamus linguas &c.

Concl.2. *Diligentiſſimè cauſa debet examinari antequam proferatur ſententia.* [Ex eo.]

Ratio ECCE Deus prius deſcendit ad videndum factum,non quòd ignoret, antequàm deſcendat, ſed vt ſuo exemplo iuſtruat iudices, quanta diligentia circa examen negotij ante ſententiam opus ſit: & quòd nullibi præcipitandum eſt iudicium. Vide. Conſiderat ſingula; ciuitatem,turrem,ꝙ populus eſt ab Adam, ꝙ eſt vnus,quòd eſt vnius labij, ꝙ non deſiſtet ab incepto, niſi prouideatur in contrarium. Et tunc tandem viſo,quòd neceſſaria eſt prouiſio pro iuſtitia ſeruanda, dat ſententiam examini conformem per ly Venite igitur &c. Nam ly igitur concluſionem infert ex præmiſſis. Simile eſt ſupra cap.4.concl.11.

Corol. ¶ Ergo iudicium temerarium,& pręſumptuoſum aut indiſcretum rectè damnatur ibi: Nolite iudicare; Luc.6.Et benè ait Iob capitu. 29. Cauſam quam neſciebam diligentiſſimè inueſtigabam.

Text. ECce vnus eſt populus, & unum labium omnibus: cęperunt hoc facere, nec deſiſtent, donec opere compleant.

Concl. 3. *De ingratitudine noſtra, qua diuinis donis abutimur, etiam Deus miratur.* [Ex eo.]

Ratio. DEVS loquens de tali ingratitudine præponit hanc dictionem Ecce, quæ admirationem in ſcriptura vbiq; importat. Ergo Deus, qui admirationis actiuæ non eſt capax, mirari poteſt? Non miratur ſecundum ſe, ſed nobis, idest per hoc oſtendit, id eſſe valdè mirandum nobis, imò quibuſcunq; admirationis capacibus. Quaſi d.Satis eſt miráda res; ꝙ homo adeò peſſimus ſit,ut & bonis malè vtatur.Et ſi in bonis malè ſe habet,quanto deterius ſe habebit in malis?

Corol. ¶ Ergo magni facienda eſt ingratitudo,ut caueatur. Ergo quodvis peccatum, etiam ſuperbiæ ipſius,aggrauat. Ergo nō mirum; ſi ingrati facile excæcantur:ſi hominibus,ſi ſibi quandoque,ſi Deo,exoſi ſunt.

APPENDIX.

1 HInc, ſcilicet ex concluſione ſic declarata, habes primò quomodò poſſis rectè exponere illud Euangelij Matt.8.ꝙ Ieſus audiens fidem Centurionis miratus eſt: ſi de Chriſto,ut Deus eſt loquaris. Dices igitur ex pmiſſis: Miratus eſt,idest homines mirantes de hac re fecit. Vel miratus eſt,i.magnam rem, de qua mirari homines doceat, fidem hanc eſſe demonſtrauit.Secundò(ſi arguendo ex illa tàm miranda ingratitudine procedas) habes hinc, Dei bonitatem pluſquàm ineffabilem eſſe. Quomodò? Attende, Deus ingratitudinem præmiſſam hominis optimè nouerat, antequā ipſi homini beneficia conferret. Nonnè? Ita. Et tamen,hoc non obſtante Deus beneficijs hominem decorat. Mirum quidem valdè eſt, quòd tanta Dei maieſtas hominem tàm vilem cinerem, ac puluerem aſpicere quandoque, nedum ſæpiſſimis beneficijs donare dignetur: ſed quòd ſciens hominem talem ſic ingratiſſimum fore, atque ex beneficijs uitio eius proprio inſolentiſſimum euaſurum non prætermittat ipſi benefacere, hoc pluſquàm cunctis ſeculis admirandum eſt. Vis autem cernere, quòd Deus,id nouerat de homine? Audi. Quicquid in rerum natura pro aliquo tempore futurum eſt,immò etiam nō futurum Deus ab æterno cognouit, & quidem certiſſimè, & ut ſic loquar, præſentiſſima cognitione,iuxta illud Apoſtoli, Rom.4. Deus uocat ea, quæ non ſunt, tanquàm ea, quæ ſunt. Si ergo futurum erat, ut uerè erat, quòd homo ea beneficijs proprio vitio inſoleſceret magis, hoc utique notum Deo fuiſſe ab æterno fatendum eſt. De ſcientia prædicta Dei vide.1.q.14.art.5.6.9.11.13. cum Elucidation.

QVÆSTIO.

SED dices quare Deus beneficium dat homini: ſi cognouit,hominem illo beneficio abuſurum, indeque ſibiipſi mortem acquiſiturum?

RESPONSIO.

HOC facit Deus,ut ſapientia uincat malitiam.Et ut uincat in bono malum, & nè vincatur à malo.Si n.propter offenſam præuiſam hominis homini benefacere nollet: iam non uides, quòd à malo præuiſo uinceretur Deus; & conſequenter ꝙ ſapientiam uinceret malitia? Vt igitur & bonitas, & maxima quidem, appareat Dei: beneficia ſua dare vult etiam illis,quos beneficijs abuſuros præuidit; maximè cum illa abuſio non ex dati beneficij uitio,ſed ex accipientis indiſpoſitione procedat. Dicenti igitur, ꝙ Deus abuſuro donis ſuis non debuerat beneficia præſtare, illud Euangelij Matth. 20. pro oris obſtruſione accommodari poteſt: An oculus tuus nequam eſt,quia ego bonus ſum? Vidimus nanque in facto illo maximam Dei bonitatem relucere. Vnde hi, qui huiuſmodi argumento inhærent murmurando, Diuinę bonitati detrahunt, ipſique inuidere uidentur. Ex quo fit: Vt ſicut bonitas Dei maior ibi in benefaciendo oſtenditur, ita iſtorum fatuitas magis in murmurando adaucta demonſtretur. Et ſic ex eo ꝙ Deus bonus eſt: mouentur hi ſua ipſorū malitia ad eſſendū nequam. Vndè ædificari de maxima Dei bonitate debuerant: inde(Heu facinus peruerſum) ſibiipſis, ac ſequacibus, damnationem acquirunt.

COnfundamus ibi linguam, eorum atque ita diuiſit eos in uniuerſas terras; & ceſſarunt ędificare ciuitatem. Text.

Concl.4. *Ex malo pœnæ elicit Deus bonum, & per ſona tribulata & bonum alterius perſonæ ab ipſa, qua tribulatur.* [Ex eo]

NAM ex punitione data duo bona ſequuta ſunt. Primum, ꝙ ceſſarunt à proſecutione ciuitatis & conſequenter ab actu ſuperbiæ(hoc fuit in bonum proprium ipſorum punitorum): & ſecundum, quòd in omnem terram abierunt (hoc bonum uniuerſale fuit); Illud ſpirituale fuit; & forſan ipſis: hoc corporale, & etiam conſequenter ſpirituale eſſe potuit. Ratio.

¶ Ergo Deus adeò bonus, & potens, ut nullum malum culpę permitteret, & nullum pęnę faceret: niſi inde maius bonum eliceret. Dixi, quòd Deus facit malum pęnę: de quo nè mireris ſcias: quod (abſolutè .i. ſecundum ſe) malum hoc eſt bonū, licet reſpectiuè.i reſpectu huius tribulati ſit malum. Ideò Deus poteſt cauſare ipſum. Malum autem culpę(qd ſecundum ſe malū eſt)nec cauſat, nec cauſare poteſt. Iſta bona uniuerſa elicit Deus contra uoluntatem peccatorū,& contra naturam ipſorū delictorum, & cōtra naturam ipſarum pęnarum. Vide: quàm magna hic potentia Dei monſtratur. In peccatoribus contra peccatorum ipſorum uoluntatem facere quæcunque bona præmiſſa uoluerit; eſt adeò mirum; ut nihil ſupra. Delicta ipſa ad bonum ordinare,ſine quibus bonum tale non fieret, adeò contra naturam delictorum eſt: ut nihil ultrà. Ex pęnis facere, quòd homo inde eleuetur, cùm tamen pęnarum uideatur proprietas,ut inde deprimatur, ita ſtuporis plenum eſt, ut nihil ampliùs. Rectiſſimè igitur Aug. ſanctus omnipotentię diuinę hoc aſcripſit dicens: quòd Deus adeò eſt omnipotēs, ut nullum malum permitteret,niſi inde bonum eliceret. Corol. 1.

¶ Ergo de malis pęnę debet quis gratias magnas reddere Corol. 2.

Deo: Tum quia ab ipſo, qui omnia bene facit, procedunt; Tum quia ex ipſo malo multa bona, alias non futura, prouenire infallibiliter habent. Ergo cum de malis pœnarum gratias ago Deo: ipſi de bono gratias refero, ergo mala pœnarũ ſunt propter maiora bona ſequenda appetenda. Ergo qui nõ gaudet de malis pœnę bona, ſequentia ad illa mala non attendit; & ſi attendit, ipſa bona non magnifacit. Si enim illa maioris faceret, quàm pœnę mala habita, gauderet potius: quam doleret. Ergo uix pœnas pręſentes ſentiret. Tales fuerunt ſancti Martyres, Apoſtoli, Confeſſores, & huiuſmodi: qui ad bona ſequenda multiformia tam ſibi, quàm aliis, antecedentes mala, quæ patiebantur, hilariter ſufferebant. Hæc enim conſideratio in afflictione poſitis maximo adiumento eſt. Ergo magis amare ſeipſos conuincuntur; qui pœnarum mala pati refugiunt uoluntarié: quam commune bonum. Si enim cõmune bonũ diligerent, gauderent in tribulationibus: cum ex ipſis (ut hic patet) bonum commune eliciatur ſemper a Deo; uel bonum perſonę illius tribulatę ſpirituale, quod malo pœnę iſti comparatum dici poteſt bonum commune, inquantũ ſcilicet melius bonum eſt, quam bonum per pœnam iſtã ablatum: quemadmodum & bonum gentis eſt melius, quàm bonum partis. Verbigratia. Maius bonum fuit habitatio in uniuerſa terra cauſata a punitione hac: quàm unitas linguarũ per hanc punitionẽ ablata. Itẽ maior fuit humilitas, hinc accipi poſſibilis quæ fuit ex punitione, ſ. pręſumptionis ac ſuperbię: quàm bonum unitatis linguarum per huiuſmodi caſtigationem abolitum. Ergo regratians Deo de malo pœnę habito eſt per hoc beneuolentius communitatis. Nam talis homo communitatis bonum habet gratum, quod ineuitabiliter ſequendum nouit, licet in particulari, quale ſ. futurum ſit, non nouerit. Et pro communitate gratias agit de bono ipſi futuro, antequam communitas ipſa bonum illud acci-

Rom. 13. piat. Ergo ſicut Apoſtolus monet, ut honore inuicem pręueniamus: ita iſte gratiarum actione bonum futurũ pręuenit; Et hoc magis placet Deo, quam ipſi gratias agere de beneficio iam accepto. Nunne ille, etiam apud homines, gratior habetur, qui de beneficio ſperato gratias refert: quam q gratias non agit, niſi poſtquam beneficium actualiter receperit? Qui autem eſt gratior, Deo acceptior eſt: atq; hominibus.

Not. ¶ Applica ad ly (Euãgelium) Si diligeretis me, gauderetis

Ioan. 14. utique: quia uado ad patrem. Hoc eſt in propoſito. Veſtra tribulatio, quam de meo diſceſſu concepiſtis, minor eſt, q bonum ex meo diſceſſu in uos ſequuturum: quos uos ego reputo, tanquam me. Et ſequitur ſi diligeretis me, ideſt bonum maius ueſtrum, quod bonum ego ſummopere uolo: uos gauderetis potius, quàm doleretis: Quia ergo non gaudetis: ſignum eſt; quòd nos non me, ut par eſt, diligitis. Vel ad

Matt. 5. Euangelium, Beati, qui perſecutionem patiuntur, ideſt beati mala pœnę habentes. Quare? quia (ut audiſti) ex ipſis malis maiora admodum bona, Deo hoc faciente, proueniunt: ad quę tribulati ipſi pro beatitudine ſua habere debent. Hęc eſt natura ratio illius beatitudinis hinc habita: ultra illam ratio-

Iacob. 1. nem, quam in Euangelio ibi legis. Vel ad ly omne gaudium exiſtimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis. Omne gaudium: quare? Quia bonum gentis, ideſt bonum uniuerſale ex tribulationibus ueniens, vult omne gaudium: ſicut bonum particulare vult aliquod gaudium. Vel.

Tex. MOrtuus eſt Aram antè Thare patrem ſuum.

Concl. 5. *Non debemus nobis promittere longam uitam ob id: quòd iuuenes ſumus.* [Ex eo]

Ratio. QVIA iunior moritur antè ſeniorem. Hoc annotauit littera, ceu quoddam mirum, inſolitum, a nobis minùs conſideratum; immò, tanquam id, eius oppoſitum ſæpiùs in damnum ſalutis noſtræ nobis promittere ſolemus.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO DVODECIMO.

EGredere de terra tua: & benedicam tibi. *Tex.*

Concluſio 1. *Quomodo uolenti fieri grandis apud Deum, opus eſt; ut apud ſe in ſuis fiat minimus; & conſequenter uolentem ad Deum accedere oportet; à ſe, ſuisq; uoluntate ſaltem, recedere.* [Ex eo.]

Si Abraham voluit à Deo benedici, & magnificari: oportuit, ipſum adeò in ſe, ſuisque paruifieri, vt etiam corporaliter domum, cognationemque propriam relinqueret. Hoc & dicitur in Pſal. Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui: & concupiſcet rex decorem tuum. Audi (inquit) & vide, & inclina aurem tuam. Trina petitio attentionis magnitudinem dicendorum ſignificatur, & neceſſitatem faciendi illa. Ac ſi dixerit. Non poteris amari à rege, nec potes eſſe decora: niſi te, tuosque quantumuis charos dimiſeris. Et conſequenter quantò magis & minus dimiſeris, tantò magis, & minus decora eris: & per conſequens hoc magis & minus à rege amaberis. *Ratio.* *Pſal. 44.*

¶ Hac monitione introduces Euangelium de Chananęa (ibi egreſſa a finibus); & aliud ſimile. *Matt. 15.*

¶ Ergo amor Dei vſque ad contemptum ſui ædificat ciuitatem Hieruſalem, (vt dicit S. Auguſtinus) Ergo (ab oppoſitis) amor ſui vſque ad contemptum Dei ædificat ciuitatem Babylonicam (vt habes ſupra de hominibus tempore diluuij, cap. ſexto. & de ædificantibus turrim, cap. vndecimo.) Ne mireris: quòd ſic oporteat fieri, vt hic dicit ſcriptura, ſcilicet q oporteat egredi de terra ſua, ſi volumus coram Deo, ſiue in ipſo fieri grandes, & habitare. Nam & in humanis rebus hoc conſpicis. Quid? Quòd ſponſa domum propriam relinquit: & in domum poſtea ſponſi traducitur. Quis autem fidelis ſponſus? Chriſtus. Terra ergo ſua propria ab anima relinquenda eſt: ſi vult adhærere ſponſo ſuo. Quò eundum? Ad domum ſponſi. Et ſicut, antequam à domo propria in domum ſponſi traducatur mulier, non adhuc perfectum matrimonium haberi ſolet: ita antequam anima tranſitum à ſeipſa ad ſponſi domum faciat, nõ perfectè ſponſa Chriſti dicenda eſt. Habebit quidem forſan ſponſi munuſcula quædã, ſicut & mulier ante traductionem a ſponſo munuſcula ſuſcipit: tamen non adhuc perfectè Chriſto ſponſo coniuncta erit. Quæ ſunt autem munuſcula Chriſti? Conſolationes ſpirituales, affectiones ſanctæ, ſuſpiria in cœleſtem patriam, & alia huiuſmodi. Sed non ni- *Coroll.* *Auguſtinus*

hus (vt dictum eſt) iuſtificatus eſt; quicunque ille eſt, non propriè anima illa Chriſto iuncta pro ſponſa eſt. Quare? Quia non adhuc de terra propria egreſſa eſt. E terra egreditur propria; obliuiſcatur per elongationem domus patris ſui: Et tunc primùm concupiſcet rex veluti ſuus ſponſus decorem eius. Quare? Quia tunc primùm incipiet decor animę apparere. Decor enim abſolutè dictus, ſ. profectus animæ, ita ſcilicet, vt à rege tanquam vera ſponſa concupiſcatur, conſiſtit in diſceſſu à domo propria, & acceſſu ad Chriſti domum. Quomodo diſceſſus iſte fit? Abnegando ſeipſum, propriam voluntatem non faciẽdo, proprium velle in omnibus pro Chriſto alteri ſubmittendo. Et (vt uno dicam verbulo) in obedientia ſancta talis traductio conſiſtit. Tunc domum propriam relinquit anima, & domum ſponſi habitandam ingreditur. Sicut nanque domus quietem dicit, ubi homo ſecurè, & quietus habitat: ita vniuſcuiuſque voluntas quietem importat naturaliter illius. Quis enim magis quietus: quàm qui propriam facit voluntatem? Vnde & in vulgari prouerbio decantatum vbique eſt: Qui contentatur gaudet. Et quis contentatur: niſi cui omnia ſecundum voluntatem propriam ſuccedunt? Voluntatem igitur tuam da Chriſto, vt non tuam, ſed Chriſti voluntatem in omnibus perficere velis: & iam de domo tua ad domum Chriſti feciſti tranſitum. Non (inquit) mea voluntas, ſed tua fiat. Quid fecit

tunc

tune Chriſtus? His in verbis oſtēdit: quomodo anima Chriſti ſponſa vera fieri poſſit. Erat tunc aquila Chriſtus pulloſque ſuos ad volandum, ut aquila prouocabat. Ad volandum quò? In ſublime, in amplexū, ſcilicet ſponſi cœleſtis. Eo quantum damnum nobis propria voluntas affert, ſi non in omnibus abnegetur: & quantam inde utilitatem reportamus, ſi per omnia eam abnegemus, eique, diuinam amplectendo, viriliter contradicamus.

APPENDIX.

HINC ergo habes: quòd Deus viam perfectionis docuit Abrahamum his in verbis, ſcilicet; Egredere de terra tua &c. Secundò habes, quòd Deus ordinem intentionis expreſſit hic, non ordinem executionis. Cùm enim repentè nemo fiat ſummus, & illud ad Abraham dictum ſummum gradum perfectionis importet; clarum eſt: quòd ordinem intentionis ſic dicendo propoſuit. Vel dicas: quòd Deus voluit, Abrahamum incipere ſpiritualem vitam ab apice perfectionis (ſicut de B. Benedicto legitur.)

Not. ¶Applica ad (Euangelium) Abneget ſemetipſum. Vel ad
Luc. 9. ly reliquimus omnia. Ille enim relinquit omnia, qui pro-
Mat. 19. priam voluntatem in omnibus relinquit: Et talis (veluti Abrahamus) dignus eſt ſequi Deum ſuum. Hic centuplum accipit in hac uita: & deinde vita donatur æterna. Quomodo? Quia in hoc ſeculo colitur pro Sancto ab uniuerſis, & uniuerſo tempore, nec unquam memoria eius deletur, ſed ſemper in honore apud homines perſeuerat. Nonne ſibi vi-
Ibidem. detur, quòd hic talis Centuplum per hoc accipiat? Sic eſt de Sanctis omnibus: qui ſua ob Chriſti amorem dimiſerunt: licèt in diuitijs temporalibus centuplum non acceperint. Quid de diuitijs? Nam bona fama, bonumque nomen, omnibus diuitijs præſtat: quam famam Sancti omnes (Exemplū ſit de B. Alexio) ſua pro Chriſto dimittentes in hoc ſeculo habuerunt. Hoc illud eſt, quod nunc Deus Abrahamo pollicetur dicens Faciamque te in gentem magnam, & multiplicabo te. Ille enim fit in gentem magnā, ad cuius exemplum plurimi conuertuntur; Et multiplicatur ille, qui per aliorum conuerſionem gaudium maius habet: Duo hæc in Sanctis pro Chriſto omnia cum Abraham dimittentibus, fuerunt: & ſic Centuplum in præſenti ſeculo acceperunt. Nam ad Sanctorum illorum imitationem multi uitam ſuam correxerūt: & Sanctis illis ex iſtorum conuerſione gaudium accidentale, in paradiſo quandoque, augmentatum eſt. Hanc gaudij auctionem denotauit Apoſtolus, ubi loquebatur ad conuerſos
Philip. 4 per ſuum exemplum, & prædicationem dicens: Vos eſtis corona mea, & gaudium. Vel ad ly &c.

Tex. EGredere de terra tua &c. & faciā te in gentem magnam.

Concl. 2. *Deus volens exaltare aliquem facit totum oppoſitum eius, ab hominibus idem volentibus.* [Ex eo.]

Ratio. SI quis uult exaltari à ſeipſo, uel ab alijs hominibus; ſtūc incipit fortificari in domo ſua, cognatos ſibi multiplicat, nec extra patriam exulare uel ad horam patitur. Deus autem uolens magnificare aliquem, ipſum omnibus ſpoliare incipit, ipſum ad nihilum fermè deducit, amicis ipſum priuat ac notis, domum eius patriamque illi interdicit. O Deus, quam cogitationes tuæ à cogitationibus noſtris diſtant, & uiæ tuæ à uijs noſtris differunt.

Coroll. ¶Ergo non deſperandum; immò tunc ualde ſperandum: quando res ſeculi pro uoto nō ſuccedunt. Ergo reflectamus huc illud. B. Iob. 8. Etiam ſi me occiderit ſperabo in eum. Quaſi diceret apertius ut propoſitum. Cùm à Deo rebus mundi, etiam uita ipſa, ſpoliari uideor, & hic depretiari, tunc ſe uera ueſtiri, exaltari, augeriq; incipio. Hoc ergo ſignificare
Ioan. 14. uolens Chriſtus ait nobis; ly uado, & uenio ad uos. Quaſi diceret clarius: Cùm à nobis per ſubtractionem temporaliū, immò (quòd mirabilius eſt) & conſolationum ſpiritualium, quandoque, recedere uideor ac elongari; tunc multotiens propior ſio atque uicinior. Sic intelligas ergo & illud Pſalmi: Dominus aſcendit ſuper occaſum. Hoc eſt, in propoſito. Quando res omnes decidiſſe uidentur, & nihil ultra ſpei humanitus relictum, pro aliqua re promouenda: Tunc ſæpius ſuam Dominus repentè præſtat magnum auxilium. Dic mihi. Si uidiſſes tunc Abrahamum, & terra ſua, & domo ſua, & parentibus ſuis, atque cognatis omnibus, ſpoliatum omnino: quid (ſecundum hominem) dixiſſes? Certè ipſum nunquam in mundo ad meliores opes uenturum ſperaſſes: quinimmò hunc eundem, ſemper futurum pauperrimum, omni ex parte ab hominibus derelinquendum pronunciaſſes. Et tamen quid audiſti, à ueraciſſimo Deo ad illū ipſum ſic omnibus denodatum? Faciam, inquit, te in gentem magnam. O quàm benè dictum, faciam. Quaſi diceret. Nullus te in hoc miſerrimo ſtatu poſitum in gentem magnam facere poſſet, niſi ego: Et nullus te talem in gentem talem fiendū unquam æſtimare facilè poſſet, niſi à meipſo Quomodo enim poſſet quis ſecundum hominem ambulās id æſtimare: cùm uia contraria procedat hoīum genus ad ſuorū exaltationes?

¶Hoc modo ad exaltandum ſuos procedit Deus: ut oſtendat; ſe non indigere hominum auxilio ad faciendum, quod uult. Item hoc modo Deus ad magnificandum aliquem procedit: ut ſuperbia hominum confundatur in ſeipſa; & conſequenter ut ex ſeipſis conuincant ſeipſos homines, quòd talium exaltatio eſt ex uirtute Dei, non ex ſua; & conſequenter ut coacti quaſi ſint homines ad dandum in his negocijs totum honorem Deo, nō ſibi ipſis uel minimam honoris partem. Ob hoc piſcatores elegit ad tantam magnitudinem; ut ſcilicet totum mundum ſolis linguis, Domino ſignis eorum ſermonem confirmante, conuerterent. Exemplum de Ioſeph, Dauid, Moyſe, &c. qui per uiam mortis (ſic & martyres, & augmentatio Eccleſiæ) ad exaltationis apicem à Deo adducti fuere. Ergo in die malorum ne immemor ſis bonorum. Not. Mar. ult.

A Edificauit altare domino. Text.

Concl. 3. *Altaria in honorem Dei ædificare eſt non tantùm legi ſcriptæ, ſed etiam naturali gratitudini conſentaneum.* [Ex eo.]

NON enim lege ſcripta, cùm nondum eſſet, ad hoc inductus eſt Abraham: ſed Spiritusſancti inſtinctu, & naturali gratitudine. Ratio.

¶Ergo hæretici altaria reſpuentes, non tātum iuri diuino, & legi ſcriptæ; ſed & naturali dictamini contrauenimt. Si enim illicitū eſſet ædificare altaria (ut blaſphemat hi): cur Abrahā plures altaria Domino ædificās non reprahenditur à ſcriptura, ſed potiùs commēdatur, cum Deus plura poſt illi tanquā in hoc grato, promittat? Simile dic de Noè, ſupra 8. conclu. 3. 4. 6. et infra de alijs. Corol.

¶Aduertas, quid in hoc ſeculo pro hominibus fiat; & tunc, quantū altaria negantes errent, facilius perſpicies. Non ne Regi paratur locus peculiaris: vbi ſedeat, vbi dormiat, vbi audientiam præſtet? Non enim ubique audientiam à Rege obtinebis. Quid, Regem adduco? Rege minorem accipito: & me à ſomnoli locutum agnoſcito. Quòd ſi pro hominum dignitate repræſentāda hoc fit: Quid pro Dei maieſtate in hominum reuerentia pōnenda fieri debet? Hæretici ergo altaria (vbi audientiam à Deo gratiorem habemus. Hoc notauit ſup. 8. de Noè, cū dicitur quòd cùm ſup altare obtulit, odoratus eſt Dominus? Non enim ſimpliciter dictum eſt, quòd odoratus ſit Dominus odorem ſuauitatis: ſed quòd odoratus eſt &c. quando Noè obtulit ſacrificium ſuper altare) hæretici inquam, altaria deſtruentes & maieſtate diuinam parum ſatisfaciunt, quam humanam, & hominum reuerentiam erga Deū promouendam deſtruere moliuntur. Et Diuino igitur honori, & hominum ſaluti per hoc derogant, immò utrūque (quā tum in ipſis eſt) conculcant, peſſundāt, annihilant. Quam, rogo hic prauitatem uides? Not. 1.

¶Pſeudo Apoſtoli auribus iudæorum prurie bant ad hunc finem (D. Paulo teſte): ne ſ. Crucis Chriſti perſecutionem paterentur. Odibant igitur Crucem Chriſti, licet Chriſtum prædicare uiderentur: & ex odio Crucis prædictæ fiebat, ut iudæis placere in malum deſiderarēt, ac procurarent. Vide hæreticos pſeudo Apoſtolis nunc ſimiles. Quid altaria denotant? Crucem Chriſti. In ſignum huius (ut per totum ferè Leuiticū habes) animalia Chriſtum Crucifixum figurantia ſuper altaria Deo offerebantur, trucidabātur, immolabantur. Quid faciunt hæretici? Ad inſtar patris ſui diaboli. Quid facit diabolus? Nihil magis, quam Crucē Chriſti, odit. Sic iſti Cruci Chriſti adeò infenſi ſunt: vt etiam Crucem Chriſti figurātia videre nequeant. Quid figurant altaria? (Iam diximus) Crucē Chriſti. Si ergo figuras Crucis Chriſti tantis odijs, tan- Not. 2.

tis venenis, tantis perſequutionibus proſequantur: quomodò Crucem Chriſti eos amare; immo eos non odire, non horrere, non deteſtari, nō ad mortē uſq; abbominari eos inquies?

PRO ECCLESIA.

SANCTA DEI.

HAec concluſio 3. cap. 12. deſtruit impietatem hæreticam Fauſti Manichæi dicentis altaria, templa, incenſa, uaſa, luminaria, veſtes, imagines, ſacrificia abijcienda. Patet enim, hinc ſequi totum oppoſitum. De qua re, ut & copioſius refellatur, uide D. Auguſtinum lib. 2. contra Fauſtum. Inquantum igitur contra altaria loquitur, per hanc concluſionem confutatur: & etiam ſuprà ex cap. 8. con. 3. 4. 6. de Noè loquentibus. Inquantum autem de alijs etiam impiè garrit, ab alijs infra concluſionibus ſuper facta Sanctorum Patrum Abraham, Iſaac, Iacob; innitis (ut diſcurrenti patebit) confodietur. Damnatur prædicta Fauſti impietas & ab Elucid. pri. par. art. num. 108. Et à Concilio Gangrenſi ca. 76. quod vniuerſaliter in cap. 5. loquens ait. Si quis docet; domum Dei contemptibilem eſſe; & conuentus, qui in eo celebrantur; Anathema ſit. Hæc ibi. Quis verò neſciat Fauſtū cum ſuis illa poſitione docere, domum Dei, & conuētus ibi factos, eſſe contemptibiles? Etenim illa omnia, quæ ipſe contemnenda eſſe docet, in domo Dei a conuenientibus ibi fiunt. Damnantur, & abūdanter, ab infradictis Geneſ. 18. conc. 3. 4. & cap. 47. con. 5. Item ab Exod. 19. con. 3. & cap. 26. concl. 1. & cap. 39. con. 1. Adde Leuit. 22. con. 1. & 26. con. 1. & 27. cō. 5. Item Num. 21. con. 8. Cum autem à temporibus Apoſtolorum talia a Fauſto improbata incœpiſſe, & ex omnium traditione in Eccleſia ſucceſſiuè per tot annorū curricula duraſſe, in locis citatis videris: Manichæos profectò cum ſimilibus Nouatores eſſe non ambiges, & venientes contra illud præceptū ſapiētis, Prouer. 22. ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui: & cōtra illud Deutero. 19. nō tráſferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores. Maledicti ergo ſunt omnes Fauſti ſequaces cum eo: quoniam ſcriptū eſt Deutero. 27. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus: Amen. Si ergo transferentes materiales terminos, quos fixerunt priores, omnis populus debet maledicere, ſecundum ſcripturas: multo utique magis Nouatoribus prædictis, alijſque ſimilibus, qui vel in præmiſſis, uel in alijs Eccleſiaſticis dogmatibus (quæ eſt ſpiritualis poſſeſſio uerorum Iſraelitarum .i. Catholicorum) transferunt, ſeu tráſferre contendunt, terminos patrum noſtrorum, Apoſtolicorum ſcilicet uirorum; debetur maledictio ab omni populo. Vnde B. Hierony. ad propoſitum talium ſcripturarum, inquit. Transferunt Principes Iuda terminos, quos poſuerunt patres eorum: quando immutant mendacio ueritatem; & aliud prædicant, quàm ab Apoſtolis acceperant. De hæreticis manifeſtus eſt ſenſus; q ſophiſmatibus, & arte dialectica, ſæpè opprimunt Eccleſiaſticos. Hæc ille, & recitant. 24. q. 3. Damnatur & à Concilio Trid. ſeſſ. 22. cap. 5. & cano. 7. & ſeſſ. 7. de ſacramentis: ubi & à pia Matre Eccleſia hæc ex Apoſtolica diſciplina traditioneq; adhiberi dicit; & Anathematizat ſpernentes hæc, dicentesvè contrarium. Damnatur quoque multipliciter ab Eluc. Addi. art. nu. 133. 169. 128. Item Numer. 4. con. 1. & 12. con. 7. & cap. 18. con. 2. Vide etiā Exod. 28. con. 3. & cap. 30. con. 4. & cap. 40. con. 1.

Ambroſ.

Text. AEdificauit ibi altare domino, qui apparuerat ei.

Concl. 4. *Licet ædificare altaria ibi, ubi aliqua miſſo, uel miracula facta ſunt.* [Ex eo]

Ratio. QVIA ex eo, quòd aliqua diuina fiunt in quodam loco (ut hic infra ſæpius de Patriarchis) patet, q Deus illum ſibi locum quodammodo conſecrauit. De hoc habes exemplum Exodi 3. vbi de loco, in quo facta erat apparitio diuina, dicitur: locus ſanctus eſt.

Not. ¶ Contra hæreticos facit, ſicut & concluſio præcedens. Dānantur etiam hi ſimiliter, ut ibi.

Coroll. Si de ſimilibus. ¶ Ergo ciuitas Fauentina iure optimo ædificauit Eccleſiā B. Valgini, quā vocant Eccleſiam Dominæ fociæ, eo q in medio ignis atque flammarum apparuit eius uirtus per imaginem factam ab incēdio protegēs mirabiliter locum illū.

Text. INuocauit ibi nomen domini.

Cont. hæreticos. Concl. 5. *Orare in loco ad hoc determinato, puta in Eccleſia, uel ad altare, licitum eſt; & ſpecialiter gratum Deo, hominique proficuum.* [Ex eo.]

Ratio VBI altare conſtruxerat, ibi orauit. Et quòd hoc acceptū ſpecialiter Deo fuerit, vtileque Abraham, patet à ſimili. Noè nanque, ſupra cap. 8. obtulit holocauſta domino ſuper altare, & odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis: ideſt ualde gratum habuit, quòd ſuper altare eum odoraſſet. In cuius ſignum pollicitus eſt ei tunc ſecuritatem de non mergendo amplius toto genere humano.

Mat. 21. Ioan. 2. ¶ Applica ad Euangelium: Domus mea, Domus orationis eſt: & contra hæreticos; quòd non ſunt deſtruenda loca in honorem Dei extructa, ſed ibi orandum. Et hoc oſtenditur etiam ante legem; ut magis erubeſcant, & fideles animentur. Et potes accipere ad hoc etiam ſupradicta immediatè de altaribus. Contra illos, qui etiam in hoc ſunt figura Antichriſti, vide Compendium Alb. lib. 7. cap. 9. & 21. Schol.

PRO ECCLESIA

SANCTA DEI.

PRæſ. Concl. 5. cap. 12. deſtruit hæreſim Albigenſium dicentium: quòd templum, uel Eccleſiam adire orationis cauſa, uel in ea orare nihil prodeſt. Patet enim totaliter contrarium conſiderātibus hunc ſcripturæ locum. Damnatur & ab Hiere. 7. Quare enim (ut optimè monſtratur in Exod. 25. con. 4.) indignatur tam uehementer deus ibi? niſi quia loco orationis, qui erat templum, altare &c. abutebantur. Similes enim erant illis, qui dixerāt olim. 1. Regum 4. ueniat arca Dei in medium noſtri, ut ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum: Qui tamen non curabant (ut opus erat) de bona uita. Damnatūr hæreſis prædicta & à Concil. Trid. ſeſſ. 22. doct. de obſer. & euitan. in celeb. Miſ. ubi inter cætera utilitatem magnā templorum innuens ait. Ne permittant ordinarij locorum, priuatis in domibus atque omnino extra Eccleſiam, & ad diuinum tantum cultū dedicata, oratoria, ſanctum hoc ſacrificium à quibuſcunque ſacerdotibus peragi. Hæc ibi. Audis nè: quanta ſit differentia inter loca Deo tantum dicata, & loca alia? De templis, &c. uide 1. à q. 102. art. 4. unde, & Albigenſium atque ſimiliū deliramenta, illuſioneſque diabolicas contra ad tēpla inuentas fugabis. Dānat & a concil. Gāgrēſi cap. 6. cōfirmato in 6. ſyn. generali. Si quis præter Eccleſiā, vult Eccleſiā habere; & contemnens Eccleſiam vult ea, quæ ſunt eccleſiæ agere, non conueniente presbytero de Epiſcopi licentia; ſit anathema. Hæc ibi. Vnde clare percipitur: quòd magis prodeſt (cæteris paribus) orare in tēplo, ſeu in Eccleſia, quam extra. Item dampatur ab Eſa. 56. Domus mea domus orationis eſt. Vbi patenter ad literam: ſi bene conſideras, uides: quod peculiare eſt domini Dei, vt in ea oretur, & in tantum; ut ad nihil aliud facta dicatur, niſi ad hoc vt ſit proprius locus orationis. Non autem eſt ita proprius, vt in alijs locis non poſſit etiam, & debeat, fieri oratio: ſed quia in alijs locis non ſic bene ſit, ac exauditur; cæteris paribus .i. dato quòd cum æquali deuotione fiat. Nam in domo Dei .i. in templo, ubi ſunt ſanctorum reliquiæ, ſacræ imagines, altaria (de quibus tanta æſtimatio ſit a Domino: vt paſſim in libris his Moſaycis patet) &, quod ſuper omnia incomparabiliter eminet, diuiniſſimum Euchariſtiæ ſacramentum: quæ ſingula, & omnia, multum ualent ad hoc, quòd orationes & melius fiant, & facilius exaudiantur, quam alibi. Quòd ſi daretur, quòd magis non prodeſſet in templis, quàm alio loco orare; tunc nihil dixiſſet Dominus, per ly domus mea domus orationis eſt; cum tamen aliquid ſpeciale, reſpectu aliorum locorum dicere per hoc voluerit. Quo quid abſurdius; & piarum aurium offenſiuum magis? Vide Num. 21. con. 8. & Exod. 19. con. 3. Damnatur item ab eodem Concilio Gangrenſi cap. 20. Si quis per ſuperbiā, tāquam perfectum ſe exiſtimans, conuentus; qui per loca, & baſilicas ſanctorū martyrū fiūt, abominatus fuerit, vel etiā oblationes (ideſt ſacra, ſeu miniſteria), quæ ibidem celebrantur, ſpernendas eſſe crediderit; memoriaſque ſanctorum contemnendas putauerit: Anathema ſit. Et cap. 21. Domos Dei honoramus; & qui ſunt in ijs, conuentus, vt ſanctos & vtiles recipimus: &

omnem

uēm locū in Dei nomine ædificatū honorātes, & cōgregationem in Eccleſia factam ad vtilitatem communem recipimus. Hæc ibi. Et, vt in principio concilij patet, loquitur contra Euſtachium, & ſequaces, tanquam alteros Albienſes; de quibus ait ibidem. Inuenti ſunt docere; traditiones Eccleſiaſticas, & ea quæ in Eccleſijs aguntur, debere contemni; priuatiſque conuenticulis inſtitutis, ad imitationem eorum, quæ in domo Dei aguntur, omnia præſumere celebrare. Loca ſanctorum martyrum, vel baſilicas contemnere; & omnes, qui illuc conueniunt reprehendere. Hæc ibi. Damnatur & ab omnibus ſcripturis, vbi docetur de reuerentia templis exhibenda. Vt Exod. 30. 40. & Num. 4. reſpectu tabernaculi, & vaſorum eius quæ repreſentabant templum, eiuſque vaſa. Item. 3. Reg. 6. 7. 8. 9. Item. 4. Reg. 11. 2. Machab. 10. ne occidatur quis in templo. Item 1. Eſdr. 3. 6. Item Tob. 1. Item 1. Machab. 4. 15. Item in templo voluit Dominus offerri, Luc. 2. Vide Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19. Ioan. 2. Actu 3. 5. 8. 21.

Tex. **V**Xor illius eſt: occident me, & te reſeruabunt.

Concl. 6. *Apud gentiles adulterium erat peccatum, & maius peccatum erat adulterium, quàm homicidium.* [Ex eo]

Ratio VOLVISSENT enim occidere Abraham, ne abutentes vxore eius, adulterarentur. Vnde patet utrumque, ſcilicet & quòd pro peccato tenebant adulterium; & quòd pro peius, quàm homicidium.

Not. ¶ Licet opinio iſta fuerit erronea pro quanto adulterium maius peccatum æſtimabant, quam homicidium, tamen ex hoc rectè colligere potes, quomodò inueharis contra paruipēdentes adulterij peccatū: & inter alia illis ex hoc loco inculcare, quòd illi ipſi iudicabuntur ab iſtis gentilibus; pro quanto magni penderunt hi mœchiæ facinus vehementer: ipſi verò factis proprijs nec tenuiter. Si homicidium itaque morte compenſatur ſecundum leges; adulterium quoque à fortiori, iuxta gentiles, punitione ſimili compēſari deberet. At quoniam opinio illorum vera non erat (nam homicidiū ſecundū veritatem adulterio maius eſt) ideò non morte plectitur ipſe mæchus: veruntamen ſicut homicidio adulteriū ſimile in grauitate eſt; ita ſimili, etſi non æquali, caſtigatione puniri deberet adulter. Non miror igitur, quòd Papa Pius V. adulterātes viros triremibus adiudicauerit, vel aliquam illis ſimilem pœnam infligi ſtatuerit: Et quòd Concil. Tridē. ſeſſ. 24. cap. 8. de ref. etiam cenſuris contra tales, & alijs pœnis inuocato etiam ab Epiſcopis, ſi opus fuerit, brachio ſeculari, decernat iuſtiſſimè eſſe agendum. Contra adulteros igitur inuigilēt terrarum principes, tùm à conſcientia, tùm à gentilibus, tùm ab illo Summo Pōtifice, tum à Concilio in caſu moniti. Et caueant ſuper omnia, ne aliquando ſint verbo, vel exēplo ſubditis ſuis occaſio aliter faciendi. Alioquin non ſolū Deus, ſed etiam damnati gentiles, vt in textu apparet, damnarent eos.

¶ Applica ad Ioan. 8. Mulier modò deprehenſa eſt in adulterio. Vel ad ly &c.

Tex. **D**Ic obſecro, quòd ſoror mea ſis, uſque ad vt tollerem eam mihi in vxorem.

Conclu. 7. *Licet occultare ueritatem, etiamſi audientes uerba occultantis ad aliam conſequentiam tracturi ſint.* [Ex eo.]

Ratio. VERE ſoror ſua, ideſt conſanguinea erat, ut patet infra cap. 20. & ideò non dixit mendacium, licet ſub hac ueritate aliam ueritatem occultauerit, ſcilicet quòd ipſa eſſet uxor ſua. Audientes nanque fecerunt hac conſequentiam ex dictis eius: Si iſta ſoror Abrahā eſt, ut ipſa fatetur; Ergo non eſt uxor eius. Vnde patent duo: ſcilicet quòd ſub una ueritate occultauit aliam ueritatem; & quòd non ſemper timendum, ſi ex noſtris dictis ueris alij decipiuntur. Vnde non culpatur ſcriptura ſi infideles ex ueris ibi habitis decipiuntur falſa ſua aſſerendo per conſequentiam uel aliter.

Not. ¶ Intellige quæ dicta ſunt, cum quis non tenetur fateri ſimplicem ueritatem. Si enim prælatus licitè præcipiet: non licet ſubdito celare illi ueritatem ſub quacunque ueritate. Tunc enim non currit exemplum de Abraham hic; qui non erat in tali caſu. Pro meliori etiam captu concluſionis uide cap. 20. concluſ. 2. circa.

APPENDIX.

HINC habes: quòd licitum eſt, uti inſidiis in bello; & 1
eo quo ſenſu licitum id ſit. Licitum enim eſt occultare ueritatem inimicis, non detegendo ſua: quamuis non liceat inimicum per mendacium decipere. Nam etiam hoſti ſeruanda eſt fides: ut D. Auguſt. dicit ad Bonifacium. Secundò habes: quam conformiter ad hunc locum D. Thom. 2
ſentiat; ubi in 2. 2. q. 40. artic. 3. an inſidiis in bello licitum ſit uti, perquirit. Vſus enim inſidiarum ibi determinatus licitus ſuper hoc fundatur, q. ſ. occultare ueritatē licet: id quod ex capitulo iſto ſacræ ſcripturæ habetur.

Tex. **F**Lagellauit Dominus Pharaonem propter Sarā uxorem Abraham.

Concl. 8. *Non omnis ignorantia excuſat aliquem; nè ſcilicet ei imputetur peccatum ex tali ignorantia ſequens: puta ignorantia proueniens ex hoc, quòd quis non fecit debitam diligentiam ad ſciendum quippiam; etiam quod ſibi uideretur quaſi tutus, ſeu feciſſe debitam diligentiam.* [Ex eo.]

Ratio. EN Pharao uidebat ſibi ferè tutus ex auditis ab Abrahā; Et quaſi pro certo tenebat, quòd nō eſſet Sara uxor eius: & tamen quia non maiorem diligentiam adhibuit ad intelligendum, an eſſet uxor illius; ideò ex iſta ignorantia peccauit in ſuo peccato ſequenti. Vt quid enim à Deo flagellaretur, niſi peccaſſet? ſimile habes infra c. xx. in facto Abimelech.

¶ Applica ad euangeliū Luc. 19. eo quòd non cognoueris tēpus uiſitationis tuæ: & ad ſimile. Inueharis per hoc contra paruifacientes peccata per ignorantiam facta.

APPENDIX.

HINC habes: quòd non excuſantur illi de prius factis, 1
qui dicūt; Ego non ſciebam, hoc eſſe peccatum. Potuiſſent ſiquidem diligentiam adhibere ad hoc, ut ſcirent (uel eundo ad cōciones uel &c.): Et ideò qui ex ignorantia, in 1. 2. q. 76. per totum. negligentes de ſua ſalute fuerunt, à ſequentibus peccatis non excuſantur. Quomodo enim excuſent, ſi negligentia præmiſſa fuit peccatum? Alioquin peccatum excuſaret peccatum, non aggrauaret: cùm tamen peccati ſit grauare, non alleuiare ſecundum itaque negligentiam præcedentem tu de peccato ex negligentia illa ſequente iudicabis.

¶ Secundò habes: quòd non excuſantur hæretici ſcriptu- 2
ras modo, quo faciunt, etiam ſi ille modus ipſis ueridicus uideretur, exponentes. Nec etiam excuſantur hæreticis credentes: quanquam ignoranter hoc faciāt. Neque igitur in hæreticis principalibus, neque in ſecūdarijs, ignorantia tutam conſcientiam facit. Deberent enim iſti omnes ad Eccleſiam Sanctam recurrere inquiēdo, an eorū ſenſus in ſcriptura talis uerus exiſtat: & hunc recurſum ad illam facere per ſe, uel per alium, poſſent, ſi uellent. Quia igitur debent ac poſſunt, ſed nolunt: ideo falſum ex ſcripturarum dictis ſenſum aſſumendo, licet hunc uerum ipſi credant, cū Pharaone flagellabunt. Quid? Imò plus Pharaone. Nam Pharao in hominem peccauit: iſti uerò in Deum. Pharao ſiquidē Sarram Abrahamo abſtulit; iſti uerò ſcripturam diuinam à ſenſu diuino ſurripiūt. Quid amplius? Pharao ſic agēs, de facto nō adulterauit: iſti autem ſic agentes, (Apoſtolo teſte) uerbum Dei adulterant. Nam ſuum ipſorum ſenſum ſcripturæ diuinæ pro illius diuino ſenſu immiſcet. O Phar. iſto multo peiores: & ideo Pharaonicis pœnis deteriora ſupplicia merētes.

¶ Applica ad Euāg. ſcrutamini ſcripturas. Si nāq; ſcrutari debuerat Pharao Abrahami dictum, ut ad uerū ipſius intellectū ueniret: multo magis ſcripturas ſcrutari debemus, ut ad earū uerā intelligentiā peruenire poſſimus & ſicut & nō ſcrutatione illa Pharao mulctā commeruit: ita multò magis ex non ſcrutatione illa pœnam merebimur. Qua pœna mulctatus eſt Pharao? Hac ſcilicet: quòd uxores ſuæ parere deſierūt. Vnde non tantum ex Sara non generauit: ſed etiam ex ſuis generare non poterat ſimiliter. Ergo ex non ſcrutatione ſeri pturarum pro pœna infligitur hæreticis: ut ēt intellectum in

rebus omnimalibus,& ſenſui patentibus, amittāt. Harū enim intelligentiam ueluti propriam uxorem habēt:& hanc ꝑpter illius ſcripturalis neglectum iuſtè amittunt. Iuſtum ſiquidē omnino eſt: ut amittat propria qui infidelis eſt in tractando aliena. Quomodo fideliter tractari debeat,& poſſit,ſcriptura,uide compend. Alb. lib.5.cap.43.ſchol. Sicut ergo Pharaoni huic in culpa ſimiles exiſtunt: ita nihilominus illi in pœna cōſimiles extant. Hac ex pœna fit: Vt multotiēs hæreticos ad tantā inſaniā ueniſſe conſpicias, ut ſenſui et patentia, uel negent,uel affirmēt illis utiq; aſſimilati idolatris, qui contra ſenſum talpes Deos animabant. Et Vtinā pœnā hanc ꝑ pœnas cum Pharaone dignoſcāt; Et hanc dignoſcentes culpam cum ipſo corrigāt. Sed heu: adeò in ſenſum reprobum (quod per Pharaonis pœnam ſignificatur hic) dantur ut ſenſum ipſum reprobum pro ſenſu maximè probo (id quod maximi iuſti Dei iudicij, maximæque horum cæcitatis, argumētum euidens eſt) ſine aliqua dubitatione ad mortem uſque recipiant, & pro maximè probo ad ſanguinem uſque defendāt.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

HAEC Concluſio 2.cap.20.(ut patet intelligenti) deſtruit hæreſim libertinorum dicentium: quòd peccatum non eſt, niſi opinione eorū, qui ſe peccare putant. Quamuis enim Pharao putauerit ſe non peccare in hoc facto; peccauit tamen: ut flagellatio eius,& domus eius, plagis maximis à Deo iuſtiſſimo iudice inflicta declarat. Damnatur etiam hæreſis illa. Ioan.15. Venit hora, ut omnis qui interficit nos arbitretur, obſequium ſe præſtare Deo. Ecce: quòd hi non tantum non peccare putabant, ſed rem gratam facere Deo. Et tamen de eiſdem diſcipulorum Chriſti perſecutoribus dicitur; Matth. 23. Vt ueniant ſuper nos omnis ſanguis iuſtus à ſanguine Abel iuſti uſque ad ſanguinem Zachariæ &c. Hoc eſt. Illud homicidium, ꝙ contra meos diſcipulos committetis erit peccatum quaſi incomparabiliter maius, quàm peccatum occidentium antiquos iuſtos: & uobis, etiam quòd non putetis, a Deo iuſtiſſimo iudice imputabitur; quoniam in pœnam relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. i. uos priuabimini terrena Hieruſalem in præſenti, & Hieruſalem cęleſti in futuro. Damnatur quoque. Matth. 10. Luc. 9. Quicunque non receperit uos,& neſtros ſermones, exeuntes de ciuitate, excutite puluerem pedum in teſtimonium illis. Amen dico uobis: tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Ecce: quòd licet iſti non putarent committere peccatum excludendo à ſe Chriſti ſermonem per diſcipulos prædicatum,& diſcipulos ipſos; immò è contrario putarent (ut patet Ioan.15.) ſic faciendo obſequium ſe præſtare Deo: tamen, quàm enormiter in his factis peccauerint, iam audiſti. Damnatur & ab Apoſtolo Gala. 5. Manifeſta ſunt opera carnis: fornicatio, immunditia &c. diſſenſiones, ſectæ &c. qui talia agunt, regnum Dei nō conſequentur. Hæc ibi. Sectæ autem, cùm dicantur à ſectando (ut inquit Iſidorus in lib. Ethymolog.) ſicut hæreſis ab eligendo, ſunt idem, quod hæreſes. Multos uerò hæreticos eſſe conſtat, qui ſuas hæreſes pro ueritatibus habent; licet ſecundum rei ueritatem hæreſes ſint. Quid ergo? Hæretici non erunt ij; quia, ſe eſſe hæreticos, non opinantur aut etiā hæreſis non erit hæreſis, quia pro hæreſi à talibus non habetur? Abſit. Scimus enim,& per experiētiam quoque quotidianam compertiſſimum eſt: quòd propter noſtrum affirmare uel negare nihil mutatur in re. Cum ergo dixit Apoſtolus, quòd ſectę ſunt manifeſta peccata, uoluit aperte monſtrare; illas eſſe ſecundum ſe tales, etiam ſi quis contrariam de illis opinionem habens negaret, ipſa eſſe peccata. In cuius ſignum non ſubdit, quoniam qui talia opinantur eſſe peccata,& eadem agunt, regnum Dei non conſequentur: ſed abſolutè rerum ueritate perſpecta pronunciat, quòd qui talia agūt, regnum &c. Damnatur etiam ab incōuenienti maximo, quod inde ſequeretur. Nam ſicut uerum indicat id, ex quo ſequitur, eſſe uerū (quandoquidem ſecundum Philoſophum, ex vero nō niſi verum) ita inconueniens uerum infert id, ex quo ſequitur eſſe inconueniens (quandoquidem ſecundum eundem aliquo inconuenienti dato neceſſe eſt multa inconuenientia ſequi). Maximum autem ſequuturum inconueniens eſt: ꝙ melioris conditionis eſſent ignorantes, quàm docti; ſceleſti, quam timorati; malè affecti, quàm bene. Docti nanque timorati, ac bene affecti, cùm Beato Iob.9. dicunt, uerebar omnia opera mea: multiſq; ſibi mœre conſcientiam faciunt: quæ indocti, ſceleſti, atque præſumptuoſi, pro nihilo ducunt. Damnatur & è 1.Cor.14. ignorans ignorabitur. Quod eſt dicere, conſcientiā erroneam non excuſare. Ignorantia enim, quæ non cauſat inuoluntarium, non tollit rationem moralis boni, aut mali. Et ratio eſt, quia ignorantia talis eſt uolita vel directè, vel indirectè. Directè quidem voluntariam ignorantiam dicas, in quam actus voluntatis fertur: indirectè autem, quando aliquis vult eſſe negligens, ad quam negligentiā ſequitur, quòd neſciat illud, quod ſcire tenetur. Talis enim ignorantia propter negligentiam prædictam accidens eſt conſequenter volita: & propterea non excuſat a peccato illo, quod quis opinatur non eſſe peccatum motus ex ignorantia neceſſariorū. Vult itaque dicere Apoſtolus: quòd ignorans errore volito, ſiue (quod in idem redit) ignorantia voluntaria, ſiue directè, ſiue indirectè, hoc eſt, propter negligantiam circa id, quod ſcire tenetur, talis ignorabitur i. damnabitur. Deus enim tunc ignorare dicitur aliquos, quando eos vel in peccàto mortali relinquit, iuxta Matth.7. Nunquam noui vos, vel etiam ab æterna fœlicitate in morte excludit, iuxta Matth.25. Neſcio vos. Ac ſi per exemplum dicat Apoſtolus. Si ratio errans dictet, quòd non peccat homo ad alterius vxorem accedens, aut fornicans; voluntas huic rationi erranti concordans eſt mala,& damnabiliter peccat: quia error iſte prouenit ex ignorantia legis Dei, quàm ſcire tenetur.

VT tollerem &c. *Tex.*

Concl.9. *Ly, ut, ſumi re conſecutiuè tantum* [Ex eo.]

Ex dictis Abraham ſequutum eſt, quòd Pharao tulit Saram ſibi uxorem: licèt Abraham illa non dixerit propter hunc finē. Et tamē inquit ſcriptura dixiſti eſſe ſororem tuā, ut tollerem mihi eam in uxorem. *Ratio.*

¶ Hic locus eſt clariſſimus pro hoc propoſito, ideò annotaui: licet alij plures reperiantur. Verbi gratia. Partiti ſunt ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Ibi enim hanc auctoritatem inducens Ioannes ait: quòd milites diuiſerunt ueſtimenta, dempta ueſte inconſutili, Vt impleretur ſcriptura hæc. Clarum eſt: Milites ipſos neſciſſe ſcripturam; & nullatenus ad hunc finem partitionem illam feciſſe, ut auctoritas hæc impleretur. Quomodo enim impleri deſiderabāt id: quod neſciebāt? Vel quomodo in intentionem ipſorum cecidiſſet id: cuius penitus notitiam ignorabant? ly ergo ut (& cæcis id uidentibus) non cauſaliter: ſed conſecutiuè accipitur. Item illud eiuſdem euangeliſtæ; Reſponderunt (inquit) iudæi, Nobis non licet interficere quemquam: Vt impleretur ſermo quem dixit ſignificans qua morte eſſet moriturus. Audi. Iudæi Chriſtum mendacem fuiſſe monſtrare Pilato deſudabāt in actu: tantum abeſt, ut Chriſti aliquod dictum tunc uerificari intendiſſent. Quod ergo dixit Euangeliſta hoc dixiſſe Iudæos, Vt impleretur ſermo Chriſti prędicatus, oſtendit clariſſimè; quòd ly ut, conſecutiuè tantum tenetur. Quaſi in illis auctoritatibus diceretur. Ad Iudæorum dictum illud conſecutum eſt, quòd uerificaretur Chriſti ſermo; licet Iudæi hanc uerificationem non intenderent. Item ad partitionem ueſtimentorum Chriſti à militibus conſecutum eſt, quòd Pſalmus uerificatus eſt; licèt milites id non intendeſent. Item tibi ſoli peccaui; ut iuſtificeris in ſermonibus tuis; Hoc eſt. Ad Dauid peccatum conſecutum eſt, ꝙ Deus iuſtificatus apparuit in ſuis ſermonibus (utpote non retractando promiſſionē, quam antè peccatum fecerat Dauidi de Meſſia ex ipſius ſemine naſcituro); licet peccatū Dauidis id non intenderet. i. non mereretur. Intendere nanque in rebus intellectu carentibus pro mereri accipitur. *Not.*

¶ Hæc dicta ſint pro intelligenda ſcriptura in multis locis. Niſi enim huius notationis meminerit quis: facilè in ſenſum peruerſum ruet.

CONCLV-

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XIII.

Text. ERat Abraham diues.

Concl. 1. *Habere diuitias eſt licitum.* [Ex eo.]

Ratio. ABRAHAM fuit ſanctus, immò SS. quoſdam exemplar conſtitutum a Deo (ut infra patet ibi. Multarum gentium patrem te poſui antè Deum: cui credidiſti): Et tamen diuitias, & multas quidem ualdè habuit. Quis igitur, illicitum eſſe habere diuitias corporales tùm naturales (Hæ ſunt pecora) tum artificiales (Hæ ſunt aurum, & argentum) audeat affirmare?

Mat. 19. ¶ Ergo illud euangelij ſcilicet impoſſibile eſt: diuitem intrare regnum cœlorum intelligitur de ponente affectum nimium in diuitijs. Vel ſic. Impoſſibile eſt; diuitem ſaluari. Hoc dicitur attento periculo diuitiarum: non abſolutè. Nam ualdè difficile eſt habenó pecunias, non ponere affectum ad ipſas. Vnde ſcriptura miratur de bono diuite dicens. Quis eſt hic? & laudabimus eum: fecit enim mirabilia in uita ſua. Vis ſcire, q̃ mirabilia? Audi. Qui poſt aurũ nõ abijt: nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Item hinc dicitur: quòd ex diuitijs orta eſt rixa inter paſtores perfectorum uirorum. Ergo facilius eſt: pauperem ſaluari. Ergo paupertas tutior uia eſt ad uitam quàm abundantia. Ergo Chriſtus incipiens ſic in Beatitudinibus (Beati pauperes) uiam faciliorem ad ſalutem nobis dedit tranſeũdã; quòd ex hoc, quòd ſalutẽ in paupertate poſuit, omnibus vitę ſemitam inſinuauit apertam: Et conſequenter ſe uelle ſaluare omnes. Nam quis eſt, qui non ualeat eſſe pauper? Difficilius enim eſt eſſe diuitem: quàm pauperem.

Luc. 19. ¶ Applica cõcluſionem hanc ad Zachæum, in Euangelio oſtendens quomodo poterat abſque peccato ſi uoluiſſet eſſe diues & ſaluari. Vel ad &c.

Text. VNde facta eſt rixa inter paſtores Abraham: & dixit, Nè quæſo ſit iurgium inter me & te.

Concl. 2. *Diuitiæ ſunt quandoque multi periculi eis, qui illas poſſident: etiam quòd ſint perfecti.* [Ex eo]

Ratio. EN diuitiæ cauſarant rixas inter ſeruos virorum tã perfectorum: & etiam iurgium inter illos perfectos. Hoc tamen ſcilicet ne ſit iurgium inter me & te intellige ſic. Ne iurgium inceptum in paſtoribus noſtris perueniat vſq; ad nos. Vel ſic. Nè ſit iurgium inter me & te, ratione. ſ. paſtorum noſtrorum: pro quanto videlicet paſtores noſtri ſunt quodãmodo nos. Vel ſic. Nè ſit iurgium inter me & te: iurgium (inquam) ſecundum æſtimationem aliorum videntium paſtores noſtros rixari. Nam non cognoſcentes veritatem de nobis, & videntes paſtores noſtros diſſentire inter ſe, facile iudicabunt: nos etiam rixari inter nos. Hinc eſt: quòd ſcriptura, inter rixam paſtorum & hoc dictum Abrahæ, interpoſuit hæc verba eo tempore Chananæus, & Phærezæus erant in terra illa. q. d. Licet inter Abraham & Loth, de facto rixa non fuerit, quod probabiliter credendum eſt: tamen circunſtantes facillimè poterant id credere maximè cum eſſent Pagani, & conſequenter ſcandalizari. Quod ſanè ſcandalum Abraham debuit penſare, & remouere: ſicut & penſauit, & remouit. Vel ſic. Nè ſit iurgium inter me & te; ideſt ne ſimus in cauſa iurgij tu & ego; dum. ſ. conniuemus rixam ortam inter paſtores noſtros: ſed huic ortæ rixæ prouideamus pro poſſe noſtro. Paſtor ergo conniuens errata ſubditorum eſt cauſa erratorum illorum. eique hæc imputantur: ut habetur hinc.

¶ Hoc nota bene: & ad Euangelium de paſtore, ratione ſcilicet negligentiæ ſuæ in prouidendo ſubditorum erratis, applica: uel ad ſimile.

APPENDIX.

s HINC habes: quòd melius eſt diuitijs carere, quàm eas
a habere. Secundò habes; quomodo intelligas illud B. Ambroſij dictum, ſ. q Diuitię bonis ſunt adiumenta virtutis. Intelligitur enim ſic: quòd boni finaliter ad uirtutem earum vſum retorquent; non q bonis quandoque impedimento p tentationem non ſint. Nonnè Abraham fuit bonus? Vtique. Et tamen diuitiæ quanto ipſi impedimento per tentationem fuerint, patet in textu. Hoc autẽ impedimentum ſuperauit Abraham, uelut & verè Abrahamitæ: Et ipſas diuitias ad uirtutis organum finaliter retorſit. Rixam nanque ex diuitijs inter Paſtores ortam ſedauit: Et diuitijs ſuis ipſum Loth, à captura (ut infra narratur) liberauit; ſibique, ac ſuis, educationem, ſepulturamque, comparauit. Diuitiæ igitur ſunt bonis adiumenta virtutis, quamuis ad uitium trahere bonos conentur: Et malis ſunt efficaciter, non tentatiuè tantum, impedimenta virtutis. Vnde iſta diuerſitas? Ex bonorum, malorumque, voluntate diuerſa: non ex diuitiarum ipſa natura.

Text. REcede à me obſecro.

Concl. 3. *Si quis etiam nobis chariſſimus, eſt nobis occaſio alicuius peccati, ab illo ſeparari debemus: & hoc cum bona (ſi fieri poteſt) ſua gratia.* [Ex eo.]

Ratio. HABITATIO ſimul cum Loth Abraham conſanguineo Chariſſimo erat occaſio rixandi: ideò Abraham potius voluit diſceſſum à Loth cum charitate, quam cõſortium cũ ipſo ſine charitate. Et hanc diſceſſionem nixus eſt impetrare à Loth, cum bona eius gratia: cum dixit, obſecro. Probabiliter enim creditur, quòd Abraham expoſuerit ipſi Loth, rationem ſui ipſorum diſceſſus ab inuicẽ q. ſ. non faciebat hoc ex paruitate amoris erga Loth; ſed propter melius; & ſic eũ capacem huiuſcemodi rationis fecerat: ut & bonũ diſceſſum, & bene, procuraret.

Not. Mat. 18. ¶ Ad Euang. Pro ſcãdalis euitandis, proiiciendis, ac odiendis, aduertas: quid in primo noſtri uertice ratione ſcandali factum ſit. Quid in principio accidit? Noſter primus parens à ſcandalo quodam tractus peccauit: quod non feciſſet, ſi ſcandalo caruiſſet; non ſic quòd ſcandalum ei ſufficiens cauſa peccati fuerit; ſed quia motiuum ſatis ualidum ipſum ſcandalum fuit. Audi. Erat Adam in ſtatu innocentiæ, erat in ſtatu perfectæ ſcientiæ, erat in Dei gratia. Vide tria omnia hęc ſingillatim, ac pondera: Et ad uim ſcandalorum intelligendam pertinges. Ratione ſtatus innocentiæ natura, utpote nondũ corrupta; uigoroſior erat: ratione perfectæ ſcientiæ, ignorantiam minus habebat: ratione gratię diuinæ, contra obſtacula quæque obuiare poterat. Aderant ſuper hæc diuina præcepta, aderant maximæ

Aureã. comminationes, maxima aderant beneficia, præcipua angelorum ſocietas aderat. Et cum his omnibus quid accidit? Magis unum ſcandalum in malum potuit: quàm uniuerſa illa, Adami defectu. in bonum. Venit enim mulier; ſuaſit homini uetitam comeſtionem; Mox Adamus ad pomum manum admouit, ipſum ori appoſuit, illud comedit. Quid Mulier in hoc facto? Scandalum. Quid Adamus? Scandalizatum. Multa fuerunt in Adamo remedia (ut diximus) contra ſcandalum: ſed quia ſcandalum non amouit; ſcandalũ, pluſquam remedia, in Adamum ualuit. Amouere igitur ſcandala eſt tuta uia ad cauendum à peccato: non amouere non eſt tuta, etiam uiris ſanctis, quemadmodum tunc erat Adamus. Ad hoc Adami exemplum quicunque aſpiciens nonne ad ſcandala quæque uitanda ædificabitur: & de ſuis uiribus, non amotis ſcandalis, diffidet omninò? Veh (inquiet cum Chriſto) mundo à ſcandalis: ex quo omnium noſtrorum Veh ſcandalum unum cauſa fuit. Qui amat periculum (cum Salomone dicet) peribit in illo. Et quis eſt, qui amat periculum: niſi qui ſcandala proijcere parum, uel nihil curat? Niſi enim periculum amaret: ipſum à ſe procul iaceret. Quomodo hinc arguis? Qui ergo non amat periculum; non peribit in illo. Hoc eſt. Qui ſcandalum. i. peccandi occaſiones omninò uitat, hic à peccando ratione ſocietatum ſecurus erit. Tranſeo de Salomone; de Sanſone, de Dauide, multiſque alijs iam exercitatis in ſanctitate uiris, ac mulieribus: qui propter ſcandala, ſeu malas ſocietates, ſeu tentationum continuas familiaritates, ſubitò defecerunt, perierunt, & multo tempore parta, uix una hora perdiderunt in totum. Hæc audiens tu; Abrahami exemplo obediens eſto: qui ut ſe tuum probaret eſſe patrem optimum, factis ipſis de ſcandalorum uitatione te hic inſtruxit.

¶ Applica ad Matth. 18. Videte ne cõtemnatis unum ex his puſillis. Quis hos contemnit? Qui eos ſcandalizat. Etſi

Adam

Adã ſcandalizatus ſtare non potuit, immò non uoluit: Quid de filijs Adam nec originali iuſtitia, nec perfecta ſcientia, nec paradiſo terreſtri, nec Angelorũ ſocietate, nec tãtis nouis beneficijs, dotatis; Quid (inquam) de his dicendum erit? Quod faciliter admotis, non amotis, ſcandalis cadent. Et utique facilè cadent.

Text. SI ad ſiniſtram ieris, ego ad dexteram, ſi tu ad dexteram, ego ad ſiniſtram.

Concl. 4. *Scandalorum occaſiones, non amputandæ ſolum, ſed etiam à nobis proijciendæ ſunt: id eſt procul iaciendæ, non debiliter relinquendæ.* [Ex eo.]

Ratio. EN dextra, & ſiniſtra è diametro apponuntur; & maximè, cum nihil plus diſtet inter eas diſtant. Non tantùm ergo Abraham amputauit ſcandali occaſionem, & iecit; ſed etiam proiecit: dum maximè ſe à ruinæ occaſione elongari uoluit: Ergo à ſcandalo diſceſſum: & maximum diſceſſum uoluit.

Mat. 18. ¶ Applica ad Euangelium ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ, & proijce abs te. Si manus tua uel pes tuus, &c. Et notationem illam pro ſcandalis uitandis dictam circa concl. præceden. in propoſito hoc aſſumito.

Text DIxit Dominus ad Abraham poſtquàm diuiſus eſt ab eo Loth.

Concl. 5. *Proiectio ſcandalorum facit hominem diſpoſitum ad dona, & reuelationes diuinas & conſequenter ad melius guſtandum Deum, & ſeruiendum Deo.* [Ex eo.]

Ratio. NON enim cauſa appoſitum eſt ſignanter ly Poſtquàm diuiſus eſt ab eo Loth: quando narrata eſt tàm diuina & larga promiſſio. Q. d. Apparitiones, & cõſolationes, diuinæ dãtur hominibus pacatis: & quantò magis quis quietatus eſt intra ſe eò amplius dona ſuperna recipere idoneus eſt.

Coroll. ¶ Ergo anima ſedendo, & quieſcendo (id eſt à perturbationibus) fit prudens (id eſt ſapidã ſcientiam à Deo participat). Ergo (ab oppoſitis) quò magis, uel minus quis ſeparabit à ſe occaſiones ſcandalorum, & perturbationum: hoc magis & minùs ſuperna dona percipiet ac ad ſeruiendum Deo uiuenti erit idoneus. Ad id, ubi ſupra ualet hoc.

Text. SVrge: perambula terram: quia daturus ſum tibi eam.

Concl. 6. *Deus uult, nos appendere profundius ſua beneficia nobis præſtita.* [Ex eo.]

Ratio. AD quid uoluit dominus, quòd Abraham perambularet terram ſibi dandam: & annuit pro cauſa perambulationis donationem ipſam (vt litera docet)? Profectò, quoniam vult nos ſcire; quæ ab ipſo donata ſunt nobis. ſi enim neſciremus beneficia ſua; non illi debitas agemus gratias, nec emolumentum afferemus de acceptis donis. Ergo (ſurge, perambula &c. quia daturus &c.) q. d. ego uolo tibi dona conferre, & deſidero, ut de ipſis cõtractus mihi ſis; & infra fructũ facias multum. Iccircò (ad ſignificandum ly multum, ſeu ly profundiùs non dicit textus ly Ambula, ſed ly perambula.

Coroll. ¶ Ergo nos debemus ex donis cum ipſo deſiderare idem; & per hoc Deum rogare.

Ioan. 15. Applicari poteſt ad euangelium (Poſui uos; ut eatis, & fructum afferatis, & fructus ueſter maneat): uel ad ſimile.

Not. ¶ Aduertas hic maximam Dei munificentiam, maximamque hominis ignauiam. De tantis nobis præſtitis beneficijs quid poſtulat altiſſimus? Vt illa penſemus; ut illa recogitemus. Quid facit homo? Illa penſare, illa recogitare nõ curat, aut cõniuet. Ecquis in, cui beneficium ſolum uerbale (Nominando, ſcilicet ipſius, vel inuitando, vel huiuſmodi) fecit Imperator, aut Papa. Quid? Multũ dixi. Non Imperator, non Papa: ſed Imperatore Papaque quaſi in immenſum minor. Quid tunc agis? Multum hoc penſas, multum inde ſuum erga te amorem conijcis, multum inde tuum in illum amorem obligas, nunquam non hoc beneficium conſideras, nunquam non donum hoc magnificas, nunquam non benefactorem ipſum extollis, nunquam non ipſi gratias condignas referre te inſufficientem fateris; nũquam non ipſi. & gratias tibi poſſibiles; & tua quoque, & temetipſum offers, nec tamen aliquid condignum illi benefactori pro beneficio illo feciſſe tibi videris. O ingrate homo domino Deo tuo. Surge tandem, & perambula cum Abrahamo totam terram: Et agnoſce quanta ibi pro te fecit non Papa, ſed verus Deus. Mulier quæpiam ... Dicis. Illa me amatiſſi amorem tuum pro illo tantum intuitu donat: de illa cogitare minimum, ac profundiùs recogitare, delectaris. Et Deo tuo, qui tibi ſemetipſum ad mortem tradidit, quid retribuis? Dedignaris ferè Crucifixum aſpicere, Crucifixum mirari, Crucifixum intimius penſare (Hoc putas aliquando iacturã eſſe temporis ò ſcelſte homo), Crucifixo amorem tuum totaliter donare, pro Crucifixi amore teipſum paruifacere, Crucifixo incorporari, nil, niſi Christum Crucifixum, in te & inter homines, agnoſcere: Surge tandem ignaue homo; & cum Abrahamo terram totam totumque cœlum mente perambula: Et ibi nullum reperies, qui te vel in minima particula diligat comparatiuè ad Chriſtum tuum. Crucifixi nanque amor, cùm infinitus ſit, nullam proportionem in rebus creatis admittit. Ad hoſpitem declinas, ò homo: Ipſum, Explĩ. vt tibi menſam apponat, benignè ſalutas; ipſum, quòd te hilari vultu inter comededum aſſociat, ualdè laudas; ipſi poſt manducationem gratias refers; nec gratias ipſi referre tibi ſufficit, ſed denarios adiungis; nec iſtos ſine illis gratioſis, amicabilibusque verbis, hoſpiti dare probaris. O homo ingrate. Soluis hoſpiti nummos: Et poſtquam ſolueris adamuſſim, gratias illi habes. Deum verò tuum quomodo tractas? Nec ipſum de cibis tibi præſtitis recognoſcere per gratiarum deuotam actionem ſatagis. Deus tuus tibi dentes accommodat, tibi guſtum pro comedendo delectabiliter impartitur, tibi gulam pro deglutiendo præſtat, tibi ſtomacum pro decoquendo liberè donat; Et illi gratias poſt prandium uel cœnam agere erubeſcis? Quod tibi dat hoſpes, tibi dat & Deus; & quod non dat hoſpes, nec dare poteſt, ſponte ſuã tribuit Deus: Et tu (ò uillane homuncio) hoſpitem pluſquã recognoſcis, Deum verò tuum recognoſcere uel ad minimum (Hæc gratiarum actio uerbalis eſt) uix curas. Surge igitur tãdem & cum Abrahamo totam terram tuam & teipſum perambula; & uide quòd à Deo tuo omni ex parte beneficijs donatus es. Hoc penſa, hoc rumina, in hoc eſto, huic attende. Hoc enim facies Deo tuo obtemperabis, qui tibi in Abrahamo iuſſit dicens; Surge, & perambula terram quia daturus tibi ſum eam. Si ab aliquo in aliqua dignitate Explĩ. conſtituto ad prandium vocatus eris, uel alias honoratus eris: certè per totum annum præ huius rei gaudio uix apud te conſiſteres, de hoc ſæpius gloriareris, de hoc loquereris, teipſum per hoc alicuius momenti crederes, & præ dignitate tua hinc coniecturata uix ad infimiora illo primate, qui te honorauerat oculos inflectere dignareris. Et quare non ſic erga Deũ tuum te habes? Ad menſam ſuam ſupercœleſtem te quotidie, ut ſaltem ſpiritualiter communices, inuitat; te rebus infinitis decoratum à ſe gratis honorat plurimum: Et quare tã citò hæc tanta obliuioni tradis? Quare non de hoc ſæpe in domino gloriaris? Quare ex hoc inſtructus dignitatem tuam in Deo non agnoſcis; Et hanc agnoſcens ad infinitota Deo tuo oculos admouere non dedignaris? Surge tandem, ſurge & tu ò ignaue, ingrate, ruſticane, Aſelle homo: & perambula terram: ut ſcias, quanta fecit Deus animæ tuæ. Roga igitur feruenter, ac ſæpius Dominum Deum tuum; vt tibi non Notãda oratio. tantum ſua dona conferat; ſed etiam, vt perficere te dignetur talem, qualem te eſſe tunc in Abrahamo præcipit; uidelicet ut ex donis ſuis ſibi ualde gratus exiſtas, & inde fructũ multum afferas, & fructus tuus indè allatus maneat. Tunc ſurrexiſti: & terram dandam tibi perambulaſti.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

PRAEDICTA Concluſio 6. cap. 13. deſtruit in radice errorem peſtiferũ Raymũdi Lullij, vt refert Direc. inqui. 2. par. q. 9.) quo dicebat quòd non propter hoc, quod Deus dat alicui de bonis huius mundi, nec propter hoc, quod multiplicat ei bona, debet homo ille plus diligere Deum, quam diligebat. Patet enim totum oppoſitum in præſenti loco. Ad quid enim uult Deus, quod

nos

nos ſua dona profundius contemplemur; iuxta illud etiam Apoſtoli. 1. Cor. 2. Nos ſpiritum, qui ex Deo eſt, accepimus: ut ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis? Vtique, ut in amorē diuinæ bonitatis ſuæ magis, quam antea, accendamur, ſecundum illud Pſal. 38. In meditatione mea exardeſcet ignis. Adhuc tamen, ut & abundantius iſta hæreſis interimatur, vide ſuprà cap. 8. concl. 4. vbi ſimilia Raymundi deliramenta narrantur; atque damnantur. Cùm autem videtis, Patrum ſanctorum dicta, & hic & ſuprà nos admonere: ut diligamus Deum tanto ardentius, quanto beneficia maiora ab eo ſuſcepimus: nè credideris, ex hoc ſequi, ſecundum illos patres, (licet forſan ſecundum ignorantiam prædicti Raymundi) aut quòd non debeamus diligere Deum propter ſeipſum; aut quòd tunc, quando diligimus Deum propter beneficia, non diligamus illum propter ſeipſum. Neutrum enim ſecundum rei ueritatem ex dictis ipſorum ſanctorum ſequitur. Pro qua re melius capienda notandum eſt: quòd ly propter importat aliquando cauſam finalem (vt diligit quis medicinam propter ſanitatem) aliquando cauſam formalem (vt, diligo Petrum propter virtutem. Nam uirtute formaliter eſt bonus, & conſequenter diligibilis) aliquãdo cauſam efficientem (ut, diligo talem, inquantum eſt filius talis patris) quandoque cauſam materialem. Per cauſam autem materialem intellige nunc etiam omne id, quod nos diſponit ad dilectionem alicuius: quoniam diſpoſitio huiuſmodi reducitur ad genus cauſæ materialis. Hoc modo diligimus aliquem propter beneficia ſuſcepta: quamuis, poſtquam diligere incepimus, non diligamus amicum propter illa beneficia, ſed propter eius virtutem. Stantibus his, tibi iam patere poteſt: quòd primis tribus modis ſumendo ly propter, non licet diligere Deum propter aliquid aliud, ſed tantum propter ſeipſum. Neque enim ordinatur Deus ad aliud, vt finem: cùm ipſe ſit vltimus finis omnium: neque informatur aliquo alio ad hoc, vt ſit bonus; cùm ipſius ſubſtantia ſit ſua bonitas; neque ineſt Deo bonitas, ſeu amabilitas, ab altero efficiente; cum ab ipſo inſit omnibus alijs. Sumendo verò ly propter, quarto modo, ut declaratum eſt: Deus licitè poteſt diligi propter aliud. Ad hoc enim, quòd in Dei dilectione proficiamus, nos diſponimur ex aliquibus alijs; puta per beneficia ab eo recepta, uel per præmia ſperata, uel per pœnas, quas ipſius auxilio uitare intendimus. Damnatur ergo etiam Raymundus in gloſſa ſuper Matth. 1. dicente, quòd ſpes generat charitatem. Hoc eſt: quòd propter aliquod bonum à Deo ſperatum ipſe ſit amandus, uel poſſit licitè amari, à nobis. Quo & modo Auguſtinus ſuper 1. Canoni. Ioan. dixit: quòd timor introducit charitatem. Hoc eſt: quòd propter aliquod malum timendum, ut Diuina ope illud uitemus, ſit Deus amandus, uel licitè poſſit amari, à nobis. Damnatur & apertius à ſapiente Eccleſ. 51. ubi pluribus diuinis beneficijs enumeratis à ly Confitebor tibi Domine rex, vſque ad ly eruiſti me de tempore iniquo, concludit propoſitum his uerbis: Propterea confitebor, & laudem dicam, tibi; & benedicam nomini Domini. Item a Pſal. 114. Conuertere anima mea in requiem tuam (id eſt, in uitam bonam Deo acceptam; ſiue ad Deum tuum, qui eſt requies tua), quia Dominus benefecit tibi. Vbi Pſalmus etiam oſtendit: quòd Dominus benefacit nobis ad hoc, ut ex his beneficijs, quæ animus nouit, diſcat amare incognita (ut Grego. in quadam homil. dicit): non quòd cognita ſint ratio diligendi incognita per modum cauſæ finalis, formalis, aut efficientis, ſed quia propter cognita homo diſponitur ad amandum incognita.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XIIII.

Text. QVod cum audiſſet Abraham captum, videlicet Loth &c. & reduxit Loth.

Concl. 1. *Relinquendi ſunt corporaliter aliqui ex bona occaſione: qui non ſunt tamen relinquendi charitatis amore.* [Ex eo.]

Reliquerat Abrahamus corporaliter Loth; non tamen amore charitatis. Si enim eum dimiſiſſet ſic: quomodo illi, illiuſque rebus, nunc tam feruidè ſuccurreret? — *Ratio*

¶ Ergo eſt quædam diſceſſio abinuicem bona: ſicut è cõuerſo eſt quædam pax mala. Bona diſceſſio eſt quando ex diſceſſione bonum cauſatur, & ex non diſceſſione malum. Ergo non licet arguere ſic. Ille diſcedit ab iſto, & elongatus ab iſto libenter manet: Ergo ille minùs diligit iſtum. Et licet affectio ad uiſitandum inclinet illum, cui afficimur: tamen, quando melius eſt propter aliquid illum non uiſitare, tunc ob non uiſitationem minor amor non infertur. Hoc patuit in B. Monica, quæ pòſt mortem non uiſitabat B. Auguſtinũ filium ſuum: quem tamen cognoſcebat, & cui magis quàm antè afficiebatur. Hoc enim erat propter melius: quia uoluntas Dei ſic diſpoſuerat: quam adimplere melius ſemper eſt, quàm quodcunque aliud facere. Ratione huius apparentis argumenti dixit Chriſtus in Euangelio; quòd ſuus diſcipulus debet odire patrem, & matrem, & filios, & vxorem &c. Nunquid odiendus pater &c. cum quilibet proximus diligẽdus? Non: ſed odiendus per hoc, quòd quando melius eſt, ab eo diſcedendum eſt. Oſtendit hoc B. Alexius quomodo intelligatur: qui patrem, matrem, vxorem vſque ad mortem reliquit, eos tamen ſemper amãdo, pro hiſque ſemper orando. Ac ſi facto ſuo ſic Euãgelium expoſuerit. Tunc odiri in bonũ dicitur pater &c. quando pro meliori fruge acquirenda, vel propter ſecuritatem conſcientiæ ſeruandam, ab eo &c. diſcedítur. Hoc & docet ſic exponendum Abrahamus: quando propter malum uitandum ſupra cap. 13. à Loth Chariſſimo ſuo nepote corporaliter, non amore diſceſſit. — *Corol.* — *Matt. 8.* *Luc. 14.*

¶ Applica ad Euangelium expedit vobis, ut ego vadam. Hic enim oſtendit Chriſtus quòd propter bonum Diſcipulorum non propter minorem ad ipſos amorem, ab eis corpore diſcedebat: tanquam alter Abraham. Vel &c. — *Ioã. 16.*

CAptum Loth fratrem ſuum &c. Et reduxit Loth fratrem. — *Text.*

Concl. 2. *Ly frater, ſumitur quandoque in ſcriptura pro affine, cognato, conſanguineo etiam non uterino, nec ex parte patris, nec ex parte matris.* [Ex eo.]

Habes enim hic clare, quòd Loth erat tantum nepos Abraham. Vnde nunc cum ſubditur, quod erat frater eius: ſumitur, ly frater, tantum pro conſanguineo. Idem habes & in c. 13. & in c. 12. de hoc nomĩe ſoror ibi, dic, quòd ſoror mea ſis. — *Ratio*

¶ Ad Euãgeliũ, quòd Chriſtus habebat fratres; applica textũ hũc aptiſſimũ contra Heluidiũ peſſimũ, qui uolebat Chriſtũ habuiſſe fratres vterinos: & conſequenter, quòd B. Virgo non fuiſſet Virgo poſt partum Saluatoris. Vide Gen. 8. con. 2. Nu. 8. con. 3. cap. 18. con. 7. — *Not.* *Ioan. 7.*

MElchiſedech enim erat Dei altiſſimi ſacerdos. — *Text.*

Concl. 3. *Sacerdotium Melchiſedech, & conſequenter Chriſti ſacerdotis ſecundum ordinem Melchiſedech, eſt antiquius ſacerdotio Leuitico.* [Ex eo.]

Melchiſedech multo antè præceſſit ipſum Leui. Nam Leui fuit filius ipſius Iacob, cuius tamen ſtatim non incœpit ſacerdotium: Melchiſedech autẽ fuit filius Noë; qui proprio nomine dictus eſt Sem: licet ſcriptura ei, ut de Melchiſedech, non aſſignet patrẽ, aut matrẽ, &c. ſecundum quòd intelligitur ad Hebr. 7. ſine patre, ſine &c. Antiquius igitur ipſius Melchiſedech ſacerdotium admodum fuit, quam ſacerdotium Leuiticum. Principium ergo & finis coniuncta ſunt: quando Chriſtus dictus eſt à Pſal. 109. ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Chriſtus enim in ultima ætate, Melchiſedech in prima; Chriſtus in vltima lege, Melchiſedech antè Moſaicam legem; Chriſtus pòſt legem ſcriptam nouiſſimo tempore, Melchiſedech ante legem ſcriptam plurimo tempore. Circularis ergo figura, quæ cæteris omnibus nobilior eſt, oſtẽditur in ſacerdotio Chriſti: ac per hoc etiam mathematicè ſacerdotij noui dignitas aperit. Hæc eſt una ratio. qua ſacerdotiũ Chriſti maius eſſe Leuitico probamus. Ex hac ſequitur alia, quæ eſt, quòd Melchiſedech ſacerdotium erat nobilius, & maioris auctoritatis. Nã ab oppoſitis, aliquid param dicas, quia eſt modernum, & ſubitò mũdo exortum. Id quod aduertens Diuus Paulus, quòd ſi pagani obijciunt nobis Euangelium — *Ratio.* — *Contra Nouatores nota rationẽ ab oppoſito.*

eſſe

eſſe modernum, & conſequẽter nõ magnæ auctoritatis; hoc (tanquã) aduertẽs dixit Ro. 1. Quod ante promiſerat per prophetas ſuos, Quaſi diceret. Euangelium, contra ueſtram opinionem, eſt antiquiſſimum: Et ideo maxime eſt auctoritatis. Ergo lex Chriſti magis eſt nobilis, quam lex uetus ſecundum enim ſacerdotium ſic penſatur lex (ut elicitur ex Diuo Paulo ad Hebræos cap. 7.

Text. ET benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham &c.

Concl. 4. *Sacerdotium Melchiſedech eſt maius Sacerdotio Leuitico.* [Ex eo]

Cum ipſe Melchiſedech benedixerit Abrahæ, ut patet in litera (cuius enim ſunt illa uerba; Benedictus Abraham Deo altiſſimo? Nunquid Abraham benedixit ſibi? Non. Hoc contra Hebræos uolentes, quòd Abraham benedixerit ipſi Melchiſedech: & cõſequenter peruertentes maximè textum) & ſemper minus à maiori benedicatur: conſequens eſt, quod Abraham ſit minor ipſo Melchiſedech. Ergo à fortiori ipſe Leui, utpote exiſtens in lumbis Abrahæ, eſt minor ipſo Melchiſedech. Ergo & ſacerdotium Leuiticum eſt minus ſacerdotio Melchiſedech. Hunc diſcurſum habes ad Heb. cap. 7.

Ratio.

¶ Applica omnia ly Tu es ſacerdos Melchiſedech.

APPENDIX.

HAC ex litera, ſcilicet & benedixit ei, habes: quòd quicquid perfectionis fuit in Leuitico ſacerdotio, totum à ſacerdotio Chriſti dimanatum eſt. Nec mirum. Nam tota illorum ſacrificiorum, &c. perfectio erat in hoc, quòd in Chriſtum uenturum fidem, deuotionemque habebant: qui ſcilicet Chriſtus uenturus erat futurus ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Sacerdotium ergo Leui fuit benedictum: quia a Melchiſedech ſacerdotio benedictum fuit. Lex igitur uetus totam ſuam perfectionem a Chriſto uenturo, in quem credentes ordinabat, habebat; ſicut & de legis illius ſacerdotio dictum eſt: cùm pariter currant iſta duo. Heb. 7. Secundò habes: quòd Chriſtus eſt maior, quam
1

2 Abraham. Sine controuerſia enim cum minor à maiori benedicatur, ſequitur quod Melchiſedech eſt maior Abrahamo: Et cũ Chriſtus figuratus Melchiſedech ſit maior figurali Melchiſedech; ſequitur quod Chriſtus ſit admodum maior Abrahamo.

¶ Applica ad Ioan. 8. Antequàm Abrahã fieret, ego ſum. Hoc eſt. Ego ſum maior, quàm Abraham pater ueſter. Vbi nota pro confirmatione expoſitionis. B. Thomæ ſuper primã ad Romanos ibi, Quod antè promiſerat, &c. quod antiquitas maioritatem, ſiue maiorem auctoritatem, importat. Ad interrogationem enim illam Iudæorũ. ſ. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham, reſpondit Chriſtus, Antequàm Abraham fieret, ego ſum. Hoc eſt: Ego ſum illo maior. Quare? Quia antiquior. A oppoſitis ergo iuniorus, ut ſic, ſeu minor antiquitas, minorem auctoritatem importat; ac minorem reuerentiam alijs incutit (ut experiẽtia docet). Nõ enim ſic timemus ac reueremur iuuenem: quemadmodũ ſeniorem: Cæteris paribus. Hinc dicitur Eccl. 10. Veh tibi terra, cuius rex eſt puer.

Not.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 4. cap. 14. (ſicut & tertia præcedens) eſt contra hæreſim malignamque uoluntatem Anabaptiſtarum dicentium ſacerdotium eſſe abrogandum. Ratione enim nobilitatis, & antiquitatis oſtenditur hic oppoſitum; ut patet prædicta rectè applicando: ſiue illi uelint malignè, quod abrogetur, etiam quod ſciant ipſum nunquam abrogari poſſe: ſiue teneant hæreticè, quod ipſum quandoque abrogandum ſit. Damnatur & à Pſal. 109. & ab Apoſtolo Hebr. 7. & a Concil. Trid. Seſſ. 22. cap. 1. Vbi Chriſtus dicitur ſacerdos in æternum. Glorietur ergo Lutherus in ſuo lib. quem inſcripſit de miſſa angulari quòd à ſathana ſuppeditata fuerint argumenta; quibus ſacerdotium euerteret. (ut teſtatur Hoſius lib. 1. de hær. noſtri temporis). Stabit utique ſacerdotium Chriſti, portis inferorum quamuis furentibus, & ſtabit in æternum: quoniã non poteſt ſolui ſcriptura, Io. 10. Vide Lutheranam hanc perfidiam damnatam eſſe à Concil. Trid. ibid. canon. 6. 7. 8. quin & per totam illam ſeſſionẽ multa optimè declarata contra hæreſes Miſſam impugnantes, & ad fidelium de tanto ſacrificio multimodam inſtructionem. Damnantur & Anabaptiſtæ ex dictis a Papa Nicolao I. in epiſt. ad Michaelem Imp. de dignitate & poteſtate ſedis Apoſtolicæ ſic inter alia dicente. Priuilegia iſtius ſedis uel Eccleſiæ Romanæ perpetua ſunt transferri non poſſunt: detrahi poſſunt, euelli non poſſunt. Quæ ante imperium ueſtrum fuerunt; & permanent (Deo gratias) hactenus illibata, manebuntque poſt uos; & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt immutilata. Hæc ibi. Itẽ à Leone Papa IX. in epiſt. aduerſus præſumption. Michael. & Leon. Archiepiſc. c. 32. Romanæ Eccleſiæ fides ſuper petram ædificata nec hactenus defecit, nec deficiet in ſecula Chriſto eius domino rogante pro ea, ut teſtatur, ego rogaui pro te Petre, ut nõ deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. & cap. 7. Erit ergo quiſquam tantæ dementiæ: qui orationem Chriſti cuius uelle eſt poſſe, audeat in aliquo uacuã putare? Hæc ibi. Vide Elucid. Addi. ar. num. 74. 78. Vnde nota ex ly confirma fratres tuos; quòd auferre ſacerdotium de Eccleſia eſſet largiſſimã uiã hæreſibus aperire: & hinc ſimul conjice, quid moliri intendant Anabaptiſtæ, & ſimiles, quando ſacerdotium uellet de medio tolli. Pro qua re audi Cyprianum ſanctiſſimum, martyrem, atque doctiſſimum Epiſcopum, in epiſt. 7. ad Cornelium Papam, contra hæreticos. Neque aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata; quam inde, quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Eccleſia ad tẽpus ſacerdos, & ad tempus iudex, uice Chriſti cogitatur. Cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas uniuerſa: nemo aduerſum ſacerdotum collegium quicquam moueret; nemo poſt diuinum iudicium, poſt coepiſcoporum conſenſum iudicem ſe non iam Epiſcopi, ſed Dei, faceret; nemo diſſidio unitatis Chriſti eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens, ac tumens, ſeorſum foris nouam hæreſim conderet. Niſi ſi ita eſt aliquis ſacrilegæ temeritatis, ac perditæ mentis, ut putet, ſine Dei iudicio fieri ſacerdotem. Cum Dominus in Euangelio ſuo (Matth. 10.) nec minima fieri ſine uoluntate Dei dicat: exiſtimo aliquis, ſumma & magna, aut non ſciente, aut non permittente Deo, in eccleſia Dei fieri? & ſacerdotes, hoc eſt diſpenſatores eius non de eius ſententia ordinari? Hoc eſt fidem non habere, qua uiuimus: hoc eſt Deo honorem non dare; cuius nutu, & arbitrio regi, & gubernari omnia, ſcimus & credimus. Hæc ibi. Et recitantur in primo tomo Conciliorum, circa uitam. B. Cornelij Papæ & martyris. Magnificas laudes de ſacerdotibus, & obligationes noſtras ad illos, uide in breui Apoſtolico Papæ Adriani VI. ad Federicũ Saxoniæ Ducem, contra Lutherum; & eſt in 4. tomo Conciliorum: vide & Concilium Pariſienſe li. 3. cap. 9. in 3. tomo Conciliorum. Semper, quando ignorantes tomi his, ſecundum impreſſos Coloniæ 1567. apud hæredes Quentelij ſit partitio. Damnat & Anabaptiſtas illos Chriſtus, dicẽns, Panem noſtrũ quotidianum ſuperſubſtantialem da nobis hodie, Matth. 6. Lu. 11. Si panis ſuperſubſtãtialis dicitur quotidianus: quomodo ſacerdotium, quod hunc panem, id eſt Euchariſtiam, conſecrat, non inſinuatur per hoc, nunquam in mundo eſſe defecturum? & conſequenter; quomodo per hoc non reprobatur manifeſtè hæreſis Anabaptiſtarum.

Text. PRoferens panem, & uinum; erat enim Dei ſacerdos.

Concl. 5. *Sacramentum panis, & uini eſt etiam ſacrificium: & conſequenter miſſa; in qua offertur Euchariſtia, eſt ſacrificium etiam pro alijs.* [Ex eo]

VT QVID enim aſſignatur pro cauſa prolationis panis, & uini hoc, quod (Melchiſedech erat ſacerdos? Si namque protuliſſet panem, & uinum, ut tantum reficeret Abraham (ut dicunt quidam ſcioli) quid oportuit aſſignare pro cauſa ſacerdotium ipſius Melchiſedech? Nunquid non potuiſſet proferre panem, & uinum pro cibando tantum Abraham; ſi fuiſſet purus laicus? Aut ſcriptura fruſtratoriè adducit hoc ſacerdotium pro cauſa illius prolationis? Abſit. Ergo eſt uerũ: quod ex litera iſta concluſimus.

Ratio.

APPENDIX.

HINC habes quid ſit ſacrificium. Sacrificium enim dicitur, quod oblatum ſibi uel aſtantibus prodeſt. Verbi gratia. 1

gratia. Iſta prolatio panis & vini profuit Abrahamo: quia
fuit gratiarum actio pro Abrahamo reddita Deo. Reddere
autem gratias Deo prodeſt multum ipſas reddenti: ſicut non
reddere obeſt multum ipſas non reddenti. Per manus enim
ſacerdotis intelligebatur, quòd Abrahamus Deo gratias red-
deret de victoria miraculoſè habita quando ſ. ſacerdos ipſo
Melchiſedech pro eo Deo panem, atque vinum offerebat.
Ad rem ergo. Sacramentum nouæ legis ideò ſacrificium dici
tur, quia alijs, pro quibus offertur, adiumento exiſtit. Quem-
admodum namque ſacerdos iſte pro Abrahamo fecit Deo
oblationem hanc: ita ſacerdotes nouæ legis pro alijs Deo pa-
nem, & vinum, in Altari offerunt. Ergo panis & vinum in
Altari ſunt ſacrificium: alioſq; pro quibus offeruntur, iuuãt.
2 Secundo cõſequenter habes: quod facere pro ſe uel ſuis miſ-
ſas a ſacerdote dici, trahitur à ſcriptura ueteri, nõ noua inuẽ-
tio eſt, ut blaterant hæretici. Idem enim eſt, ac ſi dixiſſet miſ-
ſam Melchiſedech pro Abrahamo: quando pro ipſo ſacrifi-
cium hoc mundiſſimum, utpote panem & vinum Deo obtu-
lit. Miſſa nanque non ab orationibus principaliter, ſed à ſa-
crificio iſto quod tūc fuit in figura, nunc eſt in ueritate deno
minatur. Miſſa enim quaſi offerens Meſſiam, ſiue miſſum
appellatur: q̀ totum Chriſtus, qui in hoc ſacramento cõtine-
tur exiſtat. Quod autem pro Abrahamo talis oblatio fa-
cta fuerit, monſtrat ipſe: dum pro oblatione hac facta
decimas dat. Ad quid enim daret corporalia: niſi ſpiritua-
lia reciperet? Tertio igitur habes: quod dare ſtipendia cor-
3 poralia, ſiue Eleemoſinas pecuniarias, ſiue aliud huiuſmodi,
pro miſſa celebranda (ut hodie fit) eſt licitum: atque ab anti-
quiſſimo Sancto Patriarcha tractum. Hoc igitur ſpiritusſan-
cti, non hominum, inuentio eſt: contra garrientes lutheria-
nos & ſimiles. Hinc edoctus Apoſtolus aiebat: Qui Altari ſer
uiunt, de altari uiuere debent, i. de rebus corporalibus datis
pro ſtipendijs habitis a ſeruientibus altari ad ſecularium
iuuamen (omnia hæc in Abrahamo hic patent). Quartò ha-
4 bes: quod celebratio miſſarum pro reddẽdis gratijs Deo, &
pro uictoria corporali habita, multum eſt ad propoſitum: at-
que a ſpiritusſancto antiquitus in ſacerdote Melchiſedech
edoctum. A ſimili ergo inſtituere feſta alicuius celebritatem
in memoriã alicuius miraculoſæ uictoriæ (ut fecit Papa Gre-
gorius XIII. inſtituendo nouum feſtum Sanctiſſimi Roſarij),
vel proceſſiones, vel confeſſiones atque communiones (ut fit
in indulgentijs ſpecialiter miſſis), uel quippiam huiuſmodi
eſt & licitum, & ab antiquiſſimo ſacerdote traditum; & à Pa-
triarcha venerabiliſſimo per decimarũ dationem approbatum.
Quinto habes: quòd celebrare miſſas pro benedictione, vel
5 beneficio aliquo adipiſcendo licet: & a ſpiritusſancto eſt. Nõ-
nè hic, oblatione facta, Melchiſedech benedixit Abrahamo?
Quorſum id è veſtigio factum poſt prænotatum ſacrificium
narrat littera? Certè: ut hinc diſcamus, quod miſſa non tan-
tum ualet ad gratias agendas domino; ſed etiam ad impetrã
dam quamlibet benedictionem a Deo. Exemplum hoc ipſius
Melchiſedech ſequitur. S. Eccleſia Romana: dicens miſſis ora-
tiones & pro gratiarum actione & pro impetranda vel pluuia
vel ſerenitate, vel ſanitate, uel peſtilẽtię amotione, vel &c. ap-
ponit. Vide: ſi non ſacerdotium noſtrum eſt ſecundum or-
dinem Melchiſedech. Confirmantur præcedentia a Concil.
6 Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. can. 3. Sextò habes: quòd homo quantū-
cunque ſanctus debet gratiſſimum habere, quod pro ipſo ro-
getur in miſſa. Ecce: q̀ Sanctiſſimus Abraham habuit gratiſ-
ſimum q̀ ſacerdos Melchiſedech pro ſe ipſo miſſam, more il
lius temporis, diceret. In ſignum huius: illi pro recognitione
gratiſſima decimas dedit. Multò igitur magis miſſam noui
teſtamenti debet quilibet gratam habere: quoniã figuratã
7 per panem & uinum figuræ illi in infinitũ præſtat. Septimò
habes: unde canonicè confundas errorem Io. Vuicleſ, narra-
tum & damnatum à Concil. Conſtantien. ſeſſ. 8. dicentis: q̀
omnes ſunt ſimoniaci, qui ſe obligant orare pro ſubuenienti
bus eis in temporalibus.

Not. Contra hæres. ¶ Cum quæſtio ab hæreticis fit, vbi nam in ſcripturis Miſ-
ſa noſtra reperiatur: huc ad literam recurras. Quid enim egit
Melchiſedech? Dixit miſſam eam principale in miſſa ſub fi-
gura obtulerit. Miſſam igitur videant etiam nolentes non in-
uentionem eſſe humanã, ſed a ſpiritu ſancto in ſacerdote an-
te legem inſtitutam ſolenniter. Ad præſentiam enim tanti
uiri, i. Patriarchæ Abrahami; miſſa celebratur primò a ſacer
tantus in figura ſacerdos. Nobiliſſimũ igitur quid, & aucto-
ritatis maximæ, miſſa eſt: quia & a S. S. eſt, & antiquiſſima eſt,
& ſub ſpeciebus panis atq; uini Vnigeniti altiſſimi patris obla-
tio tūc in figura, nunc in re eſt. Apices ergo literarũ ſacrarũ,

uel ad corticẽ, videant hæretici: & ſuam ignorantiã fateãtur.
Sed (Heu) iuſto Dei iudicio in ipſis adimpletum fuit, continue adimpletur, ſemperq; in futurum adimplebitur, illud Luc. 8. Vt uidentes non uideant, & audientes non intelligant.

¶ Applica ad (Euangelium) Hoc facite in meam commemorationem. Hoc. ſ. hanc oblationem figuratam ab oblatione figurali facta à Melchiſedech. Sicut enim prima figuralis miſſa fuit à Melchiſedech ſolenniter ante legem ſcriptam celebrata: ita prima miſſa figurata fuit inuenientè poſt legem à Chriſto celebrata ſolẽniter; utpote poſt lotionem pedum, in paſchate, coram toto Apoſtolorum collegio, concomitante tempore ordinationis primorum ſacerdotum, Apoſtolorũ. ſ. Vel ad Pſ. 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Multa enim circa ſacerdotem hũc & in præſenti, & in antedictis, & infra dicentur: quæ omnia illi, vel ſimili, auctoritati deſeruire poſſunt. *Luc. 22.*

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PISTA Concluſio. 5. cap. 14. deſtruit hæreſes Artotyritarum dicentium in ſacrificium panem, & caſeum, filium Deo eſſe offerendum: & lutheri dicẽtis; Miſſam non eſſe ſacrificiũ, quia in ea nulla prorſus offertur oblatio. Et Caluini dicentis; Miſſam non eſſe à Deo inſtitutam, non eſſe ſacrificium, non eſſe opus bonum. Vides enim hic in ſacrificio ipſius Melchiſedech, quod eſt figuralis Miſſa, panem, & uinum, non caſeum, offerri: & opus hoc eſſe Deo gratum, atque à ſacerdote Dei altiſſimi non ſine diuina inſpiratione id inſtituiſſe exercitũ: eſſeque oblationem, ut declaratum eſt. Damnantur etiam prædictæ hæreſes à Concilio Lateranenſi ſub Papa Innoc. III. de ſum. Trinita. & fi. Cath. cap. firmiter. Vna eſt fidelium uniuerſalis Eccleſia, extra quam non eſt ſalus: In qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in Sacramento Altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continẽtur. Hęc ibi. Conſequenter ergo, ſecundum dictum Concilij Miſſa eſt ſacrificium in quantum in eà offertur illud ſacrificium: cum Miſſa principaliter denominetur ex hoc, q̀ Meſſiã offert in ſacramento tali. Vnde, & ad hoc denotandum, Sacramentum iſtud quod etiã ſacrificium eſt (ut dixit prædictum maximũ Concilium) uocatur Sacramentũ altaris. Damnãtur quoque ab Alexãdro Papa, qui fuit quintus a B. Petro, in Epiſt. 1. decretal. quæ & recitatur de conſecration. diſt. 2. In Sacramentorum oblationibus, quæ intra Miſſarũ ſolẽnia Domino offerũtur, Panis tantum, & uinum aqua permixtum in ſacrificiũ offerantur. Hæc ibi. Huius Papę decreto cõcordat Concil. ũ generale Florentinum: cum Alexander ibi adducatur ab Eugenio. 4. in decreto Armenis dato, ſacro ipſo approbante Cõcilio. Vide etiam Leuitic. 21. con. 7. & cap. 24. con. 2. Damnantur & à 2. Machab. 12. Vir fortiſſimus Iudas miſit Hieroſolymam duodecim millia drachmas argenti, offerri ibi pro peccatis mortuorũ ſacrificium. Hæc ibi. Hoc verò teſtimoniũ tantò magis ualet ad probandum, quòd Miſſa eſt ſacrificiũ, quantò eccleſia ſancta hanc epiſtolam, tanquam uerum ſenſum illius uocabuli ſacrificium explicans, applicat ad Miſſas pro defunctis. Miſſam ergo omnem, quia omnes in conſecratione Euchariſtiæ aſſimilantur ad inuicem, eccleſia per hoc, eſſe ſacrificium, publicè teſtatur. Libri autem Machabæorum ab antiquiſſimo tempore ſunt connumerati à ſanctis patribus in eccleſiaſtico canone: ut uidere potes in Eluc. pri. par. ar. 2. Item à canonibus Apoſtolorum, qui recepti ſunt per ſextam Synodum, diſt. 6. cap. Placuit, damnantur canon. 3. Si quis epiſcopus, aut presbyter, præter ordinationem Domini, alia quędã in ſacrificio offerat ſuper altare; ideſt, aut mel, aut lac, aut pro uino ſiceram, & confecta quædam, aut uolatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſuetudinem Domini faciens, congruo tempore deponatur. Hæc ibi. Quid autem eſt caſeus, niſi lac preſſum? Item a Papa Iulio I. Nulli erit licitũ: aliud in ſacrificijs diuinis offerre, niſi iuxta antiquorum ſententiam conciliorum panem tantum, & calicem uino & aqua permixtum. Aliter, quam præceptum eſt faciens, tandiu à ſacrificando ceſſabit; quandiu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correctus ad gradus ſui officiũ redeat, quod amiſit. Hæc ille: & recitantur de conſecr. diſtin. 2. cap. cùm omne. Item à Papa Alexandro, qui fuit quintus poſt Petrum. Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus &

ſanguis

ſanguis Chriſti; nec ulla oblatio hac potior eſt, ſed omnes hæc præcellit. Quæ pura conſcientia Domino offerēda eſt, & pura mente ſumenda; atque ab omnibus uenerāda. Et ſicut potior eſt cæteris: ita potius excoli, & uenerari, debet. Hæc ille: & recitantur de conſecr. diſtin. 2. Item à Mat. 26. Luc. 22. 1. Cor. 11. Hoc facite in meā commemorationem. Nam facere, ſecundum unam ſignificationem, etiam iuxta grammaticos accipitur pro ſacrificare: unde eſt illud Virgilianum in bucolicis, Cum faciam uitula pro frugibus, ipſe uenito. Hoc eſt. Cùm pro frugum copia habita, uel habenda, ſacrificium de uitula faciam, ſeu uitulam ſacrificabo. Vide ibi eius expoſitores. Sic ſupra locis citatis ſcriptura ſumit ly facite. Ac ſi apertè Chriſtus dixiſſet. Hoc ſacrificate in meam commemorationem. Et quotieſcunq; hoc feceritis, in mei memoriam ſacrificabitis. Hinc deriuari crediderim; q B. Ambroſius, cum cæteris ſanctis doctoribus, dicit; hoc ſacramentū eſſe hoſtiam (quin & uulgatiſſimo uocabulo ab omnibus panis azimus, ad altare portandus, ibique poſt conſecrationem offerendus nominatur hoſtia), & offerri à nobis. Sic enim habet ſuper epiſtolam ad Hebr. & recitatur, de conſecr. diſt. 2. In Chriſto Ieſu ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutem ſempiternam potens. Quid ergo nos? Nonnè per ſingulos dies offerimus? Sed ad recordationem mortis eius: & una eſt hoſtia, nō multæ. Quomodo eſt una, non multæ? Quia ſemel oblatus eſt Chriſtus: hoc autem ſacrificium exemplum eſt illius, idipſum ſemper idipſum. Proinde hoc eſt idem ſacrificiū. Alioquin diceretur: quoniam in multis locis offertur, multi ſunt Chriſti. Nequaquam: ſed unus ubique Chriſtus, & hic plenus exiſtens, & illic plenus. Sicut enim quod ubique offertur, unum eſt corpus, & non multa corpora: ita & unum ſacrificium. Pontifex ille eſt, qui hoſtiam obtulit nos mundantē: item ipſam offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata eſt. Hoc enim facite, ait, in meam commemorationem. Hæc ibi. Hinc & Proſper ibidem inquit. Semel immolatus eſt in ſemetipſo Chriſtus; & tamen quotidiè immolatur in ſacramento. Hæc ille. Damnantur quoque à Concilio Triden. Seſſ. 22. cap. 2. In diuino hoc ſacrificio, quod in Miſſa peragitur idem ille Chriſtus continetur, & incruentè immolatur; qui in ara crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit. Vna, eademq; eſt hoſtia, idē nunc offerens ſacerdotū miniſterio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit. Et cano. 1. Si quis dixerit: in Miſſa non offerri Deo uerum, & proprium ſacrificium; aut quòd offerri non ſit aliud, quam nobis Chriſtum ad manducandum dari; Anathema ſit. Et cano. 2. Si quis dixerit: illis uerbis, Hoc facite in meam commemorationem, Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes; aut non ordinaſſe, ut ipſi, alijque ſacerdotes, offerrent corpus & ſanguinem ſuum; Anathema ſit. Hæc ibi. Vide totam illam ſeſſ. 22. ad obſtruendum os iniquorum dicta confirmari apertè poſſunt per Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de refor. Qui ergo decimas has dandas fore negant; ius naturale impugnant. Vide, ad quantum fundum peccatorum uenerint tales: qui etiam, quod naturale eſt, negant: Et hinc, q̄ minimū in ſupernaturalibus (cuiuſmodi ſcripturæ ſanctę, ac ritus omnes Eccleſiaſtici, ſunt) cognitionis habeāt, certò cognoſce. Si (inquit Chriſtus ad Nicodemum) terrena dixi uobis, Et non creditis: quomodo ſi dixero uobis cęleſtia credetis? Ac ſi apertiùs diceret: ſi propinqua uobis non intelligitis: argumentum hoc euidentiſſimum eſt, quòd multo minus longinqua à uobis intelligetis. Ioan. 3.

¶ Applica ad Euangel. Dignus eſt operarius mercede ſua. Luc. 10. Tractatur enim etiam ibi de ſeminante ſpiritualia: Et ius naturale a conditore totius naturę confirmatur. Vel ad 1. Cor. 9. ubi diffusè Apoſtolus monſtrat hoc idem naturale ius uarijs modis, & exemplis.

Tex. ET dedit ipſi Melchiſedech decimas de omnibus.

Concl. 6. *Soluere decimas ſacerdotibus eſt de iure naturali.* [Ex eo.]

NON enim Abraham didicerat hoc à lege ſcripta, quæ nondum erat. Hinc Apoſtolus arguit, Si nos, inquit, uobis Ratio. ſpiritualia ſeminamus; magnum eſt ſi carnalia ueſtra metamos? quaſi dicat. Non. Hoc enim & natura docet. Vides, quòd Abraham dedit abundantiſſimè temporalia ipſi Melchiſedech offerenti tantū ſemel ſacrificium ꝓ ſe ipſo? Quid ergo daturi ſunt hi, quibus ſacerdotes per omnes horas in uarijs rebus ſpiritualibus deſeruiunt? Hoc contra negantes decimas: & contra retrahentes homines à dando temporalia ſacerdotibus pro ſalute ipſorum laborantibus ſiue in ſtudio, ſiue in confeſſionibus, ſiue &c. Hoc enim (ut concluſio dicit) natura docet.

APPENDIX.

1 HINC habes: quòd nullus excuſatur à reddendis decimis ſacerdotibus; cùm in iure naturali nemo exemptus exiſtat. Quid igitur dicendum de illis: qui non tantùm decimas dare ſacerdotibus nolunt, ſed etiam eos quoad temporalia depilant; uel grauamina, gabellas, uel huiuſmodi, ſacerdotibus imponunt? Non uideo: quomodo excuſentur hi, etiam quòd Papales excommunicationes contra huiuſmodi abuſus nō inuenirentur: cùm iuris naturalis obligationem nullus ſubterfugiat, uel de ipſo ignorato excuſationem dignam prætendere ualeat. Sciendum autem quòd præ

PRO ECCLESIA SANCTA DEI

CONCLVSIO hæc 6. cap. 14. ſicut, & totus cap. diſcurſus, deſtruit hęreſim illorū, qui ab Auguſ. lib. de hæreſibus. cap. 34. uocantur Melchiſedechiani qui dicunt: quòd Melchiſedech ſacerdos non fuit purus homo, ſed Chriſtus, aut alia Dei uirtus. Capitulum enim hoc conſideranti patet contrarium. Damnatur etiam à Pſal. 109. Quomodo enim Chriſtus dicitur ibi ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, & non magis ſecundum ordinem ſui ipſius: ſi Melchiſedech non eſt alius a Chriſto? Quomodo Melchiſedech, eſt alia Dei uirtus, id eſt ſpiritusſanctus: ſi ipſe tanquam minor Deo, orat Deum (vt hinc colligitur); & ſpiritusſanctus: non eſt minor Deo ut poſſit orare, ſed eſt Deus purus? Damnatur quoque hęreſis iſta, à Decreto. 24. q. 3. cap. Quidam. Vbi & damnātur Sethani, Cainani, Artotyritę, Archontici, Adamiani, & alij multi; de quibus ſupra in uarijs capitulis. Quomodò autē cum hoc ſtet; quòd ipſe ſit ſine patre ſine matre ſine genealogia, neque initium, neque finem dierum habens Hebr. 7. vnde non intelligentes ſumpſerunt occaſionem prædicti erroris, patet optimè uidentibus Sanctos expoſitores ibi. Melchiſedech enim dictus eſt ſine p, ſine m, ſine g, neque in, neque fi. d. ha. non q iſta non habuerit; ſed quia iſta de eo, ſub nomine Melchiſedech, non leguntur in ſcriptura. Et per hoc aſſimilatur filio Dei, ut ibi dicit Apoſtolus: non autem eſt filius Dei. Re vera enim filius Dei eſt in terris ſine patre, & in cœlis ſine matre; & ſecundum diuinitatem neque initiū dierum, neque finem habet; & ſecundum hanc eſt ſine genealogia, iuxta Eſa. 54. generationem eius quis enarrabit? Hęc ex Sancto Thoma. 3. q. 22. ar. 6.

¶ Concluſio eadem 6. cap. 14. deſtruit errorem Ioannis Vuicleff (vt narrat Concilium Conſtantienſe Seſſ. 8.) dicentis; q & decimę ſunt purę eleemoſynę, & parochiani poſſunt ꝓpter peccata ſuorum prelatorum eas illis auferre ad libitum. Et errorem Pſeudo Apoſtolorum (ut refert Cardinalis Turrecremata, de Eccleſia lib. 4. par. 1. cap. 37.) dicentium; quòd laici non tenentur dare decimas alicui ſacerdoti, vel prælato Eccleſiæ Romanæ; quia nō ſunt in tanta perfectione, & paupertate, in quanta fuerunt Apoſtoli Chriſti. Patet enim hinc colligi contrarium. Nam ex hoc, q & hic & in Epiſtola ad Heb. 7. ſit prius mentio de oblatione & benedictione facta à Melchiſedech per Abrahā, quàm de decimarū datione ab Abraham ipſi Melchiſedec, inſinuatur benè ſeriem literæ conſiderantibus: q datio decimarū ſacerdotibus non eſt pura eleemoſina, immò obligatio; & per conſequens, quòd non poteſt populus ꝓ libito ſacerdotibus decimas auferre, uel eas illis non ſoluendo, uel iam ſolutas aut vi aut aliter ab ipſis rapiēdo. Quod verò pro cauſa non dandi ex obligatione decimas affertur vel peccatum ſacerdotum ſuorum, vel nō perfectio Apoſtolica, uel non tanta paupertas, patet ex eodem textu eſſe extra propoſitum. Non enim ante decimarum dationem adducit textus ꝓ cauſa aut paupertatē ipſius Melchiſedech, aut tantā, uel tantā perfectionem, aut ipſum non eſſe peccatorem: ſed contentatur adduxiſſe, q erat Dei ſacerdos, q pro Abrahamo panem & vinum obtulerat, q idem Abrahæ benedixerat. Ac ſi apertè ex ſerie textuali dicatur. Cauſa, ſeu ratio, uera dandi decimas alicui eſt; quòd ille, cui dantur, ſit ſacerdos pro dante ſpiritualia faciens: cætera, q ſcilicet ſit uel non ſit, ſiuè pauper, ſiuè perfectus, ſiuè peccator, ſunt extra propoſitum.

propoſitum. Et re uera ſic eſt. Nam ad ſubditum nō pertinet caſtigare peccata ſiuè imperfectionem ſacerdotum, aut ſuorum prælatorum ſicut nec ad oues punire ſuum Paſtorem errantem; neque obligatio, qua teneor dare decem aureos Petro, ceſſat in foro conſciētiæ, ob hoc quod Petrus non eſt pauper, aut eſt diues (ut patet). Damnātur quoque, & conſequēter concluſio firmatur ac declaratur, a Concilio Triburienſi cap. 3. Decimæ offerendæ ſunt à populo: ut hac ratione Deus placatus largius præſtet, quæ neceſſaria ſunt, & ut miniſtri Eccleſiæ exin de releuati liberiores ſiāt ad ſpiritalis officij expletionem; & ut munus populi exhinc in quotidiana oblatione Domino immoletur; necnon ſtatuta canonum in ſuſtentationem pauperum, & reſtaurationem Eccleſiarū proficiāt. Quatuor enim fieri partes iudicamus de decimis, & oblationibus fidelium, ut una ſit Epiſcopi, altera clericorum, tertia pauperū, quarta reſtaurationi eccleſiarum ſeruetur: ſicut in Epiſtola Gelaſij Papæ cap. 27. legitur. Hæc ibi. Cùm ergo Conciliū aſſignet plures cauſas ſolutionis decimarum: nō licet ex una, vel ex duabus uegatis, puta paupertate vel etiam Apoſtolica perfectione prælatorum, cōcludere; decimas non fore eis ſoluendas. Tanta uerò eſt obligatio decimas dandi, ut Concilium maximum Lateran. ſub Innoc. III. damnans errorem contrarium, cap. 54. dicat. Statuimus: ut exactionem tributorum, & cenſuum præcedat ſolutio decimarum; uel ſaltem hi, ad quos cenſus, & tributa indecimata peruenerint (quoniā res cum onere ſuo tranſit) ea per cenſuram Eccleſiaſticā decimare cogantur Eccleſijs, quibus iure debentur. Hæc ibi. Itē damnantur à Concil. Trid. Seſſ. 25 cap. 12. de refor. Non ſunt ferendi, qui varijs artibus decimas Eccleſijs obuenientes ſubtrahere moliuntur, aut qui ab alijs ſoluendas temerè occupant, & in rem ſuam uertunt: cùm decimarum ſolutio debita ſit Deo; & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadant. Præcipit igitur Sancta ſynodus omnibus cuiuſcunque gradus & conditionis ſint ad quos decimarum ſolutio ſpectat: ut eas, ad quas de iure tenentur, in poſterum cathedrali, aut quibuſcunque alijs Eccleſijs, uel perſonis, quibus legitimè debentur integrè perſoluant. Qui verò eas aut ſubtrahūt, aut impediunt, excommunicentur; nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, abſoluantur. Hęc ibi. Damnantur Vuiclef a Concil. Conſtantien. ubi ſupra: & Pſeudoapoſtoli ab Honorio Papa in extrauag. Olim felicis recordationis. Item ab Elucid. addi. art. num. 80. 74. 65. Item à Leuitic. 23. conc. 2. & Numer. 3. con. 11. Item a Concilio Matiſconenſi. 2. cap. 5

Text. OBtulit panem & uinum. Erat enim Dei ſacerdos.

Concl. 7. *Miſſa eſt à ſpiritu ſancto ante legem inſtituta; Et quidem ſolenniter.* [Ex eo]

Ratio. VIDE notationē ſupradictam circa finem concluſionis quintæ. Sic & ſatiſfiet pro huius concluſionis ratione.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XV.

Text. NOli timere.

Concl. 1. *Viri ſancti timent: quando ſibi ſuccedunt proſpera.* [Ex eo.]

Ratio. QVIA Abraham reportarat magnificam illam uictoriam de quatuor regibus: ideo timebat, nè iſtud eſſet ſibi illud præmium, quod ſibi pluries pollicitus erat Deus. Et hūc ſenſum ex capitulorum immediata connexione habemus. Vt quid enim capitulum hoc ſic incipit, Abraham noli timere? Quia Abraham timebat. Quid timebat? mercedem ſibi eſſe datam. In ſignum huius de mercede, pro timore Abrahami propulſando, mentionem facit Deus immediatè inferens; Ego ero merces tua &c. Quaſi diceret. Mercedem, ut times, aliam à me nō recepiſti pro laboribus tuis. Vnde habetur iſte Abrahami de mercede alia à Deo recepta timor? Ex immediatè præmiſſo capitulo, ſi iuxta rationis dictamē loquamur, hī. Quid ibi traditum eſt? Victoria mirifica Abrahami: qua paucis multos, ignobilibus nobiles, ſeruis reges debellauit. Quid ergo ex his, cùm immediatè ſequatur timor de mercede recepta, in Abrahamo coniectare cogens? Quòd timuit Abrahamus: nè talis uictoria, hoſtiū ſpolia, triumphalis gloria, ſibiipſi pro mercede iam toties a Deo promiſſa reputaretur.

¶ Ergo patet, quòd uiri ſancti non ſeruiunt Deo propter temporalem mercedem: ex quo ſic triſtantur de ſucceſſione proſperorum. Ergo uirorum ſanctorum fortitudo magna; & mundanis hominibus eſt contraria. Nam homines proſperis lętantur, aduerſis mœrent: ſancti uerò è contra. Abraham enim ſupra cap. 12. occurrentibus ibi aduerſis quoad mundum ſcilicet egreſſione de terra ſua, peregrinatione in aliena, paſſione, famis, coniugis periculo; & (13.) rixa paſtorum ſuorum, diſceſſione à Loth ſibi chariſſimo, perambulatione terrę in longitudine & latitudine; Et (14.) captiune ipſius Loth cum eius ſubſtantia ab hoſtibus, congreſſione belli, contra tot potentes inimicos; occurrentibus (inquam) illis aduerſis non triſtatus eſt: ſicut nunc ſuccedentibus lętus triſtabatur, & timebat. Ergo quando quis benefacit, & aduerſa ei in mundo ſuccedunt, gaudeat, quia non redditur illi nunc aliquid pro mercede; & conſequenter tutus eſt, quòd ſi perſeuerauerit, in futuro ſibi reſeruatur. Nonnè ſanctus Dauid cecidit in proſperis (3. Reg. c. 11.) & in aduerſis bene ſe habuit (2 & 3. Regum in multis locis)? Ideò mne ſperandum, quando ſuccedunt aduerſa: timendum, quando proſpera. Nonnè & Chriſtus oſtendit, timendum eſſe in proſperis? — Corol. 1.

¶ Applica ad Euangelium; quando Chriſtus fugit; cum uolebant enim regem facere. Propter duo ergo timenda proſpera ad inſtar Abraham: primò nè nobis hic merces computetur in his; ſecundò ne minus cauti inter proſpera facti peccemus. — Ioan. 6.

¶ Ergo iure dixit Apoſtolus, gloriamur in tribulationibus; & ab oppoſitis triſtamur in conſolationibus, ſcilicet terrenis. Cur? Audi cur: & ultra rationem ab Apoſtolo ibi expreſſam aliam dicti præmiſſi rationem habebis. Gloriamur in tribulationibus. De ſanctis hoc dictum apoſtolicum eſt. Sancti uiri mercedem, non niſi Deum, adipiſcendam expectabant: & tamen mercedem ſciunt diffiniri illud omne, qđ ſecundum uoluntatis appetitum eſt. Quia ergo terrenę conſolationes ſecundum ſenſualem uoluntatem ſunt: ideò quandoque dubitant, nè talia proſpera ſibiipſis pro mercede computentur, uel ſaltem de mercede in cęlis habenda detrahant. In ſignum, quòd de hoc ultimo dubitent, eſt: quòd ad Abraham non tantum ait Deus, ero merces tua, ſed adiunxit, Magna nimis. Quaſi innueret: quod Abraham de duobus dubitauit; ſcilicet ꝙ victoria illa uel ſibi pro tota mercede cōputaretur (Hinc dixit Deus, ego ero merces tua. Quaſi dicat. Pro tua mercede victoriā præmiſſam non annumerari ſcias) uel quòd de mercede in cœlis habenda aliquid detraxiſſet, (Hinc ait Deus: Magna nimis, quaſi diceret. Nullam partē, ſeu nihil, de tua cœleſti mercede Victoria illa detraxit). Neq; igitur in totum, neq; in partem temporalis illa victoria mercedem diuinam minorauit. Quia uerò aduerſa contra ſenſualem uoluntatem ſanctorum ſunt; ideò ſanctis tunc non eſt ſic dubitandū de minoratione prædicta. Quia igitur humanæ proſperitates timorem ſanctis inducunt præmiſſum, aduerſitates uerò tollunt: hinc eſt, quòd gloriantur ſancti in tribulationibus (Apoſt. teſte), triſtantur uerò in cōſolationib. — Corol. 2. Rom. 5.

APPENDIX.

1 EX præmiſſis habes: ꝙ temporalia bona munuſcula quędam ſunt ſanctis quandoque data, & non in hęreditatē aliquatenus connumerata. Secundò habes: ꝙ cùm timor nō
2 ſit niſi de malo, temporalia bona ſecundum iudicium ſanctorum ſunt mala. Tertiò conſequenter (ab oppoſitis) habes:
3 ꝙ, cum lætitia nō ſit niſi de bono, temporalia mala ſecundū iudicium ſanctorum ſunt bona. Et uerè proſpera illa ſunt mala: aduerſa uero iſta, bona. Quare illa, mala? Quia pro retributione bona facientium quandoque reputantur, vnde eſt illud, Receperunt mercedem ſuam: Et multorū delictorum occaſio ſunt, unde eſt illud: Peccatum Sodomæ, fuit abūdantia panis. Quare iſta, Bona? Quia pro ſecuritate diuinę retributionis dantur bonis, hoc eſt, faciunt ſanctis ſecuritatem hic fieri poſſibilem ex iſta parte, ꝙ in hoc mundo non remunerantur, & conſequenter, ꝙ in alio remunerabuntur, & ipſam cœleſtem retributionem adaugent. Hoc eſt: ex tribu- — Matt. 6. Ezech. 16.

latioonibus patienter perpeſſis merentur ſancti auctionem Co
Iac.1. ronæ. Vnde B. Iacobus inquit: Beatus uir qui ſuffert tenta-
tionem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronã uitæ.
4 Quartò conſequenter habes: quantum iudicium ſanctorũ à
mundanorum iudicio diſtet; Et conſequenter quantum mũ-
dana iudicia decipiantur Nã quicquid à ſanctorum iudicio
differt, mendax eſt: quoniam a ſpiritu ſancto regitur ſancto-
5 rum intellectus. Quintò habes: ꝙ quando boni in tempo-
ralibus etiam proſperantur, ut Abraham, non eſt malum ſi-
gnum; licet ſæpius tutius ſit ipſis, non ſic proſperari.

Text. EGo merces tua magna nimis.
Concl. 2. *Deus ſolus eſt uera merces Sancto-
rum.* [Ex eo]

Ratio. EGO: Quaſi dicat per diſcretionem, Non alius, ſed ego.
Coroll. ¶ Ergo promiſſiones omnes factę ad Abrahã terrenæ, nõ
aſſignantur ipſi pro mercede: ſed ſub illis intelligitur (tanq̃
ſub figuris) uera merces. i. uita æterna, quæ Deus eſt. Id quod
& Sancta Eccleſia intelligi uoluit, quãdo in Miſſa mortuorũ
Domino dicit: quam, ſ. lucẽ Sanctam, Abrahæ promiſiſti. Vbi
quæſo promiſit clarè lucem Sanctam ſeu (quod idem eſt) ui-
tam æternam Abrahæ? Nullibi certè. Ergo, cum promiſerit,
reſtat; ꝙ promiſerit obſcurè: & cõſequenter ꝙ ſub omnibus
illis promiſſionibus terrenis, tãquàm figuris, intelligatur ui-
ta æterna. Hoc ipſum aperuit nobis Apoſtolus Hebr. 11. de
Abraham & antiquis patribus, promiſſis terrenis enarratis,
concludens. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non &c.
ſed à longè ſalutãtes &c. uſque ad ly cęleſtem &c. ciuitatem.
Ergo ſolus Deus promiſſus eſt tanquàm merces laboranti
Abrahæ: quamuis alia multa ſint promiſſa, tanquàm uia ſic,
uel ſic, conſiderata ad hanc mercedem.

Matt.20 ¶ Applica ad Euangelium, de Conuentione facta de dena-
rio. Nã per illum denarium ſolus Deus intelligitur: & hic ſo-
lus pro mercede laborantibus in uinea promittitur.

Not. ¶ Merces propriè eſt illa, quę ab illo, cui danda eſt, ut finis
vltimus deſideratur: Et merces ex iuſtitia datur. Hinc ergo
1 habetur primò: ꝙ Sanctis ſolum Deum pro mercede aſſignat
ſcriptura; quoniam Sancti ſolum Deum habere deſiderarũt
pro mercede atque curarunt. Id quod B. Thomas de Aquino
expreſſit, quando Crucifixo quam uellet mercedem pro la-
boribus eius ſciſcitanti reſpondit: Nullam, niſi te Domine.
Hinc eſt. ꝙ ſancti, utpote Deo ſoli per deſiderium innixi, trã
2.Cor.4. ſitoria quælibet ſurſumque deque ferunt. Hoc ipſum pro omni-
bus loquens explicauit Apoſtolus dicens: non contemplanti
2 bus nobis quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. Secundò
habes: quòd ſanctis dãtur paradiſus ex iuſtitia. Paradiſus
Rom 4. enim hic dicitur merces: merces autem datur (ſecundum
Apoſtolum ad Romanos) nõ ſecũdum gratiam, ſed ſecundũ
debitum. Non tamen ob id putes: ꝙ Deus alicui, niſi ſibi,
debitor ſit. 1. q. 21. ar. 1. Ex eo nãque, ꝙ ſic operãti ſeipſum
dare conſtituit, debere dicitur, ſic operanti ſeipſum dare: Et
hoc eſt dare ſanctis paradiſum ex debito ſeu ex iuſtitia.
3 Tertiò habes: quòd opera noſtra merentur, & de condi-
gno merentur, vitam æternam; ſi in charitate fiant. Merces
enim dicitur illa; quæ meritò correſpondet. Vnde cùm pa-
radiſus dicatur hic operantium merces, patet: quòd opera
noſtra merentur. Rurſum. Merces propriè redditur ex iu-
ſtitia: vt ex 1.2. q. 114. art. 3. & 6. habetur; hoc autem corre-
ſpondet merito condigni. Meritum etenim condigni eſt,
cui datur pręmium ex iuſtitia: licet meritum congrui ſit id,
cui ex gratia, liberalitate ſcilicet dantis, aliquid redditur.
Hæc de operibus meritorijs dicta ſint contra hæreticos qui
ſcripturarum notitiam ſine ſcripturis ſibi temerariè uendi-
cant. Quòd verò merces (vt ſupponimus) operibus detur;
& operibus in charitate factis: patet in textu. Vt quid enim
poſt ly Ego ero merces tua, ſequitur ad eundẽ Deus in prin
cipio cap. 17. Ambula coram me: niſi vt oſtendatur, operan-
dum eſſe in charitate illis, qui hanc mercedem volunt? Vn-
de finis ponitur primò ibi, Ero merces tua: deinde media
ad conſequendum finem, ibi, Ambula coram me. Vnde pa-
tet, quòd nullus ſuperbire deberet etiam ſi prædeſtinatum
ſe certiſſimè per reuelationem ſciret: cùm talis prædeſtina-
tio operationes virtuoſas (vt hic ex litera habetur) requirat,
quibus ſuperbia contradicit. Segnities etiã illi, cui fieret de
prædeſtinatione reuelatio, ſubripere non deberet: quoniam
ambulationem (vt hic patet), ſcilicet profectum de virtute
in uirtutem, non ocioſitatem, prædeſtinatio requirit. Ad
illa igitur duo ſignificanda (quod ſcilicet ſuperbire non de-
beret quis ſuam prædeſtinationem; Certò ſciens, quodque
ocium ſectari non deberet: immò quòd ad horum contra-
ria, ſcilicet humilitatem, ac operandi ſolicitudinem, magis
amplectenda animari teneretur) poſt ly Ero merces tua
dictum eſt; Ambula coram me. Quartò habes: quòd reue- 4
lationes diuinæ de ſe non ſunt alicui peccandi cauſa; im-
mò plus bene operandi occaſionem præſtant. Nonne re-
uelatio hæc de prædeſtinatione, quòd ſcilicet Abraham
eſſet prędeſtinatus (Ego, inquit Deus, Ero merces tua ma-
gna nimis), omnem peccandi occaſionem ſuſtulit Abra-
hamo; dum operum bonorum neceſſariò requiſitorum ad
prædeſtinationis aſſecutionem meminerit dicens, Ambu-
la coram me? Quid autem ſit coram Deo ambulare: vide
infra in cap. 17. in principio.

¶ Applica ad ly (Euangelium) ſi vis ad vitam ingredi: ſer- *Mat.19.*
ua mandata. Vbi ad prædeſtinationis effectum capeſcen-
dum requiri neceſſariò meritoria opera, Vides: quod totum
manifeſtatur hic ex ordine iſto, dum ſcilicet poſt ly Ero mer
ces tua ponitur, Ambula coram me. Ergo prædeſtinatus de-
bet bene operari. Et ſi non bene operaretur, non ſaluaretur:
vt etiam dicitur ſuprà 4. concl. 6. Ad hoc namque poſt ly
Ero merces tua ponitur, Ambula coram me; vt oſtendatur,
quòd ſi prædeſtinatus Abraham non ambularet coram Deo,
non pertingeret ad illam mercedem.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HAEC Concluſio 2. cap. 15 deſtruit hæreſim
Cerinthi dicentis, Beatitudinem conſiſtere
in carnis delitijs. Item Algazelis (vt refert
Direct. inquis. 2. p. q. 4) dicentis: Beatitudi-
nem hominis conſiſtere in cognitione vlti-
mæ intelligentiæ; & quòd ab illa intelligen
tia pendet tota animarum noſtrarum beatitudo. Per intelli-
gentiam autem iſtam intelligit, cum Auerroe, datorem for-
marum. Patet enim hic oppoſitum, quòd ſcilicet beatitu-
do noſtra in ſolo Deo conſiſtit. Pro qua re profundiùs &
declaranda & intelligenda, vide egregium Eccleſiæ Docto-
rem D. Thomam in 1. 2 q 3. ar 7. & 8. & q. 2. ar 6. quia & ex
abundantiori totas has duas quæſtiones diſcurre. & 1. q. 8 ar.
3. & q. 84 ar 4 cum Elucid. Damnantur etiam à 1. Cor. 15.
Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere nõ poſſunt. Hoc eſt,
ſecundum contextum præcedentem, Opera carnis & ſan-
guinis, quæ ſunt opera peccati, ſeu etiam opera animalis ui-
tæ; regnum &c. Sic enim præmiſerat Apoſtolus: Sicut por-
tauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cęleſtis.
Quid autem ſit portare imaginem primi hominis terreni,
norunt; qui conſiderant, primum hominem fuiſſe authorẽ
peccati originalis, per quod in hominibus etiam nondum
ex vtero natis deturpatur Dei imago, & tanquam alia ima-
go ſuperinducitur ei, quamuis iuxta eſſe naturale remanen-
ti. Imago igitur Adam terreni eſt peccatum; & portare ima-
ginem eius, eſt facere opera peccati. Cùm ergo poſt admo-
nitionem non portandi amplius imaginem terreni, mox
quaſi reddens rationem præmiſſæ monitiõnis, dicat Apoſto-
lus, quòd caro & ſanguis regnum Dei poſſidere nõ poſſunt;
vult per hoc apertè dicere: nè amplius peccemus, quia pec-
cati opera, maximè carnalia, à regno Dei excludunt; &
conſequenter ipſa facienti, quòd peccatores nõ poſſint poſſi-
dere illud regnum. Damnatur & clarius ab eodem Galat. 5.
Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immundi-
tia, impudicitia, luxuria, ebrietates, cõmeſſationes, & his ſi-
milia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia
agunt, regnum Dei non conſequentur. Ecce. Beatus Paulus
iam diſerat, & omne iterum confirmat; quòd delitiæ carnis,
ſiue ſint venereæ, ſiue gulæ, impediunt viatores a conſecu-
tione beatitudinis: Et conſequenter quomodo non magis
per hoc manifeſtatum à ſe eſſe omninò voluit; quòd impoſ-
ſibile totaliter eſt, beatitudinem conſiſtere in delitijs car-
nis? Si enim tales delitiæ faciunt, nè homines ſic delitioſi ad
ipſam perueniant: quomodo unquam facere poterunt, quòd
ipſam poſſideant, & in ipſa quieſcant? Damnantur & a Ro-
man. 4. Regnum Dei nõ eſt eſca & potus; ſed iuſtitia, & pax,
& gaudium in Spirituſancto. Quis autem, niſi totus amen-
tiſſimus, concipere poſſit vnquam: quòd iuſtitia, pax, gau-
diumque in Spirituſancto, remanere poſſint ſimul cum deli
tijs carnis ab Apoſtolo dictis? Item ab Apocal. 21. Beati,
qui

qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni; vt intrent per portas *Apoc. 22* in ciuitatem. Foris canes, & impudici, & idolis ſeruientes. Item damnantur à Papa Benedicto XI. in extrauagã. Hac in perpetuum ualitura conſtitutione. Et a concil. Floren. ſeſſ. vlt. in liter. ſanct. vnion. Tam enim Benedictus ibi, quàm cõcilium hic, definit: quòd uera beatitudo conſiſtit in clara viſione diuinæ eſſentiæ. Item à Matth. 22. In reſurrectione erunt, ſicut Angeli Dei in cœlo. Hoc eſt. Sancti reſuſcitati & videbunt clarè diuinam eſſentiam, & uitam viuent cœlibem in ſummo, idest virginalẽ. Nam ſic ſunt ut Angeli Dei in cœlo, idest iſta duo habent. Virginalem autem vitam illam ſic voluit intelligi: quòd nulla erit ibi in ſanctis hominibus libido, nec minima qualiſcũque, nec quomodocunq; in æternum titillatio; immò quòd impoſſibile omnino ſit, tale quid vel modiciſſimum in ipſis vnquam reperiri; ſiue de corpore, ſiue de mente, loquaris. Cuius rei veritas & ex uiſione illa diuina cauſabitur, qua non tantũ mens, ſed etiã corpus, ſanctorum ſuo modo Deificabuntur, vitæq; animali totaliter mortificabuntur: & per exemplũ noſtrorũ prothoparentum in ſtatu innocentiæ patet. Nam ſi in eo ſtatu illi remotiſſimi adeo erant ab omni etiam leuiſſimo motu concupiſcentiæ: vt ob hoc ſignificandum dictum ſit. Gen. 2. quòd de nuditate non erubeſcebant: tantò magis in ſtatu gloriæ, ceu in admodum perfectiori, de ſanctis hoc ipſum verificabitur in æternum. Vide Eluci Addi. ar. nu. 353. 358.

Tex. VNde ſcire poſſum, quòd poſſeſſurus ſum eam? Et Dominus. Sume (inquit) vaccam triennem &c.

Concl. 3. *Terra promiſſionis erat poſſidenda à filijs Iſrael ſolùm: quandiu manerent in cultu diuino.* [Ex eo.]

Ratio. ABRAHAM, cùm ſit fidelis, & conſequenter firmiter credat Deo, quòd poſſeſſurus eſt terram dandam ſibi; non quærit ſignum de hoc quòd poſſidere debeat illam (vt videtur); quaſi dubitans de dicto diuino: ſed quærit ſignum de modo; quo conſeruari debeat in poſſidendo illam (ſic intelligitur ly poſſeſſurus ſum eam). Sciebat enim Abraham, ꝙ bona a Deo collata auferuntur, niſi bene cuſtodiantur: ideo quærit de modo cuſtodiendi illã terram: idest, quibus operibus ſeruaretur in poſſeſſione terræ illius. Cui reſpondit Dominus: Sume vaccam &c. Quaſi dicat: Modus conſeruandi te in poſſeſſione illa eſt cultus diuinus: qui in ſacrificijs talibus (ut habetur in Exodo, & Leuitico) conſtat. Quandiu, ergo durabit ſemẽ tuum in cultu meo, tamdiù durabit in poſſeſſione terræ: vnde (ab oppoſitis) quàmprimum ceſſabis à cultu diuino, tunc priuabitur terra illa. Hoc nos videmus, quam verum fuerit, in libris Iudicum, Regum, &c. Quando enim Iudæi cultum Dei relinquebant, tunc ab hoſtibus terra priuabantur; vel ſaltem illam pacificè non poſſidebant: *3. Re. 11. 12.* cùm verò in diuino cultu ſiſtebant, è contrà. Exemplum de Salomone.

¶Applica ad Euangelium Hieruſalem, quæ occidis Prophetas &c. ideo relinquetur uobis domus veſtra deſerta. Deſerta, ſcilicet à vobis. Et hoc: quia modum conſeruandi vos *Mat. 23.* in poſſeſſione domus ueſtræ. i. terræ promiſſionis, dati Abrahæ Patriarchæ. Gene. 15. vos non ſeruatis; immò contra illum operibus ueſtris his militatis. Vel ad illud, Malos malè perdet, & uineã locabit alijs. Vel ad illud, Ideo (ſcilicet propter ſcelera ueſtra) auferetur à uobis regnum Dei: & dabitur *Mat. 21.* genti facienti fructus eius (idest fructus eidem & regno conuenientes), & ad &c.

Coroll. ¶Ergo non mirùm; ſi Iudæi priuati nunc ſunt terra promiſſionis. Ergo nunc eorum cultus non eſt cultus diuinus: alioquin eoam poſſiderent nunc terram illam. Ergo quod *Beneficia.* dicitur infrà cap. 13 dabo eam ſemini tuo uſque in ſempiternum, intelligitur ſic: ſi ſcilicet ſemen tuum fecerit, quod debet, idest permanſerit in cultu meo. Hinc ergo habes; quòd promiſſa diuina, quæ non ſunt de Prophetia prædeſtinationis, intelliguntur cum hac conditione: ſi ſcilicet illi, quibus promittuntur, fecerint debitum ſuum. Ergo nos uiſitas Deus (inquit D. Thomas in hymno Sacramẽti): ſicut te colimus. Ergo qui non perſeuerant in cultu Dei, priuantur beneficijs acceptis: vel quia omninò non habent, uel quia (Huc attendãt aliqui religioſi &c.) habitis nõ fruuntur in domino; & ita quandoque excæcantur, vt beneficia religionis &c reputent maleficia, & cũ Iſraeliticis habẽtes man*Num. 11* na concupiſcant porros; allea, & cæpe, i. libertatẽ ſeculi, &c.

¶Hoc modo prædicto intelligas illud Euangelij: Et quòd *Not. 1.* uidetur habere, auferetur ab eo. Quomodo? Audi. Non ſemper mali religioſi, Principes, Reges, &c. priuantur beneficijs *Luc. 19.* diuinis, ſi ad extrinſecum tantum habeatur reſpectus: quia tamen omnes diuinis priuantur donis, ſi ad intrinſecum conſi- *Priuatio* deratio fiat. Non enim religioſus malus religionem ſemper *beneficio-* egreditur, nec princeps malus principatum amittit, nec Rex *rum Dei* regnum; ſed tamen religioſus malus religionem pro benefi- *occulta* cio tali, quale eſt, non agnoſcit, non guſtat Deum in choro, *multum.* in Miſſa, in orationibus, in ſtudijs, in lectionibus &c. in multis tùm corporalibus, tùm ſpiritualibus beneficijs nõ appendit magnitudinem illorum; & ſecundum ſe ipſa, & comparatiuè ad ſeipſum indignum, & comparatiuè ad alios ſe meliores talia non hñtes. Similiter princeps malus, & Rex malus, bonum uſum principatus & regni perdit. Quare? Quia iuſto Dei iudicio religioſus eçcatur, ut id habẽs non agnoſcat: Et alij iuſto Dei iudicio priuantur bono uſu poteſtatis habitæ. Habent ergo, & non habent, beneficia illa. Habent, quia uidentur habere: non habent, quia ablata ſunt eis. Videntur habere, quia reuera illa habẽt: ablata ſunt ab eis, quia reuera illa non habent. Quomodo autem poſſint hæc fieri, ut ſimul beneficia illa habeant, & non habeant: iam dictum eſt; & quotidie (Heù) experientia comprobatur. Cur verò talis priuatio prædictis accidat, ex litera iſta habes; quia ſcilicet circa diuinum cultum non operantur; uel ſi operantur, negligenter operantur. Audiſti modo plures, quod *Hiere. 48* Maledictus eſt omnis; qui facit opus Dei negligenter. Vide Compen. Alber. lib 3 cap. 18 ſchol & li. 5 cap. 21. cùm ſchol. Ideò non mirum; ſi maledictione tali (vt præmiſſum eſt) caſtigentur religioſi, ac alij circa diuinum cultum negligentes. Vnde habes; quòd maledictio illa (Maledictus qui facit &c.) non accipitur tantùm, pro maledictione infernali, &c. ſed & pro beneficiorum, modo dicto, priuatione. Conſequenter ergo habes & hoc: ꝙ à maledictione præmiſſa poſſunt liberari religioſi illi, ac ſimiles; licet ipſam incurriſſent. Poſſunt namque diuino cultui attentiùs inſiſtere, ſeq; de negligentia circa illud habita emendare: Et ſic à maledictione illa, quæ mentis cæcitas eſt, emergere.

¶Non autem de cultu exteriori tantum, ſed principaliter *Not. 2.* de interiori, me loquutum in præmiſſis, aduerte. De cultu exteriori quid ſit; non oportet eſſe ſolicitum: quandoquidẽ ad ſenſum patet. De interiori verò nota Diuum Augu- *Augu in* ſtinum dicentem, quòd conſiſtit in fide, ſpe, charitate. Hæc *Enchiri.* tria forſan in litera ſignificata ſunt per animalia illa tria, ſcilicet uaccam, capram, arietem. Exerceatur ergo religioſus, ac alij, principaliter in fide, ſpe, charitate: Circa ipſas virtutes practicè ſe occupando ſæpius. Verbi gratia. Cogitet de credibilibus, de ſperatis, de amandis; Et cogitando affectu, ſecundum cogitati exigentiam, moueatur. Hoc eſt. In meditatione ſua exardeſcat ignis. Ad hæc ſignificanda diuiduntur animalia hæc ab Abrahamo, præ oculis collocãtur: Et ignis clibanus his peractis uidetur. Diuidantur, idest ſingillatim per partes. non raptim, neque conglomeratim, accipiantur à mente credibilia, ſperabilia, amabilia; poſtea præ oculis collocentur. i. ſtudioſè, ſeriò, attentè, cõtemplentur hæc; Et faciliter ignis clibanus noſtris in animabus è veſtigio apparebit, idest magis per hoc in amorẽ diuinum accendemur. Si tunc ignis clibanus apparebit religioſo, uel alteri beneficiato: Ergo non obcæcabitur, ſed illuminabitur magis; Ergo donis Dei non priuabitur; ſed amplioribus donabitur; Ergo non ab illo auferetur quod habet, ſed magis illi dabitur quod non habet. Quare? Quia cultum diuinum cum Abrahamo, cooperante Dei gratia, exercuit; & circa illum ſe decenter habuit.

Modus liberãdi ſe à maledictione prædicta. Pſal. 38.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 3. cap. 15. (ſi rectè expendatur) deſtruit errorem Algazelis Philoſophi (ut refert Direct. inquiſ. 2 p. q. 4.) dicentes; quòd ſacrificia oblata Deo nihil proſunt, ut per ea aliquid conſequamur, ſed naturaliter habent effectum, propter quem fiunt. Vides enim ſupradicta, quòd Deus, his medijs ſacrificiorum Abrahami concurrentibus, terram promiſſam, Iudæis ſe conſeruaturum oſtendit: & conſequenter ex præmiſſis patet, ꝙ per oblationem ſacrificiorũ hoĩes nõ naturaliter, ſed à Deo aliquid conſequuntur. Patet &, ꝙ dementiæ plenũ eſt dicere, ꝙ

per uaccam, capram, arietem, aliaq; hic obiata haberi poſsit naturaliter prædictus effectus. Pro cuius oppoſitione tamen adhuc confutatione eius, uide Leuit. 1. concl. 2. Damnatur quoque ab Apoſtolo Heb. 11. Plurimam hoſtiam Abel, quàm Caym, obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus; teſtimonium perhibente muneribus eius Deo. Ecce: quòd Abel per ſacrificium deuota fide oblatum conſequitur multam utilitatem, quæ tamen utilitas non fuit effectus naturaliter proueniens ex ſacrificio illo, alioquin & ex ſacrificio Caym prouenisset. Damnatur etiam ſupra ex cap. 8. ubi dicitur, quòd Dominus in ſacrificio ipſius Noe odoratus eſt odorem ſuauitatis, & adhuc utilitas præcipua inde eueniſſe cap. nono, oſtenditur a Deo ipſi Noe tam pro ſe, ſuaque tota familia, quam pro uniuerſo genere humano. Item a Hiere. 6. Vt quid mihi incenſum de Sabbâ affertis, & cinnamomũ de terra longinqua. Et ab Eſa. 1. Quid mihi multitudo uictimarum ueſtrarum dicit Dominus. Plenus ſum. Holocauſta arietum; & adipem pinguium, & ſanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Quis quæſiuit hæc de manibus ueſtris? Nè offeratis ultra ſacrificium fruſtrà. Incenſum abhominatio eſt mihi. Ecce: quomodo Deus deteſtatur ſacrificia Iudæorum: & quam apertè dicit, & ea eſſe fruſtratoria, & ſe non requiſiſſe illa de manibus eorum. Qui tamen Deus multa de ſacrificijs ſibi offerendis mandauerat; & eorũ multa ſibi fore in odorem ſuauiſsimum teſtatus fuerat; & multipliciter profutura dixerat, puta ad peccata delenda, ad gratias obtinendas ad ſanctitatem conſeruandam: ut de his omnibus patet in Leuitico ferè per totum. Ex prædictis igitur ad intentum nostrum liquet apertiſsimè: quòd ſacrificia non habent naturaliter effectum, propter quem fiunt. Si enim talem effectum naturaliter haberent: quomodo Iſaias & Hieremias talia diſsiſſent, quæ ſuo effectu ſacrificia carere demonſtrant; & Leuiticus ſacrificijs ipſis effectum ſuum habiturum aſſignaſſet? Etenim ea, quæ naturaliter habentur, ſemper habentur; in quantum propter peccatum non amittuntur; vt patet de imagine Dei in homine, quòd ſcilicet homo poſt peccatum eam non amiſit. Vnde ſit conſequens, quòd, ſi aliqua ob peccatum amittantur, iam pateat, quòd illa naturaliter non habebantur, ſed aliundè: vt conſtat de ſimilitudine Dei in homine, quòd ſcilicet homo poſt peccatum eam amiſit. Vide ſupra cap. 1. concl. 21. circa quæſitum ſecundum. Cum itaque propter peccata Iudæorum ſacrificia illa ſuum multiplicem effectum amitterent, ſecundum quem ſenſum Iſaias & Hieremias loquuntur (ut ex eorum contextibus patet); quem tamen, adiuncta pœnitentia, per fidem & deuotionem habebant, in quo ſenſu Leuiticus intelligitur: ex hoc iam manifeſtiſsimum redditur, quòd effectum ſuum ſacrificia naturaliter non habebant, ſecundum ſcripturas.

Text. S Cito, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum &c.

Concl. 4. *Non peruenitur ad regnum Dei, quamuis alicui certò dandum; niſi per uarias tribulationes.*

[Ex eo]

Ratio. ECCE ſemen illud, cui Dominus terrã promiſit, oportet prius, ut peregrinetur in terra non ſua; & non tantũ hoc, ſed & ſubijciatur ſeruituti; & non tantum hoc, ſed & affligatur, & non tantum hoc, ſed & per tam longum tempus, id eſt quadringentis annis; vt quaſi Deus ſui populi uideretur oblitus: antequam egrederetur cum magna ſubſtantia, & ad tanta ſibi promiſſa perueniret. Immò, quia cum magna ſubſtantia egreſſuri erant: magnopere etiam tribulati ſunt. Nõ enim egrederentur cum magna ſubſtantia, niſi magna ſuſtinuiſſent. Qui enim parcè ſeminat in tribulationibus: parcè & metet in conſolationibus. *Ex Apoſtolo.* Nam ſecundum quòd quis uiriliter decertarit, ſecundum hoc coronabitur. Non autem decertabit magnopere, qui aduerſa magna non habet; & conſequenter, a primo ad ultimum, qui contraria magna non ſuffert, non egredietur cum magna ſubſtantia, id eſt nõ magnopere coronabitur. Quia ergo Deus uult populum ſuum, non tantum coronare, ſed & glorioſè coronare; ideo dat illi forte certamen, ut uincat. Sap. 10. Vide, pro figura horum, & ſimilium promiſſionum, ſupra cap. 13. circa concluſ. 2. declarationem.

Coroll. ¶ Ergo fugiens tribulationes fugit regnũ Dei. Ergo amãs regnum Dei uult tribulationes: immò illas optat cum Auguſtino dicens: hic ure Domine, hic ſeca: ut in æternum parcas: in his delectatur cum pſalmiſta. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris. i. in funibus tribulationum conſtringentium me delectatus ualde ſum. Vis ſcire quare? Etenim (inquit) hæreditas mea præclara eſt mihi. Quid eſt hæreditas mea præclara eſt mihi: niſi vita æterna, quæ eſt ſolus Deus, præclara eſt mihi. Audi. Dominus pars hæreditatis meæ. Ergo quãtus amor ad hæreditatem hanc, tantus amor ad tribulationes, ſine quibus non peruenitur ad hæreditatem iſtam. Ergo ſi non amas tribulari; non amas coronari: & ſi amas coronari, amas & tribulari. Alioquin ſtultus es; qui ad terminum peruenire contendis non per uiam. Ergo bene reſponſum fuit ad filios Zebedæi volentes ad regnum ſine tribulationibus perduci. Neſcitis (inquit Chriſtus): quid petatis. Poteſtis bibere Calicem: quẽ ego bibiturus ſum? Quaſi dicat ſtulta petitio; uelle prius terminum attingere: quam uiam. Calicem oportet prægustare antequam perueniat quis ad id; quod uos petitis. Et dato quòd ſine Calice id attentaret quis: nil fieret. Nam quomodò perueniet ad ſupernum regnum, niſi trahatur a me (ſicut nec lapis ad ſupra nõ peruenit: niſi ab aliquo trahatur) i. niſi ego illi hoc regnum dedero: cum ſim conſtitutus hæres uniuerſorum? Ego aũt nũquam tradam regnum talibus hominibus: qui aliam uiam ad regni perceptionem volunt, quam ego elegerim. Hoc notatur in ly, quem Calicẽ ego bibiturus ſum). Non enim meum eſt hoc dare uobis, i. uestri ſimilibus: ſed meum eſt hoc dare illis, quibus paratũ eſt a patre meo, i. mihi conformibus. Nam quos prædeſtinauit pater: hos uoluit conformes fieri imaginis filij ſui. Ergo ſancti iure gloriantur in tribulationibus, cum D. Paulo, tum quia fiunt conformes vnigenito Dei, tum quia ſunt in uia ad regnum planiſsima: vtpote quam & Chriſtus, & omnes ſancti ſæpius calcãtes perambulauerunt.

Mat. 20. *Exempl.* *Rom. 8.*

¶ Applica ad Euãgelium de filijs Zebedæi (ut tetigimus): & ad ſimile, de tribulationibus. Et in ly Neſcitis quid petatis, inuehatis contra hæreticos: qui ſine Calice dominum a ſe bibito ad dextram Chriſti uel ſiniſtram ſe conteſcunt. Dic, Poteſtis bibere calicem: quem ego bibiturus ſum? Quaſi dicat. Etſi ego bibero Calicem: tamen uos non peruenietis ad regnum, niſi illum ſimul mecum biberitis. Item illud Pſ. 131. de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam: ſi cuſtodierint &c. Ac ſi apertè dicat: Incarnatione etiã filij Dei data, oportebit ut cuſtodiãt teſtamentum meum ij, qui volunt ſedere ſuper ſedem tuam, & qui uolunt ſaluari. Per incarnationẽ, tanquam principium, omnia myſteria alia humanitatis (i. paſsio, mors &c.) connectuntur, ut principiata.

Contra hæret. *Pulchra expoſitio.*

Not. ¶ Benè notato præmiſſa omnia contra lutheranos, ac ſimiles; maximè illud, quòd ad Abrahamum hic ſub figura Sanctorum dicitur; Poſt hæc egredientur cũ magna ſubſtantia. Poſt hæc (inquit); non ante hæc, uel ſine his. Quaſi tolerat hic bella. Si hæc non ſuſtinent, & pariter nõ patiantur: nõ egredietur cũ magna ſubſtantia, ſed quid? Tunc de illis, quod ta olim a Dauide eſt decantatum uerificabit: quod. ſ. Nihil inuenerunt diuitiarum in manibus ſuis. Si nihil diuitiarum: ergo nec cum ſubſtantia, & multò minus cum magna ſubſtantia egredientur. Quare? Quia (inquit) dormierunt ſomnũ ſuũ. Quid eſt dormierunt ſomnum ſuum: niſi ſecure quieuerũt in eo, quod ſibi pro quiete ſtatuerunt? Dormire enim quieſcere dicit: Et ſomnus etiam quietem importat. Vide hic hæreticos, de quibus antè: & agnoſce, quòd nec illi nec illis credentes egredientur cum magna ſubſtantia; ſed nihil inuenient diuitiarum in manibus ſuis. Nonnè hæretici dormiunt ſomnum ſuum. i. ſomnum a ſe confictum: dum nõ eſſe laborandum, non eſſe patiendum, non eſſe per uaria diſcrimina cum illis Abrahæ filijs tranſeundum, opinantur, ac prædicant? Certè dormiunt hi, quia non laborant: & ſomnium ſuum; quia hoc nõ laborare in ſcripturis non inueniũt, ſed a ſe confingunt. Et ideò non ſomnus, ſed ſomnus ſuus eſt. In pace dormiunt: ſed non in pace in idipſum, id eſt non in pace ipſius Dei. Vis, in qua pace dormiant, uidere? Ecce (in horum perſona dicebat Ezechias, ad ſenſum infra dicendum) in pace amaritudo mea amariſſima. Quaſi dicat: Pax hæreticorum prœmiſſorum eſt & amaritudo, & amariſſima amaritudo. Heu - Heu. Pax illa non amara, ſed amaritudo ipſa: nec amaritudo ſimpliciter, ſed amaritudo amariſſima dicitur. Hic iſte pax ſemper. Quare amaritudo amariſſima dicitur? Quia ipſam ſequentes nihil tandè inueniũt diuitiarum in manibus ſuis. Eſſet quidem amaritudo, ſi parum diuitiarum inuenirent: ſed quia nil prorſus inueniunt, ideo amaritudo hæc amariſſima vocatur. Si amaritudo tãtum eſſet, egrederentur tales ex Ægypto. i. ex mundo iſto tamorte

Hæretici dormiũt. &c. *Eſai. 38.*

m orte

morte cum aliquali ſubſtantia: ſed quia cum multa ſubſtantia, id eſt facultate ſeu diuitijs, egredientur tunc, ideò amaritudo amariſſima nuncupatur. Quid ergo reſtat? Quòd qui contrariam ſententiam hæreſi illi tenebũt atque ſequentur: horum labor erit dulcedo dulciſſima. Quare? Quia pòſt labores illos, pòſt duriſſimas illas afflictiones, egredietur è corpore, vbi paſſi ſunt, cum magna ſubſtantia, id eſt cum magnis meritis quæ ſunt magnæ diuitiæ: ſicut nulla merita erant nihil diuitiarum. Si demũ egrederentur cum ſubſtantia, ſed non magna: tunc labor illorum eſſet dulcedo, ſed non dulciſſima. Modò autem quia cum ſubſtantia, & magna egredientur: ideò illorum labor, ſeu prælium erit, & dulcedo & dulciſſima dulcedo.

¶ En quomodò, & quare, Via ad uitam dicatur in Euangelio, ſuaue iugum atque leue. En quare dicatur in Pſal. mandatum Dei latum, & latum nimis. Quare latum? Quia cum ſubſtantia egredientur pòſt hæc, id eſt pòſt ipſorum laborioſam adimpletionem. Quare latum nimis? Quia egredientur tunc cum magna ſubſtantia. Si tantum cum ſubſtantia pòſt hæc egrederentur, tunc mandatum eſſet latum: ſed quia cum ſubſtantia magna, ideò eſt latum nimis. Quomodò latum, & nimis latum? Ratione (ut ex ſupradictis ad longum patuit) finis. Relinquitur ergo quòd ratione uiæ (ideò dicitur in Euangelio, Via.) dicatur mandatum ſtrictum, mandatum anguſtum, mandatum graue. Ecce ſcripturarum concordia pro nunc ex præſenti Capitulo habita.

Mat. 11. *Pſ. 118.*

Text. Pepigit fœdus dominus cum Abraham dicens &c.

Concl. 5. *Vita æterna datur ex iuſtitia filijs Abraham.* [Ex eo.]

Ratio. Iustitia enim eſt: quia deus fecit pactum de dando cœlum (nam terra illa ſignificabat hoc) filiis Abrahę.

Not. ¶ Applica Euangelio. Conuentione facta. Vt intelligas hoc fœdus abſque errore, inſpice ad ea; quæ circa concluſionem huius capituli ſecundam continentur. Nonnè etiam recolis: quòd paterfamilias conuentionem non fecit dandi denarium diurnum, niſi cum operarijs uineę ſuę? Hoc illud eſt quòd hic, & ſupra, & in ſimilibus fœderibus, intelligitur.

Matt. 20 Non enim ociuſos nos ea conuentione ſua vult facere Deus (Abſit. Immò reprehendit ſegnes dicens: quid hic ſtatis tota die ociosi?) ſed calcaria maiora ad operãdum eum ſidenter nobis addere. Ex meritis itaque, & promiſſione diuina datur uita eterna. Et hoc eſt, qđ à ſacris Theologis dicitur; ꝙ ſcilicet ſpes Catholica diuinę miſericordię innititur, & meritis noſtris in gratia factis. Niſi enim inniteretur diuinę miſericordiæ: ut quid Deus cum Abrahamo fœdus pepigiſſet de terra promiſſionis illi danda? Quare promiſſionis dicitur, niſi quia promiſſa à Deo fuit? Et unde promiſſa? Ex miſericordia: non ex iuſtitia. Non enim tenebatur Deus promittere terram illi populo ex merito populi: ſed hoc ex ſua miſericordia proceſſit. Niſi etiã ſpes illa inniteretur meritis proprijs: vt quid Deus ſup. c. 15. requiſitus de modo poſſidẽdi terram iſtam reſpondiſſet? ſume mihi (.i. in honorem meum) ſeu tibi (.i. in utilitatem tuam) uaccam triennem, & caprã trimam, ac arietem annorũ trium? Operibus igitur meritoriis, quæ Deo ſacrificia ſunt, innititur ſpes Abrahamitarum: Et opera iſta ſunt modus, quo ſcimus nos poſſeſſuros terram.

Magiſter ſententiarũ in tertio diſt. 26 & alij catholici expoſitores.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

Praedicta concl. 5. cap. 15. ſic declarata per contentum, deſtruit hæreſim Lutheri dicẽtis: ſpem noſtram non procedere ea meritis, quia opera noſtra nihil merentur. Patet enim hinc ſequi totaliter oppoſitum. Damnatur & à Cõcilio Trid. Seſſ. 6. cap. 16. ſic. Bene operantib. vſque in finẽ, & in Deo ſperantibus proponenda eſt uita æterna; & tanquam gratia filiis per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces, ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus, & meritis, fideliter reddenda. Hęc eſt enim illa corona iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen, & curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus à iuſto iudice ſibi reddendam: non ſolùm autem ſibi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Et canon. 26. reprobans contrarium inquit. Si quis dixerit: iuſtos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta expectare, & ſperare æternam retributionem a Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti meritum; ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo, uſq; in finem perſeuerauerint; Anathema ſit. Et canon. 31. Si quis dixerit: iuſtificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur. Anathema ſit. Et canon. 32. Si quis dixerit: hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, ut non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita; aut ipſum iuſtificatũ bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius uiuum membrum eſt, fiunt, non uerè mereri augmentum gratiæ, uitam æternam, & ipſius uitæ æternæ (ſi tamẽ in gratia deceſſerit) conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; Anathema ſit. Hæc ibi. Quod item concilium ſupra cap. 11. prædamnauerat antedictam hæreſim, ſic. Conſtat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari; qui ſtatuunt: in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedẽ quoque intuentur æternam: cùm ſcriptum ſit, inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem; & de Moſe dicat Apoſtolus, ꝙ reſpiciebat in remunerationẽ. Hęc ibi. De bonorum operum merito, uide ſanctum doctorem. 1. 2. q. 114. Compend. Alber. lib. 5. cap. 11. 13. 15. ſchol. Et Eluc. Addi. ar. num. 35. 59. 316. 417.

CONCLVSIONES
EX GENESIS.
CAPITVLO XVI.

Ecce concluſit me dominus: nè parerem. *Text.*

Concl. 1. *Mala pœna cauſantur à Deo: & ab ipſo, tanquam cauſata, accipienda ſunt.* [Ex eo.]

Ecce. Sarra non poteſt generare filios. Hoc non poſſe malum pœnale eſt. Nam malum pœnale eſt, quod eſt contra uoluntatem: ſicut malum culpæ dicitur, quod eſt ſecundum uoluntatem. Non poſſe autem generare erat contra uoluntatem hominis, maximè tunc: quoniam ſterilitas pro magno habebatur opprobrio. Hoc itaque malo pœnæ cùm afficeretur Sarra, cui hoc, tanquam efficienti cauſæ (ad differentiã meritoriæ cauſæ, quæ ſumus nos, qui peccatis noſtris omnes inflictas pœnas meruimus), attribuit? Forſan caſui, uel fortunæ: ut faciunt gentiles, aut gentiliter loquentes? Non: ſed Deo tantum. Ecce (inquit) concluſit, ſ. iuſtè, me Dominus, nè parerem. Ex quo enim concluſionem hãc Domino attribuit, nec tamen de ipſa lamentatur, habemus, ꝙ hoc iuſtè fuiſſe factum intellexit Sarra. Et bene quidem. Nã iuſtè facit Deus, quicquid facit: Et ideò iuſtũ, quia Deus hoc facit. Vnde dicendo, Deus hoc facit, idem eſt; (iuxta ueritatẽ, & ſanctorum, cuiuſmodi erat Sarra, intelligentiam) ac ſi diceretur, Deus hoc iuſtè fecit. *Ratio* *1. q. 49. art. 2. cũ Elucid.*

¶ Ergo libenter ſufferenda ſunt mala, conſiderando: a quo ueniãt. Ergo de his gratias agere debemus Deo: cùm à Deo omnia bona fiant. Ergo mala pœnæ ſunt medicinæ: cũ a Deo medico ueniant. Ergo mala pœnæ bona ſunt: cùm à bono efficiente fiant. Hoc corollarium abundanter, ueraciterque confirmat Alber. Mag. dum in lib. de adhærendo Deo cap. 4. ſic unumquemque alloquens ait. Accipe omnia & ſingula qualitercunque, & undecunque ortum habentia: quemadmodum de manu paternæ diuinæ prouidentiæ, cum taciturnitate, & tranquillitate. Hæc ille. *Coroll.* *Verba Alb. uerè aurea, ſed ſ. practica magis.*

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

Ista Concluſ. 1. cap. 16. deſtruit hæreſim, ꝓpter quã Colluthus iudicatus fuit hæreticus, dicentẽ: malũ pœnæ non eſſe à Deo. Itẽ Seleucianis dicentis: malum aliqđ eſſe à Deo; aliqũ à materia prima. Patet. n. totum cõtrarium in hoc loco: ex quo etiam cõtra Seleucianum dicitur: quòd qua ratione unum malum pœnæ eſt à Deo, eadẽ

& omne aliud eſt ab ipſo. Damnantur etiã & ratione & authoritate multiplici à D. Tho. pri. par. ar. num. 123. 256. 259. Item ab Eſa. 45. Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, faciens pacẽ, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. Item ab Amos. 3. Non eſt malum in ciuitate, quod nõ fecerit Dominus. Ecce per ſcripturas has: quòd nulla eſt tribulatio, quę non ueniat a Domino, uel faciente, ꝓpriè ideſt effectiuè, ſi ſit pœna; uel faciẽte admodum impropriſſimè, atque largiſſimè, ideſt permiſſiuè, ſi ſit culpa. Non enim Deus facit (propriè loquendo), ſed permittit, culpam: quod quidẽ permittere reſpectu Dei, bonum eſt. 1. q. 19. ar. 9. ad 3. Ob hoc ſignificandũ dicitur Sap. 1. Deus mortẽ non fecit. Hoc eſt. Deus cauſam proximam mortis (cauſa hæc eſt peccatum) non fecit. Vide ſupra 3. con. 22.

Text. INiquè agis contra me &c. deſpectui me habet.

Concl. 2. *Prælati malefaciunt quando diſſimulant nimis defectus ſubditorum.* [Ex eo]

Ratio. QVIA Agar deſpiciebat Sarram, & Abraham (ut uidetur) nimis aliquando ſupportabat ipſam Agar: ideò dicitur à Sarra ipſi Abraham, quòd iniquè agebat contra ſeipſam.

Coroll. ¶ Ergo defectus ſubditorum, ſi nõ debitè corriguntur à ſuperiore, ipſi prælato imputantur: & omnium malorum ex tali impunitione naſcentium, puta multiplicatio uitiorum, tepi-
Gal. 6. ditas bonorum &c. prælatus talis eſt reus. Ergo prælati reddẽtes rationem de peccatis ſubditorum in die iudicij, reddũt rationem de factis proprijs: quia ſcilicet ipſi prælati neglıgẽter ſe habuerunt circa delicta ſubditorum. Ergo D. Paulus dicẽs,
Heb. 13. unuſquiſque proprium onus portabit, & dicens, ipſi reddituri ſunt rationem pro uobis, non ſibi contradicit. Vide D. Thom. 2. 2. q. 63. 67. Ergò conditio ſuperiorum eſt multi oneris [illegible] & periculi.

Not. ¶ Diſſimulatio illa ut plurimum inſolentiam maiorẽ cauſat in ſubditis. Et iniuſtitiam inter ſubditos, & indignationem quandam in ſubditis erga prælatos; & ruinam fermè omnium ſubditorum inter ſe. Vide hic ſingula. Agar ex diſſimulatione Abrahami magis contra dominam ſuam ſuperbiuit. Agar (ut iuſtum erat) pro ſerua ſe non habebat, ſed Sarram fere ꝓ ſerua: Vnde ait Sarra, Deſpectui me habet. Sarra ex diſſimulatione illa indignationem quandam erga Abrahamum concepit: quam expreſſiſſe uidetur dicens, Iniquè agis cõtra me. Iudicet Dominus inter me & te. Ex diſſimulatione illa factum eſt, ut tãdem Agar fugeret, & Sarra obſequio eius priuaretur. Ruina itaque ſubditorum omnium fermè, ex Prælati diſſimulatione nimia procedit. Et ideò non mirum: ſi prælati malè, immò peſſimè agant, à caſtigando ſubditorum defectus ſe abſtinentes propter indebitam cauſam. Quæ eſt indebita cauſa? Reſpectus humani uel affectus inordinati, uel timores mundani. Puta. Quia iſte ſubditus habet plures ſibi fauentes, quos offendere timeo, ſi illum ſecundum iuſtitiã caſtigẽ. Vel quia eſt nobilis & potens, cuius nobilitati potentięque ut deferam, hunc ſecundum iuſtitiam non caſtigo. Vel quia eſt factionis meæ, quam factionẽ nè diminuam, hunc ſecundum iuſtitiæ exigentiam non punio. Item; quia ipſum non ſecundum Deũ amo, uideò mihi amaſium nolo per condignam caſtigationẽ contriſtare, uel offendere. Vt quia nimis amicorum huius ulciſci afficior, ideò eadem ratione ab huius punitione deſiſto. Item nè huius, uel illius potentis domini, ſatrapæ, generalis, offenſam incurram; ideò a punitione delinquentis talis ſubditi manum retraho. Has tamen indebitas cauſas ſopire uelle uidentur: quando conniuent. Quid dicunt? Si uidiſſem: feciſſem, dixiſſem, iuſtitiam exercuiſſem, ego cuiuſque perſonam non reſpexiſſem. Et tamen reuera, ſi uidiſſet: nihil feciſſet, nihil &c. In ſignum huius: iam quandoque uidit, & forſan pluries uidit; & conniuere uoluit. Quare? Vt cauſam apud homines non caſtigandi ſubditum delinquentem haberet. Ob hoc tamen nõn ſiet unquam, ut non uerè dicatur ei, Iniquè agis. Vt igitur hanc iniquitatis notam deuitent prælati: Abrahamum ſup. cap. 13. imitentur, & in hoc loco. Quid egit ſuprà. Paſtorum rixam nullo reſpectu humano occupatus & optimè uidit, & ſe uidiſſe optimè per ualidam prouiſionem monſtrauit. Quid egit hoc in loco? Mox de errore ſuo admonitus, oculos aperuit: ſeipſum correxit inquiens, Ancilla tua in manu tua eſt; Vtere ea, ut libet.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HAEC concluſio. 2. cap. 16. (ut patet intuenti) deſtruit, & quidem à fortiori, hæreſim Catharorum (ut refert Card. Turrecre. de Eccleſia lib. 4. cap. 35.) dicentium: quòd poteſtates ſeculares peccant mortaliter puniendo malefactores uel hæreticos. Nam hinc ſequi totum oppoſitum, patet à fortiori. Quantò enim plus authoritatis habent Principes, quam paterfamilias, tanto magis tenentur ad purgãdũ principatũ ſuum malefactoribus: & eo amplius quoque, quantò malefactores, & hæretici ſunt inſolentiores, fermè improportionabiliter, quam iſta Agar. Damnatur etiã ab Exod. 22. maleficos non patieris uiuere ſuper terram. Et à 1. Petr. 2. finè Regi; ſiuè ducibus, tanquam à Deo miſſis, ad uindictam malefactorum, laudem uerò bonorum. Et a Ro. 13. Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis non timere poteſtatẽ? Bonum fac. Si autem malum feceris, time. Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, uindex in iram ei, qui malum agit. Contra prædictam hæreſim uide & 2. 2. q. 10. art. 8 & q. 11. art. 3. 4. Damnatur etiam à dictis in Leuitic. 20. con. 1. & Numer. 5. con. 8. Itẽ a Papa Leone I. in epiſt. 80. ad Iulianum Coen. Epiſcopum. Ad Imperialem pertinet poteſtatem: ut perturbatores Eccleſiæ, pacis, & reipublicæ quę Chriſtianis principibus merito gloriatur, inimici ſolicitius comprimãtur. Tumultus publicos, ac ſeditiones ſacrilegas, ſeuerius coercere imperialis poteſtatis eſt. Hęc ibi. Vbi principaliter de hæreticis intendit; ut ex contextu patet. Item damnatur ab uniuerſis Epiſcopis, Ægyptiacæ diœceſis, & clero Alexandrino, in epiſt. ſua ad Leonem Auguſtum, pro Concilio Calcedonenſi. Iniuria Dei manifeſta eſt, hæreticorum abſcindentium ſemetipſos a recta fide licentia. Hæc ibi. Hoc eſt. Hæreticis licentiam graſſandi permittere, manifeſta Dei iniuria eſt. Item à Papa Agathone, in Epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem, quæ inſeruit ſextæ Synodo Cõſtantinopolitanæ actio. 4. Nouitatis error cũ ſuis inuentoribus propriæ præſumptionis pœnam exoluat: & de medio orthodoxorum Antiſtitum pro ſuæ nouitatis hæreticæ prauitate pellantur. Nec enim æquum eſt, ut nocentes innocentibus noceant: cum ſicut in hoc ſeculo condemnatis parcatur, ſicut ipſi, quibus parcitur, nullum in Dei iudicio ſentiunt parcendo beneficium, ita parcentibus non minimum ingerunt pro illicita compaſſione periculum. Hæc ibi. Ecce, ꝙ iuxta Papam, prædictamque Synodum, hæretici ſunt pellendi; neque eis per illicitam, & noxiam compaſſionem parcẽdum. Damnatur & in Synodo Lateranenſi ſub Martino. I. conſultation. 2. ex epiſt. Victoris Epiſcopi ad Theodorum Papam. A beato Felice Apoſtolico ueſtræ ſanctitatis prædeceſſore dictum eſt. Negligere quippè, cum poſſis, deturbare peruerſos, nihil eſt aliud, quam fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, ꝙ manifeſto facinori deſinit obuiare. Hęc ibi. Item à 6. Synodo Cõſtãtinopolitana actio. 18. ex epiſt. Cõſtantini ad Synodum Apoſtolicę ſedis. Bonum quidem eſt pacem habere ad omnes, qui concordiam erga pietatem habẽt: melius eſt autem pugnare, quandò actio pacis conſenſum in malum operatur. Nam Dominus inquit; non ueni mittere pacem in terram, ſed gladium. Hæc ibi. Vbi, cum loquatur de his, qui concordiam erga pietatem non habent. i. de hæreticis, dicere uult (ſecundum ꝙ in indice conciliorum exprimitur): quòd cum hæreticis pacem habere eſt in hæreſim cõſentire. Nam error, cui non reſiſtitur, approbari uidetur (ut ait Papa Martinus Quintus, in epiſto. approban. damnationem a Concil. Conſtantien. factam contr. Vuiclef. & Huſſ): & ſic falſa manſuetudo eſt crudelitas. Magnum enim (ultra id, qđ nunc dictum eſt) reipublicæ nocumentum cõmuniter infertur; cum mali impunes euadunt: quia creſcunt mali, & ad malum prum audent perturbare, occidere &c. Et iudex, ſeu princeps, utens irrationabiliter talibus uocatis clementijs eſt reus omnium homicidiorum, damnorum, &c. inde conſequentium.

ECcè concluſit me deus, ne pareré. Tex.

Concl. 3. *Deus propter iudicia ſua nobis occultiſſima nos tribulat quandoque.* [Ex eo.]

PER ly eccè; admiratio ſignificatur de hoc, quòd Deus Sarram in hoc tribulauit. Et certè mirandum ualde eſt; ꝙ Deus adeò erga nos beneuolus affligat nos. Ratio.

Ergo

Ergo non niſi propter maius bonum, affligeret nos Deus. Ergo multum oportet, q affligat nos quando affligit nos. Ergo bonum eſt nos affligi: quando affligimur. Ergo miſericordia dei eſt, q affligamur: iuxta illud Pſ. 94. Quadraginta annis proximus fui generationi illi; quam ſaepè multum afflixit; & iuxta illud Pſal. 98. Deus tu propitius fuiſti eis, &c. id eſt etiam, ulciſcens in omnes adinuentiones eorum.

Not. ¶Pro auctoritatis prædicti Pſalmi 94. & conſequenter cõcluſionis capitu meliori, aduerte quòd tranſlationis diuerſæ mirificum illò aperiunt ualde ſenſum; quòd. ſ. eſt magnæ miſericordiæ immò maximæ, (ideo dicit ly proximus) ſignum eſt: quando à Deo in præſenti uita caſtigamur. Habet ſiquidem tranſlatio non ſecundum quam loquitur Apoſtolus ad Hebræos, quadraginta annis offẽſus fui generationi illi: tranſlatio autem alia, ſecundum quam Eccleſia format inuitatorium Pſal. 94. correſpondens, habet quadraginta annis proximus fui. *Hebr. 3.* Eſſe offenſum alicui eſt punire illum: eſſe proximum alicui eſt adiuuare illum. Vnde in Euangelio: quis tibi proximus uidetur illi, qui incidit in latrones? & reſpondit: *Luc. 10.* Is qui fecit miſericordiam in illum. Eſſe ergo proximum alicui eſt facere miſericordiam maximam in illum: ſicut eſſe propinquum alicui eſt facere miſericordiam, uel magnã miſericordiam, illi. Cum igitur Deus illis 40. annis fuerit proximus Iſraelitico populo; reſtat intelligendum, quòd illis 40. annis miſericordia maxima uſus eſt in populum. Cũ igitur ipſum populum acerbè (ut patet per Exodum & libros ſequentes) pro delictis eius caſtigauerit: quid ex his relinquitur concludendum? Quòd ſignum maximæ miſericordiæ fuit, quòd caſtigaret illos malos & propter ipſos malos, qui ſaltem finierunt per mortem peiora agere in populo, & propter bonos remanentes, quia liberati ſunt ab hominibus illis malis. Dicamus ergo quod miſericordia maxima diuina eſt quando in hac uita pro delictis noſtris caſtigamur. Qđ quia non apparet nobis, immò totum oppoſitum ut plurimũ uidetur: ideò ad hoc myſterium detegendum in textu apponitur ly Eccè, cum dicitur; eccè concluſit me dominus. Hoc totum & ſecunda auctoritas Pſal. 98. apertè monſtrat dicens Deo: Tu propitius fuiſti eis & ulciſcens in omnes adinuentiones eorum. Hoc eſt. Quando ulciſcebaris contra illorum Iſraelitarum adinuentiones (id eſt peccata per illorum malitiam adinuenta. Nam adinuentiones ſunt propriè res quæſitæ, & inuentæ: id quod, de peccatis loquendo, peccata malitiæ ſonat): tunc etiam eras illis propitius. Tuum ergo ulciſci in peccantes eſt propitiari illis. Bonum itaque ſignum eſt caſtigari: malum uerò non caſtigari. Nam illud eſt ſignum diuinæ ꝓpitiationis, id eſt quòd Deus nobis indulgeat peccata noſtra, uel ſaltem q dabit maiora bona: Hoc autem eſt ſignum diuinæ iuſtitiæ. ſ. quòd nobis non remittet noſtra delicta, uel ſaltem quòd maiora bona à Deo non conſequemur. Iſta ſunt ualdè miranda, ac Dei occultiſſima iudicia: & hoc eſt, quod præſens intimauit concluſio.

¶Applica ad Ioan. 11. Eccè: quem amas, infirmatur. Vide mirum: ut hic. Amat Lazarum, & ſinit infirmari Lazarum: immò facit infirmari Lazarum. Quid plus? Niſi amaret illum: non faceret infirmari illum, ſed ideò facit infirmari eũ: quia amat eum. Sic in propoſito. Amat Sarram, & ſinit cõcludi Sarram: immò ipſam concluſionem facit. Immò potiùs: niſi amaret Sarram: ipſam fieri ſterilem non pateretur. Modò eam ſterilẽ tũc fieri uult, quia ualdè diligit ipſam. Nõnè iſta pluſquam miranda ſunt? Iccircò ad hunc ſtuporem ſignandum: ubique poſitum eſt ly Eccè. Vel ad &c.

Text. R Euertere ad Dominam tuam: & humiliare ſub manu illius.

Concl. 4. *Deus uult nos ſubijci noſtris ſuperioribus.* [Ex eo]

Ratio. ANGELVS Domini, tanquam domini uoluntatem exponens, ipſi Agar fugienti Sarræ dominæ ſuæ ſubiectionem, inquit, Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. Duplicem contra ſubiectionem culpam admiſit Agar ipſa. Primò è domo dominæ abſque dominæ licentia fugit; ſecundò ſub obedientia illius, quamuis in domo eſſet, non humiliabatur. Ideò ad excludendum per correctionem primam culpam dicit Angelus ad Agar, Reuertere ad Dominam tuam: ad excludendum verò ſecundam ait, Humiliare ſub manu illius. Vt verò oſtendat Angelus, obedientiam ad ſuperiores eſſe valde acceptam Deo, ſequutus dixit; Ecce concepiſti, & paries filium. Quaſi diceret. Ex obedientia, quam mente propoſuiſti nunc, factum eſt: ut fœtus antea conceptus, & propter inobedientiã tuam priorem mortificatus, denuò reuixerit. Et rurſus. Ex obedientia illa fiet; Vt cum parias tempore ſuo; & ut ſis magnus futurus & in ſe & in ſuis poſteris. Ad hæc enim bona denotanda, quòd ſcilicet ex obedientia manarent, mox poſt obedientiã ipſi Agar iniunctã dixit Angelus; Ecce cõcepiſti &c.

¶Vide quot, & quanta, bona cauſet obedientia, et ſolum mente concepta: & (ab oppoſitis) cognoſce; quot, & quanta, mala cauſet inobedientia, et ſolum mente concepta. Multò ergo magis obedientia opere completa bonum cauſabit: *Not.* Et inobedientia malum. Inuident ergo nobis multa bona hæretici, dum obedientiam ad Papam aliosque ſuperiores nobis diſſuadent: & multa nobis mala procurant, dum inobedientiam ad illos ſuadere conantur. *Hæretici* Verùm ſicut Angelum Cœli obedientiã hic ipſi Agar ſuaſiſſe vides, inobediẽtiã verò diſſuaſiſſe; ita Angelum inferni non dubites eſſe, qui per hæreticos illos ad oppoſita hortatur. Demoliũtur ergo uineas, id eſt totaliter diſſipare intendunt: dum auribus noſtris *Cant. 2.* libertatem quandam, quæ obedientiam ad ſuperiores tollit, ſæpiùs uarijs laqueis inculcare non deſiſtunt. Cùm bonum ergo ſuum vnuſquiſque amet, ac malum odiat: non uideo, quare obedientiam cum Agar denuò quiſque non complectatur; ac inobediẽtiam priſtinam cum ipſamet exhorreat. Cùm etiam natura nos doceat, bona noſtra impedientes, malaque noſtra procurantes, maximo cum ſtomacho propulſare: non poſſum cernere; quare hæreticos illos a ſuis finibus, nedum ab animis ſuis, arceant catholici omnes dicentes; Procul, ò Procul, eſte prophani.

¶Applica ad Euangelium; Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. *Matth. 22.* Hoc eſt. Superioribus veſtris in his, in quibus ſunt ſuperiores, obedite. Et ſic reddetis Deo, quæ ſunt Dei. Vbi ex ly reddite habes, quòd obedire ſuperioribus iuſtum eſt. Hoc enim eſt reddere illis, quod illorum eſt: & ex ly & quæ Dei Deo, habes, quòd Deo placitum eſt, quòd obediamus ſuperioribus; & conſequenter quòd obedire ſuperioribus ſit cum obedire Deo. Suadent ergo nobis Angeli Sathanæ prædicti facere iniuſtum, & diſplicere Deo: cum nobis inobedientiam ſuadent. Vel ad ly &c.

¶Ad hæc conſidera: quantum obedientia reſpectu ſuperiorum Deo placeat, inobedientiaq́, diſpliceat. Quid, ut ad *Not.* conſiderates euuldeiandoq́, ſtuperes, fecit Deus, & oſtendit nobis? Miſit Angelum ſuum de Cœlis ad inobedientiã ſemouendam Agaris; obedientiamq́. ipſius aſtruendam. Vide; quanti hanc uirtutem facit altiſſimus; ut tantum nuncium pro ipſa pectori humano inſerenda è cœlo tranſmittat. Excellentiſſima ergo virtus eſt obedientia, quia ab excellentiſſima creatura nunciatur, Angelica vita eſt obedientia, quia ab Angelo nunciatur; Cœleſtis vita eſt obedientia, quia ab habitatore cœleſti nunciatur, bona, atque beata via eſt obedientia, quia à bono, atque beato nunciatur; gratiſſima Deo eſt obedientia, quia à gratiſſima Deo creatura ſpecialiter nunciatur; Angelis nos ſimillimos facit obedientia, quia ab Angelo ſpecialiter ad hoc miſſo feruenter ſuadetur; Ecce (ait) concepiſti &c. Vide ſuaſionem. Quaſi dicat. O Agar, ſi Sarræ Dominæ tuæ obedieris; conceptum filium viuificabis; paries; magnum ipſum habebis; poſteros eius Reges, grandeſque bellatores recipere merebeis. Contraria illis, quæ de virtute obedientiæ diximus, intellige implicitè dicta de inobedientia; quoniam oppoſitorum eadem eſt diſciplina.

¶Ex concluſione præſenti ſcito hæreſim illam deſtrui, quæ dicit, q omnes homines ſunt pares; ſiue (quod alijs verbis dicunt Anabaptiſtæ) ſubiectos nõ eſſe homines alicui legitimæ poteſtati. Si namque omnes homines eſſent pares; Angelus nõ uocaret Agar ancillam, & Sarram dominam; quod tamen in textu facit: neque Agari iuberet, ut ancillari ſuæ dominæ non renueret. De qua re, ut & abundantius cum ſimilibus hæreticis confodiatur, uide ſupra ca. 3. concl. 2. & omnia ibi citata.

E Cce tu Agar concepiſti &c. *Text.*

Concl. 5. *Vel ad probandam humilitatem maiorum, uel ad conſeruandum eos in humilitate, uel ad merendum, uel ad ſimile, Deus concedit aliqua dona inferioribus, quæ denegat ſuperioribus.* [Ex eo.]

Ratio. ANCILLAE datum eſt quod conciperet, & pareret; Sarræ autem denegatum eſt: immò nec ſpes habebatur a Sarra habendi liberos. Ideo enim dedit ancillam Abrahæ, ut ex quo

deſpe-

deſperauerat habere proprios, haberet adoptiuos.

Concl. ¶ Ergo Deus non reſpicit perſonam hominum. Ergo pauperem ditat: Et diuites non ueretetur. Ergo dona ſua cõfert, non ſecundum quod opinamur, ſed ſecundum quod uult. Ergo, nullum quantumcunque ſecundum mundi conditionem minimum deſpicere debemus; quoniam neſcimus, quid de illo ſuper nos ordinauerit Deus; & quantum illi benefacere uelit. Huius exemplum etiam temporibus noſtris 1566. & uſtra uidimus, ſicut olim in Agar, in Papa Pio V. ordinis prædicatorum. Hic enim infimus erat ſecundum mundi conditionem, puta a Boſcho, pauperrimus inter Cardinales, pat tui regiminis prius habitus erat: & tamen quanta pce eum fecerit Deus, quantum illum oculis omnium & catholicorum, & infidelium miraculoſum reddiderit Altiſſimus, nouit Ganges, forſan & antipodes. Qui tamen huius tanti Pontificis ſpecialiter contueri geſta miranda uoluerit, ut inde ueritatem conditionis præmiſſę amplius contempletur, uideat eius uitam à Domino Hieronymo Cathena deſcriptam.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA concluſio 5. cap. 16. cum ſimilibus (caue) nè extenderis unquam ultra ſuos terminos de ſpecialibus donis perſonalibus, ad doctrinam Catholicę fidei, & bonorum morũ: quaſi quòd alicui ſpeciali perſonæ quantumcunque ſanctæ, & doctæ reuelet Deus ſecreta aliqua fidei, bonorumque morum magis, quam ſanctæ Eccleſiæ. Hoc enim eſſet primò interturbare totum Chriſtianiſmum; ſecundò etiam hoc eſſet negare, quòd Eccleſia ſit in his, quæ ſunt fidei, data nobis à Deo tanquam regula omninò infallibilis, ut D. Tho. art. 2. 2. q. 5. ar. 3. corp. tertiò hoc eſſet uelle, quòd eſſemus tanquam paruuli fluctuantes omni uento doctrinę: quæ omnia ſunt contra Euangelium, Epiſtolas apoſtolicas, ſacrorumque conciliorum, ac ſummorum Pontificum decreta. Vide Elucid. Addi. ar. 28. 29. 74. 93. Id etiam eſſet inſania a Diabolo in Polychronium immiſſa, quæ & narratur, & pro hęreſi condemnatur a ſexta Synodo Generali action. 15. Eſſet quoque id, aperire uiam hęreſibus, diabolicisque illuſionibus, & ſubſcribere aliqualiter Luthero temerè hæreticeque dicenti. Via nobis facta eſt eneruandi authoritatem Conciliorum, & liberè contradicendi eorum geſtis, & iudicandi eorum decreta; & cõfidenter confitendi quicquid uerum uidetur, ſiue fuerit probatum, ſiue reprobatum a quocunque Concilio. Quæ hereſis damnatur à Papa Leone X. in bulla cont. er. Luth. & iuſtiſſimè; quia omnia prædicta abſurda ſecum trahit (ut patet doctis.)

¶ Sis ergo cautus. Verba uerò Leonis ſunt hæc: De eorũdem itaque uenerabilium fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, omnium & ſingulorum, prædictorum matura conſideratione præ habita, authoritate omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra præfatos omnes & ſingulos errores, tanquam (ut premittitur) proſpectiuè hæreticos, aut ſcandaloſos, aut falſos, aut piarum aurium offenſiuos, uel ſimplicium mentium ſeductiuos, & ueritati Catholicę obuiantes, damnamus, reprobamus, atque omninò reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis, & reiectis, ab omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus haberi debere, harum ſeriè decernimus, & declaramus, Inhibentes in uirtute ſanctę obedientię, ac ſub maioris excommunicationis latæ ſententię pęnis: nè præfatos errores, aut eorum aliquos, peruerſamque doctrinam huiuſmodi, aſſerere, affirmare, defendere, prædicare; aut illi quomodolibet publicè, uel occultè, quouis quæſito colore, uel ingenio, tacitè uel expreſſè, fauere præſumant. Hæc ibi. Vbi inter. 41. eius errores damnatos explicitè connumeratur & iſte, ſcilicet, uia nobis facta eſt eneruandi &c. Adde; quod in ſubſequentibus ibi tota Lutheri doctrina reprobatur ſic. Inſuper quia errores præfati, & plures alij continentur in libellis ſeu ſcriptis Martini Luth. dictos libellos, & omnia dicti Martini ſcripta, ſeu prædicationes, in latino uel quocunq; alio idiomate reperiantur, in quibus, dicti errores, ſeu eorum aliquis continetur ſimiliter, damnamus, reprobamus, atque omninò reijcimus, & pro omnino damnatis, reprobatis, ac reiectis (ut præfertur) haberi uolumus. Mandantes in uirtute ſanctę obedientię eiſ ſub pęnis prædictis eo ipſo incurrẽdis, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, ne huiuſmodi ſcripta, libellos, prædicationes, ſeu ſchedulas, uel in eis contenta capitula, errores ſeu articulos ſupradictos conõnentia legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, ſiue defendere per ſe uel per alium, ſeu alios, directè uel indirectè tacitè, uel expreſſè, publicè uel occultè, aut in domibus ſuis, ſiue alijs, publicis, uel priuatis, locis tenere quoquomodo præſumant: quinimò illa ſtatim poſt harum publicationem ubicunque fuerint, per ordinarios & alios ſupradictos diligenter quæſita publicè & ſolenniter in præſentia cleri, & populi, ſub omnibus, & ſingulis pęnis ſupradictis, comburant. Hæc ibi. Damnantur & Lutheri prædictæ hæreſes, immò etiam omnia (quæcunq; fuerint) opera, à Concilio Tridentino per hoc, quod in librorum prohibitorum Indice ſuo iuſſu edito reponitur inter primę claſſis authores. Nam de his ibi regula ſecunda ſic dicit. Hæreſiarcharum libri, tàm eorum, qui poſt prædictum annum 1515. hæreſes inuenerũt uel ſuſcitarunt, quam qui hæreticorum capita aut duces ſunt uel fuerunt, (quales ſunt Lutherus, Zuinglius, Caluinus, Balthaſar Pacimontanus, Suenckfeldius, & his ſimiles) cuiuſcunq; nominis, tituli, aut argumenti, exiſtant, omninò prohibẽtur. Hæc ibi. Vbi & de talibus dicitur in fine regularum omniũ. Si quis libros hæreticorum, uel cuiuſuis authoris ſcripta, ob hæreſim, uel ob falſi dogmatis ſuſpitionem damnata, atque prohibita, legerit ſiue habuerit, ſtatim in excommunicationis ſententiam incurrat. Qui uerò libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatũ, quo afficitur, iudicio Epiſcoporum ſeuerè puniatur. Hæc ibi. Vide Exod. 18. con. 1. Num. 2. con. 10. & cap. 4. con. 3.

CONCLVSIONES
EX GENESIS.

CAPITVLO XVII.

AMbula coram me, & eſto perfectus. Text.

Concl. 1. *Perfectio noſtra conſiſtit in ambulare coram Deo, ideſt in ambulare in omnibus uijs noſtris, ac ſi eſſemus, ut uerè ſemper ſumus, coram Deo, ideſt in habere ſemper Deum præ oculis.* [Ex eo.]

QVASI dicat: Tunc eris perfectus, quando ambulaueris coram me; Vel. Tua perfectio conſiſtit in ambulando coram me. Vel. Ambulare coram me, ut decet, & eſſe perfectum conuertuntur. Ratio.

¶ Ergo ad hoc Deus nobis ſe dedit, ut eſſemus uerè perfecti, & ſemper. Dicit enim in Zacharię cantico Luc. 1. Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, daturũ ſe, ſcilicet per incarnationem, & ſequentia ſuę humanitatis myſteria, nobis. Vt in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris ſeruiamus illi. Nota ly coram ipſo. Nõ enim ſufficit ſeruire Deo in ſanctitate & iuſtitia coram quibuſcunque ſapientibus hominibus, pro tãtorum beneficiorũ nobis per myſteria ſuę humanitatis collatorũ recognitione; ſed oportet ſeruire in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo. Seruitus uerò talis denotatur in textu hoc per ly ambula corã me.

APPENDIX.

HINC habes, quòd uia ad perfectionem ſpiritualem eſt habere Deum præ oculis, eſt in ſenſu cogitare circunſpectionem Dei, ideſt ipſum nobis noſtriſque actionibus cũctis eſſe præſentem, omniumque noſtrorum & bonorum & malorum eſſe iuſtiſſimum iudicem. Verbi gratia: Nunnè uia ad non offendendum Regem, ſiuè aliquam perſonam, & ad ſemper magis placendum illi, eſt; illum ſemper conſiderare in factis tuis omnibus præſentem? Si enim Regem tibi propoſueris in ueritate præſentem, te in omnibus & uidentem, & attendentem: Quis neſciat, te ad beneplacitum Regis, quantum tibi poſſibile eſt, omnes uias tuas directurum, nec aliquid facturum, quod oculos Regis offendat? Vnde habebat Pſal. 118. ad dominum: Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes uiæ meæ in conſpectu tuo. Hoc

eſt.

eſt. Ex eo, quod omnes vias meas in conſpectu tuo exiſtere conſiderabam, proceſſit; quòd ego te non offenderem. Cùm ergo tanta bona ex hac veriſſima conſideratione nobis proueniant: non video, quare homines à tam ſalubri cogitatione deſiſtant. Siue id cogites, ſiue non; ſemper tamen verum eſt, quòd Deus continuè præſens exiſtit, omniaque tua attentiſſimè conſiderat. Cur ergo talem Dei circumſpectionem non cogitas, non penſas, non ruminas? Si hoc cogitaueris, beatus eris (Beatus enim uir, inquit Scriptura, qui in *Eccl. 14.* ſenſu ſuo, id eſt ſeriosè cogitabit circumſpectionem Dei): ſi autem non cogitaueris, infelix eris (ipſamet Scriptura per oppoſitum accepta teſte). Nec tamen per non cogitare tuū definet Deus tibi præſens in cunctis eſſe: quoniam cogitare tuum, non facit ipſum præſentem. Quid fiet ſi hoc non *Exēplū.* cogitaueris? Quòd tu Deo non eris præſens: quemadmodum cæcus exiſtens in platea meridiè lucido Sole nō eſt præſens Soli (nō enim lucem Solis videt, nec indè aliquod emolumentum trahit), quamuis ſit Sol eidem cæco præſens. Melius eſt ergo, videre te Deum tuum, ſicut tu videris ab illo: quàm ſolùm tu videri ab illo. Non enim in hoc, quòd tu videris ab eo, conſiſtit perfectio tua (alioquin homines omnes eſſent ſancti, atque perfectè ſancti: quoniam à Deo præſente ſemper videntur) ſed in hoc, quòd tu tibi præſentem Deum vides. Non enim ſic dictum eſt, Ambula coram me, ac ſi dicatur; Ambula modo tali, vt ego uideam te: ſed Ambula modo tali, vt tu ſemper videas me. Neque dictum eſt; eſto perfectus, & ambula coram me; quaſi quod perfectio ſit uia ad amb &c. ſed dictum eſt, è contra; ut ex ordinatione noſcas, quòd ambulare corā Deo eſt via ad eſſe perfectum. Secundò habes ab oppoſitis, quòd oīa ruinæ noſtræ, omnisque imperfectionis, eſt non conſiderare Deum nobis ubique præſentem. Et conſequenter habes: quòd tot mala cauſantur ex tali non cogitatione circūſpectionis Dei, quot bona originantur ex tali cogitatione. Vno namque oppoſitorū multipliciter dicto, aliud toti pliciter dicatur oportet: cùm ideò oppoſita dicātur, quia per partes ſingulas ſibi inuicem correſpondent.

Literalē tamē ſenſum principalem aliū habent uerbū Exercitia.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HAEC concluſ. 1. cap. 17. inſinuat quid uoluerit facere diabolus, dum per hæreticos negauit Deum eſſe, diuinamque omnem prouidentiam (vt per Atheos) aut ſaltem prouidentiam de ſingularibus (ut per Rabbi Moyſen; recit. à Direct. Inquiſi. 2. par. q. 4.) aut de his inferius exiſtentibus (ut per Auerroem; recit. ab eod. ibid.): aut iudiciū nullum eſſe futurum (ut per Barbaros nos; Dauidicos; recit à Prateolo nt. Georgius Dauid); aut in iuditio non omnes homines comparituros ante tribunal Chriſti ad reddendum rationem de factis propriis, pro recipiendo inde bono, uel malo (ut per aliquos innominatos; recit. à Direct. Inquiſit. 2. p. q. 8.). Voluit enim per hæc omnia & ſingula claudere uiā hominibus tendendi ad perfectionem; & aperire uiam ad uniuerſa ſcælera: ut facillimè poteſt per ſe ex declaratis circa tertiam concluſionis quiſque vetus prudens intelligere. Voluit autem è regione textus hic, unde ipſa concluſio ſumitur, dānare omnes illas hæreſes, dum inquit ad Abraham Deus; Ambula coram me. Ecquis non hinc uideat, Deum ſe fateri præſentem geſtis Abrahæ, habere prouidentiam de illo, & per cōſequens de indiuiduis; ſe iudicem futurum illius, ut qui pro ambulatione tali ſit futurus, ut ſupra. 15. merces Abrahæ magna nimis? Damnantur autem hæreſes, & conſequenter concluſio textualis præſens firmatur, à Leui. 25. nou. 5. Item à ſcripturis omnibus, pontificibus, atq; concilius, per hoc: quòd ponunt, Deum eſſe, Hoc enim numen Deus impoſitum eſt ab uniuerſali prouidentia: quoniam ly Deus (ut habet Damaſcenus lib. 1. orthod fid. c. 12.) dicitur à they, quod eſt curare, & fouere uniuerſa; uel ab ethy, quod eſt ardere (Deus enim no- *Deut. 4.* ſter ignis conſumens eſt) uel à theaſte, quod eſt conſiderare omnia. Patet autem: quòd hæc oīa important prouidentiā Dei de uniuerſis. Conuincūtur ergo dicere per hoc, aut Deum non eſſe Deum: quo quid magis ignorantiam ſonans? aut Deum non eſſe, non reperiri: quo quid ſtolidius? Etenim de anthonomaſticè ſtulto loquens Pſal. 13. ait; Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Damnantur quoque à Matth. 6. Pater ueſter cœleſtis paſcit illa. & Fœnū, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic ueſtit. Et. Nonnè duo paſſeres veneunt dipondio; & unus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Capilli capitis ueſtri omnes numerati ſunt. Item à Sap. 14. Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat. Et 8. Attingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Item à ſimilibus per Chriſtum de prouidentia dictis in Luc. 12. 21. Matth. 10. Nihil ergo eſt, uel minimum, uel uiliſſimum, uel citiſſimè tranſitorium, uel quouis modo ens; quod ſingulariſſima prouidentia à Deo non gubernetur, & cuſtodiatur, & in omnibus, & ubique, & ſemper. Hoc autē pro certiſſimo tenendum eſt; ſicut & iſtud, uidelicet Deū nō poſſe non eſſe Deum: quoniam ſicut implicat contradictionem, Deum non eſſe Deum, ita eam implicat, Deum non habere prouidentiam uniuerſorum. Iam enim dictum eſt; ꝙ hoc nomen Deus eſt nomen prouidentiæ (ſecundum Damaſcenum; de quo 1. q. 13. ar. 8.). Cùm ergo impoſſibile omninò ſit, ꝙ Deus non ſit Deus: ſequitur euidentiſſimè, ꝙ prorſus impoſſibile eſt, Deum non habere prouidētiam de omnibus rebus. Ex hac tamen ueritate percepta nè ſumas unquam occaſionem dicendi in ſenſu malo, omnia diuinæ prouidentiæ eſſe committenda. Poſitio namque hæc, niſi bene intelligatur, ſuſpecta eſt; eò ꝙ uideatur tollere induſtriam humanam ad operandum. Nollent ſiquidem hæretici hanc deducentes ex Eccl. 11. confide in Deo, & mane in loco tuo (ut notat cenſura generalis in Bibliam): nollent, inquam, ut per bona opera ſatageremus certam noſtram electionem & uocationem facere: quod eſt contra monitum. 2. Petr. 1. Quod Catholico ſenſu uelitatur predicta po'.oo; & acceptanda, & obſeruanda, eſt: quemadmodū nos Dominus Matth. 6. monet. Senſus verò Catholicus eſt; quem exprimit Pſal. 36. ſpera in Domino, & fac bonitatem; & B. Hiero. labor exercendus eſt, ſolicitudo tollenda. Vide Compend. Alber. lib. 3. cap. 19. Schol. Item pri. par. art num. 135. 136. 500. 502. cum Elocid

CEcidit Abraham pronus in terram. *Text.*

Concl. 2. *Debemus grati eſſe Deo toties, quoties beneficium de nouo nobis impendit: Nec nobis uel noſtris meritis aſcribere beneficium.* [Ex eo.]

EN Abraham non contentatur gratias egiſſe toties Deo, *Ratio.* ſed & nunc gratias agit ipſi: cadens pronus in terram. Ille enim caſus ſignificat; quòd Abraham recognouit beneficiū à Deo, cor humiliabatur. Quaſi facto ſuo diceret. Non ſum ſufficiens dignas tibi de hoc gratias referre: in huius ſignū, Ego cado pronus in terram, proteſtans, ſcilicet hoc facto meam paruitatem uerſus tale beneficium, talemque benefactorem. Vnde ex hac gratiarum actione meruit confirmationem beneficij, ibi, Dixitque ei Deus: Ego ſum &c. Ab oppoſitis ergo arguendo: propter ingratitudinem, uel ſuperbam aſcriptionem beneficiorum ſuis meritis, meretur quis decretionem. uel priuationem donorum: ſicut ſicut habes ſupra de Noe (odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. Et ait: Nequaquam vltrà maledicam) ſcilicet de merito maiorum beneficiorū ex gratijs relatis, & ab oppoſitis demerito decrementi donorum ex ingratitudine. Vide tu ibi, & de ſimilibus alibi: & nota.

Gratitudo, ingratitudo, diuerſa operantur.

¶ Ergo quadam ſancta, concertatione debemus nos habere cum Deo ad modum: quo B. Ioannes eleemoſynarius (ut in uita eius legitur) ſe erga Deum habebat. Quid Domino dicebat in ſpiritu? O bone Ieſu &c. Tu dando: ego diſpergēdo. Quaſi diceret. Certatim uidebimus, uter noſtrorum ſuperet: an tu in dando temporalia mihi, an Ego ipſa pro tuo amore pauperibus diſtribuendo. Ad rē noſtram. Dicamus & nos: ò bone Ieſu. &c. Tu benefaciendo, ego gratias referēdo. Eccè illud pium certamē, & bellum: de quo in propoſito nō *Corol.* iſto dixit Apoſtolus, Bonum certamen certaui; & ad quod *2. Tim 4* hortatur Diſcipulum ſuum dicens, Certa ut bonus miles *1. Tim. 6* bonam militiam, Apprehende uitam æternam. Quaſi Apo- *2. Tim 2.* ſtolus inferre uoluerit: quòd per illam gratiarum actionem *1. Tim 1.* certatim factam apprehēdimus (niſi aliud obſtet) uitam æternam. Id quod & in capitulo præſenti inſinuatum fuit: dum ipſi Abrahamo poſt premiſſam gratiarum actione promiſſus eſt Iſaac, qui Chriſtum figurat. Quis modò ſit Chriſtus, iā ipſo narrante audiſti, cum dixit: Regnum Dei intra uos eſt; &, Auferetur à uobis regnū Dei. Si igitur Chriſtus eſt regnū Dei, ubi que eſt uita æterna; & ſi Chriſtus promittitur Abra- *Luc. 17.* hæ poſt gratiarum actionem prædictam, utique per tale cer- *Mat. 21.*

tamen

tamen bonum apprehenditur (ut diximus) uita æterna. De beneficijs enim grato augentur dona, & grato adhuc augentur maiora: unde ſe per opera meritoria ſequũtur gradatim.

Text. **A**Ppellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium conſtitui te.

Conclu. 3. *Nomina diuinitus impoſita hominibus ſignificant dona illis à Deo collata.* [Ex eo.]

Ratio. En, pro cauſa mutationis nominis adducitur, eſſe cõſtitutum patrem multarum gentium à Deo. Inſpice quan-
3.q.37. ar.2. do & quibus tradita, & mutata ſunt nomina diuinitus (ut Iſaac, Sanſon, Ioannem Baptiſtam, Petrum &c.): & reperies idem.

Luc.1. ¶ Applica ad Euãgelium Vocatum eſt nomen eius Ieſus: quod uocatum fuit ab Angelo. Erat enim ſibi collatum hoc particulare donum, ut eſſet uniuerſalis Saluator.

Corol. ¶ Ergo tendenti ad perfectionem puta; Papæ, nouo religioſo, & baptizato cõgrue imponunt, uel mutantur nomina. Ergo tendenti ad perfectionem licet mutare habitum, conuerſationem, manſionem, ſeu domum. Ergo Deus uult totum cor hominis & adeò uult totum; quòd in huius ſignum vult, ꝙ nomina etiam mutentur in ſeruis ſuis. Vnde perfectionem gentium bonorum, qui ſucceſſuri erant Iſraelitis denotare uolens Iſaias de Deo dixit cap. 65. Et uocauit ſeruos ſuos nomine alio. Vocantur enim nunc Chriſtiani. Ergo conuerſionem non tepidam: ſed perfectam exigit a uobis.

Not. ¶ Nomen uerum illud eſt; quod rei per ipſum importatæ conformatur: falſum verò, quod à re ipſa diſcordat. Cùm ergo Deus ſit uerax, ac in ſui diſpoſitione minimè fallatur, reſtat; ut nomina diuinitus impoſita rem ipſam in eis importatam ſignificent datã a Deo hominibus, quibus imponuntur. Alioquin rei non reſponderent: cum res ipſa bonum aliquod a Deo ſignificatum habere non poſſit; niſi ſibi donetur a Deo.

Text. **C**Ircuncidetis carnem præputij ueſtri; ut ſit ſignum fœderis inter me, & vos.

Concl. 4. *Circunciſio data eſt in ſignum, non in cauſam, iuſtificationis.* [Ex eo.]

Ratio. Nonne ſupra in 15. cap. legis: quod Abraham iuſtificatus fuit. Quomodò legis? Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Iuſtificatus ergo eſt Abraham antequàm circuncitionis mandatum, & Circuncisionis executionem in carne ſua, reciperet. Non igitur Circuncisio cauſauit iuſtitiam in Abraham, quæ iam in ipſo erat: ſed ſignũ ipſius iuſtificationis præteritæ in Abrahamo fuit. Et ſic fuiſſe dicenda eſt Circuncisio ſignum rememoratiuum. Tranſeo: ꝙ & ſignum demonſtratiuum fuit; & ſignum pronoſticũ. Demonſtratiuum quidem, inquantum fideles ab infidelibus faciebat cognoſci (ſicut & tu bouem tuum à bobus aliorum charactere quodam exterius in carnem ipſius impreſſo cognoſci facis): Pronoſticum uerò inquantũ ſignificabat Chriſtum naſciturum ex proſapia Abrahami, quæ, ſ. proſapia (Dempto Chriſto) per illud membrum genitale multiplicanda erat.

Not.1. ¶ Concluſio iſta non tantum declaratione præmiſſa, ſed etiam auctoritate Proſperi firmatur; quæ ſanè ipſius authoritas, hoc magis æſtimanda eſt, quò inter ſumorum Põtificũ decreta collocatur. De pœn. diſt. 1. cap. Porro illi. Circuncisio (inquit) data eſt Abrahæ in ſignum iuſtitiæ: nõ in cauſam iuſtificationis. Hæc ibi. Quid clarius? Hinc fit: quòd omnes auctoritates, cuiuſcunque ſint, ad ſenſum prædicti canonis Proſperi exponendæ ſunt. Verbi gratia. Quòd circuncisio ualebat ſicut baptiſmus. De conſ. diſ. 4. Ex quo. Item Extrà. de bap. maiores. Dic ergo tu iuxta capitulum canonizatum Proſperi, quòd ly ſicut, cadit ſuper effectum baptiſmi, non ſuper modum efficiendi illum effectum. Hoc eſt. Quòd Circũciſio dando gratiam auferebat originale, & baptiſmus dãdo gratiam aufert originale (En utriuſque ſacramenti effectus): ſed Circuncisio non dabat gratiam, nec conſequenter auferebat originale ex uirtute ſua propria; Baptiſmus autẽ dat gratiam, & conſequenter aufert originale ex propria inſtrumentali uirtute (En utriuſque ſacramenti diſpar modus efficiendi effectum, cùm in uno ſacramento negatus, in alio affirmatus, ſit).

Not.2. ¶ Accedit huc non parui pendenda, immò maximi facienda, auctoritas Cathechiſmi iuſſo ſanctiſsimi Domini noſtri Pij quinti Papæ editi. Quid ait Cathechiſmus? Illud etiam (inquit) planè conſtat: Excellentiorem, & præſtantiorem, uim ſacramentis nouæ legis ineſſe: quam olim ueteris legis ſacramenta habuerunt; quæ, cùm infirma eſſent, egenaque elementa, inquinatos ſanctificabant ad emundationem carnis, non animæ. Quare, ut ſigna tantum earum rerum, quæ myſterijs noſtris efficienda eſſent, inſtituta ſunt. At uerò ſacramenta nouæ legis ex Chriſti latere manantia, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emundant conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo uiuenti: atque ita eam gratiam, quam ſignificant, Chriſti ſanguinis uirtute operantur. Quocirca, ſi ea cum antiquis ſacramentis conferamus, præterquam quòd plus efficaciæ habent, & utilitate uberiora, & ſanctitate auguſtiora, eſſe inueniuntur. Hæc Cathechiſmus ibi; ubi de ſacramentis in communi tractat circa finem, ante ly De Baptiſmi ſacramento. Nè autem ab iſta ſacramentorum ueterum collectione Circuncisionem prætextu hoc, ſcilicet quòd ante legem inſtituta fuerit, excipias: Cathechiſmi uerba, circa principium de ſacramentis in communi, notanda ſunt. Quę?

Papa Cathechiſmus dicit; Circunciſioni fuiſſe ueteris legis ſacramentum. Apoſtolus (inquit) de circuncitione, ueteris legis ſacramento, quæ Abraham patri omnium credentium data erat, ita ad Romanos ſcribit: Et ſignum accepit circuncisionis ſignaculum iuſtitiæ fidei. Hæc ibi. Nunquid ergo non apertiſſimè cernis ꝙ ſecundum Cathechiſmum Circuncisio eſt ſacramentum ueteris legis non obſtante, ꝙ patribus ante legem data ſit? Ex conſequenti nonnè cernis; quod Catechiſmus, hoc non obſtante, Circuncisionem comtellexit ſacramentis antiquæ legis, quando ſacramenta ipſa à ſacramentis nouæ legis poſtea triplici, diſcrimine præmiſſo diſtinxit? Quodnam eſt illud triplex diſcrimen? Iam diximus uerbaliter per ſummi Pontificis Cathechiſmum. Quocirca (inquiebat), ſi ea cum antiquis ſacramentis conferamus, præterquam ꝙ plus efficacię habent (Ecce prima differentia), & utilitate uberiora (Ecce ſecunda), Et ſanctitate

Tripliciter differũt noua ab antiquis Sacramentis. auguſtiora, eſſe inueniuntur (Ecce tertia). Ergo à Circuncisione, quam inter ſacramenta ueteris legis ſuprà enumerauerat, diſcrepant noua ſacramenta: non duobus ultimis modis tantum (ut quidam, ſaltem uerbotenus, uelle uidentur); ſed etiam primo modo dicto. Baptiſmus namque, qui circuncisioni ſuccedit, non tantum præ circuncitione eſt utilitate uberius, inquantum ſcilicet regnũ cœlorum repentè confert; & ſanctitate auguſtius, inquantum ſcilicet maiorẽ donat gratiã; ſed etiam plus efficacię habet, inquantũ ſ. ui ſua inquinatos ſanctificat ad emundationem animæ. Efficacia enim antiquorum ſacramentorum, ſecundum ſe, & conſequenter circuncisionis (teſte Cathechiſmo), non ſe extendebat ad emundationem animæ, ſed tãtum ipſius corporis, ſeu carnis: ideſt non interiorem gratiam, ſed tantum exteriorem quandam iuſtitiam, cauſabat. Cæterũm quid, inquies, authoritatis Cathechiſmus habet? Magnam admodum. Nam Cathechiſmus eſt doctrina fidei. Et ad hunc finem à

Ly Cathechiſmus quid ſignificat. ſacro Concilio Tridentino ſeſſio. 24. circa fi. & à ſanctiſſimo Pio V eſt inſtitutus. Nam licet hoc nomen Cathechiſmus non niſi doctrinam, ſecundum uocabuli proprietatem importet: tamen ſecundum Eccleſiæ ſanctæ accommodationem non doctrinam quãcunque, ſed doctrinam fidei ſonat.

Not.3. ¶ Mitto: quòd ſi circuncisio gratiam ea uirtute ſua inſtrumentaliter contuliſſet, B. Apoſtolus quomodo ad differentiam noui teſtamenti diceret Hebr. 9. ꝙ præuaricationes erant in ueteri teſtamento? Sic enim ibi ait. Et ideò noui teſtamenti mediator eſt; vt, morte intercedente in redẽptionem earum præuaricationum, quę erant ſub priori teſtamento, repromiſſionem accipiant, qui uocati ſunt, æternæ hæreditatis. Hæc ille. Nonne & Chriſtus mortuus eſt etiam in

Præuaricationes fuiſſe ſub priori teſtamẽto, quo ſenſu dixerit Apoſtolus intelligi debeat. redemptionem earum præuaricationum, quæ ſunt ſub poſteriori, ideſt nouo teſtamento? Vtique. Vt quid ergo Apoſtolus tantùm dicit; quòd mortuus eſt Chriſtus in redemptionem earum præuaricationum, quę erãt ſub priori teſtamento? Forſan, quia præuaricationes non ſunt ſub nouo? Vtinam noſtri temporis homines non præuaricarentur. Forſan: quia pręuaricationes hominum ſub nouo teſtamento non ſunt ita graues, ſicut erant præuaricationes hominum ſub priori teſtamẽto? Nec hoc ſanè uerum. Nam maiores admodum ſub nouo cenſentur, etiam generis eiuſdem, præuaricationes. Id nanq;

Apoſtolus

Apoſtolus Hebr. 10. inſinuauit dicens: Irritam quis faciẽs legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus, aut tribus, teſtibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit; Et ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt; & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Hæc ibi. Cur ergo, cùm præuaricationes, & maiores ſub nouo teſtamento ſint, & in harum redemptionem mortuus ſit Chriſtus; Apoſtolus ipſum tãtum dicit, in redemptionem præuaricationum ſub priori teſtamento exiſtentium fuiſſe mortuum? Voluit igitur per hoc dictum Apoſtolus denotare: quòd præuaricationes erant ſub anteriori teſtamento, ſecundum aliquam conſiderationem, ſecundum quam non ſunt ſub nouo. Illa autem conſideratio eſt, quòd ibi erant irreuocabiliter, quantum erat ex uirtute prioris teſtamenti: hic uero ſunt remediabiliter, quantũ eſt ex uirtute noui teſtamenti. Nam ſicut, ſecundum Legiſtas, non dicitur ueniſſe qui non ſtetit: ita, ab oppoſitis, & ueniſſe, qui ſtetit. Quoniam itaque præuaricationes ſub priori teſtamẽto ſtabant, inquãtũ talis teſtamenti uirtute auferri non poterant; præuaricationes autem ſub nouo non ſtant, inquantũ ex noui teſtamenti uirtute tolli poſſunt: ideo præuaricationes dixit Apoſtolus eſſe ſub priori teſtamento, non autem eſſe ſub nouo. Modo ad rem. Nonnè tunc ſub priori teſtamento uigebat circuncifio iam olim Abrahæ data? Vtique. Si ergo ex uirtute Circuncifionis gratia, per quã præuaricationes tollerentur, data fuiſſet: non erat, ꝙ Apoſtolus in ſenſu prædicto præuaricationes ſub priori teſtamento fuiſſe dixiſſet. Poſſet ſiquidem et reſponderi: ꝙ licet legalia præcisè non poſſent ui ſua præuaricationes tollere; tamẽ unum, quod adhuc ſub priori teſtamento durabat, ſcilicet Circuncifio, auferre illas ex ui ſua poterat. Quocirca (ſic inferri ad Apoſtolum poſſet) ſub priori teſtamento præuaricationes irremediabiliter non erant: quoniam uirtute alicuius ſub priori teſtamento exiſtẽtis aboleri poterant. Cùm ergo, hac inſtantia non obſtante, ſub priori teſtamento, ad noui teſtamenti diſcrimen dixerit Apoſtolus præuaricationes fuiſſe: patet, ꝙ ſub priori teſtamento, nihil ſecundum Apoſtolum reperiebatur, uirtute cuius deleri peccata poſſent.

¶ Tranſeo quartum caput ad Romanos, ubi Apoſtolus ex profeſſo utilitatem Circuncifionis tractans ipſam non gratiam præſtare, ſed ſignũ fuiſſe gratiæ præſtitæ, Clariſſimè demonſtrat. Hanc verò ſuam demonſtrationem hinc petit: vbi Circuncifio datur Abrahæ. Vide ſi placet, ibi Apoſtolum: Et ſuum intentum principaliter attende. Quod nam erat intentum ſuum? Reprimere iudęos conuerſos de uana gloria circa intellectum circuncifionis, qua contra gentes conuerſas erigebantur. Iudæis namque ſic in immenſum de Circuncifione olim ſibi data ſe iactãtibus, in principio pmiſſi quarti capitis Apoſtolus occurrit arguens. Quaſi uerò cõtra prædictos Iudæos ſic apertè dicat. O Iudæi nè tantopere de Circuncifione data vobis gloriemini: quoniam non tantam uirtute Circuncifionis vtilitatem reportare potuiſtis, quantam vos reportaſſe dicitis. Nolite, ſicut uirtutem iuſtificandi nouis ſacramentis attribuitis, uirtutem huiuſcemodi ſacramentorum veterum excellentiſſimo, i. Circuncifioni, tribuere. Nam quæ utilitas fuit Circuncifionis? Vtique illa; quã dicimus inueniſſe Abraham patrem noſtrum per Circũciſionem. Et quæ fuit illa? Non quidem iuſtitia: ſed ſignum iuſtitiæ. Circuncifio igitur, ex Apoſtolo ibi non conferebat virtute ſua gratiam iuſtificantem: ſed tãtum hoc habebat utilitatis, quòd erat multiplex gratiæ iuſtificantis ſignaculum. Alioquin Apoſtolus Iudæorum animoſitatem uanam, contra quam efficaciſſimè diſputare vult, ſufficienter non conuincit. Quòd ſi eam ſufficienter non contundit, maioris animoſitatis occaſionem iudęis ipſis ex ſua inſufficienti (quod nephas eſt ſomniare) diſputatione relinquit. Hæc breuè notato circa intentum principale Apoſtoli in illo capite: Ex hoc clarius uidebis, concluſionem quartam hanc noſtram eſſe uerisſimam: utpote & ueteri & nouo teſtamento conſentaneum.

Pulcherrimè exponitur intentũ Apoſtoli in 4. cap. rom.

Not. 5. ¶ Verba etiam Concilij Florentini veritatem hãc innuũt; quæ quidem ſic iacent. Nouæ legis ſeptem ſunt ſacramenta. ſ. Baptiſmus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema unctio, ordo, & matrimonium. Quæ multum à ſacramentis differunt antiquæ legis. Illa enim non cauſabãt gratiam: ſed eam ſolum per paſſionem Chriſti dandam figurabant. Hæc uerò noſtra & continent gratiam; & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt. Hæc Concilium. Quòd ſi dixeris exceptuandam Circuncifionem è cathalogo ſacramẽtorum ueterum à Concilio ipſo ad noua comparatorum: tunc Conciliũ ipſum de inſufficiẽtia uideris arguere; & tãtò magis, quantò Circũciſionem ſtatuunt Doctores (ut apparet in 4. ſententiarum) præcipuum ſacramentum inter antiquæ legis ſacramenta. Quę n. conſequentia eſt: ut quis de ſacramentis antiquę legis collationem ad noua faciat; & præcipuum inter illa antiqua taceat, uel ſaltem non excipiat? Præterea nonnè temeritas quędam tibi uidetur, excipere a cathalogo; quæ Concilium ſacrum non excipit? Hoc enim uidetur, velle plus ſapere: quàm oportet ſapere. Notabis ulterius: quòd Concilium nullum affert diſcrimen inter noua, & vetera ſacramenta, niſi quòd noua cauſant gratiam, illa non. Hoc dixerim; ut ſcias hanc eſſe differentiam eſſentialem: & idcirco ſolam à ſacroſancto Concilio, utpote formaliſſimè (ut decet) loquente in medium adductam. Cæteræ nãque differentiæ ſunt conſequentes, puta introducere in Regnum cœlorum apertum, & maiorem gradum donare gratiæ. In ſignum huius de his ultimis duabus, quæ tamen ſunt & ipſæ aliquæ differentiæ, (vt dixit cathechiſmus) Conciliũ expreſſam mentionem facere noluit.

Con. Flo. in decreto Eugenij.

Differentiarum illarũ unã inter cæteras eſt eſſentialior alijs.

Not. 6. ¶ Poſtremò non ab re erit cenſendum: ſi ea, quæ circa huiuſcemodi Circuncifionis concluſionem Romę exiſtens (1558.) audiui partim, ac uidi, retulero. Pro ueritate enim hic agitur: ut non circumferamur, uelut paruuli fluctuantes, omni uento doctrinæ: ſed ut in ſolida ſanaque confeſſione radicati, & fundati idipſum dicamus omnes ad honorem ſolius Chriſti Domini noſtri, atque proximorum ſalutem. A Reuerendo itaque Sãctiſſimæ Inquiſitionis Romanæ Commiſſario, cùm de cõtraria opinione dicerem ei, quòd uidebãtur uerba malè ſonare, Audiui ſic: Nè dicas, Vidẽtur uerba malè ſonare, ſed dicas ꝙ malè ſonant. Verba autem contrariæ opinionis, quæ ego tunc ipſi Reuerendo P. ac ſacrę theologiæ Magiſtro referebam, erãt hæc; Circuncifio vi ſua, ſeu ex uirtute ſua, conferebat gratiam. Rurſus. Expunctam ipſam contrariam opinionem in libro quodam infraſcripto reperi tunc apud Reuerendum Magiſtrum ſacri palatij, cui eſt libros corrigendi a ſacra Tridẽtina Synodo demãdata facultas: Cùm ſuam ipſius Reuerentiam & inuiſere, & quid circa huiuſmodi contrarium opinionem tenendum eſſet conſulere uoluiſſem. Vt autem re ipſa uerum eſſe apud omnes, quod dico, liquidiſſimè appareat: Ecce liber tunc limatior factus, ac in lucem datus huius mei dicti teſtis & grauiſſimus & uniuerſaliſſimus. In eo itaque libro parte prima, quæſtione tertia, Articulo ultimo, inuenies expunctam opinionis oppoſitæ cõcluſionem. Videas eundem librum (qui) pręintitulatur, Flores Theologicarum quęſtionum in quartum librum ſententiarum &c. A R. P. F. Ioſepho Angles Valentino ordinis minorum, regularis obſeruantiæ) loco citato: & in eo qui extra Romam impreſſus eſt, concluſionem contrariam ibi impreſſam comperies; in eo autem, qui Romæ reimpreſſus fuit concluſionem ipſam abraſam omnino inuenies. Toti igitur orbi clariſſimum fieri poteſt, ꝙ oppoſita concluſio, etiã quantum ad uerba, ſummis cenſoribus ſuſpecta eſt: dùm ipſam extra vrbem euulgatam, in Vrbe vulgandam minimè paſſi fuerunt. De hoc uide Compend. Alb. lib. 4. cap. 13. Schol.

APPENDIX.

Ex his omnibus habes: quomodo doctores uarios, iuxta ſaniorem intellectum, audias. Vbi enim à Scoto doctore ſubtili audies, quòd Circuncifio ex virtute ſeu vi ſua conferebat gratiam; Vel à nonnullis alijs doctoribus Circuncifionem cauſare gratiam audieris: tunc in his omnibus, ſicut & in cæteris quibuſcunque memento uerisſimę huius regulæ quòd, ſcilicet Doctores quilibet ad ſenſum, uerbaque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ retorquendi ſunt; non autem è conuerſo. Gloſentur itaque Doctores illi oẽs iuxta pium Eccleſiæ ſenſum. (Quòd & ipſi ſemper in omnibus optauerunt): quæ cauſalitatem gratię, tanquam ſingulare priuilegium, ſolis nouis ſacramentis attribuit. Quomodo ergo, ſtantibus illorum doctorum uerbis, ad ſenſum prædictum gloſabuntur? Quòd intelligebant, cum locuti ſunt ſic de Circuncifione, de cauſa largo modo dicta; non autem (ꝗ ſolùm nouis tribuitur ſacramentis) ſtricto modo. Cauſa ſtricto modo eſt illa: ex cuius uirtute ſequitur effectus. Cã largo modo eſt illa: qua poſita, licet ex alicuius alterius ſolũ uirtute, ſequitur effectus. Illa propriè dicitur uera cauſa; iſta uerò impropriè; Verùm propriè dicitur conditio, ſine qua non. Verbi gratia. Approximatur ignis ſtupę. Quid comburit

ſtupam

ſtupam ? Ignis tactum. Quid ergo approximatio? Eſt conditio, ſine qua poſita, ignis non combureret ſtupam; Et qua poſita, ignis comperit ipſam. Sic in propoſito. Circunciſus quis tunc iuſtificatur. Quis dat huic gratiam ? Solus Deus: non autem circuncisio, nec etiam uerè inſtrumentaliter. Quid ergo Circuncisio ? Eſt conditio ſeu ſignum, qua ſeu quo poſito Deus dat huic Circunciſo gratiam; & è contra. Quia uerò in Circũciſione donabatur infallibiliter gratia (ideò hic dicitur in litera, ſignum fędus,) ſi non poneretur obex; quod non ſic eſt totaliter de alijs ſacramentis antiquis: Ideò Circunſionem Doctores prætulerunt ſacramentis antiquis, & ſic quaſi conueniendo cum nouis de ipſa locuti ſunt. Vide declarationem Scoti in 4. ſententiarum ſuper ſua præmiſſa concluſione: Et videbis, licet verba larga habuerit, ipſum patribus antedictis in ſenſu bene conuenire. Nota ly quodammodo, ab Angelico Doctore appoſitum in 4. Et ſic, cum ly quodammodo, Circunciſionem cauſare gratiam ſemper intellige. Vide ſancti Tho. 3. q. 70. ar. 4. & ex primo ubi dicit, q̃ fuit præparatoria ad baptiſſimum, optimè etiam habetur intentum (ut patet conſideranti.)

Text. DAbo tibi, & ſemini tuo terram peregrinationis &c. Et tu ergo cuſtodies pactum meum.

Concl. 5. *Promiſſa Dei intelliguntur cum conditione hac; ſi ſcilicet cuſtodierimus mandata eius.* [Ex eo.]

Ratio. PROMISIT terram Abrahę, & ſemini; & tamen dicit & tu ergo &c. Nota ly ergo; Non ab re ſignanter apponitur. Quaſi dicat, Dabo illam tibi, tuiſque poſteris: ſed ad hoc, q̃ actũaliter eam tibi dem, neceſſaria ſunt opera tua. ſ. cuſtodia pacti mei. Ergo (ab oppoſitis) ſi Abraham non cuſtodiſſet pactum diuinum, non habuiſſet terram: quam ſibi pollicitus erat Deus. Ergo mutatus Deus ? Abſit. Sed homo non feciſſet quod intelligebatur in promiſſione. Vnde dicitur hinc infrà, Maſculinus, cuius caro circunciſa non fuerit, delebitur de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit. Non dicit, Delebitur, quia non promiſerim ei uel quia ego mutatus ſim: ſed quia ille pactum meum irritum fecit. Hoc eſt. Quia non cuſtodiuit illud, quod intelligebatur in promiſſione.

Not. Contra haret. Hunc locum bene notato contra hæreticos uolentes ſaluari ex ſola Dei promiſſione: non intelligentes, ſeu intelligere non uolentes, ipſius promiſſionis ſenſum. Et tu ergo (inquit) cuſtodies pactum meum. Ac ſi dicatur. Ego non promitto illam tibi ſine meritis tuis, quæ in pacti mei cuſtodia cuſtodia conſiſtunt, adipiſcendam. Vnde igitur præſumunt iſti nobis cœlum ſine proprijs meritis habendum promittere ? Ex ſcripturis ? Minimè. Vnde ? Ex ſanctorum dictis? Nequaquam. Vnde ? Ex reuelationibus ſibi factis ? Nequaquam. Vnde ergo ? Ex ſuo ipſorum ſenſu contra ſcripturas

Pſal 98. adinuento (iſtæ, & huiuſmodi ſua, ſunt adinuentiones illæ: contra quas toties, pſalmo teſte, Deus exaſperatur); Ex nefandorum patrum ſuorum dictis; Ex reuelationibus à ſpiritu diabolico ſibi factis. Vide: quam mira res. Non audet (ut ſic loquar) Deus unquam hæreditatem ſuam polliceri nobis abſque meritis habendam: Et hæretici hæreditatem alienam nobis ſine meritis habendam promittere audent?

Deut. 32 Qui ergo non cuſtodientes pactum Dei, in eius hęreditatem introire uoluerint, ſciant, ſe audituros in die iudicij à Deo; ſurgant (. ſ. hæretici), & opitulentur uobis, & in neceſſitate uos protegant. Non enim opitulationem (. ſ. ingreſſum in uitam æternam) à Deo præſtolari debent, qui eius pactum non cuſtodierint: quoniam hic de uita æterna principaliter promiſſa agitur. Vide ſup. cap. 15. circa concl. 2. loquens inquit, & tu ergo cuſtodies pactum meum &c.

¶ Applica ad Matth 19. Si uis ad uitam, ingredi ſerua mãdata. Vel ad 20. Quid ſtatis otioſi ? Vel ad 5. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra plus, quàm ſcribarum, & phariſæorum non intrabitis &c. Vel ad Luc. 19. Negociamini, dum uenio. Tale quid habetur ſup. 15. Sume uaccam triennem &c.

PRO ECCLESIA.
SANCTA DEI.

CONCLVSIO hec 5. cap. 17. deſtruit hęreſes Eunomij dicentis: q̃ Deus à nobis nihil aliud requirit, quam ut ipſum ſolũ cognoſcamus. Et Simonis Magi dicentis: fide, nõ operibus, nos ſaluari quorundam (ut refert Prateolus tit. Illyricani. Io. Spangebergus) dicentium; opera bona non eſſe neceſſaria ad ſalutem. Et Lutheri dicentis, fiduciam gratiæ, aut gloriæ conſequendæ, nullo pacto collocandam eſſe in noſtris operibus. Et Buceri dicẽtis: gratos ſe eſſe Deo per Chriſtum homines debere credere, quantumlibet impure & ſcelerate uiuant. Et Aetij dicentis: fidem ſolam abſque vllo opere eſſe ſatis ad vitam æternam conſequendam. Et nõ nullorum aliorum hæreticorum dicentium: quòd fideles, quamuis inuoluti ſint multis malis, ſaluabũtur per Chriſtũ. Patet enim, hinc colligi totum contrarium: ut per ſe prudẽs facilè iudicare poterit. Damnantur & à Geneſ. 2. con. 6. & ca. 4. con. 10. Item à Numeri. 11. con. 2. Item à Leuit. 4. con. 6. & Numer. 14. con. 9. Itẽ à Concil. Trid. Seſſ. 6. cano. 20. Si quis hominem iuſtificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit, nõ teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ; ſed tãtum ad credendum: quaſi uerò Euangelium ſit nuda, & abſoluta promiſſio vitę ęternæ ſine conditione obſeruationis mãdatorum. Anathema ſit. Hæc ibi. Item à Galat. 5. In Chriſto Ieſu neque Circunciſio aliquid ualet, neque præputium; ſed fides, quę per charitatem operatur. En ex Apoſtolo non ſolã fidem, ſed & operationem requiri ad ſalutem nobis gratia Chriſti acquirendam, nec quamcunque operationem, ſed ex charitate factam. Item ibi. Teſtificor rurſus omni Circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt uniuerſę legis faciendę. A ſimili ergo, immo a fortiori, dictum intellige de omni homine baptizato: de quo & expreſsè à Chriſto damnante prædictas hęreſes dicitur Matth. 28. baptizãtes eos in no. pa. & fil. & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quęcunque mandaui uobis. Quid clarius ? Ecce. Baptizãdi inſtruuntur prius in fide, ſic enim dicitur, docete omnes gentes baptizantes eos &c. poſtea iam baptizati docẽtur ſeruare non tantum aliqua, ſed omnia mandata Chriſti. A fortiori, dixi, intelligendum eſſe Apoſtolum de baptizato, quam de Circunciſo: quoniam ſcriptum eſt Matth. 5. niſi abundauerit iuſtitia, ueſtra plusquàm ſcribarum & Phariſęorum, non intrabitis in Regnum cœlorum. Damnantur, & maximè, à Iac. 1. Eſtote factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uoſmetipſos & 4. ſcienti bonum facere, & non facienti peccatum eſt illi. Vide quòd non factores boni uerbi cogniti & decipiunt ſeipſos, & peccant. Hæretici ergo prædicti, & decipiunt alios per talia ſua inuenta, & peccatores faciũt. Item à Concil. Trid. Seſſ. 6. cap. 11. Nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans; fide ſola ſe hæreditatem conſecuturum, etiam ſi Chriſto non compatiatur, ut & conglorificetur. Hæc ibi. Cõtra Lutherum uide ſup. 16. con. 5. Quantam iniuriam afferant Deo, paſſionique eius & quantã dignitatem hominibus auferre machinentur, hęreſes prædictæ, ac ſimiles, & conſequenter quàm damnabiles ſint, uide optimè declaratum in Elucid. pri. par. ar. nu. 505. notation. poſt prob. & Coro. poſt 2. & ar. num. 516. not. poſt 1. De neceſſitate operum etiam iuſtis quibuſcunque, uide ibidem ar. num. 498. & applica Damnantur & à 1. Io. 1. Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur. Item à Concil. Trid. Seſſ. 6. cap. 7. Fides, niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, neque unit perfectè cũ Chriſto, neque corporis eius uiuum membrum efficit. Hæc ibi. Et à Concil. Aquiſgranenſi lib. 3. c. 15. Fruſtra uocẽ Domini ſui audire ſe dicit, & confidere in Domino: quando operibus fidem deſtruit. Hæc ibi. Vide pulcherrima in Elucid. Addi. ar. nu. 56. 442. & in Compen. Alber. lib. 5. cap. 19. 20. cum Schol. Vide Gen. 1. con. 19. columnem hæreticorum.

RIſit in corde ſuo, dicens &c. pariet ? *Text.*

Concl. 6. *Riſus Abrahæ proceſſit ex magnitudine fidei, tantum abeſt, ut ex uacillatione in fide proceſſerit.* [Ex eo].

NON enim Abrahæ confirmata fuiſſet promiſſio, & magis explicata, ſine ipſius reprehenſione; ſicut Sarra in 18. re- *Ratio*

prȩhenſa eſt de riſu: quoniam ex dubitatione promiſſi riſit. Nunc autem promiſſio confirmata eſt ipſi per ly Sarra uxor tua pariet tibi filium, & magis explicata per ly Vocabiſque nomen eius Iſaac, & conſtituam pactum meum &c. & Abrahȩ oratio exaudita per ly Super Iſmael quoque exaudiui te. Præ magnitudine etenim fidei, adiuncta magnitudine & deſideratæ, & promiſſæ rei, tanta exultatio in corde Abrahæ exorta eſt, ut in riſum prorumperit ſic Deo, ut erat ex fide, placentē; quòd promiſſionem eidem cōfirmauit, orationem eius exaudiuit, & nomen filij tunc promiſſi, à riſu illo impoſuit. Illa uerba. Putaſne centenario naſcetur filius, & Sarra nonagenaria pariet? non ſunt dubitatiua propter rationem dictam; ſed ex certitudine fidei manantia. Credere enim (ut habet Auguſtinus) eſt cum aſſenſu cogitare. Hoc eſt cogitare, i. ſimul comparare magnalia Dei, quamuis certiſſima nobis aſſentientibus, infimis. Verbi gratia. Sic fecit Abraham hic; ſicut & nos ſolemus, etiam quod credamus certò aliquid magnum, ex admiratione in huiuſmodi prorumpere uerba: Eſt nè hoc poſſibile? Quomodo poteſt hoc fieri? Et ita multiplicamus interrogationes ſimiles dubitatiuis. Cæterùm non dubitatiuæ, immò ex magno aſſenſu magnoperè admiratiuæ ſunt, ac certiſſimæ: Et ſic eas nos proferentes intelligimus, & alios ſic eaſdem intelligere uolumus.

APPENDIX.

HINC gloſes D. Auguſtinum in lib. uet. ac noui teſtam. dicentem, quòd B. Virgo in paſſione filij ſui quodam ſtupore dubitauit. Non enim intelligit Auguſtinus, cùm ſemper negauerit peccatū etiā ueniale in B. Virgine, quod dubitauerit dubitatione fidei (hoc enim eſſet mortale) ſed quòd ex admiratione maxima, quam tunc habebat, conferēs humana paſſa à filio ſuo diuinis factis eiuſdem, cum aſſenſu cogitabat. Conſeruabat enim omnia uerba hȩc conferens in corde ſuo Luc. 2. Ac ſi ergo Auguſtinus diceret: B. Virgo intra ſe formabat tunc temporis interrogationes dubitanti ſimiles; quales ſunt: Eſt nè poſſibile, quod filius Dei tantis paſſionibus ſubijciatur? & ſimilia omni ſtupore admiratiuo digniſſima. Dicebat enim in corde ſuo: O maximum, ò ineffabiliſſimum, ò inexcogitabiliſſimū, quod Deus ipſe tot tantiſque ſubiaceat miſerijs, & uoluntariè, & pro amore puro, ac ſalute inimicorum ſuorum: & ſimilia. Quæ tamen non fidei dubitationem aliquam reuera, ſed maximam B. Virginis deuotionem contemplatiuam, quæ ex maxima fide procedebat, importabant. Et hoc eſt cum aſſenſu cogitare, quod fidei quadrat deuotiùs; admirādo, prȩ rei magnitudine, ipſa cogitata.

Corol. ¶Ergo cum ly Putaſnè centenario &c. ſit uelut interrogatio ſibimetipſi facta, non licet inferre ſic: Iſte vel ille interrogat, ergo dubitat. Ergo duplex interrogatio, ſcilicet deuotionis, & dubitationis.

¶Applica ad Luc. 2. Erant Maria &c. mirātes ſuper his &c.

Not. ¶Vide hic in concluſione prȩſenti declarata iudicia hominum de eodem facto (exemplo riſus Abrahæ, & Sarræ) poſſe fieri diuerſa. Et iden iudicandi regula eſt: Vt pro diuerſitate perſonarum idem bonum, vel malum iudicemus; hoc eſt, ad diuerſitatem perſonarum, prout materia patitur, in iudicando attendamus. Hinc fit, vt à Diuo Auguſtino, Athanaſio, Baſilio, &c. aliqua proferantur, & illa ab eis prolata ſancta veneretur Eccleſia; quæ ſi ab noſtri temporis quibuſdam hominibus abſolutè proferantur ſuſpicionem de perſona faciant. Faciant, inquam, nō quia mala ſint, ſed quia à ſuſpecto proferuntur. Huius exemplum habes in primo opuſculo D. Thomæ contra errores Græcorum; vbi ſanctorum authoritates, quia ſanctorum ſunt venerandas edocet; alias tamen, ſi à quoquam Moderni temporis homine abſolutè, hoc eſt vt à ſeipſo, dicerentur, errores appellandas inſinuat. Hinc fit, vt duorum in eodem crimine repertorum vnus abſoluatur, vel minùs puniatur, alter rigidiùs caſtigetur. Quare? Quia vnus illorum, vt indicia probant, hoc per ignorantiam inuincibilem, vel quaſi inuincibilem fecit: alter per malitiam hoc ipſum egiſſe probatur. Hinc eſt, quòd Chriſtus duorum diſcipulorum vnum acceptat, dicens: Sequere me, & ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos, Matth. 8. Alterum verò non, dicens: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet. Luc. 9. Quare? Quia exterius factum pro diuerſitate perſonarum iudicandum fore, monſtrare voluit. Ecce hic Abraham ridet, & riſum eius, quia talis perſona, fidei ſ. norma, erat, in bonam partem ſumimus. Ecce in ſequenti capitulo ridet Sarra; & riſum eius, quia non tanta erat perſona, in malam partem interpretamur. Multum ergo ualet vita aliquorum ad ſic, vel ſic iudicandum de ipſo: Et conſequenter ad ipſi negandum, vel concedendum aliquid. Hinc non mirum, ſi Reuerendi Inquiſitores abſque vitio acceptionis perſonarū (quod ſemper in iudicijs uitandum eſt, ſecundum regulam 12. Papȩ Bonifacij. De reg. iur. in 6.) aliquos libros uulgares, uel Latinos alicui concedant legendos; quos tamen alteri negant. Diuerſa enim illorum vita quibus conceduntur, vel negantur, hanc diuerſitatem facit bonam eſſe: non alicui ſecundum ſe iniurioſam. Similiter ad infinita, quæ tùm in eccleſiaſticis, tùm in ſecularibus iudicijs accidunt, potes applicare præmiſſa ex litera iſta. Vide 2. 2. q. 63. art. &c. vt ſcias, & in antedictis non interuenire uitium acceptionis perſonarum, & in occurrentibus tibi quotidianis caſib. ſine incurſione talis uitij ad normam præmiſſorum (quando, & inquantum fieri poteſt) iudicia tua certa, uel probabilia conformare.

Regula intelligēdi uerba Doctorū uel aliās loquentium.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 6. cap. 17. deſtruit radicitùs & à fortiori (vt diſcurrenti patet) hæreſim Priſcilliani dicentis: Natalem Domini ſecundum carnem non eſſe venerandum. Ad hanc ponendam ab alia hæreſi ducebatur: quia (inquit) Chriſtus non in veritate carnem, ſed fantaſticè, ſuſcepit. Damnatur etiam, cum cauſa ab illo adducta, per Concilium Braccarenſe primum Canon. 4. Si quis Natale Chriſti ſecundum carnem non verè honorat, ſed ſe honorare ſimulat, ieiunans in eodem die (& in Dominico): qa Chriſtum in vera hominis natura non credit; ſicut Cerdon, Marcion, Manichȩus, & Priſcillianus dixerunt: anathema ſit. Hæc ibi. Damnatur & à tota Catholica Eccleſia piiſſimo facto ſuo; dum annuis iubilationibus, tanquàm de beneficio tanto gratiſſima Chriſti Natalitium diem ſecundum carnem, ſumma cum veneratione colit: illo que tantum die ter Miſſarum ſolennia pro Natiuitatis Domini noſtri recognitione deuotius celebrat cum hymno Angelico de conſe. diſt. 1. nocte ſancta. Dixi in principio ly radicitus, & à fortiori: quoniam à figura ad figuratum proceſſus talis attenditur. Si enim ſolummodò ad promiſſionem factam de Iſaac, qui erat figura Chriſti, ſecundum Apoſtolum. Galat. 3. Abrahā in corde ſuo lȩtitiam magnam (vt hic dicitur) habuit: multò magis ad Chriſti Natiuitatem actualiter exhibitam filijs Abrahæ, ideſt fideles, debent cordialem exultationem ſentire; natiuitatem ipſam recolendo deuotiùs, & venerando. Nam figuratum ſemper excellentius eſt, quàm figura: quapropter & excellentiori modo de eo verificatur illa, quæ de figura narrantur. Damnatur & ab Herode; dum proprię Natiuitatis diem celebrat modo ſuo. De quo legis Marc. 6. Cum dies opportunus accidiſſet, Herodes Natalis ſui cęnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilęę. Si ergo de Natalicio ſuo die filij tenebrarum etiam, memoriam annuam recolentes (vt ſub Herode multos alios intelligamus) exultant, modoque ſuo Dijs gratias de huiuſmodi beneficio ſibi tali tempore collato referunt: nonnè per hoc inſtruuntur filij lucis, vt in generatione propria Deo ſuo de beneficijs receptis non inueniantur ingrati? Et quid maius beneficium, ac diuinius, quàm quod VERBVM CARO FACTVM EST? Per generationem enim hanc mirabilem, cauſata eſt etiam ineffabiliter ſpiritualis filiorum omnium lucis generatio. Huiuſce igitur ſuperinęſtimabilis naturaliter doni celebritatem annuam venerari nolentes tantò magis à tenebrarum quoque filijs damnabiles ſunt, atque damnantur: quantò plus Chriſti natiuitas cuiuſque hominis, etiam omnium ſimul, natiuitatis beneficium incomparabiliter excedit. Damnatur item hæreſis prædicta, cum cauſa illa ſua hæreticali appoſita, & quidem grauiſſimis verbis à ſancto Leone Papa in Serm. Natiui. Domini. Saluator noſter, Dilectiſſimi, hodie natus eſt: gaudeamus. Neque enim fas eſt, locum eſſe triſtitiæ, vbi Natalis eſt vitę. Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur: vna cunctis lętitię cōmunis eſt ratio. Exultet ſanctus, quia appropinquat ad palmam. Gaudeat peccator: qa inuitatur ad veniam. Animetur Gentilis: quia vocatur ad vitam. Verbum enim Dei, Deus filius Dei, propter liberādum hominem ab æterna morte factus eſt homo: & tanto fędere vtranque naturam conſtituit, vt nec inferiorem conſumeret

glorificatio, nec ſuperiorem minueret aſſumptio. Salua igitur vtriuſque proprietate ſubſtantiæ, & in vnam coeunte perſonam, ſuſcipitur à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: vt (quod noſtris remedijs congruebat) vnus atque idem Dei & hominum mediator & mori ex vno & reſurgere poſſet ex altero. Niſi enim eſſet verus Deus non afferret remedium: niſi verus eſſet homo, non præberet exemplum. Ab exultantibus Angelis, naſcente Domino, gloria in excelſis Deo canitur. De hoc ergo inennarrabili pietatis opere quantum lętari debet humilitas hominum; cũ tantum gaudeat ſublimitas Angelorum? Agamus ergo gratias Deo patri, per filium eius, in Spiritu ſancto. Deponamus veterem hominem cum actibus ſuis: & adepti participationem generationis Chriſti, carnis renunciemus operibus. Hæc ibi. Ecce modus ſolẽnizandi. Nota ly verus Deus, ly verus homo; contra ly fantaſticè, in hæreſi poſitum. Nota ly ab exultantibus Angelis &c. vt videas, noſtram ſolennitatem de Natali Domini eſſe exemplatam à ſolennitate Angelorũ; Et conſequenter, hæreſim prædictam damnari etiam ab Angelis per hoc. Reprobatur quoque à conſtitution. Apoſtol. Auth. Clemente Papa, & Martyr. lib. 8. cap. 38. 39. Quibus diebus oporteat quieſcere ſeruos, Ego Petrus, & ego Paulus diſponimus. In dominica die quieſcant in Eccleſia &c. In Natali feſto quieſcant: quoniam in eo inexpectata gratia data eſt hominibus, vt naſceretur Dei verbum, Ieſus Chriſtus ex Maria Virgine propter mundi ſalutem. Hæc ibi. Item à Papa Leone I. in Epiſt. 4. dicitur: quòd dies feſti, & reliquæ Chriſtianæ obſeruantiæ per ſpiritum ab Apoſtolis & Eccleſiæ magiſtris ordinatæ fuerunt. Vide de feſtis Gen. 2. con. 2. & Leuit. 23. con. 5.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XVIII.

Text. QVos cum vidiſſet, cucurrit &c. adorauit, & dixit: Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas, &c. Iccircò enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum.

Conclu. 1. *Opera charitatis exercenda ſunt cum maxima charitate. Hoc eſt: Hoſpites ad hoſpitium non modò inuitandi ſunt; ſed etiam trahendi. Vel debemus habere pro maxima gratia, quòd aliquis Dei ſeruus velit acceptare ſeruitium noſtrum.* [Ex eo.]

Ratio. ILLE curſus Abrahæ multiplex ſignificat maximam ſolicitudinem in operibus charitatis. Nota accelerationem Sarræ, feſtinantiam pueri, id eſt ſerui, dependere ex mandatis ab Abraham factis, ut ſolicitudinem multiplicem Abrahę plenius uideas. Adorauit; illis humilia, deprecatiuaq; uerba porrexit; opportunitatem loci, & neceſſitatem eorum allegauit, ut eos ad hoſpitium ſuum flecteret. Sic ergo factis pluribus probauit dictũ ſuum, ſcilicet ſi inueni gratiam &c. quòd uidelicet pro maximo fauore ſibi in ueritate reputabat, quòd Dei ſeruus obſequium præſtaret.

Corol. ¶Ergo ſolicitudine nõ pigri. Ro. 12. Ergo hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Per hãc n. placuerũt quidã Angelis hoſpitio receptis. Heb. 13. Ergo dicamus Deo ſemp: Serui inutiles ſumus, Luc. 17. Hoc eſt: Nos ꝑ maxima grã hẽmus, ꝙ tua Maieſtas noſtrum obſequiũ acceptare uelit: tantum abeſt, ut tibi gratiam ſeruiendo faciamus. Ex ſeruitio enim noſtro nil tibi acceſcit. Et ſi Abraham maximo ſibi fauori aſcripſit, hominibus ſeruis tuis pro amore tuo ſeruitium præſtare (Illos enim tãtum uiros ſanctos in principio credidit, licèt poſt circa finem Angelos eſſe nouerit, in cuius ſignum eis, tanquã hominibus, homini neceſſaria miniſtrauit) quantò magis nobis fauor habendus eſt maior, quòd tu Deus maieſtatis infinitæ me abyſſum miſeriarum tantarum, ut nihil ſuprà, in ſer-

Amen.

uorum tuorum numerum, tibi ipſi aſſiſtentiũ; tibiipſi loquentium; temetipſum oculo ad oculum & uidentium, & manibus ipſis contrectantium, uocare digneris, ſiue in choro ad Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritalibus te laudandum, ſiue ad ſacratiſſimam Miſſam celebrandam.

¶Applica ad Euangelium, Luc. 17. Cùm feceritis omnia, dicite, Serui inutiles ſumus. Vel ad ſimile. Ad Epiſtolas D. Pauli 1. Cor. 1. Fratres uidete uocationem ueſtram, i. conſiderate, ad quantam ſublimitatem uos extollere dignatur Deus, dum uos ſibi ſeruos aſciſcit.

Text. QVod cum audiſſet Sarra; riſit &c.

Concl. 2. *Vnus effectus poteſt eſſe bonus, uel malus ſecundum cauſam, unde procedit.* [Ex eo.]

Ratio. RISIT Abraham, riſit Sarra; En unus effectus: tamen Abrahæ riſus bonus, ut patet cap. præcedenti, Sarræ riſus malus. Nam hic reprehenditur. Huius ratio eſt, quia Abrahæ riſus à credulitate grandi, tanquam à cauſa, proceſſit; riſus uerò Sarræ à modicitate fidei.

Coroll. ¶Ergo iudicia hominum circa ea, quæ bono, & malo animo poſſunt fieri, cohercenda ſunt.

¶Applica ad Euangelium Io. 7. Nolite ſecundum faciem iudicare, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Tex. NVm cęlare potero Abraham, quæ geſturus ſum?

Concl. 3. *Deus ſeruis ſuis adeò deficere non uult, ut etiam dicatur, hoc non poſſe.* [Ex eo.]

Ratio. ANGELVS Domini, cum ſciret Abrahamum eſſe Dei amicum, in perſona Domini loquens, Abrahamo, ſecreta ſua reuelaturus, dicit modo tali: ut contrarium ſe facere poſſe, negare uideatur. Et hoc dicit, non quia abſolutè non poſſit: ſed ut ex phraſi locutionis, quantum Deus amicis ſuis benefacere geſtiat, aduertas.

APPENDIX.

HINC habes: quòd ſerui Dei ex hoc, ꝙ illi ſeruitium deuotè, illum quodammodo ligãt, atque conſtringunt
ad benefaciendum ſibiipſis. Ecce. Abrahamus ex hoc ſeruitio hoſpitalitatis Deum in Angelis receptum adeo ligaſſe ad
ſibi benefaciendum quodammodo uidetur Deus; benefacturum ſe Abrahæ dicat, & aliter ſe facere non poſſe fateatur.
Secundò conſequenter hos, ꝙ opera charitatis maximè hoc, 2
ꝙd nunc dictũ eſt, hĩc. Opus enim charitatis tunc exercuerat
Abrahã. Tertiò cõſequenter his, ꝙ illis, qui pro ſalute proximorum in ſcribendo, uel prædicando, uel &c. deſudãt, Deus 3
maximè reuelat ſecreta ſua. Nam pro ſalute aliorum ſcribere, uel prædicare, uel ſimilia facere, eſt opus non tantum charitatis: ſed charitatis maioris, quam opus Abrahæ. Huius
enim opus fuit eleemoſyna corporalis; ſcribere uerò pro
alijs &c. ſunt eleemoſyna ſpiritualis. Mitto, ꝙ ſcribere eſt &
pro bono cõmuniori ꝙ̃ prædicare: cùm etiam ad abſentes &
futuros extendatur. Hinc non mirum ſi Deus multa ſua ſecreta Doctoribus reuelauit, quæ alijs non ſcribentibus non
reuelauit. Quid amplius? Ipſiſmet Doctoribus, ut oſtenderet ſe facere ob hoc, multa reuelabat; dũm actu ſcriberent:
quæ ipſis actu non ſcribentibus, non occurrebant. Quartò 4
conſequenter habes, quòd Deus eadem ratione multa reuelat prælatis, quæ non reuelat alijs. Prælati namque pro aliorum bono laborant, pro bonoque communi, id quod eſt charitatis maximum opus. Quintò habes, quòd beati adeò gra- 5
ti ſunt de ſeruitijs ſibi factis; Ut nihil ſuprà. Ecce. Angelus
hic beatus recepit minimum ſeruitium ab Abraham: Et iccircò
dicit ſe illi non tantum benefacturum, ſed proteſtatur ſe non
poſſe aliter facere. Hinc eſt, ꝙ orare uniuerſi deberent pro
animabus in Purgatorio exiſtentibus, & Sanctos in patria uenerari deuotè. Animæ enim purgatæ, poſtquam in patria fuerint, benefactores agnoſcunt ſuos: & pro eis non tantũ erant
(procul namque eſt ingratitudo à Sanctis), ſed etiã non poſſunt non orare. Similiter Sancti nunc inuocati, & deuotè honorati (ut Angelus iſte facto ſuo docet) ſuis ſeruitoribus gratiſſimi ſunt: ſiue in reuelando ipſis, quæ ad illorum ſalutem conducere norunt; ſiue in alia pro ipſis faciendo. Hinc
eſt, quod ſcribentes pro aliorum ſalute, deberent præ alijs inuocare

Officia pro defunctis. De ueneratione ſanctorũ.

uocare ſanctos,& honorare;(ut Angelicus Doctor factis pro prijs nos inſtruebat) quoniam reuelationibus ſuperioribus indigent, pro quibus dandis (ut ex textu, à ſimili, patet) ſpecialiter ſancti ſeipſos offerunt. Officium igitur mortuorum, Letaniæq; ſunt magni ualoris, ad reuelationes ſupernas no-
6 bis impertiendas. Sextò habes, quòd ly Quæ te uicit clementia,& ly ipſa te cogat pietas,& ſimilia ab Eccleſia ſancta Deo dicta ex ſcripturarum ſtylo deſumpta fuerunt. Hic enim uides coactum ferè Deum ex clementia ſua, & pietate uictum ad hoc: Vt hominum ſaluti occurrat. De tali enim nunc agitur: quoniam Abrahamo reuelanda dicit hæc: ut poſteros, iſta eis referendo, ad timorem diuinum adducat (ut in litera patet). Ad hominum itaque ſalutem procurandam non tantum anhelat Deus: ſed (maxima ſua pietate hoc faciente) nõ poteſt non anhelare. Quis deſperet? Quis diffidat? Bonum habemos Dominum, aiebat Ambroſius: & Pſal. 72. Quam bonus Iſrael Deus? Hoc eſt. Adeo bonus, ut exprimi non poſſit.

Corol. ¶Ergo multa fiducia ſeruus Dei habenda in ipſum. Ergo quærenda primum eſt Dei amicitia: deinde omnia adijcien-
Matt. 6. tur nobis. Ergo Pſal. 22. Dominus regit me, per amicitiam, ſcilicet cum ipſo contractam; & non mihi deerit, per ſolicitiſſimam ſuam prouidentiam. Ergo Pſal. 33. Non eſt inopia timentibus Deum,& inquirentes dominum non minuentur omni bono.

¶Applica ad Euangelium Io. 15. Quæcunque audiui à patre meo, nota feci uobis, uel Matth. 6. Nè ſoliciti ſitis, quid manducetis: uel quid bibatis, uel ad ſimile. Vide Compend. Alb. li. 3. c. 19. ſchol.

Text. DEſcendam, & videbo: vtrum clamorem opere compleuerint.

Concl. 4. *Non eſt præcipitandum in ſententijs: ſed diligenter examinanda omnia.* [Ex eo.]

Ratio. DEVS omnia adamuſſim noſcens, antequam fiant, dici-
Vide 2. tur deſcendere ad examinandam cauſam punitionis, ut oſten
2. q. 58. dat, nos multo magis diligentiſſimè teneri ad examinandam
art. &c. cauſam ſimile habes ſupra de Deo ergo Adam cap. 3. &
& q. 67 Cain cap. 4. & ædificantes turrim cap. 11.
art &c. ¶Quando Deus proteſtatur, ſe uelle conſiderare facta ho-
Not. minum: dicit, Deſcendam. Quid hinc aduertis? Quòd ma-
Vide 2 gnopere de humilitate Dei mirari debemus: qua nos guber-
q. 22. nat. Vbi humilitas? Hic: in gubernando, ſcilicet hominem.
art &c. Si Rex alicuius uiliſſimi pauperis prouidentiam magnam ha
& quæſt. beret; dicerent omnes: ò maxima regis humilitas, maxima
103. & deſcenſio tantæ altitudinis. Cur igitur non uis, quòd Deus
104. art. dicat, Deſcendam: ubi ſe de hominum factis, etiam malis,
&c. indiuidualem curam habere fatetur? Certè deſcendit Deus
Exēplū. ut nec Et maximè deſcendit tantam nanque ſublimitatem hominem, uel a longè conſpicere, eſſet deſcendere: quantò igitur magis, tantam illam maieſtatem hominis curam peculiarem habere, deſcenſus Dei dici poteſt? Rurſus. Candidiſſimam tantam bonitatem, cùm altiſſima ſit, de bonis bonorumque factis prouidentiam habere deſcenſus dici poſſet: quantò magis nunc, quando de malis, malorumque factis, ſe curam habere ſignificat, dici iure poteſt. Deſcendam? Ergo & ratione, qua altiſſimus,& ratione qua candidiſſimus, dicere ualet, Deſcendam, quando de prauis prauorumque actis, prouidere ſe denotat: cùm tamen ratione, qua altiſſimus, reſpectu etiam quorumcũque bonorum dicere ualeat Deſcendam. Largiſſimam ergo bonitatem Dei, quę hic humilitas appellata eſt, & homines magnam infinitatem demonſtrauit ly Deſcendam.

¶Ad Euangelium Ioan. 7. Iuſtum iudicium iudicate, uel ad ſimile.

Text. SI inuenero quinquaginta iuſtos &c. dimittam omni loco propter eos.

Concl. 5. *Societas bonorum expetenda, non tantum ut per eas boni fiamus: ſed etiam ut per eorum merita nobis parcatur.* [Ex eo.]

Ratio. HOC liquidiſſimè patet in textu: cùm intuitu bonorum Deus malis parcere uelit.

¶Vide, quam Deus ad miſerandum pronus ſit: ut propter tam paucos, puta decem bonos parcere uelit tàm multis, & tam malis. Per Sodomam enim cui propter iuſtos uult parcere, tanquam per principalem cointelligit & alias ciuitates quatuor. Item Deus non tantum non uult perdere iuſtum cum impio: ſed & impium ſaluare propter iuſtum. Abrahã petierat duo, ſcilicet ne perirent iuſti cum impijs, & ut propter iuſtos parceretur impijs (ut apparet in textu): & dominus unica reſponſione, utrique ſatisfecit. Si enim propter iuſtos uolo, inquit, parcere iniuſtis: a fortiori nolo, perdere iuſtum cum impijs. Nota quoque ualorem orationis Abrahæ non tantum pro Loth iuſto, ſed etiam pro impijs, & tam impijs. Ex hoc uide quid dicendum de orationum ſuffragijs, de intercesſione ſanctorum,& huiuſmodi. Pro qua re, & per conſequens pro declaratione contextus, unde concluſio, Vide 2. 2. q. 83. ar. &c.

¶Habes & hic in capituli principio exemplum ſimile illi, quod in præcedenti de Abrahamo habuiſti: quòd ſcilicet opera charitatis cum maximo feruore (ideo ſupra dictum fuit; quòd ad Abraham apparuerunt in ipſo feruore diei: Vt id annotaretur); & ſolicitudine (ideo dicitur hic, quòd apparuerunt ipſi Loth in ueſpere: ut oſtendatur, quòd Loth magis fuit ſolicitus de hoſpitalitate, quam dormitione, quæ imminebat.) magna exerceri debent. Vide pulchra de libro charitatis in Compen. Alb. li. 2. c. 57. ſchol. *Not.*

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

ISTA Concluſio. 5. cap. 18. deſtruit abundãtiſſimè hæreticorum dogma illud (ut notat cẽſ. genet. in Bibliam. 12. Iob. dicẽs: merita humana non æſtimari apud Deum. Illa enim tanti apud Deum æſtimari uides hic: ut non tantũ uelit ipſa remunerare in hominibus bonis; ſed etiam in hominibus malis ad intuitum bonorum. In præſenti namque uita extendere uult Deus utilitatem meritorũ iuſtorum ad prauos, & quidem cumulatiſſimè. quando propter decem iuſtos omnibus quinque ciuitatũ ſceleſtiſſimis à morte ipſis debita ſe ſe parciturum pollicetur. Vide cap. 15. concl. 5. & cap. 17. concl. 5. Damnatur & à Concilio Tridenti. ſeſſ. 6. cap. 16. iuſtificatis hominibus ſiuè acceptam gratiam ꝑpetuò conſeruauerint, ſiuè amiſſam recuperauerint, proponẽda ſunt Apoſtoli uerba. Abundate in omni opere bono, ſcientes quòd labor ueſter non eſt inanis in domino. Non enim iniuſtus eſt Deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri; & dilectionis quã oſtendiſtis in nomine ipſius. Et nolite amittere confidentiã ueſtram: quæ magnam habet remunerationem. Et cano. 32. Si quis dixerit: hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, ut non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita; aut ipſũ iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius uiuum membrum eſt, fiunt non uerè mereri augmentum gratiæ, & uitam ęternam, ac uitæ æternæ (Si tamen in gratia deceſſerit) conſecutionem, atq; etiam gloriæ augmentum; Anathema ſit. Hæc ibi. Ex quibus cõcilij uerbis, uide: quanti Deus æſtimet humana merita. Damnatur etiam ab Exo. 32. con. 3. Intantum autem merita noſtra, ſiue opera meritoria æſtimantur apud Deum; ut dicat ipſe Chriſtus; quòd qui dederit calicem aquę frigidę alicui propter nomen ſuum mercedem non amittet, Matth. 10. Marc. 9. Damnatur & a 2. Cor. 4. Id, quod in ꝑſenti eſt momentaneũ, & leue tribulationis noſtrę ſupra modũ in ſublimitate ęternum gloriæ põdus operatur in nobis. In quibus uerbis, ſi uim meritorum humanorum apud miſericordiam diuinam percipere cupis, nota ſingula correſpondenter. Dicit ergo: Id quod in præſenti &c. Ac ſi apertius,& breuius, dicat. Nihil ſunt tribulationes, quas hic patimur: ſi reſpiciatur ad gloriam, quã ex eis conſequimur. Ponit uerò Apoſtolus quinque & in ſtatu hoc, & in ſtatu gloriæ: quæ ad inuicem ſibi correſpondere facit, ut ueritas huius immediate nunc dictę concluſionis apertè magis elucescat. Primo dicit quòd ſtatus uitæ huius eſt paruus, & ferè imperceptibilis per ly id, i. minimum. Cui concordat Eſa. 54: ad punctum in modico, dereliqui te. Vbi iſtius uitæ ſtatum uocat punctum. Secundò dicit: ipſum ſtatum eſſe tranſitorium, per ly in præſenti. Tertiò, ipſum tẽpus aſſimilat momento, per ly momentaneum. Cui concordat Eſa. 54. In momento indignationis abſcondi faciem meã parumper a te. Nam totum tempus præſentis uitæ comparatiuè ad æternitatem non eſt niſi momentum. Quartò dicit

tribulationem eſſe leuẽ, per ly leue. Quantus (quintò loco) dicat ipſam eſſe pœnoſam, per ly tribulationis. Nam licet tribulari ſit graue atque pœnoſum corpori; tamen ſpiritui charitate feruenti eſt leuiſſimum: iuxta Auguſtini dictum illud, omnia grauia & immania, facilia & propè nulla facit amor. Porrò quantum ad ſtatum gloriæ contra primum, de tribulatione dictum, idest contra id, ponit ly ſupra modum, ideſt ſupra menſuram. Per quod oſtendit Apoſtolus, quòd Deus intantum æſtimat merita humana, ut etiam ultra condignum ea remuneret. Contra ſecundum, ideſt contra in præſenti, ponit ly in ſublimitate: hoc eſt in ſtatu ſublimi abſque perturbatione & eſſe tranſitorio. Contra tertium, ideſt contra momentaneum, ponit ly æternum. Contra Quartum, ideſt contra leue, ponit ly pondus. Et hoc dicit ratione & inclinationis & præcioſitatis. Nam pondus inclinat, & trahit ad motum ſuũ ea, quæ ſubſunt ſibi: inſuper & præcioſa ſolũ conſueuerunt ponderari. Per ly põdus, ergo inſinuat Apoſtolus & quòd æterna gloria erit tanta, quòd totum hominem tum in anima tũ in corpore faciet glorioſum, ita ut nihil ſit in homine, quod non ſequatur impetũ gloriæ; & quòd æterna gloria erit adeò præcioſa, ut nil aliud in comparatione eius ſit præcioſum. Cõtra quintum, ideſt contra tribulationis, ponit ly gloriæ. Per quæ omnia deſignare intẽdit Apoſtolus & quod ſanctorum patientia eſt inuincibilis, cum quæcunque grauiſſima in præſenti pro leuiſſimis iudicent; & quòd ipſorum remuneratio eſt ineffabilis, cũ ſit ſupra modum bene ponderoſa. En igitur ex Apoſtolo, quantum Deus æſtimat merita humana; & conſequenter quantum deteſtabilis ſit hæreſis antedicta. Vide ſupra Gen. 15. con. 5. & cap. 17. con. 5. Item Eluci. Addi. ar. num. 435. Ex hoc autem quòd omnis actus humanus puta ſtudere, docere, &c. qui ſubiacet libero arbitrio, ſi ſit relatus in Deum, poteſt eſſe meritorius (ut declaratur 2. 1. q. 1. artic. 9.), conijce quantum Deus æſtimet merita humana. Vide ibi.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XIX.

Text. VIris iſtis nihil mali faciatis: quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei.

Conclu. 1. *Hoſpites tenentur de iure naturali, conſeruare eos: qui apud ſe hoſpitantur.* [Ex eo.]

Ratio. ADVERTIT ipſe Loth hoſpes quos ad hoſpitium receperat, quòd iſti uiri erant hoſpitati apud illum, tanquam cauſam: qua erat obligatus cuſtodire illos. Et cum nondum lex ſcripta hoc ipſi Loth perſuaſiſſet: ſequitur, quòd lex naturalis hoc ipſum illi dictauerit.

APPENDIX.

HINC habes: quàm malè faciant illi hoſpites, qui ad illos, qui apud ſe hoſpitati ſunt, crudelitatem aliquam oſtendunt; uel minore erga illos benignitate utuntur. Si enim ad illos defendendos à quibuſcunque aduerſis per alios excitatis, dum in domo ſua ſunt, obligantur: quanto magis ſiniſtra aliqua illis ipſimet irrogare non debent, uel durè eos aliquando, uel eos perſequendo, uel eis aliter nocẽdo? Tales ſiquidem inhumaniter erga peregrinos ſe habentes non tantùm iuri naturali, quamuis exemplum contrariũ de Loth habeant, non ſatisfaciunt: ſed è diametro tus ipſum (quantum in illis eſt) conculcant, peſſundant, atque confundunt. Videtur igitur prædictã literam hanc, & ſuum errorẽ ad ipſum Loth reſpiciẽd omagis agnoſcent. Per cuius exemplũ normã à ſimili errore utinam reſipiſcant: Vt cum ipſo Loth hoſpitalitatis merito à ruina quacunque liberentur.

Text. ET viſus eſt eis, quaſi ludens loqui.

Concl. 2. *Peccator, cùm in profundum peccatorum uenerit, contemnit.* [Ex eo]

HI erant & peſſimi, & obſtinati: unde audientes comminationes diuinas reputarunt quandam truphaam. Simile accidit ipſi Noë: quando prędicabat diluuium illis carnalibus ſupra c. 6. Ergo carnalia uitia inter alia maximè cauſant hãc cęcitatẽ. Vide pulchra pro concl. in Compen. Alb. li. 3. c. 7. ſch. Ratio

¶Iſta eſt illa animaduerſio de qua loquitur Augu. dicens: Hac animaduerſione punitur peccator: ut moriens obliuiſcatur ſui, qui uiuens oblitus eſt Dei. Ipſis enim licet Deus inſpirationes bonas in finem uſque immittant, accidit ita: ſicut contingit illis ſodomitis. Quia uerò hi cum ſimilibus, contemnunt Deum in bonis inſpirationibus eius, ut patet per ly uiſus eſt eis quaſi ludens loqui; ideo aliorum orationes factę pro illis, in quantum pro illis fiunt, à iuſtitia diuina contemnuntur, & non exaudiuntur. Quod ſignificatum eſt in textu per hoc: quòd ipſi Loth oranti pro illis dictum fuit, ſalua animam tuam. Quaſi oranti ſic reſpondeatur. Sufficiat tibi ſaluare animam tuam: iam tace illis. Aug.

Text. NOli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione: nè & tu pereas.

Concl. 3. *Poſt inchoationem uiæ ſalutis, tepeſcere, ideſt redire ad priſtinam uanam conuerſationem, uel circa occaſiones peccatorum commorari, eſt periculoſum: nè totaliter pereamus.* [Ex eo]

Ratio. RESPICERE enim poſt tergum, eſt facere poſteriora ſibi priora: hoc eſt inhærere infimis, quæ à tergo debemus habere. Stare in omni circa regione, eſt nolle deſerere peccatorum occaſiones; uelut faciunt uolentes Deo placere, non tamen mundo, uel propriæ ſenſualitati diſplicere; ita ut occaſiones illas paruipendendo quiuis eorum uerbo, uel facto, dicat; ſufficit mihi à peccato mortali continere, de occaſionibus non curo.

Coroll. ¶Ergo qui amat periculum peribit in illo. Eccleſ. 3. Ergo minima negligentes paulatim defluunt. Ergo in uia Dei nõ progredi eſt regredi. Ergo & hoc Chriſtus inſinuauit. Matth. 18. ibi. Melius eſt enim ad uitam ingredi debilem, quam duas manus habentem mitti in gehennam. Quaſi dicat. Niſi occaſiones uiriliter, & non ſegniter proiiciatis: imminet uobis periculum de gehenna. Ergo deponentes omne pondus (ideſt peccatum), & circunſtans nos peccatum (id eſt peccatorum occaſiones) ad perfectionem feramur Heb. 12. Alioquin de illo; qui contrarium facit quid. ſci accidat. habes exemplum hic circa uxorem ipſius Loth.

¶Ad Euangelium Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei, Vel ad Matth. 18. Si pes, uel oculus tuus, ſcandalizat te &c. Vel ad 2. Tim. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſecularib. Et ad homines

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HAEC Concluſio 3. cap. 19. declarationibus prędictis ſcripturarum ualidè deſtruit (ut patet recte applicãti) hæreſes Begardorum, & Beguinarum dicentium: quòd in actibus uirtutum ſeſe exercere eſt hominis imperfecti. Et quòd anima perfecta licentiat à ſe uirtutes. Et quòd opera bona nulla debet facere homo, cum ad ultimum ſtatum perfectionis uenerit. Damnantur hæc tria impia deliramenta à Clemen. in. tit. de Hæretic. cap. ad noſtrum. Vbi non ſolum iſta, ſed etiam omnes alij errores Begardorum, inſuper & eorum ſecta damnatur. Item ab Elucid. pri. par. ar. nu. 498. Et Elucid. Addition. ar. num. 13. Vide etiam Elucid. pri. par. num. 58. 65. Item à Matth. 11. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Et cap. 3. Ipſe Ioannes habebat ueſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos. Eſca autem eius erat locuſtę, & mel ſyluestre. Tunc exibat ad eũ omnis Hyeroſolima, & baptizabãtur ab eo. Videns autem multos &c. Item à Marc. 6. Dicebat Ioãnes Herodi; non licet tibi habere uxorem fratris tui. Hæc autem Matthęi, atque Marci, ac ſimilia ab Euangeliſtis de Ioanne narrata cõiunge ſimul: & uidebis apertè; Begardos per hoc damnari, ꝑ hoc: quòd Ioannes tàm magnus uir corã Domino, etiam adhuc ex utero matris ſuæ ſanctificatus, ſeipsũ

exercet

exercet à pueritia uſque ad mortem, ſemper de bono in melius progrediendo, in operibus uirtutum. Item à 1. Cor. 9. caſtigo corpus meũ &c. item. 2. Cor. 12. raptum huiuſmodi hominem uſque ad tertium cœlum &c. item Act. 9. uas electionis eſt mihi iſte. Cõnecte omnia iſta, ac multa alia, de Paulo ſimul: & cum uideris, ipſum uas ſpecialiſſimè electum, in tanta perfectione etiã uſque ad tertij cœli cognitionem ſapidiſſimam conſtitutũ exercere ſeſe in caſtigatione partis ſenſitiuę propriæ in tot tantiſque operibus uirtutum, ut plus omnibus laborauerit. 1. Cor. 15. cum, inquã, hæc uideris, agnoſce hinc paſſim condemnari Begardorum commenta. Reprobãtur & a Gen. 2. con. 6. & cap. 4. con. 10. Item à Leuit. 18. con. 1. Item à Nume. 15. con. 10. & cap. 20. con. 4. Item à Pſal. 83. ibũt de uirtute in uirtutem; uidebitur Deus Deorum in Syon. Ecce quã abundanter errorem prædictum deteſtatur per hoc: quòd ſãctorum proprietaté eſſe dicit, ſeſe in uirtutibus magis, ac magis, in dies exercere, uſque quò ad claram Dei uiſioné in patria conſequendam, perueniant. En, in ſanctorum omnium numero nullum prorſus recenſeri eorum, qui à Begardis dicũtur exercitium ſui in uirtutibus ante finem finire: ut hinc, errorem illum damnari, cognoſcas. Item à Galat. 6. bonum facientes non deficiamus. Nota contra Begardos, q. 1. con. 9. at; ſic currite, ut comprehendatis: non autem ut quandoq; ante comprehenſionem à curſu deſiſtatis.

Text. **V**Xor Loth reſpiciens poſt ſe uerſa eſt in ſtatuam ſalis.

Concl. 4. *Puniſiones aliquorum fiunt ad utilitatem cæterorum; ſeu eccleſia ſanctæ Dei.* [Ex eo.]

Ratio. Sal enim ſignificat ſapientiam. Vnde ex hoc, quòd uertitur in ſtatuam ſalis, dum punitur; datur intelligi, quòd pęnæ aliorum ſunt ad nos de ſapientia inſtruendos aptæ. i. in noſtrum documentum factæ ſunt, ut ſcilicet indè intelligamus, quid agere debeamus.

Corol. ¶ Ergo peſtilente flagellato iuſtus ſapientior erit, Prouer. 19. Ergo fęlix quem faciunt aliena pericula cautum. Nam fęlix, qui facit uoluntatem Dei, quæ eſt hæc, ut in pœnis aliorum diſcamus ſapientiam; quod eſt cautius declinare à malo, & facere bonum.

Not. ¶ Pondera hic bonitatem Dei: quomodo omnia, etiam ipſas aliorum pœnas, cauſat propter electos. Et ꝙ diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Et conſequenter, ꝙ de omnibus accidentibus etiam aliorum pœnis: ut quæ à Deo ueniant, debemus referre gratias Deo (Videa aurea Alberti uerba ſupra cap. 16. circa con. 1.) Hinc eſt: ꝙ lætabitur iuſtus, cùm uiderit uindictam; manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. Pſal. 57. Quaſi dicat mundiciam manuũ, ideſt operum ſuorum è pœnis peccatoribus datis extrahet, i. uiſo peccatorũ flagello, opera ſua in melius cõmutabit iuſt⁹.

Tex. **D**Ixitque maior ad minorem Pater noſter ſenex eſt &c. conceperunt ergo duæ filiæ loth de patre ſuo.

Concl. 5. *Periculoſiſſimum eſt cohabitare quibuſcunque mulieribus.* [Ex eo.]

Ratio. Nam inceſtum commiſit Loth ex cohabitatione cum filiabus ſuis: quæ (ut probabile eſt) aliqualiter Dei timoratæ prius erant.

Corol. ¶ Ergo melior eſt iniquitas uiri, quàm mulier benefaciẽs Eccl. 42. ideſt minus periculoſum eſt, quoad peccata carnalia cohabitare uiro iniquo, quam mulieri benefacienti. Ergo mulieres, aut penitus ignora; aut in communi ſcias: iuxtà cõſilium. B. Hieron. Ergo benefecit D. Aug. nolens, nec etiam ſororem ſibi cohabitare: quamuis & alia cauſa motus ſit.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI

PRæallecta concl. 5. cap. 19. deſtruit deliramentum illud erroneum Begardorum, & Beguinarum, quo dixerunt: ſenſualitatem hominis eſſe aliquando (ideſt cum ad ſtatum pfectionis in pſenti uenerit) ita perfectè ſpiritui, & rationi ſubiectam; ut tunc homo poſſit liberè corpori cõcedere qcquid placuerit. Ecce Loth adeò perfectus, ut Apoſtolorũ princeps. 2. Pet. 2. eius iuſtitiam grãdem grauiſſimis uerbis admirandam cũctis eſſe doceat, qui tamen an liberè cõcedere corpori poſſet quicquid placeret, iſte ſcripturarum locus inſinuat: ſimul per hoc inſaniam illam Begardorum eludens. Vide Gen. 19. con. 3 & loca ibi citata. Damnatur & error hic à Clemente quinto in Concilio Vienẽſi, ut patet in Clemẽ. de hære. cap. ad noſtrum. Ibi enim iſtum ipſorum, inter alios multos errores, connumerat & dãnat. Primus error eſt (inquit): quòd in uita præſenti talem, & tantum perfectionis gradum homo poteſt acquirere; ꝙ reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere nõ ualebit. Nam (ut dicũt) ſi quis poſſet ſemper proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri. Secundum eſt: ꝙ nec ieiunare, nec orare, oportet hominem, poſtquã gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus; quia ſenſualitas eſt tũc ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta, quod homo poteſt liberè corpori concedere quicquid placet. Tertius eſt: ꝙ illi, qui ſunt in prædicto ſtatu perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt ſubiecti humanæ obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Eccleſię obligantur. Quia (ut aſſerunt) ubi ſpiritus Domini, ibi libertas. Quartus eſt: ꝙ homo poteſt ita finalem beatitudinem ſecũdum omnem gradum perfectionis in pręſenti aſſequi, ſicut eam obtinebit in uita beata. Quintus eſt: ꝙ quælibet intellectualis creatura in ſeipſa naturaliter eſt beata: quòdq; anima non indiget lumine glorię ipſam eleuãte ad uidendum Deum, & eo beatè fruendum. Sextus: ꝙ ſe in actibus exercere uirtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe uirtutes. Septimus: ꝙ mulieris oſculum, cum ad hoc natura non inclinet, eſt peccatum mortale; actus autem carnalis, cùm ad hoc natura inclinet, non eſt peccatum, maximè cum tentatur exercens. Octauus: ꝙ in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debent aſſurgere nec eidem reuerentiam exibere; aſſerentes, ꝙ eſſet imperfectionis eiſdem, ſi a puritate, & altitudine ſuæ contemplationis tantũ deſcenderent, ꝙ circa myſterium, ſeu ſacramentum Eucharıſtię, aut circa paſſioné humanitatis Chriſti aliqua cogitarẽt. His narratis ſubiungit Papa. Nos ſacro approbante Concilio ſectam ipſam deteſtabilem, cum præmiſſis erroribus damnamus & reprobamus omnino: inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos de cętero teneat approbet, uel defendat. Eos autem, q ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. Porrò inquiſitores hęreticæ prauitatis in illos, quos culpabiles repererint, debitam exerceant ultionem. Hæc ibi. Attende quantos gradatim, ſub ſpecie perfectionis, pariant errores.

CONCLVSIONES
EX GENESIS.

CAPITVLO VIGESIMO.

SOror mea eſt &c. Aliàs autẽ & uerè ſoror mea eſt. *Text.*

Concl. 1. *Licet occultare ueritatẽ: ſine mendacio tamen.* [Ex eo.]

Fvit hoc ſine mendacio: quia Abraham exponens ſuam intentionem ipſi Abimelech, qui ipſum de mendacio arguere uidebatur; ait, Aliàs autem uerè ſoror mea eſt. Quaſi dicat quoad iſtam partem, ꝙ uideor mentitus, ſcito me non eſſe mentitum: quoniã uerè, & non fictè, ſoror mea eſt, ut dixi. Et notandum; quòd Sarra erat uerè, id eſt non falsè, ſoror Abrahæ, ſed tamen non erat ipſius ſoror uera, ideſt ſoror ex utero immediati patris, aut matris, Abrahæ. Nã immediatus pater Abrahæ erat ipſe Thare, immediatus uero pater Sarræ erat Aram filius ipſius Thare: ut patet ſupra cap. 11. ubi dicitur, ꝙ Arã fuit pater Melchæ, & Ieſchæ: per Ieſcham autem intelligitur Sarra. Erat enim binomia. Sic ergo Sarra erat neptis Abrahę i. filia fratris ſui. Nec obſtat, ꝙ hic Abraham dicit ly filia patris mei: quoniam pro patre reſpectu Sarræ intelligit patrẽ mediatum ſ. auum, qui erat Tharè, non autem immediatũ, qui erat (ut diximus) Aram. Et tunc textus ly & non filia matris meæ, inſinuat: ꝙ Tharè pater Abrahæ habuit plures uxores, ex quarum una genuit ipſum Abraham, ex alia uerò genuit ipſum Aram. Alioquin ſicut pater Abrahæ fuit auus *Ratio.*

Sarræ, ita mater Abrahę fuiſſet auia eiuſdem : & conſequenter Sarra ſicut erat mediata filia patris Abrahæ, ita eſſet filia matris eius, quod non poteſt dici, cùm ſit contra textum. In litera ergo accipimus ly ſoror, pro filia fratris; & ly filia patris mei, pro filia filij patris mei. Sarra itaq; referebatur ad Tharè, & tanquam ad auum ſuum, quatenus erat filia Aram, & tãquam ad ſocerum ſuum, quatenus erat uxor Abrahæ: quẽadmodum è regione idem Tharè reſpiciebat Sarram, & tanquam neptẽ, quatenus ex filio ſuo Aram deſcendebat, & tanq̃ nurum (ut in illo c. 11.) quatenus Abrahę filij ſui uxor erat.

Text. EN morieris propter mulierem, quam tul. Habet enim uirũ &c.

Concl. 2. *Aliqua ignorantia, & ſi quandoque in ſpeciem uideatur excuſare, non excuſat.* [Ex eo]

Ratio. ABIMELECH ex ignorantia, q̃ Sarra eſſet uxor Abrahæ, tulit eam in domum ſuam. Putabat autem, ſe eſſe excuſatum, ut dixit: & tamen non erat: ut pœna inflicta ſibi in cap. ſi. narrata teſtatur. Quare putabat ſe eſſe excuſatum? Quia debitam diligentiam circa id quærẽdum ſe feciſſe, credebat: & ob id dixit, ly in ſimplicitate cordis mei feci hoc; & Dominus in eius ſenſu reſpondit ly ſcio, q̃ ſimplici corde feceris, i. ſcio, q̃ circa hoc te feciſſe debitam diligentiam credis; atque ideò te nõ peccare ex malitia: licet non totaliter propter hoc excuſeris. Quare non erat totaliter excuſatus? Quia re uera diligentiam ſufficientem non fecerat.

APPENDIX.

1 HINC habes: quòd multa fieri poſſunt, & aliquando ſiunt peccata, quæ non creduntur peccata. Eadem enim ratione, qua unum peccatum committit, potuit ipſe, & alij, committere plura. Iſta ſunt peccata occulta nobis de quibus dicit Pſal. 19. Ab occultis meis mũda me. Secundò ha-
2 bes: quòd peccata non tantum ideò imputantur nobis, quia nos credimus illa eſſe peccata; ſed etiam ideò nobis imputãtur, quia re uera ſunt peccata. Propter. n. noſtrũ negare, nihil mutat in re & conſciẽtia erronea nõ excuſat. 1. 2. q. 19. ar. 6. q articulus uiciſſim pſenti loco ſcripturæ cõfirmat (ut patet).
3 Tertiò habes ab oppoſitis: q̃ nõ ideò iuſtificatus, & ſanctus, atque prædeſtinatus eſt quis; quia ita credit: ſed quia opera ſua ſic atteſtantur. Hoc eſt: quòd non ad credulitatem alicuius ſequitur ſanctitas ipſius, atque ſalus animæ: ſed ad opera. Non ergo ſi credideris te ſaluandum & te eſſe ſine peccato, ideò ſaluaberis; aut ſine peccato eris: ſed ſi opera feceris tali credulitate condigna. Vide. Crediderat Abimelech, ſe eſſe ſine peccato tali; nunquid ex hoc fuit ſine peccato? Non. Si debitum opus tali credulitati reſpondens feciſſet ſanctus ne, quò ad hoc. i. ſine peccato fuiſſet? Vtiq; Nõ igit tali noſtræ credulitati datur ſalus: ſed operi. Opera ergo ſũt de neceſſitate ſalutis. Nũquid vnquàm legis; Deum redditurum eſſe unicuique ſecundum hanc credulitatem eius? Minimè. An non magis legimus ſemper: q̃ ipſe in die iudicij unicuique dabit ſecundum opera eius? Vtique. Vnde ergo hæretici quidam prædictam falſam fiduciam expiſcati ſunt? Ex officina ſui patris diaboli. Vtiq; id apertè uideſne? Ideò hanc aſſerunt illi, ut à malis operibus patrandis minùs caueant: uel ſaltem (ut patet) ad hanc eorum aſſertionem hoc ſequitur, q̃ minus peccata curare ſtudeant. Quid quærit diabolus? Nobis uia peccandi aperire: & peccata ipſa nobis obuelare, nè de illis pœnitentiam agamus. Quid magis, quàm hæretica illa fiducia nobis uiam peccandi aperit; peccataque ipſa nobis, nè eadem cognoſcamus, obuelat? Opera mala feci, inquis. Reſpondet illa. Non ideò damnaberis, vel minus ſanctus eris. Verum, inquis: ſi tamen pœnitentiam de illis malis operibus faciam. Reſpondet illa. Nè grauaeris de hoc. Eu, dũ oſtẽ-
Matt. 7. Eſai. 3. dit iſta nos nolle grauare: tunc maximè grauat, & damnat. Verè hęretici ſunt hipocritę: & uenientes ad nos in ueſtimẽtis ouium, intrinſecus autem, ſũt lupi rapaces. Verè ab illis nos cauere, uoluit Eſaias dicendo: Popule meus, qui te beatum dicunt, te decipiunt. Audi Syrenarum uoces. Nè, inquiũt grauearis de hoc. Pœnitentia. n. non eſt neceſſaria: ut. ſ. opera bona facias, & de operibus malis p opera pęnalia ſatisfacias. Hoc, inquiunt, durum nimis eſt. Sed audi me, hæreſia hæc præſumptuoſa dicit: Et facilem tibi uiam oſtendo ſalutis, etiam q̃ millia delictorum habeas. Credulitatem hanc tene in corde tuo; quòd Deus tibi peccata relaxauit, immò etiam q̃ te prædeſtinauit: & prædeſtinatus es, immò iam ſanctus atque in gratia Dei exiſtens & ſatisfactum eſt ad plenũ pro te. Credulitas enim illa te ſaluum à quibuſcunque malis, interueniente Dominica paſſione, facit: etiam q̃ nil aliud opereris. Eya Hæretice, quam facilis, quam & facillima uia hæc eſt, quam nobis pro omnium ſalute uelans adinueniſti. Tibi gratias magnas: quoniam ſic magnopetè pro communi bono laboraſti. O bellum hominem. Nũquam non legiſti Matth. 7. Via lata eſt ac ſpacioſa, quæ ducit ad mortem; & multi (& tu unus ex illis: immò multorum illorum conductor) ingrediuntur per eam? Nunquam uidiſti in Prouer. 14. eſt uia quæ uidetur homini recta; & nouiſſima eius ducunt ad perditionem? O quam lata, ſed non lęta; ò quam ſpacioſa, ſed non ſpecioſa; ò quam recta uiſa, ſed non recta exiſtens, iſta uia tua eſt. Vis tu, etiam ſi protervias, uidere: q̃ nouiſſima illius uię tuę ducunt ad perditionem? Attẽde hic ad figuram tui. ſ. ad Abimelech. Iſte rex erat. Tu rex ſuper filios ſuperbię es. Putauit iſte, q̃ uia ſua eſſet recta: & tamen poſtmodum per flagella eruditus cognouit q̃ uia illa idest opinio ſua ſemetipſum ad perditionem ducebat. Vides figura tui iſte in hac ſua ſententia eſt. Quid ergo? Opinio illa tua, inanis illa fiducia tua, immò hæreſis illa tua, & te & tuos, quantũs uera tibi homini animali uideatur, infallibiliter ducit ad mortem: ad mortem. ſ. quorumcunque peccatorum hic abſque ullo freno patrandorum, & mortem gehennalium flagellorum ſine fine habendorum. Scrutamini ſcripturas, igitur; & ſtudete: Vt (ſi poſſibile eſt) ſaluemini.

¶ Vide. ſ. c. 12. ſimile de Faraone: & applica huc: & ſcito omnia prædicta Lutheri & ſimilium eſſe damnata a Concil. Trid. Seſſ. 6. ca. 9. 11. 12. 13. 14. Et can. 9. 12. 14. 15. 20. 21. 29. Iuum à Leone X. in bulla contra errores Lutheri.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

ISTA concluſio 2. cap. 20. (ut patet intelligenti) deſtruit hæreſim Libertinorum dicẽtium q̃ peccatum nõ eſt, niſi opinione eorum, qui ſe peccare putant. Licet enim Abimelech putauerit (ſicut & Pharao ſuprà c. 12. con. 8.) ſe in hoc facto non peccare: peccauit tamen. Nec obſtat textus ly, cuſtodiui te, nè peccares in me: quoniã ſic intelligitur, i. nè in peccato ex ighorantia facto perſeuerares, aut etiam nè magis peccares. Nondum enim Rex Abimelech tetigerat Sarram; ſed ipſam iam in domum introductam more aſſ. ſ. u poſt aliquot menſes (ut moris erat regibus, Heſter. 2.) tangere intendebat: quod ſanè fuiſſet maius peccatum, quam prius. Re uera namque hoc ultimum fuiſſet adulterium conſumatum: cùm tamen peccatum prius, i. introducere ſic illam in domum non fuerit tãtum (ut patet). Damnatã quoque fuiſſe illam hæreſim intelligas à Prouer. 2. ubi de peccatoribus maximis loquens, eos deteſtando, inquit; Lętantur, cum maleſecerint, & exultant in rebus peſſimis. Ecce; quòd res peſſimæ non deſinunt eſſe tales, etiam ſi operantes illas exultent, quaſi opinantes, res illas nõ tantum non eſſe peſſimas, ſed eſſe bonas & commendatione dignas. Opinionem namque ſuam declarat exultatio illa: id quod innuit ipſemet ſapiens dicendo, Prouer. 14. eſt uia, quæ uidetur homini iuſta, nouiſſima autem illius deducunt ad mortem: & adhuc apertius Prou. 12. uia ſtulti recta in oculis eius, & ibid. 10. quaſi per riſum ſtultus operatur ſcælus. Damnat & à Papa Clemente quinto in Cõcilio Vienẽſi. Si enim peccatum non eſſet peccatum, niſi opinione eorum, qui ſe peccare putant, tunc uſuræ peccatum non eſſet illis pro peccato imputatum, qui uſuram non eſſe peccatum tenent. Per hoc ergo, quòd declarat Clemens uſuram eſſe peccatum etiã iſtis erronea circa hoc opinione laborantibus, dãnat abſque dubio hæreſim Libertinorum: & tanto uehementius, quanto tales ſic opinantes nõ tantum non excuſari à peccato dicit, ſed maximè aggrauari. Quandoquidem opinio huiuſmodi reputatur, & eſt illis hæreſis. Si quis (inquit) in illum errorem inciderit, ut pertinaciter affirmare præſumat, exercere uſuras non eſſe peccatum, decernimus eum uelut hæreticum puniendum: Locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus diſtrictius iniungentes: ut contra eos, quos de errore huiuſmodi diffamatos, aut ſuſpectos inuenerint, tanquam contra diffamatos uel ſuſpectos, de hæreſi procedere non omittant. Habetur tale decretum in Clemẽt. de hæretic. cap. Sanè. Ergo hic uniuerſaliter ab Eccleſia determinatum eſſe uides: quòd conſcientia erronea non excuſat: ut

etiam

etiam docuit eiuſdem eccleſiæ doctor D. Thomas.1.2.q.19. art.6. Et optimè. Alioquin heretici, & contemptores legis, eſſent melioris conditionis, quam catholici, & timorati: quoniam ſecundum opinionem illorum hæreſes ſuæ, & peccata, non ſunt hæreſes, nec peccata, immò ipſiſſimæ ueritates, & quædam laudabilia uel ſaltem non ſic grauia. Vide Comp. Alber.lib.7.cap.9.Schol.

Text. EN morieris &c.

Concl. 5. *Deus pugnat pro ſeruis ſuis.* [Ex eo]

Ratio. ABRAHAM Dei ſeruus offenditur a rege iſto, dum illi ſuam uxorem aufert: Et Deus pro Abraham contra regem inſurgit, ac illi de extremo ſupplicio.ſ. morte comminatur. En, inquit, morieris propter uxorem. &c. Et mirum de hac Dei pro ſeruis ſuis pugna. Nam Abrahamus (quod legatur) pro ſui uindicatione dominum non rogauit: & dominus pro illius defenſione zelauit. Quid feciſſet dominus pro ſeruo, ſi rogaretur: quando tanta pro illo non rogatus effecit? Beati igitur ſunt ſerui Dei, atque ubique ſecuri: ex quo tàm acerrimum defenſorem habent, atque promptiſſimũ.

Not. ¶ Aliud eſt rogare Deum pro defenſione ſui: aliud eſt rogare ipſum pro uindicatione ſui. De hoc ſecundo diximus: ꝙ Abraham Deum (ut uériſimile eſt) non rogauit. De primò autem dicimus: ut in ſequenti Corollario.

Coroll. ¶ Ergo reuela domino uiam tuam, & ſpera in eo; & ipſe faciet Pſal.36. Credendum enim eſt; ꝙ Abraham orauerit deũ pro conſeruatione caſtitatis Sarræ; & ſperaret in eo: & dominus ipſe fecit.i. per flagella data ipſi Abimelech conſeruauit immaculatam Sarram. Ergo Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges Pſal.104.eis, uidelicet ſeruis ſuis. Ergo iacta cogitatum tuum in domino: & ipſe te enutriet Pſal.54. Hoc dicitur ad quemlibet ſeruum Dei.

¶Ad Euangelium. Nolite ſoliciti eſſe quid mãducetis &c. ſcit enim pater ueſter, quia his omnibus indigetis Matth.6. Et ad Epiſtolam.D.Pauli. Philip.4. Nihil ſoliciti ſitis: Dominus propè eſt. Vel ad ſimile applica.

¶ Simile uide ſupra de Pharaone cap.12. & applica huc.

Text. ORabit pro te: & uiues.

Concl. 4. *Orationes ſanctorum uirorũ multum nobis proſunt.* [Ex eo]

Ratio. ABRAHAM pro Abimelech orationem ad deum fundit: & Abimelech ſanatur.

Not. ¶ Tàm ſunt acceptę Deo orationes factæ pro alijs: ut ad hoc faciendum moneat. Quid dicit Deus? Vocat Abimelech ipſam, eique conſulit: Vt uadat ad Abraham rogando illum, quatenus pro ſeipſo orationem deo porrigat. Vbi aduerte: ꝙ Deus hic & orandum pro alijs conſtituit, Et orationes perſonarum offenſarum pro offendentibus factas uehementer gratas ſe habere ſignificat. Orandum igitur pro alijs: Et etiam pro inimicis. Si igitur Deus pro inimicis (ut hic patet) orandum admonet, uòque nos diligere inimicos noſtros approbat: tantùm abeſt, ut antiquitus nos inimicos noſtros odire conſuluerit; ut ſcribę deduxerant ex ly diliges amicum tuum. Leuit.9.

¶ Ergo bonum eſt commendare ſeipſum orationibus aliorũ maximè: cũ credere debeamus, alios eſſe nobis ſãctiores. Ergo ſi oratio uiri, ſancti quidẽ, ſed tamen adhuc in uia, tãtũ ualuit pro alio: quid ſenoendum de orationibus ſanctorum in patria pro alijs? Interceſſio igitur ſanctorum comprehenſorum hic à Deo uiatoribus implicitè ſuadetur, exaudiendaque inſinuatur.

Text. EN morieris. Nunc ergo redde eam: orabit pro te, & uiues. Si autem nolueris, morieris.

Concl. 5. *Comminationes diuinæ intelliguntur cum hac conditione, ſi.ſ. perſtiterimus in malo; etiam ꝙ abſolutè proferantur.* [Ex eo]

Ratio ECCE, ꝙ Deus primò comminatus eſt mortem dicens: En morieris, nulla addita conditione. Poſtea conditionem, tanquam declarans præmiſſam comminationem, appoſuit addens: Nunc redde &c.i. ſi reddideris, non morieris: ſi non reddideris, morieris.

¶ Ergo pœnitentia placat iram Dei. Ergo ſi mutauero delictum: & deus mutabit ſententiam. Vide Compend. Alber.lib.1.ca.19.ſchol. Ergo in me eſt puniri. Si enim uoluero puniri, puniar: ſi, ut decet, noluero, non puniar. Ergo de ſui punitione non conqueratur quis: ſed de ſeipſo. Ergo de Deo comminante non conquerendum: ſed eſt ipſi de hoc gratias agendum. Nunc enim, quando prius punitionem nobis comminatur, eſt ac ſi patenter clamans diceret, Fugite à facie arcus, Pſal.59. Ergo Deus tam intensè, quantum ex ſe eſt non uult mortem peccatoris: ut etiam peccatorem morte dignum præmoneat, atque modum inſinuat, quo mortem euadat. Ergo Deus eſt miſericordia plenus; & nos omninò inexcuſabiles, ſi punimur. *Coroll.*

¶Ad Euangelium Matth.11. Veh nobis &c. Veh tibi &c. Vel ad aliquid ſimile. Intelliguntur enim conditionaliter; vt hic. Quod & ipſe Dominus declarauit. Poſtquam enim aliquibus dixerat Ioan.7. In peccato veſtro moriemini: mox, quaſi exponens dicti ſui ſenſum, ſubdit ibid. Si non credideritis, moriemini in peccatis ueſtris.

CONCLVSIONES EX GENESIS,

CAPITVLO XXI.

OMnia, quæcunque dixerit tibi Sarra, audi vocem eius. *Text.*

Concl. 1. *Obedientia ita eſt Deo placita: ut Deus nos uelit obedire etiam inferioribus in bonis.* [Ex eo.]

EN Abraham eſt maior Sarra, & maioris perfectionis: & tamen Deus uult, quòd Abraham acquieſcat bono conſilio Sarræ. *Ratio.*

¶Ergo ambulare ſecundum caput ſuum, nolendo acquieſcere bono conſilio, etiam ſui ſubditi, diſplicet Deo. Ergo, a fortiori, bonum eſt aſſentiri ſanctæ matri Eccleſiæ: eiusque conſilijs. Hunc ergo locũ attendant hæretici, qui nolunt captiuare ſuum intellectum ſanis conſilijs Eccleſiæ Romanæ. Inueharis contra illos. *Coroll.*

¶Noluit homo obedire Deo immediatè, quãdo de ligno non manducando iuſſit; Et Deus nunc, poſtquam ſibi immediatè non obediuit, uult; ut etiam ſibi inferioribus obediat. Voluit ergo fugere obedientiam: & maiorem ſibi obligationem comparauit nolens. Maius enim eſt obedire homini, atque Deo: quàm Deo ſoli. Superbus adeò fuit in principio, ut altiſſimo Conditori ſubijci recuſatit: Et nunc, ut eius ſuperbiam vndique cõterat Deus, vult; quòd infimiſſimo homini ſubijciatur. Noluit, ſalutem ſuam fidere Deo: Et nunc homini ſub Deo ſalutem ſuam fidat, oportet. Quid hinc talis? Quòd homo vnam Crucem fugere uolens in maiorem incidit noſtros. Ruſum. Quòd diuino pręcepto faciliori poſtergato, difficilius præceptum expectare debemus. Item quòd cum Deo contendere non poſſumus, & uincere: niſi obediendo illi, quæ contentio bona eſt. Quid hic contra Hæreticos habes? Quòd nullam à Deo inſpirationem pręſtolari debent, niſi hanc regulam, ex præſenti textu ſumptam: Omnia quæcunque dixerit uobis ſancta Romana Eccleſia, audite uocem eius. Ecce. Noluit Deus per ſemetipſum de agendis inſtruere Abrahamum, ſeruum ſibi fideliſſimum; ſed ad Sarram, qua media ipſum inſtrueret, remiſit: multò igitur magis per ſemetipſum nolet de ſalutiferis infideles inſtruere, ſed ad Romanã Eccleſiam remittet inſtruendos. Nota ergo, quòd ſi Abrahamum ad inferiorem remittit Deus: multò magis ad ſuperiorem ſanctam.ſ. Eccleſiam illum ipſum condecet remittere iſtos. Quid garriunt ergo? Vnde ſibi tot ſcripturarum bonos ſenſus uendicant? Audiant Deum. Omnia, quæcunque dixerit tibi Sarra, audi uocem eius. Nolo, inquit, uos docere rem aliquàm: quoniam mediam perſonam, per quam uos doceam, uobis dedi. Per illã uos doceam: per meipſum autem nihil. Quòd ſi per ipſam edoceri non uultis, meæ ordinationi reſiſtitis; quam hic uobis à fortiori inſinuati poſitam. Si autem meæ ordinationi reſiſtitis: non mirum, quòd in omnibus obtenebremini. Nã, *Not. 1.* *Contra hæreticos*

Rom. 13. qui ordinationi Dei reſiſtunt (Apoſtolo teſte) ipſi ſibi, non aliquis alius illis, damnationem acquirunt.

¶Regulam igitur hic poſitam cum Abrahamo ſeruent omnes: ut uerè filij Abrahæ, & non adulterini exiſtant. Nec, ſi Abraham tantus inferiori ſe ſubiecit, dedignentur aliqui ſuperiori uoluntariè ſeipſos, illius uocem audiendo, humiliare. Vide Compend. Alber. Mag. lib. 5. cap. 43. ſchol. & lib. 7. cap. 9. ſchol.

Not. 2. Aurea ſunt hæc uerba. ¶Præmiſſam notationem, pro quanto ad ſuum propoſitum facit, aduertant homines ſpirituales. Sciant igitur; Deū per mediam perſonam, i. per patrem eorum ſpiritualem, illos edocere uelle de multis: quæ tamen per ſeipſum edocere nō uult. Vt quid enim illis mediam perſonam aſſignauit: niſi ut per illam eos doceret, regeret, gubernaret? Audiant ergo regulam iſtam: omnia quæcunque dixerit tibi pater ſpiritualis, uel media perſona a Deo tibi data, audi uocem eius. Iure igitur nouerint, ſibi denegari multa à Deo docenda: quæ per mediam perſonam docebit. Humilientur ergo &c.

¶Applica ad Matth. 23. Quæcunque ergo dixerint facite.

Text. NOn enim erit hæres filius ancillæ &c.

Concl. 2. *Timor ſeruilis ſolus non ſufficit ad hæreditatem cœli capeſcendam.* [Ex eo.]

Ratio. NAM D. Paulus Gala. 4. Pro hac hæreditate intelligit hæreditatem ipſius cœleſtis Hieruſalem: Et per filium Agar ipſum ſpiritum ſeruitutis in timore.

Not. ¶Ex hoc tamen, caue, nè inferas, quòd timor ſeruilis non ſit bonus, uel quòd ſit noxius, quorum contradicentes Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. Vide Compen. Alber. lib. 3. cap. 1. ſchol. & libro 5. cap. 40. 41. ſchol. Item Elucidatio. Addition. art. uetme. 1. 19. 27.

Tex. IN qua verſatus es: vt aduena. (Item in fi. cap.) Fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

Concl. 3. *Longanimitas eſt neceſſaria ſeruis Dei.* [Ex eo.]

Ratio. LICET Terra Palæſtinorum fuiſſet promiſſa Abrahæ poſſidenda, tamen non eſt actu tradita ipſi in poſſeſſionē: ſed habitauit in ea tanquā aduena in caſulis habitando, Heb. 11. Immò nec paſſum pedis inibi poſſedit, Act. 7. Vnde longanimitas in fide ipſi Abrahæ neceſſaria fuit: quam ſanè longanimitatem & ille habuit; & nos, qui filij eius eſſe debemus, habere ſemper condecet.

Not. ¶Hanc longanimitatem proceſſiſſe ex fide teſtatur Apoſtolus Heb. 11. Fide, inquit, demoratus eſt in terra promiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando, cum Iſaac & Iacob cohæredibus promiſſionis eiuſdem. Vbi per ultima uerba hæc oſtenditur: quòd longanimitas prædicta Abrahæ durauit per totam uitam ſuam; nec tamen, etiam quòd ſemper ſine actuali poſſeſſione uſque ad mortem incluſiuè perſtiterit, unquam in fide hæſitauit circa promiſſiones diuinas; quin in omnibus, & pro omnia adimplendæ totaliter forent. Et hic ergo Abraham in ſpem contra ſpem credidit: non tantum ibi Rom. 4. Diſcant hinc Chriſtiani, quomodo circa promiſſa diuina ſe habere debeant; ut & in hoc ſint filij Abrahę.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXII.

Tex. TOlle filium tuum vnigenitum &c. & offeres illum in holocauſtum.

Concl. 1. *Deus uult ſuper omnia diligi à nobis.* [Ex eo.]

Ratio. EN: quòd Deus uult amorem ſui præponi ab Abraham illi rei, quam ipſe Abraham maximè diligebat: immò præcepit, ut ipſius Dei amore eum exponeret, à ſe remoueret, quin potius ſuis ipſum manibus necaret.

APPENDIX.

HINC habes: quòd propter nullam rem debet retardari amor noſter in Deum. Et ſi de aliqua re tali aduertimus: ſtatim hanc, quatenus impedimentum huiuſmodi eſt, proprijs manibus necare debemus. Hoc dico enim: non quia Iſaac fuerit Abrahamo impedimentum aliquod tendendi in Deum per amorem, ſed quia hoc nos documentum, per talem iuſſionem ad Abraham factam, Deus docere uoluit.

¶Ad Euangelium Matth. 10. Non ueni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum &c. Qui amat patrem, aut matrem, aut filium, aut filiam pluſquam me, non eſt me dignus. Vel ad aliud ſimile.

Tex. ABraham de nocte conſurgens.

Concl. 2. *Obedientia perfectiſſima debet eſſe prompta, nec ſecundum rationem ullas difficultates expaueſcere, nec aliqua apparentia impedimenta in excuſationem adducere.* [Ex eo.]

Ratio. ABRAHAM habito difficillimo præcepto nocte non expectauit Solis ortum: ſed ob ſitum obediendi ſtatim de nocte ad exequendum præceptum ſurrexit. Hic etiam uidebatur difficultas quædam ad ambulādum, & periculoſum quid propter multa, & indecens dignitati tanti hominis, quantus erat Abraham: Et tamen, omnibus his poſtergans, Abrahā, ut obediret, nec difficultatem noctis, nec eius pericula, nec indecentiam allegauit. Ergo obedientia cita, uoluntaria, ſimplex debet eſſe.

Not. ¶Ad idem nota: quòd Abraham fuit ſtabilis in obedientia maxima, ex quo ſuper tam prolixum iter in obediendi intentione perſeuerauit. Item, quòd a uiſceribus paternis, cum dulciter filium pergēdo alloqueretur, eiusq; uiciſſim dulcia uerba audiret; & cùm ipſum proprijs manibus alligaret; & cùm ſuper eum ſibi ab oculos ſic humillimè poſitum, gladium uibraret: quòd inquām, in his omnibus Abraham non eſt ab obedientia deductus.

Coroll. ¶Ergo obedientia cita, prompta, uoluntaria, ſimplex (ut diximus) perſeuerans, nulli pietati humanæ cedens; & (ut ita dicam) ubi crudelis exiſtat: ut uerè pia ſit. Ergo quędam crudelitas dici poteſt bona: ſicut & quædam miſeratio dicitur iniqua. 2. Machab 6.

¶Applica ad Euangelium de obedientia tractans.

Tex. NVnc cognoui, quòd timeas Dominum.

Concl. 3. *Deus dicitur in ſacra Scriptura plerunq; cognoſcere: quando facit nos cognoſcere.* [Ex eo.]

Ratio. QVIA per obedientiam hanc, Deus fecerat homines cognoſcere, quòd Abraham timeret dominum: ideo ipſe Deus dicit, Nunc cognoui.

Coroll. ¶Ergo & dicitur neſcire aliquid: quando relinquit nos in noſtra inſcientia, de illo. Vt. De die iudicij nec filius ſcit. Ergo dicitur orare pro nobis: quando facit nos orare. Vt. Ipſe ipſius interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ergo dicitur uelle, omnes homines ſaluos fieri: quando facit hominem in charitate pro omnibus uelle, omnes ſaluari. Vt. Vult omnes homines Deus ſaluos fieri; quandoquidē, ſcilicet ipſi in charitate exiſtenti non eſt maior ratio de uno quam de alio; cùm neſciat prædeſtinatos à reprobis ſecernere.

Mar. 13. Rom. 8. 1. Tim. 2.

Tex. PEr memetipſum iurauit, dicit Dominus.

Concl. 4. *Iurare per Deum, non eſt per ſe illicitum.* [Ex eo.]

Ratio. NON enim Deus iuraret per ſeipſum: ſi iurare per Deum eſſet illicitum. Veruntamen nè fiat illicitum iuranti: ſeruanda ſunt locus, & tempus, & quædam aliæ circunſtantiæ ad hoc; ut iuramentum licitè fiat: quæ alibi (Deo fauente) dicentur. Vide cap. 47. concl. 4.

Text. QVia non pepercisti &c. propter me: Benedicam tibi &c.

Concl. 5. *Deus eſt plurimum beneficus facientibus aliquid propter ſeipſum.* [Ex eo.]

Ratio. PRO cauſa, quare uult benedicere ipſi Abrahæ adducitur à Deo, quòd Abraham fecerat hanc rem propter Deum.

Not. 1. ¶Aduerte ly propter me. Nam hoc eſt ratio formalis, quare aliquis premiatur à Deo. Si enim quis faceret omnia, & non propter Deum: non premiaretur à Deo, ſaltem in uita æterna.

Not. 2. ¶Quantùm obedientia ſit Deo grata, aduerte per hoc, ꝙ omnia quæ Abrahæ promittuntur, promittuntur ei propter hoc, quòd fuit obediens diuino præcepto. Quia, inquit, obediſti uoci meæ.

Corol. ¶Ergo ſic inſtanter petit à nobis cor.i.uoluntatem noſtrã: quia ſcilicet tunc erimus illi obedientes: & conſequenter omnia bona hic Abrahæ promiſſa conſequemur. Huius corollarij ratio eſt: quia in obedientia mactatur proprium cor, ideſt propria uoluntas.

CONCLVSIONES. EX GENESIS.

CAPITVLO XXIII.

Text. VEnit Abraham, ut plangeret eam.

Concl. 1. *Licet plorare amicos mortuos.* [Ex eo]

Ratio. NAM non compati ſuper mortuos eſt animi crudi; qui animus à uiris ſanctis, & à natura humana alienus eſt. Hoc autem eſſe alienũ ab utriſque, patet in hoc planctu Abrahę, de quo textus: quia Abraham & ſanctus erat, & homo.

Corol. ¶ Ergo illud .1. Theſal. 4. Nè contriſtemini de dormientibus, nõ intelligit ſic quaſi prohibeat naturalem & Chriſtianam triſtitiam: ſed intelligitur, quòd prohibeat triſtitiam nimiam, & deſperatam. Vnde idem ſubinfert: ſicut & gẽtes, quæ ſpem non habent. Quaſi dicat. Non dico, nè abſolutè contriſtemini: ſed nè taliter quemadmodum illi, qui ſpem reſurrectionis non habent. Huius ſimile habes in Euangelio Matth. 6. Nolite orantes multum loqui. Quare ergo Eccleſia longas, prolixaſque tam die, quam nocte fundit orationes: quod hæretici, nolentes forſitan illud Saluatoris

Contra heret. dictum ſeruare, non faciunt? Quia Christus non inhibuit ibi abſolutè prolixas ad Deum preces: ſed cum additione hac, ſcilicet ſicut Ethnici faciũt. Multiplicationem igitur precum ea intentione, qua Ethnici multiplicant, diſſuaſit: non aliter. Nam & Chriſtus prolixius orabat Luc. 22. & erat pro noctans in oratione Dei Luc. 6. Vide cap. 25. con. 5. Appen. de intentione huiuſmodi.

Not. ¶ Abraham mortuã Sarram plorauit primò propter hoc;
1 ꝙ erat humanum cor habẽs. Humanum enim cor illud eſt:
quod alienæ miſeriæ, quatenus miſeria eſt, compatitur. Vnde compaſſionem ſe habere Comicus ille monſtrare uolens,
2 aiebat: Nihil a me humani alienum putes. Secundò propter hoc, ꝙ familiaris erat ſibi. Amicorum autem eſt: ui alter ſe reputet alterum: & conſequenter, ut alterius miſeriam reputet ſuam: & conſequenter, ut de alterius infœlicitate doleat tanquàm de ſua. Infęlicitas autem grandis (ſi naturaliter
3 loquamur) mors dicitur eſſe. Tertiò propter hoc; ꝙ Sarra erat ſancta & iuſta. Difficile nanque cum tales reperire, ſit; mœſtitia bonis eſt magna, quando boni diem claudũt extre-
4 mum. Quartò propter hoc quòd peccati originalis recordabatur, cuius effectus eſt mors. In effectu autem cũ ſua cauſa repræſentetur, ni ſa morte ſancti peccatum uidebant: & cũ peccatum doloroſum apud bonos exiſtat, non mirum, ſi de
5 morte ſuorum ualdè dolebant. Quintò propter hoc: ꝙ in morte aliorum mortem ſuam conſiderabant. Et ita recordantes ſe (ut ille) morituros, dùm aliorum mortem lugebãt, ſuammet luctu ſimul præueniebant. Qui ergo aliorum mortes maximè bonorum & familiarium, non debere nos plangere affirmant (cuiuſmodi quidam hæretici fuerunt), oſtendunt per hoc, ſe & prædictis quinque bonis eſſe priuatos, & uelle hæc eadem bona de mundo auferre. Defectu nanque primi boni, beſtiæ ſunt; immò beſtijs, ꝗ ſuorum mortẽ modo ſuo lugent, peiores. Defectu ſecundi, oĩum quodãmodo inimici ſunt: quoniã inimicorũ, ut ſic, perſonas oõ lugendo tantam illorum miſeriam agunt. Defectu tertij, bonos hic in magna numero reperiri, non curant: ſiue bonos ſe non cognoſcere fingunt. Defectu quarti, originalis peccati ſe cõſideratione debita carere monſtrant: aut illius contractionẽ à poſteris Adæ negant. Defectu quinti, ſe mortis propriæ immemores eſſe comprobant. Bonis ergo illis quinque non tantum ſe carere per hoc declarant: ſed etiam malis oppoſitis eſſe affectos.

¶ Applica ad Euangelium Ioan. 11. ſicut ad Lazari monumentum: Videbis; uerum Abrahamum amici ſui lugere mortem. Vel ad aliud ſimile.

ABraham adorauit populum terrę, filios uidelicet Heth. *Text.*

Concl. 2. *Adorare homines ſuper terram, adoratione Duliæ, eſt licitum.* [Ex eo]

ABRAHAM eſt fidelibus datus in Exemplum à Deo p hoc, ꝙ dictum eſt ei, Sup. 17. patrem multarum gentium conſtituit te, ut ſcilicet non tantum uerbo, ſed & facto inſtrueret ſuos de his, ꝗ licita ſunt: & ipſe nunc adorat homines uiuos. *Ratio.*

¶Similẽ adorationem factã à uiris ſanctis erga homines habes in multis ſcripturę locis: uidelicet de Iacob erga Eſau infra 33. Dauid erga Saul 1. Reg. 24. Nathan prophetę erga Dauid 3. Regum 1. *Not.*

¶Ergo dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. Deuter. 6. intelligitur de adoratione latrię. Nam ex geſtis ſanctorum, expoſitio ſcripturæ petenda eſt: quoniamquidem ſpiritus (Auguſtino teſte) qui ſcripturam ſacram dictauit; uiros ſanctos ad hoc, ut ſic operarentur, egit. Ergo taceant Hæretici neſcientes ſcripturas, qui illi authoritati in Deut. innixi catholicos de idolatria taxant: dum ſummum adorant Põtificẽ. In tanta enim ſcripturarũ luce cęcutiunt; non intelligentes: uel ſe non intelligere fingentes: ꝙ adoratio in ſcripturis ſacris multis modis ſumitur. Vide Compen. Alb. li. 5. cap. 58. 60. in tex. ex ſcl. o. *Corol.*

COnfirmatusq́; eſt ager quondam Ephronis in quo erat ſp. &c. Intercedite pro me: ut det mihi ſp. &c. *Tex.*

Concl. 3. *Licitum eſt emere fundum ad uſum ſepulturæ, ſiue Eccleſiæ ad inſtituendum ſcilicet ibi cimiterium, uel Eccleſiam: quamuis non Eccleſiam neque ſepulcrum.* [Ex eo.]

QVANDO loquitur Abraham de ſepulcro per ly intercedite pro me apud Ephron filium Seor: ut det mihi ſpeluncam duplicem dicit, ut det, non dicit ut uendat: quando autem loquitur de fundo, ſeu terra ubi ſepulchrum inſtituere uolebat per ly Dabo pecuniam pro agro, ſuſcipe eam: & ſic ſepeliam mortuum meum in eo: dicit dabo pecuniam. Nec obſtat, ꝙ locutioni de ſepulchro mox annectit ly pecunia digna tradat eam mihi: quoniam per hoc Abraham non intẽdebat emere niſi terrã cũ eã, uel non niſi redimere uexationem ſuam. Quaſi diceret. Si nolueris gratia dare: ego tunc eius intentione aſtrictus faciã redẽptionẽ uexationis meæ. *Ratio.*

¶In his, & ſimilibus locutiones formales ſunt attendẽdę: ſi iudicandum eſt de ſimonia. Puta. Eccleſia, ut eccleſia; ſepulchrum, ut ſepulchrum; Calix, ut calix; & huiuſmodi. Vide Comp. Alb. lib. 5. c. 14. ſchol. & 2. 2. q. 100. per totum, maximè art. 4. ad tertium. *Not.*

ABraham ſepeliuit &c. *Tex.*

Concl. 4. *Sepelire mortuos: & hoc in ſepulcro parentum ſuorum, & ſanctorum, & aliàs propinquorum, eſt licitum.* [Ex eo]

IN ISTO ſepulchro erat ſepultus Adam & Eua Ioſ. 14. propter quorum reuerentiam, uel parentelam, & ſanctitatẽ, & huiuſmodi, motus eſt Abraham ad ſepeliendum Sarrã ibi. *Ratio*

¶De locis ſepulturæ electis a ſanctis uiris; vide de multis *Not.*

patribus

patribus infra c.49. lib. Regum, Paralipomenon, &c. Adeò approbatur iſta concluſio a Papa Leone, & Innocentio, extra de ſepul. c. Nos inſtituta, & c. fraternitatem; ut ſi quis contra antiquam conſuetudinem & laudabilem hãc faciat in teſtamento ſuo, malè faciat: & irritetur illud, quod fecit.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXIIII.

Text. POſuit ergo ſeruus, &c. iurauit.

Concl. 1. *Iuramentum eſt licitum quandoque.* [Ex eo]

Ratio. Non enim Abraham hoc indixiſſet ſeruo niſi iurare eſſet tunc licitum. Nam, cùm ſcriptum ſit, ꝙ etiam malefacientibus conſentientes peccant, ſequeretur: Abrahamum in hoc facto peccaſſe, ſi iuramentum non eſſet licitum. Multo autem magis ſequeretur, hoc de Abramo: quoniam ille non tantùm iuramento ſerui conſenſit, ſed etiam ſeruum ad iuramentum induxit. Hoc autem, ꝙ dat uobis pro magiſterio morum (cuiuſmodi erat Abraham) peccauerit mortaliter, eſt inconueniens: ſecundum DD. Thomam, & Auguſtinum.

Not. ¶Quare autem ſub femore antiqui patres iurare facerent; & quot ad iuramentum licitandum requirantur: capitu. 47. concl. 4. dicemus.

Text. ORauit &c. Ego ſto propè fontẽ &c. Igitur puel. cui dixero &c.

Concl. 2. *Licitum eſt, cum debita reuerentia petere à Deo ſignum ad hoc: ut quis inſtruatur, quid ſit circa aliquod negocium placitum Deo, ut fiat.* [Ex eo.]

Ratio Non enim ueriſimile eſt, ꝙ ſeruus tam ſancti hoīs, ſicut Abraham, peccare ſic elegiſſet. Si enim id eſſet peccatum: nõ uidetur reduci, niſi ad tentationem Dei ad quam tamen non pertinet ſecundum D. Tho. 2. 2. q. 97. ar. 2. qui in eaſ ec ultima reſponſi habet hęc uerba. Sciendum: ꝙ dupliciter aliquis ſignum petit à Deo. Vno modo ad explorandũ diuinã poteſtatem, Alio modo ad hoc, ꝙ inſtruatur, quid ſit, circa aliquod factum, placitum Deo: Et hoc nullo modo pertinet ad Dei tentationem. Hæc ille. Cur autem hoc ultimum nullo modo pertineat ad Dei tentationem, colligitur ex Auguſt. 22. contra Fauſtum cap. 36. Chriſtus, inquit, fugiendo, & latendo, hominis inſtruebat infirmitatem: nè Deum tentare audeat, quando habet quod faciat, vel, quod cauere oportet, euadat. Ex hoc enim Auguſtini dicto datur intelligi, tentationem Dei conſiſtere in hoc: ꝙ homo prętermittit facere illud, quod poteſt, uel ad euadenda pericula, uel ad aſſequendum aliquid; reſpiciendo ſolùm ad auxilium diuinũ. Hoc autem Abrahę ſeruus non fecit, ut legenti textum patere põt: imò, ꝙ humanitus facere ſecundum rationem poterat, fecit.

Text. BEnedictus Dominus Deus domini mei Abraham &c. Quod cùm audiſſet puer Abraham procidens adorauit in terra dominum.

Concl. 3. *Pro quolibet beneficio ſingillatim Deo gratias agere debemus.* [Ex eo.]

Ratio En ſeruus ſingulis acceptis beneficiis ſpe gratias Deo exhibet ſpeciales, ac feruentes (quod ſignificatur per adorationem procliuem)

Text. NOn comedam: donec loquar ſermones meos.

Concl. 4. *Obedientiam explere, nobis plurimum debet eſſe cordi.* [Ex eo.]

Ratio En; poſt tam longum iter, multum indigebat comeſtione ſeruus: & tamen magis de obedientia ad perfectũ ſeruanda præmittit, q̃ de natura fatigata per cibũ cõfortanda.

¶Applica ad Io. 4. Rabbi manduca. &c. Ego cibum habeo manducare, quẽm uos neſcitis. Plus enim de obedientia, qua patris in acquirendo animas facit uoluntatem, ſolicitus erat Chriſtus, q̃ de cibo corporali: quo tñ egebat tunc maximè.

Not. ¶Concluſionem hanc iungas ſupradictis conditionibus de obedientia cap. 22. concl. 2.

Text. IN tantum dilexit eam: vt dolorem, qui ex morte ma. eius ac. tẽperaret.

Concl. 5. *Diligere intensè uxorem ſuam, (intra tamen limites matrimonij & alijs ſeruatis ſeruandis) laudabile ualde eſt: & conſequenter illam non ſic diligere, eſt multum uituperabile.* [Ex eo.]

Ratio En; quantum Iſaac ſanctus amauit Rebeccam uxorem: ut etiam amor tantus tantum dolorem deliniret.

Corol. ¶Ergo uiri diligite uxores ueſtras Coloſ. 3. Sicut & Chriſtus dilexit eccleſiam Eph. 5. Ergo nõ ſine cauſa fabricata eſt Eua ex latere Adæ: quemadmodũ & ex Chriſti in cruce mortui latere facta eſt eccleſia. Vide cap. 2. con. 15. & circa. Gen. 2. Auguſt.

Not. 1. ¶Ille qui ſuam uxorem ualde amat, modo prædicto; plura bona ex hoc faciliter agit. (Mitto: ꝙ hoc eſt ualdè ſpiritui ſancto placitum, probatumq́ coram Deo, & hominibus, vir, & mulier ſibi bene conſentientes Eccl. 25.) Primò nanque talis 1
uir minus amabit cæteras mulieres (plures enim intensè diligere ferè impoſſibile eſt: ſecundum philoſophum) & conſequenter nec corde nec opere, fornicabitur. Secundò talis 2
uxorem ſuam á fornicatione facilè coherecebit. Mulier enim ſe à uiro ualde diligi conſpiciens, minus ad aliorum amorẽ uergit: &, ſi ab aliis ametur, non attendit. Tertiò pax magna 3
(quod uehementer deſiderabile eſt: ac omni laude dignum) in domo fit: & continuatur. Quartò tota inde familia 4
lætatur, ędificatur, pacificatur. Horum autem omnium quatuor oppoſita faciliter cauſant uiri: qui ad uxores ſuas minus amore affecti exiſtunt. Hinc fit: ut uirorum crudelitas in uxores in ſcripturis toties damnetur, eorumque amor in eas ſummopere laudetur. Vnde legis utrunque Coloſ. 3. Viri diligite uxores ueſtras, & nolite amari eſſe ad illas.

Not. 2. ¶Amorem prædictum uirorum & cõſequenter omnia illa bona; impediunt uxores ſe a reddendo debito indiſcretè abſtinentes. Quid plus? omnium malorum oppoſitorũ his, quæ diximus, reæ ſunt: ſi ſequantur. Magnorum certè multorumque peccatorum, damnorum; ac huiuſmodi talem uxorum indiſcretionẽ cauſam fuiſſe, experimento comprobatum eſt. Hinc Apoſtolus matrimonio iunctus non ſine graui cauſa dicebat. 1. Corin. 7. iterum reuertimini in idipſum, nè tentet uos ſathanas propter incontinentiam veſtram. Quare inquit hic, Nè tentet uos ſathanas? Quia ſub boni ſpecie ſæpius tentat uxores, Vt a uiris abſtineant, ſubmurmurãs, hoc melius eſſe, ſpiritualiq́ue uitæ accommodatius. Verum quidem eſt hoc; ſed in his, qui matrimonium non contraxerũt quibus & pernicioſum eſt, talia cum aſſenſu cogitare. At de matrimonio alligatis aliud dicendum eſt. Vide ibi. 1. Cor. 7. Apoſtolum timere nè, ſi incautæ fuerint, á ſerpente hoc toſtuoſo, ueluti Eua, faciliter ſeducantur. Cæterum ob in cautelam quarundam in tãtum proceſſit malum iſta ſeductio, ut nunquam ferè de huiuſmodi iniuſtitiæ peccato confiteãtur; & plures ad ſanctiſſimam communionem in peccato iſto mortali accedant; & ſemper ferè in ſtatu damnationis permaneant. Iſtæ deſcendunt in infernum uiuentes: quia dum ſe Deo placere ſine ratione credunt, indè magnã ipſius offenſam incurrũt. Melius eſſet iſtis fatuis uxoribus, ad tanta mala quæ ſuæ indiſcretionis cauſa fiunt, oculos mentis adaperire: & nè ſeipſas, & uiros, & multas alias perſonas in peccata grauiſſima precipitarent ſapientiã Apoſtoli. 1. Cor. 7. qua utriuſque cõiugum ſalutem docet, audire. Nolite, inquit, fraudare inuicem: niſi forte ad tempus ex mutuo conſenſu, ut uacetis orationi. Ac ſi apertè dicat. A reddendo uobis inuicem debito tunc ſolummodo in conſcientia excuſamini quando ex mutuo libero conſenſu continentis. Aliter continentia ueſtra non continentia, ſed fraus apellãda eſt: & conſequenter peccatum mortale eſt. Sicut igitur B. Auguſtino de falſis martyribus dicere licuit, ꝙ diabolus ſuos martyres habet ſic nobis quoque in propoſito de huiuſmodi fatuis cõiugibus dicere licebit, ꝙ diabolus ſuos continentes habet.

Dictum

¶ Dictum eſt in concluſione ly intra limites matrimonij & alijs ſeruatis ſeruandis: ut per hoc detur intelligi, quòd dilectio coniugum poteſt per accidens fieri mala, ratione ſcilicet multorum abuſum non ex matrimonij, ſed ex coniugum uitio aduenientium. De his abuſibus, qui ſunt quatuordecim, ut coniuges eos uitare poſſint (ſicut eos hic Sanctus Iſaac, & Sancta Rebecca uitarunt) uide Comp: Alber. lib. 6. c. 38. in Schol.

CONCLVSIONES EX CENESIS

CAPITVLO XXV.

Text. DEprecatus eſt Iſaac pro uxore, eò quòd eſſet ſterilis.

Concl. 1. *Orationes noſtræ ſiunt ad hoc, ut impleatur uoluntas Dei circa aliquid negocium.* [Ex eo]

Ratio. En; Deus ab æterno, cum ſit pœnitus immutabilis, ordinauerat; Rebeccam parituram eſſe (alioquin nunquam peperiſſet): ſed interuentu precum Iſaac. Vnde, quando nunc Iſaac orat, non mutat, nec mutare intendit uoluntatẽ Dei (ad impoſſibile enim conaretur): ſed uoluntatem diuinã adimplere oratione ſua ſatagit.

Coroll. ¶ Valeant ergo hæretici illi, & confundantur, qui nos orare credunt: & ut Dei intellectum inſtruamus, & ut Dei uoluntatem flectamus. Nos enim propter neutrum oramus: ſcientes Deum eſſe omniſcientem, & omnino immutabilem: orationes tamen amplectimur propter id, quod diximus.

APPENDIX.

1 HInc habes: quomodo intelligas orationẽ ipſius Iſaac. Intelligitur enim ſic, quòd deprecatus fuerit dominum: Vt mediante ſua oratione adimpleret ea circa ſterilitatem Rebeccæ; quæ ab æterno, illo mediante, adimplere decreuerat. Et ſic intelligito omnes ſanctorum ſiue uiatorum ſiue
2 beatorum, orationes. Secundò habes: quomodo intelligas ly Sicut Ethnici faciunt Matth. 6 Nolite, inquit, orantes multum loqui; ſicut Ethnici faciunt. Multum in orando loquitur Eccleſia: ſed nõ ut Ethnici faciunt. Quare? Quia Ethnici uel intellectum Dei, quæ neſciret, docere uolebant: uel eius uoluntatem inflectere. Verba namque reſpectu Dei facere credebant: quod reſpectu hominum faciunt. Hinc damnatur eorũ oratio multa: non quia multa, ſed quia cũ illa intẽtione facta. Ad homines, inquiebant, ſi parum loquaris; minùs illos doces; minùs, ad quod intẽdis, illos moues: ſin aũt multũ, illorũ unũ uel utrunq; faciliùs agis. Vera ſanè aſſertio reſpectu hominũ: ſed hãc imaginationẽ reſpectu Dei in uerbis premiſſis dãnaſſe uoluit Chriſtus. Eccleſia itaque adeò multũ orat: Vt Dei uoluntatem adimplere poſſit. Scit enim, Deum medijs orationibus hoc, puta Eccleſiam ipſam ſuperare hoſtes, uoluiſſe: ſed neſcit, ad quantum numerum pro tali uictoria ſpecialiter ordinarit aſcendere orationes, ut obtineatur. Ex hoc ergo ad multiplicandum orationes mouetur: Vt ordinationes Dei exequi ualeat. Et opus igitur, & intentio ſancta eſt Eccleſiæ: ſed Ethnicorum intentio mala etiam opus ipſum reddit infectum. Modicum enim fermentum totam
3 maſſam corrumpit. 1. Corint. 5. Tertiò habes: quòd orationes Eccleſiæ, cuiuſlibetve Catholici, nunq̃ fruſtratoriæ ſũt. Id. n. fruſtratoriũ eſt: quod ad finẽ, quò ordinatur, nõ pertingit. Modò cũ ad implendũ uoluntatẽ diuinam Eccleſiaſticæ orationes ordinentur, & diuina uolũtas ſẽper impleatur: patet, quòd impoſſibile eſt, orationes ſecundum intentionem Catholicam factas fruſtratorias vnquàm fore. Etſi enim particulare hoc puta ſanitatẽ corporis non obtineo per orationẽ: uniuerſale tamen illud. ſ. quòd circa hoc uolũtas Dei impleatur,
4 ſub quo iſtud particulare intẽdebam, ſemper obtineo. Quartò ab oppoſitis habes: quòd orationes infidelium ſecũdum intellectum ſuum prædictum, ſimpliciter nunquam adimplẽtur, nunquam exaudiuntur, immò adimpleri ſic, & exaudiri, nũquam poſſunt (Nunquam enim intellectus Dei de aliquo ignoto inſtruetur, nec uoluntas eius, uel in minimo, flectetur) quamuis aliquando rem quam uocaliter, ſeu particulariter poſtulant infideles, obtineant. Solum igitur uera oratio in S. Eccleſia eſt: in alijs uero ueſtigiũ potius orationis.

¶ De ualore orationum Eccleſiæ (& hoc contra hæreticos ſcripturarum ignaros) uide Elucidationes noſtras ſuper Additiones D. Thomæ ad tertiam eius partem. q. 15. ar. 3. appen. & q. 71. art. 1. appen.

Text. QVi exaudiuit eum: & dedit eo. Re.

Concl. 2. *Prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum.* [Ex eo]

Ratio. IACOB erat prædeſtinatus iuxta illud Malach. 1. Iacob dilexi: nec tamen prædeſtinationem ſui. i. prædeſtinationis ſuæ effectum unquam aſſecutus fuiſſet, niſi eſſet natus. Cum igitur ſit natus propter orationem ſancti Iſaac: patet quòd ad ſui prædeſtinationem peruenit medijs orationibus ſanctorum.

Corol. ¶ Ergo non mirum de Auguſtino in ſerm. Ioannis filius, dicente: ſi Stephanus non ſic oraſſet, Eccleſia Paulum non haberet. Nam & hic à ſimili, ſi Iſaac non oraſſet, ſynagoga tantũ ſanctum. ſ. Iacob, nõ habuiſſet. Ergo orationes deuotorum, quantum utiles, ac neceſſariæ ſint, hinc perpendamr. Ergo multum ualet deprecatio iuſti aſſidua Iaco. 5. Ergo prędeſtinati debent ſatagere, curareq́ue ab alijs ſatagi: ut eorum electio, atque uocatio certa fiat. ex. 2. Petr. 1.

¶ Contra hæreticos applica dicentes, prædeſtinatos non debere ſolicitari de propria ſalute. Vide Concil. Trid. Seſſ. 6. cap. 9. contra eorundem inanem fiduciam; & cap. 11. 12. Item applica ad Euangeliũ Matth. 5. 24. 26. ubi incitamur ad orationem. Vel ad aliud ſimile.

Not. ¶ Sumitur hic nomen prædeſtinationis (ut ex dictis innoteſcere poteſt) non pro ipſa uoluntate, ac ratione diuina ſic ab æterno uolente, ac ordinante: ſed pro effectu à tali prædeſtinatione ordinato. Non enim ſalus ęterna ipſius Iacob, eſt prædeſtinatio illa in mente diuina ab æterno exiſtens: ſed eſt illius prædeſtinationis effectus, & quidem ultimus. Ad eſſe quendum igitur prædeſtinationis effectum ualet ſanctorum ſiue uiatorum ſiue beatorum orationes: ſi uel pro ſe, uel pro alijs orauerint. Vide orationis inſinuum uigorem etiã pro alijs ſaluæ. Quòd orandum ſit pro alijs, uide S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 7. De eius efficacia ad impetrandum ibid. ar. 15.

Not. ¶ Concluſio hæc directè eſt contra Io. Vuiclef. De quo, ut & abundantius eum excludas, uide Elucidation. ſuper Additionum art. num. 3 no. 311.

Text. DEpræcatus eſt Iſaac pro uxore ſua.

Concl. 3. *Orationes adhibendæ ſunt pro illis etiam: quæ ineuitabiliter uentura ſunt.* [Ex eo].

Ratio. ¶ Nam Deus quædam ineuitabiliter uentura, ordinauit uentura medijs orationibus: & alijs ſecũdis cauſis. 1. q. 22. ar. 4. Vt patet hic de partu Rebeccæ. Ineuitabiliter enim pariturа erat ſecundum ordinationem diuinam: & tamen pro hoc, ut pareret, orauit Iſaac.

Coroll. ¶ Ergo prætermittere hæc media dicendo, deus abſque me faciet, eſt prætermittere ordinem à deo taxatum: & conſequenter eſt tentare Deum. Ergo cùm noſtram ſalutem nobis prouenturam medijs bonis operibus ordinauerit (ut patet Matth. 19. ſi uis ad uitam ingredi, ſerua mandata) ſi prædeſtinatus prætermitteret iſta media. ſ. opera bona, tentaret Deum. Ergo Hæretici dicentes; ſi tu es prædeſtinatus, deſine à bonis operibus, & tentant Deum, & alios ad eum tentandum inducunt contra Deuter. 6. Non tentabis dominum Deum tuum.

Not. ¶ Concluſio præmiſſa eſt directiſſimè contra Huſſitas hæreticos. Hoc, ut melius percipias, eoque abundantius extirpes; uide Elucidationes noſtras ſuper Additiones D. Thomę in ordine articulorum numero. 316. in appendice.

APPENDIX.

HInc habes: quòd non eſt uanum, nec irritorium, orare Deum, ut nomen ſuum ſanctificetur. Quamuis 1
enim ſanctificandum infallibiliter ſit: tamen ſic ordinauit altiſſimus, ut medijs orationibus ſanctificetur. Secundò conſe- 2
quenter habes; quòd nõ eſt ſuperfluum, orare Deum: ut Eccleſiã ſuam defendat, Vt Catholicam fidem in mundo uſque in finem conſeruet, ut uoluntatem ſuam circa aliquod negociũ faciat; Et ſic de huiuſmodi. Licet enim iſta indubitanter facturus

ctuus ſitruoluit tamen orationes noſtras ad hæc implenda concurrere. Vide quam magna dignitas orantium: ut eos ſuos cooperatores, ubi ſine illis poterat, uoluerit eſſe Deus. Non plus igitur ſapiamus quàm oportet, ut Hæretici in hoc faciunt dicentes: Ad quid orare, ſi ineuitabiliter ſic fiet? ſed magis de tanta nobis collata, quam prædiximus, dignitate gratias Deo innumeras referamus. Quid igitur in hoc faciunt præmiſſi Hæretici? Nobis dignitatem illam maximã à Deo datam auferre conantur: quando ſuis illis captiunculis, uelut aſtu ſerpentino, nos orationibus noſtris, operibus noſtris, bonis noſtris, noſtram uel alterius prædeſtinationem uel quamcunque Dei ordinationem, adimplere nolunt. Generatio uerè mala, atque adultera. Matth. 16. Adultera, quia diabolicis ſuaſionibus inhæret; ac illas ueluti ſerpens olim intermedius, prædicat: Mala uerò, quia nocet. Et quoniã cælos nobis tollere conat, dum illam nobis dignitatem diuinam participatiuè ſurripit: ideò non quomodocunque, ſed antonomaſticè, mala (quod peſſimũ
3 ſonat) dicenda eſt. Tertiò habes: quòd licet omnino infallibiliter ſacramentum altaris, ſubſtantialibus requiſitis concurrentibus, conficiendum ſit, inutiliter tamen non orat ſacerdos in canone dicens; Vt nobis corpus, & ſanguis fiat domini noſtri Ieſu Chriſti. Dignitatem igitur hanc noſtram ſeruare, quantum poſſumus, contra Hæreticos cõtendamus: qui ad inſtar felium faciunt, qui optimum dum habent bolum, murmurare ſuo modo non ceſſant. Iſti utique peiores illis exiſtunt. Nam feles ſaltem bolum manducant, etiam quòd murmurent. Iſti autem, & murmurant de illa tanta Dei bonitate, noſtraque dignitate: & tamen dignitatem illam à bonitate diuina fluentem nec à Deo recognoſcere, nec amplecti, nec operibus exequi uolunt.

Text. ECcè: gemini in eius utero reperti ſunt &c.

Concl. 4. *Boni & mali eodem tempore in Eccleſia reperiuntur.* [Ex eo]

Ratio. NAM Eſaù fuit malus; Iacob bonus: iuxta id Malach. 1. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Et tamen (mirabile dictu) fuerunt non tantùm eodem temporis curſu: ſed eodem utero portati, Iiſdem parentibus orti, eodem partu editi; & poſt eodem lacte nutriti, & documentis iiſdem imbuti. Hoc autem ualde mirandum inſinuauit textus per ly Ecce.

¶ Ergo iuſti granum in agro: mali palea, rectè uocantur. ut ea Matth. 3. & 13. colligitur. Nam ſicut granum in agro nõ eſt ſine paleis: ita boni non ſine malis. Ergo non deſperandũ, ſed patienter agendum; quando iſtam commixtionem quotidie uidemus, nec nimis, tanquã de re noua, nobis eſt cõmouendum, ſcientibus, quòd talis commixtio nec hodie incipit nec hodie finietur, & quòd in uteris tam ſanctorum coniugũ etiam reperta eſt.

APPENDIX.

1 HINC habes, diffinitionem illam B. Ioannis in ſua canonica prima cap. 2. eſſe bonam, qua de Antichriſtis dicit. Ex nobis prodierunt. Quaſi dicat. Hi prius erant ex nobis numero: licet (ut ſequitur) non eſſent ex nobis merito, ſcilicet ſaltem finali. Alioquin quomodò prodijſſent ex nobis: ſi nullo modo prius fuiſſent ex nobis? Duas ergo Antichriſtorum. i. hæreticorum conditiones implicitè claudit in prædicta breui definitione B. Ioannes. Vnde has habuit: uidelicet quòd ij erant prius ex ipſis & quòd poſtea ex eiſdem prodierunt? Ex litera hac. Quid figurauit ipſe Iacob? Catholicos. Vnde, in Chriſti generationis textura, ponitur. Quid ipſe Eſaù repreſentauit? Hæreticos. Vnde ab ipſa Chriſti ſerie excluditur. Erant (aũt) ex nobis Hæretici. Nonnè Eſaù cum Iacob ex eodem prorſus uentre erant. Vtique. Nonnè Eſaù à Iacob exijt: quando domum paternam (ut infrà cap. 27. 28. patet) indignatus reliquit, & uxores parentibus ſuis odibiles accepit? Vtique. A Iacob enim tunc exijſſe dicitur: quia non ſicut Iacob, ſed modo ipſi contrario, ſe habuit. Obediens enim fuit ſuis parentibus Iacob: & non niſi de ipſorum uoluntate coniugium contraxit. Vis modò cernere primam illam, ſcilicet ex nobis erant, conditionem in hæreticis? Ex uno patre unaque matre nobiſcum nati ſunt, ex Chriſto. ſ. & Eccleſia. Vno lacte nobiſcum paſti ſunt: ijſdem. ſ. documentis catechizati. Vna cuna nobiſcum

Vide SS. doctores hic.

niſi fuerunt ijſdem. ſ. ſacramentis, quæ nos à terra eleuant, imbuti. Ex nobis igit eos fuiſſe quis denegabit? Ecce prima diffinitionis prædictæ conditio: & eius ſenſus. Audi nunc ſecundam. A nobis (inquit) exierunt. Si exitum hunc illorum à nobis citius intelligere deſideras: ad illorum antiquam figuram, Eſaù uidelicet, aſpice. Quo enim modo exiſſe Eſau à Iacob audiſti: Eo modo à nobis hæretici exierunt. Reliquit Eſaù indignatione motus domum parentum ſuorum, quam Iacob nunquam ſic reliquit: & ideò Eſau à Iacob exiſſe cognouimus. Reliquerunt hæretici domum prædictam parentum ſuorum, & hoc indignatione quadam contra matrem (ſicut & Eſaù contra matrẽ) ſanctam. ſ. Romanã Eccleſiam: quam domum nos, Dei gratia, ueri Iacobitæ nõ deſeruimus. Cur ergo non à nobis exijſſe dicentur? Accepit tunc in exitu illo Eſaù uxores matri exoſas, Et hæ fuerũt plures: & ideò à Iacob, qui non niſi de uoluntate matris uxores accepit, exiſſe dictus eſt. In exitu illo ſuo acceperunt hæretici opiniones, tãquam uxores, ſibi chariſſimas: & accipiendo illas non ad matris uoluntatem implendam, ſed ad propriũ appetitum inſpexerunt: immò quia illas matri ſuæ prædictæ exoſas cognouerant, eas cũ Eſaù acceperunt. In hoc ergo facto illis etiam aſſimilantur, qui acceperũt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant, Gen. 6. non ad cõdecentiam, ſed ad proprij animi petulantiam aſpicientes. Nos autem (Dei gratia) ueri Iacobitæ iuxta tantum matris noſtræ uoluntatem dogmata tanquam chariſſimas nobis uxores accepimus, atque tenemus, & in æternum (quod Deus ſua bonitate faxit: ac nobis mortes potius millenas, quàm alias uxores ſumamus, immittat) accipiemus. Nunquid non igitur hæretici a nobis exiſſe dicẽdi ſunt? Vtique & exijſſe, & pdijſſe, i. procul abijſſe. Secundò igitur conſequenter habes: quomodo hæreticos
2 à Catholicis facillimè cognoſcas. Sicut enim quando uis aliquem certè iudicare, an ſit homo, diffinitionem hominis, tã quàm ſecuriſſimam uiam id agnoſcendi, tibi proponis. Et ſi quidem diffinitio hominis illi conuenit, tunc dubio procul hunc eſſe hominem uerum aſſeueras: ſi uerò non, non: Ita ſi hominẽ quempiam hæreticum eſſe necnè, pro certo cognoſcere cupis; ſupradictam imprimis arripe diffinitionem. Et ſiquidem homini illi, de quo quæris, diffinitio prædicta qua-
3 drabit, tũc hunc hæreticum ſcito: ſi uerò nõ, minimè. Tertiò, igitur habes: quòd hæretici propriè ſunt ij, qui baptizati ſunt (Hæc enim erat prima conditio diffinitionis præmiſſæ: cum ſic ex eodem patre, matreque naſcantur): & deinde opiniones Sanctæ matri Eccleſiæ cõtrarias amplectuntur (Hæc erat ſecũda diffinitionis illius cõditio: cum ſic uxores Eccleſiæ exoſas accipiant). Non propriè igitur hæretici ſunt, qui baptizati non fuerunt; licet contrarias Eccleſiæ ſanctæ opiniones ſectẽtur: ſed potius uel paganorum, uel iudæorum, & infidelium in communi, nominandi ſunt uocabulo. Vide primæ partis D. Thomæ q. 32. ar. 4. Elucidationes noſtras.

Not. ¶ Figuram illam de hæreticis ſi bene ponderabis: uidebis
1 multa, quæ nunc illis tãquam de figuratis uerificantur. Primò conſpicies: quòd hæretici ea indignatione quadam mouentur ad diſcendendum è domo paterna. Nonnè lutheranos multos, hæreticos multos, Vgonotos multos, ex cauſa iſta motos unquam audiſti ad deſerendum matrem ſuam Romanã Eccleſiã? Interroga patrem tuũ, & annunciabit tibi: maio-
2 res tuos, & dicent tibi. Secũdò reperies. quòd hæretici unam uxorem matri contrariam accepiſſe non contentantur: ſed plures indies accipiũt de nouo, & in uaria ſtudia ſcinduntur. Quid plura? Videtur is inter hæreticos primus, ac honorãdus magis ab eis: qui plures ſtoliditates adinuenerit; pluribusque fantaſijs caput ſuum repleuerit, ac aliorum. Licet autem & multas qdã ueri Iacobitæ habeãt uxores. i. opiniones: harũ tñ pluralitas non officit, cum matri ſuæ non ſint contrariæ.
3 Tertiò uidebis: quòd nõ propter rationes, ſed propter ſuũ appetitum principaliter, hæreſim ſequuntur. Et ſi enim rationibus quibuſdam apparentibus pallientur ad ſuos defendendos errores; tamen appetitui ſuo, Capiti proprio, prudentiæ ſuæ (cõtra quod Prouer. 3. habes: fili nè innitaris prudentiæ tuæ) præſertim, tanquam fundamento, adhærent. Vnde Auguſtinus in lib. de util. Creden. ait, quòd hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque ſui, gratia, falſas ac nouas opiniones uel gignit uel ſequitur. In ſignum illius eſt: quòd, ſi eorum friuolas rationes ſolueris, ꝑtermittunt ſubito; mox cõtra te indignantur, & uerbis ac ſi poſſunt factis terra, marique, è ueſtigio te perſequuntur. Sunt igitur homines (ut ait Apoſtolus 2. Timot. 4.) ſeipſos amantes, ad fabulas conuerſi, a ueritate internum auertentes auditũ.

Vt in Catheno aurea Diui Thomæ.

In ſignum

In ſignū quoque illius eſt: ꝙ hæreſis uocatur electio (ut dicitur in decretis 24.q.3.cap. Hæreſis.) non rationabilis; quaſi ꝙ hæretici capiti ſuo ſic uolenti, non ueræ rationi, innitatur. Acceperunt ergo uxores ſibi ex omnibus, quas elegerāt: non ex omnibus, quas uerè condecentes nouerant. Noſter autem Iacob non ſibi accepit, ſed mater ſua illi dedit, uxores; ſignū profectò: ꝙ Catholici non credunt ſic, quia principaliter uoliū, ſed principaliter, quia Eccleſia ſic credendum admonet. Vnum audi Iacobitam .i. Catholicum dicentem: Euangelio non crederem (conſequenter ergo nec alijs), niſi Eccleſia me commoneret. Ecce quomodo non ſibi per ſe ſumit uxorē; ſed, quænam ſumenda ſit ſibi, à matre iudicium expectat. Cum ergo dicit ſanctus Auguſtinus. Nemo credit niſi uolēs. non credas ipſum uoluiſſe per hoc aſtruere, credentem ſuæ propriæ uoluntati principaliter inniti: ſed credentem non niſi uoluntariè acceptare credendum id, quod ſibi ſancta mater tradit Eccleſia. Vide Compend. Alber. lib. 7. cap. 9. Scho. & 22. q. 11. articu. 1.

Text. IAcob erat vir ſimplex.

Concl. 5. *Iacob in acceptione primogenituræ non peccauit.* [Ex eo.]

Ratio. SI teſte ſcriptura erat Iacob ſimplex ſimplicitate utique bona: quomodo in facto primogenituræ fuit cum pliea doloſitatis (ut inſert gloſa Auguſtini)? Ideo dicendum: quòd Iacob tunc redemit uexationem ſuam. Hoc eſt. Sciebat Iacob, ſe eſſe primogenitum ſecundum Dei electionem, & videbat, ſe uexari ab Eſaù, dum ſcilicet primogenituram poſſidebat. Ex alia parte, ſi uoluiſſet ui extorquere primogenituram ab Eſaù: videbat forti, ſe uiribus inferiorem; Et (quod magis credo) timebat diſcordiam. Vnde, cum eſſet prudens (ſimplicitas enim chriſtiana includit prudentiam: iuxta id Matth. 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes; & ſimplices ſicut columbę,) expectauit tempus congruum: in quo ſine diſcordia fraterna haberet primogenituram ſibi debitam.

Quod ſe redimere uexationem ſuam.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXVI.

Text. DAboque poſteris tuis regiones has vniuerſas &c. eò quòd obedierit Abraham voci meę &c.

Concl. 1. *Filij, à Deo temporalibus bonis quandoque donantur propter bona opera parentum: etiam quod ipſi filij ſint mali.* [Ex eo.]

Ratio. CLARVM eſt, quòd aliqui poſteri ipſius Abraham fuerunt mali: Et tamen propter merita Abrahæ donandi bonis temporalibus dicuntur, & de facto donati ſunt.

Coroll. ¶Ergo, ab oppoſitis, quandoque puniuntur filij temporaliter propter demerita patrum: etiam quòd ipſi filij ſint boni. Diſcurre per ſacras literas, maximè Exo. 20. 24. Ego Dominus Zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios. Et ita eſſe uidebis.

APPENDIX.

HInc habes: quòd temporalia bona non ſunt uerè bona, & iuſtorum pręmia. Nam pręmijs iuſtorum non remunerandi ſunt vnquam mali: cùm pręmium & meritum

2 ſibi inuicem correſpondeant. Secundò habes: quòd mala temporalia non ſunt uerè mala. i. impiorum punitio condigna. Alioquin quomodo iuſti afficerentur his, cùm punitio illa, & demeritum tale ſint, relatiua .i. ſibi mutuò correſpon-

3 dentia? Tertiò habes: quō intelligatur illud, propter peccata ueniunt aduerſa. Intelligatur enim ſic: quòd propter peccata ſaltem parentum noſtrorum, uel ſaltem propter peccatum primum Adami. Sic intellexit Diuus Auguſtinus, & D. Thomas 12. q. 85. ar. 5. Stat ergo, quòd quis bonus ſit, & tamen propter peccata ſcilicet anteceſſorum ſuorum ueniunt ſibi aduerſa temporaliter. Nihilominus iſti bono quoad animam nulla nocebit aduerſitas, ſi nulla ſibi propria ſaltem impatientia dominetur iniquitas. Stat etiam, quòd aliquis malus bonis temporalibus donetur propter bona anteceſſorum ſuorum. Nihilominus iſti malo quoad animam proſpera non proficient in ſalutem: niſi propter propriam bo-

nam diſpoſitionem. Quartò conſequenter habes: quòd 4

non licet uniuerſaliter arguere ſic. Ille bonis temporalibus affluit: Ergo ille bonus eſt, & fuit. Nec ſic. Ille malis temporalibus affligitur: Ergo malus eſt, uel fuit. Sufficit enim ad iſtud, & illud (ut audiſti): quòd ſoli anteceſſores illorum boni, uel mali, fuerint. Adde regulam 23. de regu. iur. in 6. Sine culpa (niſi ſubſit cauſa) non eſt aliquis puniendus. Qua regula monſtratur: quòd quandoque ſine reſpectu ad culpam punitur quis, ſed tamen non ſine reſpectu ad cauſam, puta ut mereatur.

Text. REſpondit de vxore, ſcilicet ſoror mea eſt.

Concl. 2. *Licèt celare ueritatem.* [Ex eo.]

Ratio. REBECCA erat & ſoror (largè loquendo) ipſius Iſaac, & vxor. Illud dixit Iſaac, hoc celauit.

¶Vide ad hoc propoſitum multa, ſuprà cap. 20 & cap. 12.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

COnclvsionem hanc ſecundam, cap. 26. Intellige formaliter, i. vt cęletur ueritas præciſè: hoc eſt non immiſcendo falſitatem aliquam, neque ſtando in caſu obligationis ad reuelandum ipſam rei ueritatem. Alioquin & omnia ferè bona iudicum præcepta ad detegendas aliquorū machinationes, furta, facinora peſſima &c. ad dicendas ueritates ſynceras de conſeruatione regnorum, rerumpublicarū &c. uel ad alia ſimilia: omnia, inquàm, illorum præcepta talia euacuarentur; ſi eorum ſubditi; poſſent in quocunque caſu cęlare cognitam veritatem, uel alicuius ueritatis cōfeſſioni immiſcere falſitatem: quod eſt omnino abſurdum. Concluſio igitur hæc ſic intellecta non fauet, quinimmò contraponitur errori magno flagellantium dicentium; Iura, periura, ſecretum prodere noli. Damnatur, & hic error à Pſ. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & à Papa Bonifacio in regula. 58. non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentorum: & reg. 64. quæ contra ius fiunt, debent utique pro infectis haberi; & reg. 69. in malis promiſſis fidem non expedit obſeruari. De regul. iur. in 6. Nam ſunt aliqua ſecreta fidei alicuius commiſſa, quæ uergunt in detrimentum aliorum, & tunc debet quis illa reuelare, etiam ſi promiſit, ſe non reuelaturum, maximè ſi ſint contra fidem catholicam: nec talis facit contra fidelitatem, quia reuelat propter bonum commune, quod ſemper præferendum eſt bono priuato. Sunt uerò quædam ſecreta, quæ non ſunt in damnum aliorum: & iſta debent cęlari; ſine mendacio tamen: Alioquin talis talia reuelando faceret contra fidelitatem. Ex quolib. 1. art. 15. & quolib. 12. art. 22. Damnatur & à ratione naturali, quoniam periurium eſt grauiſſimum peccatum ēt apud Gentiles, cùm apud ipſos (ut dicit Philoſophus in primo Metaphyſ.) iuſiurandum ſit honorabiliſſimum. Damnatur & à lege diuina, Exo. 21. Quæ ex ordine præceptorum demonſtrat, quòd peccatum periurij tenet ſecundum locum poſt idolatriam: & conſequenter, quòd eſt peius, quàm homicidium &c. Damnatur & à Leuit. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, teſtiſque fuerit, ꝙ ipſe uidit, aut conſcius eſt; niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Ecce, quòd ſacra ſcriptura nihil excipit ex ijs, quæ debent indicari ad corripiendum iniquitatem fratris: immò oſtendit etiam, quòd non indicans, quamuis neque iuret, neque periuret, peccat, dicendo portabit iniquitatem ſuam. Multò igitur magis oſtendiſſe ſe uoluit per hoc: quòd ſub iuramento negans ueritatem de eo, quod ſcit, peccat. Nec obſtat, quòd ſub ſecreto ſit conſcius criminis eius: quoniam ad tegendum ſecretum non licet peccare mortaliter, nec uenialiter: importat autem mortale, iurare falſum. Et id, etiam ſi ſecretum eſſet de ijs rebus, quæ merito poſſunt contegi, intelligendum eſt. Vniuerſaliter enim uerum eſt illud ex Apoſtolo Rom. 3. Nō

ſunt facienda mala, ut ueniant bona, cuius oppoſitum dicentium damnatio iuſta eſt. Vnde nec pro redimendis captiuis aut pro ſeipſo à morte liberando peierandum eſt: immò nec quomodolibet mentiendum. 22. q. 2. Si quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo poſſit a morte liberari, non es mentiturus. Hæc ibi ex Augu. lib. cont. mendacium, cap. 6. Item omne genus mendacij ſummoperè fuge; nec ſtudio loquaris falſum, nec, ut præſtes, mentiri ſtudeas, nec qualibet fallacia uitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus. Hæc in ead. cauſa 22. ibid. ex Iſidoro de ſynonymis in dialog. homin. & ration. Ly ut præſtes. i. ut proſit. Item. Faciat homo, etiam pro uita temporali, uel ſalute hominum, quod poteſt. Cùm autem ad hoc uentum fuerit ut tali ſaluti, niſi peccãdo, conſulere non poſſit; iam ſe exiſtimet, non habere quid faciat. Hæc ibid. ex Aug. lib. de mendac. Vbi diligenter nota in prima ſententia: quòd ſolum illud poſſe facere dicimur, qđ iuſtè facere poſſumus. Pro ampliori uerò notitia prædictorum, maximè Leoitici, & flagello damnationis flagellãtium illorum ponderanda ſunt uerba egregij Eccleſiæ Doctoris S. Thomæ in 2. 2. q. 68. ar. 1. corp. Si crimen fuerit tale quod uergat in detrimentum reipublicæ (putà cùm peccatum alicuius uergit in multitudinis corruptelam corporalem, ſeu ſpiritualem) tenetur homo ad accuſationem; dummodo ſufficienter poſſit probare. Hæc ibi. Vbi & ad argumentum tertium hoc (Nullus tenetur contra fidelitatem agere, quam debet amico; quia non debet alteri facere, quod ſibi non uult fieri, ſed accuſare aliquem quandoque eſt contra fidelitatẽ, quàm quis debet amico; dicitur enim Prouerb. 10. Qui ambulat fraudulenter, reuelat archanum, qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum: ergo homo non tenetur ad accuſandum): ad hoc, inquam, argumentum ſic reſpondet. Ad tertium dicendum, quòd reuelare ſecreta in malum perſonæ eſt contra fidelitatem, non autem ſi reuelentur propter bonum commune; quod ſemper præferendum eſt bono priuato. Et ideo contra bonum commune, nullum ſecretum licet recipere. Hæc ibi. Et ibid. q. 70. ar. 1. ad argumentum ſecundum. De illis, quæ homini ſunt commiſſa in ſecreto per confeſſionẽ, nullo modo debet teſtimonium ferre: quia huiuſmodi non ſcit, ut homo, ſed ut Dei miniſter; & quia maius eſt uinculũ ſacramenti quolibet hominis præcepto. Circa ea uerò, quæ aliter homini ſub ſecreto committuntur, diſtinguendum eſt. Quandoque enim ſunt talia; quæ ſtatim, cùm ad notitiam hominis uenerint, homo ea manifeſtare tenetur; puta ſi pertinent ad corruptionem multitudinis ſpiritualem uel corporalem; uel in graue damnum alicuius perſonæ; uel ſi quid eſt aliud huiuſmodi, quod quis propalare tenetur, uel teſtificando, uel denunciando. Et contra hoc debitum obligari non poteſt per ſecreti commiſſum: quia in hoc frangeret fidem, quam alteri debet. Quandoque uerò ſunt talia, quæ quis prodere non tenetur: unde poteſt obligari ex hoc, quòd ſibi ſub ſecreto committuntur. Et tunc nullo modo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto ſuperioris: quia ſeruare fidẽ eſt de iure naturali; nihil autem poteſt præcipi homini contra id, quod eſt de iure naturali. Hæc ibi.

Tex. **V**Idit eum iocãtem cum Rebecca.

Concl. 3. *Amplexus oſcula, & huiuſmodi, ſunt licita inter coniuges.* [Ex eo]

Ratio. Non enim uir tam ſanctus illicitam rem, aut ſibi prohibitam: ſic de facili commiſiſſet, maximè cum ipſe ſit etiam (ut Abraham) datus nobis, uelut exemplar morum. Vide ſuprà 24. conclu. 1.

Not. ¶Dixi, inter coniuges; quia inter alios huiuſmodi libidinosè facta peccata ſunt; & mortalia. Caiet. Nec ſolum autẽ actus illi in opere facti ſunt mortifera peccata: ſed etiam in conſenſu tantum animi. Nam in eadem peccati ſpecie, atque circumſtantia computatur, & opus peccati, & uolũtas peccandi. Vnde ad hoc ſignificandum a Chriſto dictum legis: Qui

Matt. 5. uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Ergo, & à fortiori libidinosè aſpicere (quod uulgò dicitur fare l'amore) eſt peccatum mortale: Vnde beatus Auguſt. in regula, dicit: quòd abbominatio eſt domino defigens oculum. Is autem (ut ibi declaratur) oculum in mulierem defigere dicitur: qui quodam ardore concupiſcentiæ in uidendo delectatur. Siue ergo mutuus ſit iſte ardor, ſiue tui ſolius; ſiue erga maſculum, ſiue erga fœminam, talis ſit oculi defixio, criminoſum eſt. Non coniugea ergo quantis in periculis uerſentur, attendant; Et, nè in foueam cadant, uigilent: maximè cum uia iſta, tentatio. ſ. carnis, ſit uia lubrica; Et lubricæ uiæ ſit, ut ibi cadas, niſi uigilanter aduerteris. Occaſiones ergo toto curſu fuge; quoniam qui amat periculũ, peribit in illo Eccleſ. 3. & Apoſtolus clamat. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Vbi uide D. Thomam. Compend. Alber. lib. 3. cap. 21. 28. text. ſchol. & lib. 6. cap. 38. ſchol. & lib. 5. cap. 69. 70. tex. ſchol.

POtuit coire &c. & induxeras ſuper nos grande peccatum. Tex.

Concl. 4. *Adulterium ex ſola lege naturali apud Gentiles habebatur pro peccato: & magno.* [Ex eo.]

Ratio. Adulterium dicitur quaſi acceſſus ad alterius thorum; per quod ſignificatur alterius coniugis abuſio Hoc uerò accidiſſet, ſi alius ab Iſaac Rebeccam cognouiſſet. Iſtud autem eſſe peccatum nulla lege, niſi naturali, Gentiles noſciuiſſe, patet: cùm nondum lex ſcripta eſſet.

PRO ECCLESIA

SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 4. capitu. 26. deſtruit hæreſes Simonis Magi dicentis: coitum promiſcuum fœminarũ licere, ut quilibet qualibet ſine peccato uti poſſit. Et Anabaptiſtarum dicentium: coire tenetur mulier cum quolibet uiro eam petẽte, & è contra, & Chriſtophori Scaphleri dicentis: cõmunes debere eſſe uxores. Et cuiuſdã Picardi dicentis connubia permixta, ſeu promiſcua, urente carnis libidine, eſſe permittenda. Et pauperum de Lugduno dicentium; libidini ſatisfacere in quolibet actu turpi melius eſt, quàm intus in corde tentari: quia melius eſt nubere, quàm uri. Patet u. hic: quòd tales omnes, pro quãto adulteria admittunt, damnantur etiam a paganis ipſis. Damnantur & ab Apocalip. 2. Habeo aduerſum te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael edere & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Hæc ibi. Ecce; q̃ doctrina fornicandi, & conſequenter multò magis alia carnalia extra matrimonium facienda, eſt ſcãdaloſa, aſſimilata doctrinæ Nicolaitarum, & per conſequens Domino Deo odibilis. Dicitur enim 24. q. 3. cap quidam. Nicolaitæ dicti à Nicolao Diacono Eccleſiæ Hieroſolymorum: qui cum Stephano & cæteris conſtitutus eſt à Petro, qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixit, ut qui uellet, ea uteretur. Et uerſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo, ut inuicem coniugia commutarẽtur quos Ioãnes in Apocal. ſua improbat dicens. Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarũ, quæ & ego odi. Hæc ibi ex Iſidoro lib. 8. ethimolog. cap. 5. Intellige prædicta de uxoris relictione ob pulchritudinem ſic: quòd iſte Nicolaus de Zelotypia uxoris, quam pulchram ualde habebat, ab Apoſtolis increpatus, ut de hac re ſe immunem redderet, uxorem ſuam coram ipſis publicè adduxit permittere ſe conteſtans; ut quicunque uellet, ea uteretur. Occaſione huius ergo alij tanquàm licitum ſibi perſuaſerunt; ut cui quam cuperent, commiſcerentur fœminæ. Adeoque talis apud eos inualuit corruptela (quam ipſi conſuetudinem uocitarunt): ut in ſtupra, inceſtus, & alios promiſcuos concubitus, quaſi in quædam licita, uerterẽtur. Hæc tamen, ut ex Apocalip. 2. audiſti, Deus & odit, & ea odientes cõmendat. Damnãtur quoq; à 1. Cor. 6. Neq; fornicarij, neq; adulteri, neq; molles, neque maſculorũ cõcubitores, regnũ Dei poſſidebũt. Si Apoſtolus fornicarios, ut ab adulteris diſtinctos, damnat; multò utique magis omnem ueneream uoluptatem prædictorum condemnatam p hoc cointelligi uult. Item à Matth. 5. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non mœchaberis. Ego autem dico uobis: q̃ omnis, qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iã mœchatus eſt eam in corde ſuo. Nomine autem mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus uſus prohibitus debet intelligi. Hęc Auguſtinus in lib. 2. ſuper Exodum. q. 7. ad c. 19. ſeu 20. Exodi: & recitantur. 32. q. 4. cap. meretrices. Nota quod ly uiderit, ſumitur, communiter pro omni ſenſu, etiam cogitatione: ita q̃ & uidẽs, & audiens, & olfaciens, & tangens, & guſtans, mulierem ornamenta odoriferum eius, munuſcula ab ea ſibi miſſa, & cogitans de muliere, ad concupiſcendum eam, iam &c. Hinc damnantur

tur etiam cogitationes moroſæ à SS. Doctoribus: & per hoc à fortiori prædicta hæreſum brutalia. Damnantur & à Conc. Trid. Seſſ.24.cap.8. de refor.matrimon. Ad ignorantiã Paup. de Lugd. dic ſecundum contextum Apoſtoli, melius eſt nubere quam uri.a. quàm ſe non continere, ut contextum perſpicienti patet. Damnantur & ab Elucid. Addi. art. nu.171.204. 218.255.267.284. Item ab Elucid. pri. par. art. numer.406. Vide & Compend. Alber. lib.3. cap.18. cum Schol.

Text. QVi tetigerit huius vxorem: morte morietur.

Concl. 5. *Adulterium morte puniebatur apud Gentiles*. [Ex eo.]

Ratio. De tactu libidinoſo, quo quis mulierem cognoſcit, loquitur: & huic ex lege tantum naturali pœnã mortis ſtatuit.

¶Applicetur (ad verecũdiam multorum Chriſtianorum) ut adulteria quorumcunque dignè puniant; nè à Gentilibus damnentur in iudicio. Vide, quam iuſtè inuehatur Trid. Concil. in adulteros & uxoratos & ſolutos, ſeſ.24. cap.8. & ſeſſ.25. cap.14. de refor. Item Concil. Eliberitinum cap. 69. Item Lateran. ſub Leone X. ſeſſ.9 de refor. uerſic. cõcubinarij.

Text. REcede à nobis, quoniam potentior &c. Rurſum, fodit alios puteos &c. Foderunt autem; & alium &c. Profectus indè fodit aliũ puteum. &c.

Concl. 6. *Cedere, ſeu dare locum iræ, aut inuidiæ aliorum; decet homines iuſtos*. [Ex eo.]

Ratio ¶Iſaac explodicitur a paleſtinis: cędit. Iſaac putei obturantur: cędit. Iſaac a mris illis iurgijs impetitur: cędit. Quid eſt hoc? Eſt ſanctorum charitas: atque compaſſio. Vellent enim ſancti lucrifacere omnes ad amoremque diuinum conuertere: & ideò proximis ſe calumniantibus cędunt. Sciũt nanque cor humanum eſſe nobile, ac iccirco magis amore trahi, quam timore: & propterea lędentibus cędunt. Lędentes (inquiunt ſancti) conſiderabunt forſan, quòd ideò cędimus furori illorum, nè illos exacerbemus magis, ac perturbemus. Nolunt autem (inquient fortè lędentes) Lęſi nos amplius exacerbare eò; quòd nos diligunt. Et ſi nos poſt offenſiones diligunt: multò magis abſolutè diligunt. Nos igitur ipſos reamare condecet; & illorum amicitias quærere: quoniam cum nec in aduerſitate contra nos deſęuiant, amorem conſtantem erga nos ſe habituros oſtendunt.

APPENDIX.

HInc fit poſtea, ut Lędentes lęſorũ amicitias quęrant: & conſequenter, ut eorũ dictis faciliter obediant. Vnde ſcriptũ legimus, Prou.19. Doctrina uiri per patientiã noſcitur? Quid eſt doctrina uiri per patientiã noſcitur: niſi doctrina, uiri per patientiam ab auditoribus acceptatur? Auditores n. uidẽtes, quòd docens propter aduerſa ab illorum ſalute quærenda non deſiſtit, eum uehementer amare ſeipſos coijciunt: ac per hoc ipſi docenti, tanquam magnopere diligenti, obediũt.

Bonus modus prædicandi. Hinc & in Pſal.91. dicitur. Bene patientes erunt, ut annunciẽt idest. Bene patientes, bene nunciabunt, Bene concionabuntur. En ubi conſiſtit unus bonus modus prædicandi: ſi tamẽ ſalus aliorum, non proprium commodum, quæratur. Exemplum habes a Beato Dominico ordinis prædicatorum fundatore. Hic enim (ut in eius uita legitur) per totam quadrageſimam in pane, & aqua ieiunauit, & ſuper nudam tabulam ſolum quieuit propter ſalutem paucarum mulierum: quã Beati Viri patientiam illę mulieres conſiderantes pro ſeipſis habitam ad fidem conuerſæ ſunt. En patientia locum magni concionatoris habuit: quoniam ab hæreſi muliebre ingenium retraxit. Hoc modo ſancti Patres antiquitus prædicabant: & ideò faciliter difficilè conuertendos ad bonam uitę frugem ducebant. Non credis? Cerne hic & exemplum. Paleſtinorum princeps cum ſuis ob patientiam ipſius Iſaac mouetur ad quærendum amicitias cum ipſo. Magna certè uis patientię. Nunc, nunc, a ſuis confinibus, a ſua ciuitate, à ſuo conſpectu, Abimelech cum paleſtinis ipſum Iſaac exploderat; & modò ipſum Iſaac ſequuntur, ipſius patientia uiſa. Nũc Nũc nec terra Iſaac dignus a paleſtinis habebatur, & aqua; cum puteos ipſius toties clauſiſſent: & modò beatos ſe exiſtimant, ſi ipſius amicitiam habere poſſint. Fit, ut ipſos ualdè amicitiam cum Iſaac deſiderare noueris: uide quòd fędere illam firmare ſatagunt. Niſi enim maximo deſiderio ad iungendum dextras cum illo mouerentur: fędus interponi minimè curarent. Quis à tanta ſęuitia ad tantam humanitatem, à tanto odio ad tantum amorem, a tanta ira ad tantam pacem, animos paleſtinorum ſubitò mouit? Patientia uiſa in ipſo Iſaac. Bene (inquit) patientes erunt, ut annuncient. Ergo malè patientes, ut malè annuncient, idest ut fructum in populo id ſcientes non faciant. Vide. Si fuiſſet Iſaac impatiens: quem fructum feciſſet? Ex patientia eius cognouerunt Palęſtini, eſſe Deum cum illo; quem eſſe cum illo non ſic faciliter cognouiſſent, ſi fuiſſet impatiens. Quin potius ſi fuiſſet impatiens; non dominum cum illo, ſed diabolum fuiſſe conſectaſſent: & ſic non ad illum conuerſi, ſed magis ab illo auerſi fuiſſent. Diſce & tu: qui amicitiam uis cum aliquo facere. Illum, ſi patiens ſit, primò conſideres. & ſi quidem fuerit, amicitiam proſequere intendam; ſi non, à tuo deſiderio pedem retrahe. Quare? Quia ſi fuerit patiens ille; Charitatem erga te, etiam ꝙ amicitiam quandoque nolens offendas, fouebit: ſi nõ, omnia uno uerbulo in cõtrariũ habito dirũpet, uitiabit, atque vaſtabit. Si patiens fuerit, erga te delinquentem compaſſione agetur: ſi impatiens, nullam erga te compaſſionem habebit. Si agetur per compaſſionem, durabit amicitia: ſi non, amicitia ruet. Signum ergo potiſſimum frangendę amicitię impatientia alterius amicorum eſt: ſicut conſeruationis eius eſt patientia. Quoniam igitur Charitatem, compaſſionemque erga proximos conſeruare uolebant ſancti, eaſque uirtutes non ad ſuiipſorum gloriam, ſed ad aliorum ſalutem, proximos in ſeipſis cognoſcere cupiebant: ideò furori proximorum cędebant.

Via contrahendi & cõſeruandi amicitiã.

¶Applica ad Luc. 4. Ieſus autem tranſiens, per medium illorum ibat. Vel ad Ioan. 11. Ieſus autem non amplius in palàm ambulabat &c. Vel ad quærebant Iudæi ipſum interficere. Vel ad alia loca ſimilia: ubi Chriſtum furori inimicorum locum dediſſe uides.

AD quem locum cum ueniſſent Abimelech, &c. Iccircò diximus; ſit iuramentum inter nos. Text.

Concl. 7. *Bonitas eſt tanta uis; ut etiam homines nequam amare illam tandem cogantur: & conſequenter ijdem, qui odibant, atque ejiciebant uirtuoſum, ipſum tandem coacti ſint diligere; & cum illo ipſo conſortium, amicitiaſq. iungere pro maximo ducere*. [Ex eo]

Ratio. Enim Abimelech a ſe expulerat ipſum Iſaac, & paleſtini inuiderãt ipſi Iſaac: nunc autem uidentes ex operibus uirtuoſis, dominum eſſe cum illo, amicitiam ipſius habere anhelãt; nec ab Iſaac eos reprehẽdente diſcedere ullatenus nolũt (quod eſt maximi deſiderij ſignũ) donec fędus cũ eo ineãt.

Corol. ¶Ergo ueritas uitæ aduerſa omnia uincit. Ergo rectè dicitur. 1. Petr. 2. hæc eſt uoluntas Dei, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Hãc enim eſſe uoluntatem Dei, didicimus nunc per exemplum Beati Iſaac, qui datus eſt nobis hic tanquam norma ſecundum beneplacitum diuinum uiuendi.

APPENDIX.

1 HInc habes primò: ꝙ bonum eſt ſui ualde diffuſiui. Diffuſiuum nempe eſſet, ſi amicos ad ſe amandum attraheret: ſed quia etiam inimicos ad ſe diligendum attrahit, diffuſiuum ualde dici meritò debet. Quid inimicos? Inimicos non dudum, ſed nunc nũc; & actualiter inimicitias exercentes (ut in contextu patet). Quid amplius? Audi mirum. Nolunt paleſtini eſſe boni cum nolint (quod legatur) Dei altiſſimi populus eſſe: Et tamen bonum Iſaac amant, & quia bonus eſt ideo amant. Vidiſtin aliquando aliquem in uitio aliquo eſſe: & tamen illum ipſum laudare eum, qui in oppoſita reperitur uirtute? Comicum Terentium lege in libro, q Eutorhimenumenos inſcribitur: Et ibi meretricem unam aliam mulierem de honeſtate laudantem, honeſtatemq; cõmendantem inuenies. Sic, ſic, & nunc accidit, ad uirtutis magnitudinem oſtendendam. Abimelech idolatra erat, cũ ſuis; tantum abeſt, ut ſanctitatem profiterentur: & tamen, uiſa ipſius Iſaac ſanctitate, ipſum Iſaac admirati, ipſi cõfęderari ni-

nium deſiderat. Sic unde eſt: q̃ mali etiam laudare bonū coguntur? Ex bono, quod non ſunditus per malitiam habitam exclinat, ut D. Thom. optima ſcribit in 1.2. q.85. artic.2. Cum enim ſimilitudo cauſa ſit amorem, & in malis remaneat etiam aliquid de bonitate, ſequitur: q̃ mali quādoq; bonos ipſos amare cogantur, & bonum in aliis repertum laudare.

Secundò habes: q̃ boni ęgrè ferre non debent, ſi quando a malis diuerſimode irridentur. Et ratio eſt: quia tandem aliquando etiam nolentes mali ipſi in bonorum ſententiam uenient, q̃. ſ. bonum hoc laudabile eſt, malum autem hoc eſt uituperabile. Et ita mali bonos non admirari non poterunt: ſeipſos autem nihili pendere cogentur ad ſuam ipſorum confuſionem, non ſalutem, niſi relicto ſuo uitio in uitam bonorum tranſierint. Nunquam legiſti Sap. 5. malos in iudicij die ſeipſos inſenſatos dicturos, bonos uerò laudaturos? Nos (inquiunt) inſenſati uitam illorum ęſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Audi quid dicant de bonis. Ecce (inquiunt per admirationem) quomodo computati ſunt inter filios Dei: & inter ſanctos ſors illorum eſt. Vide quid concludant. Ergo (inquiunt) errauimus a uia ueritatis, & lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Ergo ſi ſe errasse fatentur, & cętera: de bonis utiq; nolentes fatentur oppoſita. Ergo boni, ſecundum illos, non errauerunt; dum in præſenti ſeculo uitam illam, quam mali ipſi tunc uocabant inſaniā, uiuebāt: ſed tunc bonis ipſis lumen lucebat, & ſol intelligentiæ ortus erat. Male igitur faciunt boni nunc timendo a uerbo aſpero malorum: quando ſ. de ipſorum uita multas fatuitates effutiunt. Peius autem faciūt boni illi, quando propter malorum dicta, uel etiam facta, irriſiones, ſubſannationesue, ſpiritualem uitam cum feruore inchoatam uel totaliter deſerunt ſe malorum tepidorū ue conformando moribus: uel in ipſa ſpirituali uita tepeſcūt. Sic enim oſtendunt, q̃ in ipſis (ipſorum defectu) ſapientia non uincit malitiam, ſed malitia ſapientiam. Faciat ergo boni in tempore ſiniſtrorum ad inſtar Iſaac: ſi uirtuoſi magnā nimis cognoſci uolunt. Patientes ſint cum beato Iſaac in quibuſcunque aduerſis: & ſic mali ad ipſos (ut paleſtini fecerūt) conuertentur, non ipſi ad malos. Laus in fine cantatur: & bonitatis uis per patientiam noſcitur. Non ergo boni per ſimpatientiam uim uirtutis impediant: & tunc, ut hic in fine manifeſtabitur, patientia pauperum non peribit in fine. Pſal. 9.

¶ Applica ad Mat. 6. Herodes metuebat Ioannem, ſciēs eū uirum ſanctum, & audito eo multa faciebat, &c. In diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et cōtriſtatus eſt Rex. Ecce Rex iniquiſſimus uirtutem Ioannis admiratur, & contriſtatur audiens eum poſtulari ad mortem. Vide Chriſoſtomū in Homil. 49. ſuper Matthęum.

CONCLVSIONES EX GENEESIS.

CAPITVLO XXVII.

Text. IN me ſit, ait, iſta maledictio.

Concl. 1. *Obedientia adeò ſecura uia eſt; ut uerus obediens in dubijs nullum malum patiatur, etiam quòd iniungens obedientiam erraret, & conſequenter maledictione eſſet dignus.* [Ex eo]

Ratio Quaſi dicat etiam quod opus a me imperatum maledictionem mereretur: tamen hæc maledictio non in te obedientem, ſed in me præcipientem retorqueretur.

Coral. ¶ Ergo obedientia eſt uia regia. Ergo ſubijci multo ſecurius eſt: quam eſſe prælatum. Ergo humilitas eſt uia ſecura, altitudo minimè. Ergo ubi eſt humilitas ibi & ſapiētia. Pro. 11.

APPENDIX.

1 HInc habes, q̃ nulla uia pro ſalute noſtra ſecurior eſt,
2 quam uia obedientię. Ab oppoſitis ergo habes. Secundo: q̃ nulla uia ad ſalutem capeſcendam inceptior eſt, quam ſua de capite uiuere. Conſequenter igitur uerus obediens ut ſic a quibuſcunque hoſtibus decipi non poteſt; quandiu taſis exiſterit: & inobediens, ſiue ſuo genio innixus facilè decipitur ab inimico. Tertiò conſequenter habes: q̃ deberet quilibet patrem ſibi ſpiritualem aſſumere uel quod melius eſt pa- 3
trem ſibi a ſuperioribus datum habere; ſeu per electionem canonicam (ut in religionibus fit), ſeu per ſuperioris ſimplicem commiſſionem (ut fit in eiſdem reſpectu aliquorum fratrum) & ipſi in omnibus obedire ſimpliciter, & quantum ad ſuum uiuere & quantum ad ſuum ire, & quantum ad ſuū ſtare, illi patri firmam credulitatem adhibere. Sic namque talis quouſque uerus obediens manſerit, certe nunquam decipietur: ſed uia tutiſſima ad cœlos per patrem ipſum ducetur. Poſito enim q̃ pater ipſe ſpiritualis in iubendo, conſulendo, ſuadendo &c. deciperetur: filius eius ſpiritualis eius iuſſionem, conſilium, ſuaſionem &c. uelut obediens ex amore Dei (cum Iacob illo) ſequens decipi nullo modo poſſet. Vnde hęc hēs mirabilia? Ex loco præſenti. Præcipiens Rebecca ipſi Iacob ait, ſi tibi maledictio immineat, in me ſit: Tantum audi uocē meam. Quid clarius? Quid apertius. Quid pro ſupradictorum capite manifeſtius? Adhuc, ut in quanta ſecuritate uerſetur obediens intelligas, audi. Erat Eſau piloſus, Erat Iacob lenis, Habebat contrectari Iacob a patre ſuo. Nūquid ex hoc ipſi obedienti filio aliquid aduerſi contigit? Nō. Quare? Quia obedientia omnibus futuris aduerſis pro ſaluando obedientem occurrit: Et illa, nè obedienti quippiam noceret, mirificè fecit. Et ſi (inquiebat Chriſtus) mortiferum quid biberint: non eis nocebit. De quibus loquebatur? De obedientibus. Nonne mortiferum hoc uidebatur, ac omni periculo periculoſius: q̃ Iacob lenis deberet à patre diu tractari, & pro Eſau piloſo iudicari? Mortiferum utique hoc iudicauit Iacob, quando dixit. timeo, nè pater putet me ſibi uoluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionem. Ecce mortiferum. Et quare Iacob ne iudicauit? Quia loquitur ego ſum lenis: & Eſau piloſus. Et te uera (modo naturali loquēdo) Iacob timebat, ubi erat timor: quoniam ſatis probabili agebatur argumento. At quando obedientia intonat: probabilia, quęcunq; illa ſint, relinquenda eſſe Rebecca docuit dicens; Tantum audi uocem meam. Super hoc inquit periculū non cogites, de hoc mortifero nè timeas: quoniam meum, quæ præcipio, eſt hoc timere, & huic prouidere. Turpe ualde mihi eſſet: ut tibi quicquam iubere, & de tua ſalute in quibuſcunque futuris tibi occurrentibus non prouiderem. Si mihi ſeruis, ſi mihi obedis, ſi meam uoluntatem facis: iuſtum eſt, ut & ego tuam faciam; quæ eſt nolle te in aliquod aduerſum cadere ita, ut tibi noceat. Nè timeas: quoniam mortiferum biberis non tibi nocebit. Nunquam legiſti; q̃ dominus uoluntatem timentium ſe faciet? Et ſi hoc legiſti: utique de obedientibus hoc dixiſſe Pſalmum, intelligas. Nam illi ſoli omnem dominum: qui ſibi mandati ſiue per ſe immediate, ſiue per prælatos, obediunt. Proprietas enim timentium dominum hæc eſt, q̃ ei obediant: & hæc ipſos beatos facit. Beatus, inquit Pſal. 1.) Qui timet dominum: in mādatis eius uolet nimis. Quare nimis? Quia non tantum domino, quē timet, immediatè iubenti: ſed prælato cuique propter dominum obtemperabit. Quare nimis? Vt ſit beatus nimis. Quis ille eſt: qui eſt beatus nimis? Qui inter aduerſa beatus eſt, & ſecurus incedit: qui mortiferum bibit, & ei non nocet. Talis fuit iſte Iacob. Quare non nocuit mortiferum ipſi Iacob? Quia mater ſua illum protexit. O quam bene, quod obedientes ſuos Deus ubicunque protegeret, hic ſuo facto repræſentauit. Protexit inquam: quia pelliculas hædorum manibus colloque circumpoſuit ipſi Iacob: Et ueſtes ualdè bonas ipſius Eſau, atque odoriferas filio Iacob pro indumento tradidit. Ergo mortiferum, quod putabat Iacob, non tantum ipſi non nocuit; ſed etiam omnino profuit: & hoc totum per ipſius matris prouidentiam mirabilem. Vis uidere: q̃ profuerit? Timebat Iacob agnoſci pro Iacob: hoc erat mortiferum. Quid fecit iſte timor? Vt mater filium ſic ueſtiret. Quid fecit ille ueſtitus? Vt pater ipſum libentius benediceret. Quare credis patrem antè benedictionem dixiſſe, Ecce odor filij mei, niſi ut oſtenderet ſe ex tali ueſtium odore attractum ad libentius benedicendum filio ſuo? Talis odor autem ei ex ueſtibus, quas mater ipſi Iacob dederat, egrediebatur: patet, q̃ mortiferum profuit ipſi Iacob. Ex timore namque prędicto factum eſt, ut mater ueſtiret Iacob ueſtibus Eſau; Ex tali autem ueſtitu nata fuit illa fragrantia; Ex tali uerò fragrātia motus eſt Iſaac ad benedicendum ipſi Iacob: Ergo à primo ad ultimum timor ipſius Iacob, quod fuit mortiferum, profuit ipſi Iacob. O terq; quaterque beatus; qui tātum audit uocem matris obedientiæ præcipientis. Hoc denotauit ſapiēs ille

Mar. ult.

Quō & quando mortiferum bibiturum non nocet.

Pſ. 144.

Nota protectionē pluſquam mirabilē obedientia erga ſuos ueros filios.

Prou. 10.

illic Salomon, dum ait: Qui ambulat ſimpliciter ambulat cō fidenter. Quis eſt, qui ambulat ſimpliciter? Qui poſtpoſitis adductis rationibus probabilibus ſuis (uelut alter Iacob), tantum audit uocem obedientiæ. Quare ambulat confidenter? Quia ſemper ab obedientia matre protegitur: & ad benedictionem magnam, cum Iacob a Deo per Iſaac figurato, habendam certiſſimè ducitur. ô felix obedientia, quæ ſuos ue ros filios ita ſemper fouet, atq; tuetur: Vt faciat, ipſis omnia, etiā cōtra humanum diſcurſum, cooperari in bonum. Quis hanc cum Iacob non concupiſcat, non amplectatur, non te-

Can. 3. neat dicens: Tenui eam, nec dimittam, donec introducat me in domum matris meæ, in domum genitricis meæ, cœleſtis Hieruſalem? Hanc nunc tenuit Iacob. Putas nè hanc poſtea dimiſit? Non. Ecquid dimiſiſſet? Multa enim bona in domo illius inuenit (ut hic habes): Et ideò delectatione eius

Pſ. 111. totus abſortus clamabat cū propheta de ſancta obediētia loquens; Gloria, & diuitiæ in domo eius. Cuius eius? Timentis dominum. Sic enim præmiſerat. Et quis eſt timens dominum: niſi qui in mandatis eius uolet nimis. Vult nimis: Quare? Quia, præ deſiderio mandatis eius obtēperandi à difficilibus uijs non impeditur: quin per eas currat, & in

Nimiū nimis mirabilis de meris obedientiæ. cunctis impeditus ſine impedimento tranſeat. Hoc eſt illud nimis; Et certè nimium nimis: inter impedimēta omnia eſſe inter impedimenta tranſire, & ab impedimentis immunem euadere: immò ab impedimentis emolumenta plurima recipere. O nimium nimis: & omnibus humanis ſenſibus incredibile. Sed ut hoc, nimis, etiam tu nimis, ideſt magis pene

2. trare ualeas non ad ſupradicta ſolum, ſed ad ipſius Iacob iter in Meſopotamiam factum ex matris obedientia inumere. Illic enim obedientiam hāc ſemper protexiſſe ipſum Iacob uidebis: donec ad cœleſtes illuminationes per ſcalæ uiſionem ipſa duce intromitteretur; donec ad Rachelis uxoris chariſſimę amplexus per ipſam introduceretur; donec ad filiorū,

3. filiarum, ancillarum, ſeruorum, pecorum, armentorum, diuitiarūmque, mirandam augmentationem admitteretur; donec per ipſam ab Angelo colluctante non uinceretur, ſed benediceret? donec in aliena terra per ipſam in cunctis protegeretur; & tandem ab ipſa ad domum paternam ſaluus reduceretur. Quid amplius? illic de iſta ſancta obedientia uidebis? Quòd aduerſa multa difficultates magnas, aſpera plurima Iacob ipſe habuit quæ omnia, obedientia pro ipſo pugnante, ſuperauit; & modo tali; ut impedimenta illa non impedimenta, ſed adiumenta uiderentur. Hęc enim aduerſa faciebant, ut Iacob uota promitteret, orationes multiplicaret, de nocte ad Deū loquens pernoctaret, prudentius ſe haberet, profundius ſe humiliaret, expeditiuſque totum ſe in Deum iactaret, facilius Deo fideret, ac in omnibus Deum comitem ſibi neceſſarium fore manifeſtius agnoſceret, ſibi citius uileſceret, & Deum ſolummodo appreciaret. Vniuerſa hæc per aduerſa illa, obedientia faciente, cauſata nonnè ibi legis, ſi totum ipſius Iacob iter percurreris uſque incluſiuè ad regreſſum in domum paternam? Et ſi legis: nonnè Iacob ipſum noſtri ſe totum bibiſſe cernis; & hoc non ei quicquā nocuiſſe, obedientiæ fauore, comprobas? Quartò conſequē-

4 ter (ut exemplum Iacob huius capituli conteremus) habes: ꝙ proponere probabiles rationes in contrariū prælato præcipienti licet ſubdito. Sed ſi prælatus, his non obſtantibus iterum dicat ſubdito, Tantum audi uocem meam: tunc inferiori cito ctius implere mandatum ſuperioris debet. Iacob

Rationē probabilem an liceat ſubdito adducere, uerſus in benitem ſuperiorem. nanque iſta duo edocuit nos: quando matri iubenti probabilem rationem contrapoſuit, ſed matri replicanti citius, dimiſſa ratione adducta, nolens obediuit. Fili mi (inquit) pergens ad gregem affer hędos; ut eſcas iam per me cōcionatas inferens patri benedicaris ab ipſo. En matris iuſſio. Timeo (inquit Iacob) nè patet ex eo, ꝙ ſum lenis me agnoſcat pro Iacob: & ſuper me inducat maledictionem. En à ſubdito iubenti ratio probabilis) quia. ſ. Ego lenis ille piloſus) adducta in contrarium: non quidem ut cū iubente contentioſè agat; ſed ut ab ipſo deciſionē ultimā, uiſo dubio, deuotus expectet. In me ſit (ait) iſta maledictio fili mi; tātum audi uocem meā. Ecce ſuperioris determinata (quam diximus ſupra) uoluntas. Quid obedire modò trepidas? Maledictionem ſupra ſe, ſi hæc eſt, ſuſcipit iubēs obedientia; malum omne, ſi quod ibi interuenerit, ſuprà ſe habituram promittit: & conſequenter te ab omni malo ſuperuēturo liberaturā ſpondet; Et ſeipſam, ut eius uerbis fidem adhibeas ſecutiuſque obediētię ſemitas ac feruētius ingrediaris, in tali negocio obſidem, te uidelicet maledictioni obnoxiam faciendo, tibi profert. Multum ergo iunctus Deo eſt: qui illi, etiam prælato mediante, quippiam iubenti non citò cum Iacob acquieſcit. Hac ratione ducti, quā nunc de promiſſione ſancta annotauimus, ſancti patres ſcripturæ, & canones immò ore dixerunt: ꝙ obedien-

tia eſt uia tuta, eſt uia regia; ꝙ ſeruire Deo regnare eſt; quod *Pſ. 118.*

latum mādatum eius nimis; ꝙ mandata eius grauia nō ſunt; *1 Io. 5.*

quòd iugum Dei ſuaue, & onus eius eſt leue; ꝙ obedientia in *Mat. 11.*

dubijs excuſat. 23. q. 1. cap. quid culpatur. & 11. q. 3. cap. quid ergo. & de temp. ordi. cap. ad aures. Vnde concludunt, ꝙ generaliter quandocunque non poteſt ſubditus per conuenientem inquiſitionem certificari, ꝙ id, quod ſibi mandatur, a ſuperiori ſuo, ſit contra præceptum Dei, tunc debet conſcientiā ſuam conformare mandato, & obedire. Nec mirum. Si enim princeps aliquis ſaluum conductum tibi promitteret, Et ſuprà pectus ſuum te de omni malo futuro aſſecuraret atque ſuprà ſe uentura tibi omnia aduerſa tolleret: nonnè illi nimis iniurius eſſes, ſi iuſſioni eius non obedires? Nonnè penitus, inconſideratus, & de non obediendo inexcuſabilis redderetis? Nonnè omnes, uiſis & promiſſione illa & inobedientia tua, dicendo concluderent: quòd tu illi principi non credis, quòd de illo non fidis; uel quòd inſenſatus omnino es, atque omnium ſtultorum ſtolidiſſimus? Quid ſi princeps ille ad promiſſionem prædictam de ſaluo conductu munificas remunerationes, alosſimas iungeret donationes, cum iuramento omnia firmans? ò quis te faſcinauit non obedire huic tam munificentiſſimo Principi, clamarent omnes: & te uoluntatibus ſuis ſaltem, unanimiter lapidarent. Qui ergo

plantauit aurem Deus, ſi ipſi in prælato inobediens fueris, nō *Pſal. 93.*

audiet hoc exemplum: & qui finxit oculum, rationem ſupra dictam, non conſiderabit? Audiet profectò, atque conſiderabit; & arguet te, ac ſtatuet te contra faciem tuam; ſi patrē hūc tuum, tanquam uerus Iacobita, ſecutus non fueris in parendo mandatis. Hoc uidimus, uidemuſque adimpletum in Hę *Pſal. 94.*

reticis: qui, quoniam ſanctæ matris Eccleſię monitos obedire noluerunt ac nolunt, ſtatuti ſunt contra faciem ſuam. Nunquid non ſtatutos illos à Deo apertè conſpicis contra ſuam ipſorum faciem: quando illos tot monſtruoſa dogmata, diſtortas tot opiniones, tot ſenſus inferno confuſiores, in medium omni poſtpoſita erubeſcentia afferre conſpicis? Verè contra faciem ſuam ſtatuti ſunt: quoniam in reprobum ſenſum dati ſunt. Verè contra faciem ſuam ſtatuti ſunt: quoniam contra rationem calcaneum leuauerunt. Nam facies hominis ratio eſt: quoniam ratio (ſicut facies) in homine eſt quid nobilius: & hominem eſſe hominem, (ſicut facies) notificat. Quandocunque igitur eos irrationabilia (quod ſemper faciunt; ſecundùm tamen magis, & minus) effutire audieris: tunc ipſos contra ſuam ipſorum faciem a Deo fuiſſe

Hæretici contra ſuā ipſorū faciē ſunt. teſtatos, indubitater hinc agnoſce. Iuſtè quippè omnino eſt: Vt talis inſligatur pęna, qualis præceſſit culpa. Qualis iſtorū culpa fuit? Vt ſuis nollēt ſuperioribus obedire; immò uellēt ſēper eis cōtradicere, eos impugnare, eis quantū poſſūt, inſultare; eos perſequi, & ad nihilum, ſi poſſent, reducere. Qualis eſt iſtorum pęna? Vt pars in illis inferior ſuperiorem partem nolit audire, ut ſenſus rationem in iudicando nolit ſequi, ut inferior fantaſia plus intellectu ſuperiore uelit ſapere: immò ut ſemper ratione contraria præferre fantaſia ſtudeat, Vt ſenſus intellectum impugnet, Vt pars inferior ſuppeditare altiorem ſemper, quantum ualet ſatagat. Quinimò (ut exemplum ſecundum ſupradictum de Iacob in Meſopotamiam manibus, tanquam ſpicas, confricemus) habes: quòd obedire rectè uolenti nè dicam incipienti, aduerſa multa occurrunt; ſed certiſſimè illa uniuerſa in totum ſuperabit. Volenti nanque Iacob matri obedire itineris longitudo, uię ignorantia, laboris difficultas occurrit. Incipienti quoque Iacob, atque obediētiam proſequenti quot, quanta uè ſiniſtra ſuccreuerint: qui illa capitula legerit, non ignorat. Quam feliciter aūt, quàm glorioſè, quam mirabiliter, ex omnibus illis contrarijs euaſerit, ſi bene in illis capitulis conſideres: iam non hominem ex his emerſiſſe, ſed uolucrem ex illis laqueis euolaſſe; clamabis. Sextò conſequenter habes: quid uelint Hæretici facere, cum nobis ſuperioribus obedire. (Hoc uolunt & diabolus illorum Doctor: ubi Gen. 3. noſtros parentes ab obedientia retraxit) uiribus, quantis poſſunt, diſſuadent. Volunt nanque tunc uniuerſa nobis bona quæ prædiximus, ex obedientia prouenientia auferre; omniaque deteſtabilia mala illis bonis ex oppoſito correſpondentia (per ſeipſum quiſque à ſupradictis eruditus adiouenire poteſt quæ quot, & quanta ſint ab inobedientia naſcentia) nobis inferre. Heus canes maligni. Vtinam abſcindantur: qui nos conturbant. Vtinam contabeſcant: qui nobis ſic enormiter, ſic per hypocri-

ſim inuident. Quid ue per hypocriſim dixerim: cùm ſic aſſerendo vnum ſuperficietenus oſtendant, aliud intrinſecus portent? Bene de iſtis prophetauit Apoſtolus: quòd erunt homines in hypocriſi loquentes mendacium, cauteriatam habentes conſcientiam. Quid ſuperficietenus oſtendunt? Quòd pro bono noſtro magno, quod libertas eſt, zelant: Et quòd a nobis malum magnum, quod eſt ſeruitus, excludere curant. Sic ſic dicebat & diabolus per ſerpentem parentibus noſtris: & ideò ibi fit mentio de eius maxima calliditate à litera. Cùm enim introducere vult ſimilem tentationem dicit; quòd ſerpens erat callidior omnibus animantibus. Quid fuit neceſſe, narrando hanc tentationem, meminiſſe calliditatis tentatoris? Vt per hoc monſtretur: quòd diabolus in tali tentatione maxima aſtutia uti uolebat. Vbi conſiſtit aſtutia hæc? In oſtendendo vnum foris: intus verò aliud intendendo. Quod ergo tunc fecit diabolus per ſerpentem: nunc per Hæreticos exercet. Serpente mediante tunc aggreſſus eſt exiſtentes in Paradiſo Terreſtri corporeo: Hæreticis mediantibus aggreditur nunc exiſtentes in Paradiſo myſtico, in ſancta ſcilicet uiatorum Eccleſia. Hæc enim Paradiſi ſimilitudinem propter uirtutes uarias in ea repertas gerit; Terreſtris propterea quòd in terra adhuc verſetur, dicitur; myſtica ex eo eſt, quod per inuiſibilem ſpiritum ſanctum coadunatur. Qualem itaque calliditatem tunc in ſic tentando habebat, nunc eam ſic tentando habet: & uice uerſa, qualem ſ. nunc taliter tentando exercet, talem profectò tunc exercebat. De calliditate ſua quoad forinſecus oſtenſum audiſti: de eadem modò quoad intrinſecus textum audi. Cauſam apparentię (Nam fallacioſis argumentis, quandocunq; tentat etiam per alios, utitur diabolus) uidiſti prius nunc cauſam defectus uideas. Quid ergo illud eſt, quod hæretici interius tegunt; id quod cauſam defectus meritò poſſumus appellare? Quòd nobis bona omnia ex obedientia pullulantia tollere uolunt, uel etiam (ſi, quod ſuadent, ſcilicet non obedire ſuperioribus, perſuaſerint) tollunt: malaq; cuncta ex inobedientia orientia nobis apportare uolunt, uel etiam apportant. Libertatem igitur ueram, quæ in ſeruire Deo conſiſtit, actu maligno nobis ſurripiunt: & ſeruitutem ueram, quæ in ſeruire proprijs concupiſcentijs conſiſtit, noſtris animis introducunt. Quam ergo libertatem ſuadebant exterius; hanc interius deſtruebant. Quare? quia libertas illa, quæ nominabatur libertas ab illis, reuera ſeruitus miſerrima exiſtit. Ergo uocem ſuam re ipſa deſtruunt: & hoc faciendo quid conſequenter agunt? Totum ferè mũdum dilapidant, benedictione uetis Iacobius debita priuãt, ac maledictione ueris Eſautis imminente afficiunt. His ergo Domine, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Da illis ſecundùm opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum. Septimò conſequenter habes a ſimili: quid velit facere noſtra voluntas, cum ſuperioribus noſtris non obedire monet. Quod.n. voluerunt ſic monendo hæretici vel diabolus in hæreticis: hoc noſtra voluntas, vel diabolus in noſtra voluntate, intendit. Quæ ergo circa ſic tentãtes hæreticos audiſti ſuperius: omnia hæc proportionabiliter noſtræ voluntati ſic tentanti coapta. Hinc fiet: vt de noſtra voluntate taliter ſuadente a

Mat. 10. Chriſto dictum intelligas illud, Inimici hominis domeſtici eius: & Diui Bernardi illud, Aufer voluntatem & non erit infernus: & Beati Ioannis Chriſoſtomi illud, Nemo lęditur niſi

Iacob. 1. à ſemetipſo: & Beati Iacobi Apoſtoli illud, Vnuſquiſque tentatur a cõcupiſcentia ſua abſtractus, & illectus: & alia huiuſmodi. Octano ab oppoſitis, habes: quid intenderit olim Deus, quid nunc intendit, quid in futurum intendit; cũ obedientię præcepta nobis dat. Intentio enim ſua tunc eſt; nos omnibus præmiſſis bonis ornare, ac omnibus malis oppoſitis expoliare. Nobis tunc veram libertatem de qua dicitur vere liberi eritis, donare intendit: Et miſeram ſeruitutem auferre. Cum igitur libertas vera ab omnibus, etiam beſtijs modo ſuo (Hinc habenas ex ore trahere dentibus, & lingua tota die ſtudent equi; Hinc aues, ſi recludantur, vel triſtes fiunt, vel euadere ſtudent & ſi clauſeris Cattum in camera aliqua, quot rumores, quas voces lamẽtabiles, quales iras excitare videbis? &c.) ſuper omnia adametur, ac miſera ſeruitus abhorreatur: non video, cur homines diuinis da obediẽtia præceptis ligari refugiant. Propter hoc enim quoniam talia præcepta bona tot nobis important, & mala cũcta a nobis prohibent: iccircò Domini lex quamuis a ligandis mandatis homines dicatur, iugum ſuaue, & onus leue appellatur. Ob hoc talem legem Propheta ſibi a Domino poni concupiſcit: taleſque iuſtificationes (iuſtificatio enim noſtra id bonorum affluentia, malorumq; carentia eſt: quod totum obedientia confert) deſiderat in omni tempore, ob hoc, ſi Pſalmum ipſum longiſſimum, qui Centeſimum decimum octauum eſt diligenter inſpicias, uidebis; Prophetam illum per ſingulos uerſiculos iſtam legem Domini ſub diuerſis nominibus, ad magnum ſuum deſiderium ſignificandum, crebrius uocare, ſapere, ſtringere, amplecti, exoſculari. Quod autem de Dei intentione in ſcripturæ ſacræ mandatis diximus: hoc idem de ipſiuſmet intentione in prælatorum iuſſionibus intelligas uniuerſis. Nullus igitur obedientiam ad prælatos recuſet, nullus eam fugiat; immò eam cũ ſancto Patriarcha Iacob, ſequatur in omnibus uijs ſuis: ut eũ Iacob poſt ſe a domino in benedictionibus dulcedinis præueniri tã efficaciter, vt nunquam offendat ad lapidem pedem ſuum. Vide ſuprà 22. concl. 2. & Compen. Alber. lib. 5. cap. 10. ſchol. & cap. 70. tex. ſchol.

¶Vniuerſa bona obedientiæ præ oculis aſſumito. Et ab oppoſitis ſingula mala illis correſpondentia elicito. Bona ẽt ipſa ad mala iſta conferas: & mala iſta ad ipſa bona. Oppoſita enim ſic iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: Et conſequenter magis humanum cor ad obedientiam ſequẽdam, inobedientiamque fugiendam, mouent. Sic ergo fiet: Vt Deum iubentem diligas, ut prælatos tuos diligas: id quod fecerunt, faciũt, ac facient, boni ſubditi. Vnde hoc fiet? Ex conſideratione, q tibi tanta bona per mandatum ſuum afferunt; Et per idem tibi tanta mala auferunt. Not.

¶Præmiſſa conclu. cum ijs, quæ dicuntur de obedientia ſunt directè contra Io. Huſs. hæreticum. De quo, ut & abundantius confundatur; Vide Elucidationes noſtras ſuper primam partem. D. Thomæ in ordine articulorum num. 184. Not.

PElliculas hœdorum &c. Tex.

Concl. 2. *Celare ueritatem factis, licet.*

VESTAS has, atque pelliculas, filio circundedit Rebecca: nè Iacob pro Iacob agnoſceretur: & conſequenter facto hoc ſuo cęlat ueritatem. Ratio.

¶Hoc modo Chriſtus ſe finxit longius ire; quando diſcipulis Emaus petentibus ſe iunxerat uiæ comitem. Hoc & modo Chriſtus præterire uolebat diſcipulos: quando ipſis in remigando laborantibus ſuper mare ambulans apparuit. Hac ratione motus Chriſtus ſe, uelut hortulanum, Mariæ Magdalenæ ad monumentum oſtendit; & prædictis euntibus in Emaus ſe tanquam peregrinum monſtrauit. In omnibus enim his factis ueritatem cęlare uoluit: nõ autem dicere mẽdacium. Volebat nanque cum ipſis diſcipulis in hoſpitio remanere, ſed hanc ſuam uolitionem à diſcipulis cęlari cupiebat: Et iden finxit ſe longius ire. i. ſuum uelle præmiſſum diſcipulis cęlauit exteriori facto. Volebat ſimiliter cum Apoſtolis nauigantibus commorari, ſed uolebat hoc ipſum ſuum uelle agnoſci: Et iccircò uolebat eos præterire. i. ſuum uelle prędictũ extrinſeco illo facto occultauit. Et quare hanc occultationem uoluit? Vt diſcipulorum charitas in cogendo ipſum ad hoſpitium nobis pro exemplari pateficeret: Et ut Apoſtolorum nauigantium clamor oſtenderet nobis, quòd ad nos non ingredietur Chriſtus, niſi ipſum clamoroſis precibus præueniamus. Hæc tamen præuentio non eſt a nobis, ut à nobis: ſed omnis ſufficientia noſtra, etiam in hoc, ex Deo eſt. Præuenimur enim prius à Deo, ut poſtea nos ſic præuenti poſſimus præuenire eum, quo ad aliquid ſequens: itaut limatius loquendo dicamus, quòd Deus in nobis præuenit ſeipſum. Quòd autem per hoc, quòd hortulanum uel peregrinum ſe monſtrauit, occultauerit uoluntatem; facilliè, immò apertiſſimè patet.

¶Ideò aũt ueritatem occultare dicto, uel facto, licẽt: Quia ueritatem omnem cuilibet manifeſtare non teneor. Quãdocunque igitur ueritatem declarare teneor uerbo, uel facto: tunc ueritatem cęlare uerbo, uel facto non licet. Prælato igitur iuſtè mandanti, ut ſibi ueritatem de aliqua re detegam, nõ poſſum ueritatem illam occultare. Hoc enim eſſet iniuriam facere illi, cui obedire teneor. Secùs quando non iuſtè, ſed tantum de facto mandaret. Not.

APPENDIX.

HINC quia ſcilicet factis, licet occultare ueritatem quã propalare non teneor fit: ut quis Religioſus legitima cauſa concurrente, puta tranſitu per terras infidelium poſſit

occultare

occultare religionis habitum. Quia uerò ſe Chriſtianum confiteri eſt de neceſſitate ſalutis: ideò Chriſtianitatis habitum dimittere fidelis nullo modo debet; quando ſcilicet habitus diſtinguunt leges diuerſas. Lege Caiet. ſummulam uerſic. habitus.

¶Applica ad Luc. 24. Mat. 6. Ioan. 20. auctoritates in not. 1. prædictas; uel aliud ſimile.

Tex. **D**Ixitque Iacob: Ego ſum primogenitus tuus Eſaù.

Concl. 3. *Non ſemper ſenſus literæ, in ſcripturis ſacris eſt ſumendus; licet ſemper literalis ſenſus.* [Ex eo.]

SI enim literæ ſenſus hic ſumatur: tunc Iacob mendacium locutus eſt, contra ſupradicta cap. uigeſimaquinto, quod erat Iacob ſimplex: & (quod peius eſt) mendacium pernicioſum. Nam per hoc mendacium priuabatur Eſaù primogeniturum beneficijs, quæ erant tria. ſ. ſacerdotium, regnum, & duplex hæreditatis portio; & inſuper ad præſens benedictione paterna, quæ apud antiquos maximi ponderis erat. Quæ omnia, ſcilicet mendacium, & pernicioſum, & tam pernicioſum, in hoc tantæ ſimplicitatis uiro ponenda non ſunt. Conſequenter ergo non ſenſus literæ, ſed ſenſus literalis, amplectendus eſt; ubi nullum tale, nec aliud, inconueniens ſequitur.

Not. ¶Senſus literæ, eſt ſenſus ſecundum grãmaticã ſumptus: puta ſi ly Eſaù teneretur pro perſona Eſaù, & ly primogenitus pro egreſſo prius ex utero. Senſus autem literalis, eſt ſenſus authoris per illa uerba intentus. i. (ut in propoſito loquamur) eſt ille, quẽ intẽdit ſpiritusſanctus, per illa, uel illa uerba ſignificare: puta ſi ly Eſaù teneatur pro homine poſito in dignitate, alias ipſi Eſaù competente; & ly primogenitus pro prælecto per gratiam diuinam. Vide Elucidation. ſuper pri. par. q. 1. ar. 10.

APPENDIX.

HInc habes: quod hoc dictum ipſius Iacob aſſimilatur illi dicto Chriſti de Io. Baptiſta Matt. 11. Ipſe eſt Helias. Non enim Ioannes erat Helias in perſona: ſed erat Helias in ſpiritu. Sic igitur & Iacob erat Eſaù in dignitate: ſed non in perſona. Et ſicut ſaluator illic propterea non eſt mentitus: ita nec Iacob hic propterea mentitur.

Coral. ¶Ergo ſenſus literæ cõmunis eſt etiam non Catholicis, ſicut & litera: non autem ſenſus literalis. Nam ſenſus literalis eſt, quem intẽdit ſpiritusſanctus per uerba ſignificare; & Spiritusſanctus ſoli Catholicæ aſſiſtit Eccleſiæ.

Not. 1. ¶Rebecca mater habuit ſuprà 25. reuelationẽ à Deo mediante ſacerdote quod ſ. Iacob à Deo prælectus erat, ac primogenitus habitus. Quid enim ibi ad eam reſponſum eſt? Maior ſeruiet minori. Hoc eſt. Eſaù (nam hic primò egreſſus eſt: & conſequenter erat maior) ſeruiet ipſi Iacob. Iacob igitur per hoc dictum manifeſtatur maior, quam Eſaù: cum maior ſit ille, qui ſeruitur, eo: qui ſeruit. Cum autem ſecundum naturã id nõ poſſit eſſe uerũ, quia quod Eſaù primò ex utero nõ fuerit egreſſus non poteſt fieri relinquitur; ut id ſecũdũ gratiam diuinam intelligẽdum ſit. Et ſic intellexit Apoſtolus Rom. 9. ubi dixit: quod ex uocante. ſ. gratia diuina, dictum eſt ei. ſ. Rebeccæ, maior ſeruiet minori. Sciebat igitur Rebecca, quod Iacob ſecũdum electionem gratiæ erat primogenitus. Cùm antè Iacob non niſi per uerba ſibi à matre dicta loqueretur ad Iſaac: conſequẽs eſt, quod non aliſ, tãquam filius in omnibus obediẽs ſenſum matris in uerbis præſentibus habuerit. Intendit ergo Iacob, ſaltem implicitè modo dicto, uerba ſua in bono ſenſu: quod uidelicet eſſet Eſaù in dignitate, non in perſona. Hinc diſcãt

Notandum autem ſi- uerè ſi- lij ſanctæ Eccleſiæ. ueri fideles matris Eccleſiæ filij; quod, ſi à matre eorum ſibi uerba præſcripta proferunt dummodò ut filij ueri eius proferãt; nullum ex hoc defectum mendacij, aut alicuius huiuſmodi incurrunt. Intendunt enim tunc uerba illa, facta illa &c. ſicut intendit mater eorum: & per illa ſic, uel ſic, agere uolunt, ſicut uult agere Eccleſia. Verbi gratia. Dicit quis fidelis pſalmos, & conſequenter Deo in Pſal. 85. dicit quoniam ego ſanctus ſum: Vel in 118. Viam mandatorum tuorum cucurri: Vel, In uia teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. Vel, aliquid ſimile: & tamen prædictus fidelis fuit, & eſt grauiſſimus peccator, & omnibus illis ſententijs ſecundũ uitam ſuam contrarius. Nunquid ob hoc iſte dicit mendaciũ illos pſalmos Domino decãtado? Minimè. Quare? Quia iſte, ut filius Sanctę matris Eccleſiæ, illa omnia dicit: & conſequẽter ſẽſum, quem in uerbis illis habet mater ſua, habet & ipſe. At neſcit, inquies, quid per illa uerba intendat Eccleſia. Intendere tamen poteſt (inquam ego) implicitè matris ſenſum tũc etiam ſi illum neſciat. Quomodo implicitè? Audi. Venit iſte filius ad dicendum uerba; tanquam matris legatus, ac inſtrumentum. Nunquid non legatus uerba, quæ portat, ſecundũ intentionem illum mittentis intelligit? Vtique. Alioquin, oppoſito conceſſo, ſtatim deſineret eſſe uerus legatus. Legatus nanque dicitur, eò quod mittentis exequitur intentionem. Nunquid non magis intentionem propriam, quàm uerba, mittẽs exprimere per legatum intendit ei; ad quem legatum ipſum mittit? Vtique; cum intentio non propter uerba, ſed uerba propter intentionem alteri aperiendam reperta ſint. Siue igitur legatus intentionem mittentis ſpecialiter ſciat, ſiuè nõ; illius intentionem exequi per uerba ſibi à mittente indicta uult. Eſt

Exem. hic miſticus dicens orationes multas; & adorans ſanctorum imagines uarias in templis, uel alibi, poſitas, & audiens miſſam: uel aliud ſimile conſuetum, ſeu à Sancta Eccleſia pręceptum, faciens & dicens, ſe credere in his omnibus, & intendere facere. quicquid facit Eccleſia: non tamen orationes intelligit, nec quid credat Eccleſia ſpecialiter circa hoc nouit, aut quid intendat. Ecce, quod non exigitur, quod quis ſciat intentionem ſpecialem ſuperiorum in uerbis uel factis ad hoc; ut in illis uerbis uel factis quod intendit ſuperior, intendamus. Et hoc uocamus quoddam intendere implicitè. Non ob hoc tamen (ad hiſtoriam reuertendo) dicimus, quod Iacob intentionẽ matris neſcieret: ſed hoc non haberi ex litera iſta fatemur. Potuit nanque mater filio particulariter reuelationem exponere de ipſo, & conſequenter ſenſum uerum ſpecialiter in uerbis illis habendum: ſed hoc litera non dicit. Quod ſi non illa ipſi Iacob expoſuerit: multum inde uehementis admirationis de obedientia ſimplici huius Patriarchæ relinquitur. Et forſan litera reuelationis expoſitionem ad Iacob à matre factam nobis non aperuit: ut admirationi prædictę locus relinqueretur. Quæ nam hinc admiratio tam magna exurgit? Quòd Iacob uerba à matre ſibi dictata, quæ in ſpeciem mendacium grauiſſimum ſonabant, ſecurus protulerit. Nõnè mẽdacium; & pernicioſam quidem, uerba illa à Iacob dicta ſo-

Mirum ualde quod per obedientiã excuſatum. nant, Ego ſum primogenitus tuus Eſaù? Vtique. Quare ergo tam ſecurus in conſcientia dixit illa Iacob? Quia à matre bona ſuaſus eſt illa dicere. Et quia ſciebat matrem in ueritate timere Deum ideò matrem in uerbis illis uerum ſenſum, contra uerborũ ſonũ, habere credidit. Ecce, quod ipſi Abrahamo Iacob aſſimilatur: & per hoc uerus eius filius comprobatur. Quid fecit Abrahamus? Contra ſpem (inquit Rom. 4. Apoſtolus) in ſpem credidit. Hoc eſt. Naturales uires id, quòd à Deo dicebatur de filio habendo, credendum diſſuadebant: Et tamẽ ipſe in nullo penitus id firmiter credidit. Quare? Quia à Deo ipſi dictũ fuerat. Magis ergo detulit Deo, quam naturæ; dùm natura diſſuadẽte ſpem, ſpem ipſam Dei uerbis fortiter innixus amplexatus eſt. Quid modò fecit uerus filius Abrahami. ſ. Iacob? contra uerum in uerum credidit. Hoc eſt. Superficiarius, grammaticęque ſenſus, falſum prætẽdebat in uerbis ab ipſomet proferẽdis: Et tamen nihil omnino poſtea perterritus ea uerba, tanquam uerum ſenſum continentia, protulit. Quare? Quia à matre ſua ſibi dictũ fuerat: ut illa nihil dubitans proferret. Magis ergo matri detulit, quàm proprio capiti: dum uerbis ſecundum propriũ caput uerum diſſuadentibus, uerum ipſum ſenſum matri uerbis fortiter innixus fortiter credidit. Seipſum ergo dimiſit, ſuam intelligentiam credidit erroneam: ut matrem ſequeretur, ac matris intelligentiam eſſe ueram teneret.

Not. 2. ¶Diſcãt hic, qui ueri Iacobitæ eſſe uolunt, ad obedientiæ iuſſionem ſua quæque, etiam proprium intellectum, dimittere. O quàm benefactum: ſi hæretici, ad inſtar Iacob, proprium intellectum in ſcripturarum uerbis dimitterẽt ad iuſſionem Sanctæ matris Eccleſiæ. Amplexatus eſt ſecuriſſimè

Aureũ. Iacob uerba matris cum ſenſu matris; nec ſenſum proprium ſenſui matris in illius uerbis anteponere uoluit. Quare? Quia id putauit peruerſiſſimè factum: quod. ſ. uerba ſint matris, & ſenſus non eſſet matris. Quid turpius (inquit) atque peruerſius: quàm mittere falcem in meſſem alienam. Hoc eſt enim & apud Deum & apud homines iniuſtum. Facite (inquiebat Chriſtus Matth. 12.) arborem bonam & fructus eius bonos: aut arborẽ malã, & fructus eius malos. Quid eſt hoc? Si meſſis eſt ueſtra, falcẽ ueſtram ibi mittite; ſi arbor eſt ueſtra, fructus ueſtros ibi ponite. Si autem meſſis non eſt ueſtra; Vtquid falcem ueſtram ibi mittitis? Si arbor non eſt ueſtra: Vtquid fructus ueſtros facitis? Qua fronte? Quo uultu? Qua temeritate? Si meſſis ergo eſt alterius, alterius falcem ibi mittite: & ſi arbor alterius, alterius fructus ibi ponendos agnoſcite.

agnoſcite. Quis modò uerborum fructus? Quæ ſcripturarũ (ueluti Doctorum, ſtudentium, literatorum, meſſis) eſt falx? Verborum fructus eſt eorum ſenſus. Nam ſicut fructus eſt arboris uirtus: ita ſenſus eſt uerborum uirtus. Vnde ad hoc innuendum dicebat quidam: q legere, & non intelligere, negligere eſt. Scripturarum falx eſt earum ſenſus. Sicut enim per falcem è meſſe utilitatem trahimus, & ſine ipſa meſſis in agro remanens nobis inutilis eſt: ita per ſenſum à ſcripturis Sãctis utilitatem trahimus, & ſine ſenſu (ſemper intellige de ſenſu uero) ſcripturę in agro mundi huius remanentes nihil nobis utilitatis afferunt. Quia igitur Iacob, meſſem eſſe matris, arborẽ eſſe matris, agnouit: ideò & matris falcẽ, & matris fructum ibi eſſe debere cognouit: ideò ibi ſuum ſenſum à matris alienum apponere pro ſcrupulo magno duxit: ideò ſuum dimittendum pro merito iudicauit, & matris amplectẽdum pro iuſtitia decreuit. Quia uidit uerba matris eſſe arborem bonam; ideò & fructus eius bonos debere eſſe ſenſit; & conſequenter ſenſum eorum debere eſſe matris ſenſum. Si (inquit) iſta, quę audio & profero, eſſent uerba mea: tunc ſenſum meum ibi ponerem, & ſenſum meum eſſe ſenſum uerborum dicere poſſem. Quomodo autem, ex quo uerba ſunt uerba matris, poſſum: aut matris ſenſum negare eſſe ſenſum uerborum aut meum ſenſum illorum eſſe ſenſum affirmare? Vtrũque enim hoc falſum, peruerſum, & iniuſtum eſſe: quis non uideat?

Iacob nobis hic datur pro exemplar ad intelligendum rectè ſcripturas.

¶Ad uos modò hæretici. Verba ſcripturarũ ſunt nè ueſtra? Non, & benè, dicitis. Cuius ſunt? Dei. Si ergo Dei; ſenſum ueſtrum ibi apponere non ſine iniuſtitia poteſtis. ſed tantum ibi ſenſum à Deo expoſtulare debetis. Nunquid non legiſtis tã in Deuter. 4. quàm in Apocalipſi. 22. q nemo debet adijcere, aut adimere aliquid uerbis ſcripturæ ſanctæ? Voluit ibi dicere Deus; qđ nũc nos à Iacob edocti uobis dicimus. Amplectamini & uos ſecuriſſimè uerba Dei cũ ſenſu Dei: nec ſenſũ ueſtrũ ſẽſui Dei ĩ illis uerbis anteponere uelitis. Putate eñ Iacob hoc eſſe (ſicuti eſt) pernicioſiſſimũ, q .ſ. uerba ſint Dei & ſenſus non ſit Dei. Nonnè hoc uidetis eſſe adulterare uerbum Dei? Etenim ſicut adulter habet mulierem, ſed non ſuam; Et conſequenter dat mulieri uirum non ſuum, ſed alienum: ita qui ſenſum ſuum in litera Dei, & non ſenſum Dei in illa acceptat, hic profectò adulterat uerba Dei. Nunquid nõ hoc uidetis etiam eſſe: Mittere falcem in meſſem alienam? Eya, Eya, facite arborem bonam, & fructus eius bonos: Et nè feceritis arborem bonam acceptando; ſcilicet ſcripturas, & fructus eius malos, his ſcilicet ueſtrum ex uobis apponendo ſenſum. Imitemini (quæſo) Patriarcham Iacob: & cum eo proportionaliter dicite. Si uerba eſſent noſtra, ſenſum noſtrum illis adiungere phas eſſet: Et hunc eſſe illorum ſenſum uerũ fateri poſſemus. Nunc autem quia ſunt uerba Dei: iccircò nec ſenſum noſtrum his apponere, phas eſt; Nec hunc eſſe illorum uerum ſenſum, fateri poſſumus. Quomodo enim ex quo uerba ſunt uerba Dei, non autem noſtra; poſſumus: aut ſenſum Dei negare eſſe uerum ſenſum uerborum, aut ſenſum noſtrum fateri illorũ ſenſum uerum exiſtere? Vtrũq; etenim hoc & falſum, & peruerſum, & iniuſtum eſt. Sed eſto; Dicitis. Vbi eſt ſenſus Dei: ut illum ſumamus? Videte; nè ſic dicendo illis aſſimilemini, qui poſt miranda tanta, tanquàm ignorantes Chriſtum, Chriſto inſultantes dicebant: Deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. Nunquid uolebant p hoc credere Chriſto: an magis Chriſtum de potentia tentare, immò Chriſtum de impotentia notare? Vtique duo ultima hęc; non primum. Quando igitur uos dicitis; ubi eſt ſenſus Dei, ut ipſum ſenſum amplectamur: uos Deum tentantes hoc dicitis, & de manifeſtatione ſenſus huius ipſum notatis; Et nos per hoc (ſicut & illi Iudæorum Principes) inexcuſabiles uoſmetipſos aſtruere uelletis. Attamen ſi id ſcire uultis: ſenſus Dei eſt ſenſus ſanctæ matris Eccleſiæ Romanæ. Huic enim aſſiſtit Chriſti ſpiritus, in eam certò ſpirans quæcunque mandauerit nobis per ſcripturas ipſe Deus: ad quod ſignificandũ Apoſtoli Chriſti articulum Spiritusſancti ponunt in ſymbolo penès articulum ſanctæ Eccleſiæ. Credo (inquiunt) in Spiritum ſanctum: ſanctam Eccleſiam Catholicam. Hoc utique non feciſſent Apoſtoli, niſi Spiritum ſanctum ſanctæ Eccleſiæ ſemper aſſiſtere ſciuiſſent: nec hoc ſciuiſſent, utpotè piſcatores indocti, niſi Chriſtus illos iſtud edocuiſſet. Senſus ergo Eccleſiæ eſt ſenſus Dei. Manifeſtauit igitur Chriſtus multum anteà ubi ſit ſenſus ſuus: Et quicunque id neſcit, inexcuſabilis erit, i. hoc ignorans ignorabitur. Inſtatis, his non obſtantibus, adhuc dicentes. Nunquid per ſolam Eccleſiam Romanam loquitur Deus? Nunquid & non nobis locutus eſt altiſſimus? Ecce figurati in lib. numeri. 12. per Mariam Moyſi ſororem. Hæc enim ibi talia contra Moyſen murmurans dixit ad literam: Et ob id hæreticos talia contra Papã Matris Eccleſiæ caput dicturos ſignificauit. Sed quid Mariæ huic in pœnam talis murmurationis accidit? A Domino lepra puncta eſt; ac ab alijs ſeparata. Propter huius Mariæ murmur retundendum Deus plurimum Moyſen commendauit: & à Maria, poſtquàm ipſam de huiuſmodi detractione acriter increpauerat, diſceſſit; Nubemq; ſuam quoq; ab eius conſpectu abeſſe curauit. Quid putas de Hæreticis futurum? Profectò ſicut Mariæ in culpa ſimiles exiſtunt: ipſi etiam aſſimilantur in pœna. Sed antequam pœnam hanc ipſi conſimilem oſtendamus, unum aduertas in textu illo: quod, ſcilicet illa Mariæ uerba detractio uocatur. Quare (inquit Deus) non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Verba ergo illa hæreticorum, quæ diximus, detractoria ſunt: quoniam his detrahunt capiti ſanctæ Matris Eccleſiæ, & ipſi Eccleſiæ. Quid eſt detrahere alicui; niſi ipſius famam denigrare, ipſum infamare? Infamant ergo Eccleſiam, & conſequenter mortaliſſimè peccant, omnes: qui dicunt, Deum loqui alicui, niſi per mediam ſanctam Eccleſiã Romanam; aut (quod idem eſt) Deum non loqui ſolum immediatè ſanctæ matri Eccleſiæ, ſuum includendo caput Romanum, uidelicet, Pontificem. Sic enim & uerba Mariæ contra Moyſen intelliguntur: proptereaque detractoria à ueraciſſimo Deo dicuntur. Mortaliſſima igitur hæreticorum culpa eſt, ſuprapoſita uerba contra Romanam Eccleſiam dicere. Vbi modò pęna Mariæ pœnæ conſimilis? Audi. A Domino in pœnam peccati lepra percutiuntur: quoniam in uniuerſas hæreſes eos talib. uerbis ſuperbientes, iuſto ſuo iudicio, Deus cadere permittit. Etenim lepra; ſecundum D. Auguſt. in Homil. ſuper cap. 17. Luc. de leproſis. Falſam doctrinam, cuiuſmodi hæreſis eſt, denotat. Ab alijs etiam Deus eos per excommunicationem à ſancta Eccleſia latam diſſeparat. Eos intus in conſcientia acriter p ſynderesĩm, exterius p pdicatores catholicos, diuerſimodè increpat: ab eisq; tãdem omnino diſcedit. Et nõ tantũ ipſe ab illis iam abit: ſed & ſua omnia ipſum Deũ (uelut Nubes) repręſentantia ab hæreticis recedere facit. Nonnè id experientia impletum uidemus? Vtique. Vbi templa apud ipſos, in quibus extra colitur Deus? Vbi fides, qua colitur interius Deus? Vbi ſacramenta, quibus filij Dei homines fiunt, & perſeuerant? Etſi forſan illorum aliqui hæc exercerent: non tamẽ ut hæretici, ſed ut Eccleſiaſticũ morem aliqualiter uel nolẽtes induti, hoc faciunt. Vbi ſanctitas aliqua, & diuinus cultus apud ipſos aggenerari ualet? Diſceſſit ergo non tantum Deus ab illis: ſed etiam Dei nubes. Immò ſicut ipſi Deum, ita nubem diſcedere fecerunt. Quomodo? templa Dei obtruerunt; ſacramenta inquinauerunt; fidem conuitiati ſunt; Clericos, religioſos, ſacerdotes eiecerunt, diſperſerunt, occiderunt. Maior ergo pœna data eſt hæreticis, quam Mariæ: ſicut & maior illorum, quam illius, culpa eſt. Quare maior pœna? Quia maior cæcitas. Priuare namque ſemetipſum uoluntariè bonis maior cęcitas eſt: quam priuari ab alio. Maria Nube a Deo priuata fuit: ſed hæreticus Nube ipſa figurata (Hæc ſunt templa Dei, & cætera: quæ diximus) uoluntarie ſeipſum priuat, immò ſeipſum taliter priuare beatitudinem dicit. Heù cæcitatem horrendam. Sicut autem ob Mariæ murmur detractorium non deſtitit Deus commendare Moyſen, imò ipſum amplius commendauit: Ita ob hæreticorum maledictas (quas prædiximus) detractiones Deus non ceſſat ab eccleſiæ commendatione, imò ipſam fœlicius commendat. Nunquid non hoc uidimus, uidemus, & uidebunt poſteri: q eccleſia, datis hæreſibus, magis in ſpiritu, in ſtudio magis, magis in fide accreuit; quam anteà, minoribus exiſtentibus hæreſibus, erat? Quid eſt hoc: niſi commendatio qua Deus poſt hæreticorum ſupradictas detractiones, & cõmendat, & magis commendat eccleſiam? Non ſunt ergo nocitur æ hęreſes eccleſiæ de qua dicitur Matth. 16. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam; quamuis aliquibus de Eccleſia: ſed hæreticis ipſis earundem inuentoribus. Vnde propheta uetat olim Dauid de hoc ipſo dicens, Peccator uidebit, & iraſcetur dentibus ſuis fremet, & tabeſcet; deſiderium peccatorum peribit. Pſal. 111. Quid peccator illa uidebit? Quòd eccleſiæ ſanctæ non nocent hæreſes ab ipſomet inuentæ: ſed magis proſunt. Quid inde faciet peccator ille; ut per malitiam tenaciſſimam ſe peccare manifeſtè oſtendat? Iraſcetur intrà: Extra uerò dentibus fremet: intrà & extrà tabeſcet. Demum quid fiet? Deſiderium peccatorum iſtorum, quo & eccleſiam deſtruere, & ſeipſos conſtruere deſiderant, peribit.

Ad hæreticorum ora obſtruẽda, ex facto ipſius Iacob.

Hæretici ſibimet pœnas infernales per hæc facta peſſima inſerunt nũc, & ſ futurũ pronoſticantur. etiam nolentes.

Quare?

Quare? Quia totum oppoſitum duorum illorum, quæ deſiderant, fiet: tantum abeſt, ut uel eccleſiam deprimant, uel ſeipſos ueraciter eleuent. Nec mireris, quòd hæreticus à propheta uocetur peccator anthonomaticè: quoniam eum ſic nocādi maximam occaſionem habuit. Nouerat ſiquidem ex una parte propheta, quòd minus peccatum eſt ueritatis uiam nō agnoſcere, quàm agnitam oppugnare; & ex alia parte in ſpiritu præuidit, quòd hæreticus in ſcripturis à Deo per matrem eccleſiam donatis uerba quidem ipſius apertè ueritatis accepit, uerborum autem ſenſum non tantum non acceptat, ſed (quod peius eſt) impugnat; ſed (quod peruerſius eſt) ſuū proprium ſenſum illis apponit; ſed (quod magis cęcum eſt) ipſum ſenſum falſum pro uero defendit; ſed (quod plus præſumptuoſum eſt) ipſum falſum proprium uero eccleſiaſtico anteponit; ſed (quod pertinacius eſt) ad ſanguinem uſq; falſum ipſum uero anteponendum tuetur. Verè iſti è diametro opponuntur ipſi Iacob; & conſequenter non ſunt ueri filij Abraham; & conſequenter non ſaluabūtur. Quomodo iſtos è diametro contraponi ipſi Iacob agnoſcis? Quia Iacob contra ſenſum ſuperficialem uerborum in ſenſum matris internum credidit: & iſti contra ſenſum matris internum faciunt omnia illa, ad quæcunque ipſos ſua malitioſa cęcitas inducit, ut ſupra nunc oſtendimus. Iacob in uerbis matris ſenſum matris non acceptare, ſibi ſcrupulum fecit: Et iſti pro ſcrupulo habent, ſi in uerbis matris ſuæ ſenſum matris acceperint. Non itaque Iacobitas iſtos, ſed pſeudo Iacobitas, immo Antiacobitas, uocabis: atque ideò non Chriſtianos, ſed pſeudo Chriſtianos, immo Antichriſtianos, ſeu non fideles, ſed pſeudo fideles, immo antifideles.

QVÆSTIO.

VIDETVR ex ſupradictis ſuffeciſſe ipſi Iacob, ſi dixiſſet, ego ſum primogenitus tuus. Adiungēdo igitur ly Eſaù committere uidetur nugationem .i. ſuperfluitatem: quod eſt à ſacris litteris alienum. Item. Ex adiunctione illa mendaciū ita manifeſtum uidetur admiſiſſe, ut excuſationem non recipiat. Quomodò enim Iacob erat Eſaù? Non in perſona (inquis) ſed in dignitate. At dignitatem (inquam ego) importat ly primogenitus, expoſitum modo ſupra in principio dicto. Vt quid ergo apponere ly Eſaù: cum ad nihil, niſi ad mendacium, facere uideatur?

RESPONSIO.

AD iſtam difficultatem reſpondetur: quòd neceſſarium fuit apponere ly Eſaù: quoniam intentioni patris ſatisfieri opus erat, & illam exponi. Modo patris intentio fuit benedicere ipſi Eſaù: undè, ſi uolebat Iacob benedictionem, oportebat illum dicere quòd eſſet Eſaù. Alioquin Iſaac pater non benedixiſſet illi: quoniam non ipſi Iacob, ſed ipſi Eſaù, benedicere diſpoſuerat. Et dato quòd ipſe Iacob nec ly Eſaù, nec ly Iacob, nominaſſet; pater circa hoc ſciendum inſtaſſet nec illi benedicere uoluiſſet; & ultra hoc, periculum erat in mora; ne. ſ. Eſaù à uenatione rediēs intraret, & omnia interturbaret. In ſignū huius uides: quòd nō tā citò his, & omnibus obſeruatis potuit ſe expedire Iacob; quin ipſomet egreſſo, ſtatim Eſaù adueniret in cameram. Hinc eſt: quòd omnibus his cōſideratis nō neceſſarium modò, ſed ualdè neceſſarium fuit apponere ly Eſaù etiam quòd apponeretur ly primogenitus tuus. Sed (inquiebat arguens) hæc appoſitio mendacium fuit: quoniā non pro dignitate, quæ iam per ly primogenitus fuerat declarata, ſtabat; ſed pro perſona. Ad hoc reſpōdetur: quòd error ſit in conſtructione. Non enim ſic conſtruitur, Ego ſum primogenitus tuus Eſaù; quamuis hoc ordine ponatur in littera: ſed conſtruitur ſic, Ego ſum Eſaù primogenitus tuus. In prima ſiquidem conſtructione perſona poſt dignitatem narratam ponitur: in ſecunda uerò poſt perſonam dignitas affertur. Ergo in ſecunda dignitas limitat perſonam. in prima uerò non, immò ſic eam limitare non poteſt. Quò fit ut in prima cōſtructione mendacium propter rationem in arguēdo allatā, ſequatur; in ſecunda uerò nec mendacium, nec ullum aliud inconueniens, ſed mira intentionis Iſaac manifeſtatio. Attēde. Hoc nomen Eſaù, abſolutè ſumptum tenetur pro perſona: ut patet. Ad oſtendēdum ergo: quòd aliter teneatur, oportet; quòd non abſolutè, ſed cum aliqua limitatione proferatur. Vndè cū Rebecca certiſſimè ſciret, quod Iacob nec erat, nec eſſe poterat Eſaù in perſona; & nollet dicere per illa uerba mendacium: conſequēs eſt, quòd huiuſmodi nomē Eſaù, proferre cum limitatione intenderit. Cum autem alicuius conſtructio debeat fieri ſecundum quòd author intendit per uerba illa ſignificare (Hic enim uocatur ſenſus litteralis): patet, quòd ſecundum intentionem Rebeccæ debet ordinari cōſtructio. Cōſequenter igitur ut ly Eſaù taliter cōſtruatur, oportet, ut limitationi prædicti nominis detur locus: quoniam ut diximus, Rebecca tale intentum neceſſario habuit. Non cōſtruitur ergo ſecundum primam conſtructionis ſeriem ſupra dictam: ſed iuxta ſecundam. Nam in prima ly Eſaù limitat ly primogenitus; in ſecunda uerò ly Eſaù limitat̃ à ly primogenitus. Conſequenter ergo in prima non attingit̃ Rebeccæ intentio: in ſecunda uerò ſic. Conſequenter igitur in prima ly Eſaù tenetur pro perſona: in ſecunda uerò tenetur indeterminatè uel pro perſona uel pro dignitate. Ratio eſt quia in ſecunda expectat limitationem, & conſequenter, ſecundum quòd limitatio erit, tenebit̃. In prima uerò nullam expectat limitationem poſt ſe; & conſequenter tenetur per perſona, cum ſtet abſolutè. Ego ſum Eſaù (ut interim diſtinctiùs, quaſi ad digitum id oſtendamus): inquiebat Iacob. Es nè Eſau in perſona, an dignitate? Non in perſona, ſed in dignitate. Primogenitus. n. dignitatem dicit: & ſequitur ad ly Eſaù, tanquam pro quo accipitur, declarans. Quaſi diceret Iacob. Ego ſum Eſaù inquantū dignitatem. ſ. primogenituram habet, non autem aliter. Vel (quod idē eſt) Ego ſum Eſaù, inquantū hoc nomen eſt nomen dignitatis, non perſonæ. Vel (quod idem ſonat) Ego ſum Eſaù, inquantū dignitatem dicit, non alio mō.

¶ Vides nè: nullum hic, ſuppoſita reuelatione prædicta ad Rebeccam, adeſſe uel minimum mendacium? Nonnè hic et conſpicis: quam bellè intētionis Iſaac exprimatur qualitas? Talis enim erat ipſius Iſaac intentio: ut benedicere ipſi Eſaù intenderet, non quatenus Eſaù erat Eſaù, ſed quatenus erat primogenitus. Nō enim erat acceptor perſonarū ipſe Iſaac: ſed merita, quæ dignitas illa figurat, reſpiciebat. In huius ſignum infra, cum ipſum Iacob poſt Eſau aduentum certò cognouiſſet non fuiſſe Eſaù in perſona, non retractauit benedictionem: quam utique retractaſſet, ſi ipſi Eſaù, ut talis perſona erat, benedicere diſpoſuiſſet. Nam ex reuelatione tunc habita nouiter (Hanc ponunt doctores nunc factam ad Iſaac, quæ prius ad Rebeccam factam diximus), quòd ſi quãuis Iacob non eſſet Eſaù in perſona erat tamen in dignitate primogenitura apud Deum: Iſaac non ſolum nō retractat benedictionem datam ipſi Iacob, ſed etiam confirmat. Benedixi (inquit) ei; & erit benedictus. Non igitur perſonam principaliter, ſed dignitatem in benedicendo prius intendebat: id quod manifeſtauit Iacob dicens ad Iſaac benedicturum, Ego ſum Eſaù primogenitus tuus. Quaſi dixiſſet. Mihi benedicere ne dubites: quia dignitatem, quam & benedictionis eſſe propriā materiam noſti, & in filio benedicendo quæris, ego habeo. Non itaque Iacob decepit patrem ſuum, licet prudēter egerit. Vndè quod Iſaac dicit infra: Venit germanus tuus fraudulenter, accipitur pro ly prudenter (ſecundum ueritatem loquēdo): quamuis accipiatur (ut ſonat) in malam partem, idest deceptoriè, ſi iuxta intellectum ipſius Eſaù loquamur, ad quē iſta uerba, illi ferè alludendo, dixit pater. Vis adhuc ipſius Iacob uidere prudentiam ab omni fraudulentia penitus alienam? Audi. Sciebat Iacob, quòd Iſaac pater ſuus uolebat benedicere digno ſecundum Deum benedici, idest primogenito ſecūdum Deum. Iccirco ſeipſum dicens primogenitum ſecundum Dei electionem, & hanc particulam de diuina electione prudenter ſubtacuit; & per hoc ſubtiliter nulla fraude adhibita patris intentionem tangens, quænam hæc eſſet, miro artificio declarauit. Intentionem itaque patris, qui digno ſecūdum Deum benedicere cupiebat, aſſecutus eſt Iacob: dum cōtra patris intentionem facere uidebatur tùm in factis (nō. n. iuit uenatū ad litteram), tùm in uerbis (non enim erat Eſaù in perſona). Ecce quam miranda cauſat obedientia ſimpliciter facta: ut fecit Iacob. Hęc obedientia eſt illa, de qua loquitur Pſal. 17. dicens: In auditu auris obediuit mihi, idest ſubitò quòd meam determinatam uoluntatem audiuit, obediuit ſine replica, uel murmure: & de qua dicitur Prouer. 21. Vir obediens loquitur uictorias.

¶ Ergo (ut ex prædictis habetur) obedientia in principio contraria omnia habere uidetur: quæ tamen demùm omnia conſona, & ualdè conſona, ſunt. Aſſimilatur ergo obedientia comediæ: ſicut inobedientia tragediæ. Comedia nanque diſſona uniuerſa in principio innuit, quæ tamen omnia in fine in magnam conſonantiam euadunt: Tragedia uerò conſona quæque in initio monſtrat; quę tamen eadem in magnam diſſonantiam terminãtur. Sic, hic, per omnem modum inobedienti

Subtilis, & uera tamen expoſitio

Intentio ipſius Iſaac in benedicere uolendo.

Effectus obedientia mirabiles.

Cotolepi logale.

dienti

Loquella inobedientia. dienti accidit & obedienti. Inobedientis enim uoluntas dicit: ego, non faciendo illud mei ſuperioris uelle, benè manebo; me in tali loco collocabo ad mei perpetuam quietem; omnia iſta, & iſta, ſic ad notum & ſpiritale mihi feliciter ſuccedũt. Et uidè quod accidit? Catonis illud: Non eodem curſu reſpondent ultima primis. Nam in fine omnia in diuerſum poſita reperit. Vnde uerificatur illud in Pſal. 9. Inimici defecerunt frameæ in finem. Qui ſunt inimici? Illi, de quibus dictũ eſt Matt. 10. Inimici hominis domeſtici eius. Huiuſmodi ſunt uoluntas hominis, ſeù uolitiones prædictæ inobedientis hominis. Iſtæ hominis uolitiones deficient in finem: quia cõtraria iis quæ anteà uolebat ille homo, tandem accident. Quid eſt ly frameæ? Hoc eſt ſpatæ, gladio, defenſioni. Etſi .n. in fine etiam, uolitiones illæ perdurent, tamen defenſioni non durant: quia cùm experimento diſcunt contraria de facto aduenire, defenſionis animum perdunt, immo defenſionem, quã primò pollicebantur, offenſionem fuiſſe confiteri coguntur. Hæc dicta ſint accipiendo ly inimici in nominatiuo & ly frameæ in datiuo. Quæ, etſi aliter ſumi poſſint puta inimici, in genitiuo & ly frameæ in nominatiuo: eundem tamen (ut patet) conficiunt ſenſum. Idem enim eſt, inimicos deficere defenſioni promiſſæ: Et defenſiones inimicorum promiſſas deficere. Nõnè ergo hic tragœdiam aduertis? Et magnam quidem. Obedientis autem uoluntas inquit; Ego faciendo ſic,

Loquella obedientis. ut mihi à ſuperiori mandatur, talia mala incurram, taliaque bona etiam ſpiritualia perdã, puta meam quietem ſpiritus, meas orationes, mea ſtudia, meas bonas occupationes, fructũ uberiorẽ in proximorũ animabus, & huiuſmodi: Cùm hoc tamen, quòd mihi ſic uidetur, ſuperioris præceptum uolo libenter exequi pro toto conamine meo. Quid putas huic obedienti accidit? Illud uergilianum: Per uarios caſus, per tot diſcrimina rerum tendimus in latium, ſedes, ubi fata quietas oſtendunt. Cum enim talis obediens huiuſcemodi obſtacula tranſierit, ad finemque obedientiæ ſuperioris peruenerit: talis quietas ſedes nõ fato, ſed Dei gratia, inueniet; talis latiũ, nobiliſſimam pulcherrimamq; in toto mundo regionem, inueniet. Talis obediens, cùm ſic ſæpè inuenerit: in poſterũ ſemper, ſi conſtare ſibi uoluerit, de obedientia maiorũ illud Pſal. 131. cantabit. Hic habitabo, quoniam elegi eam; Et cum beatiſſimo Petro Apoſtolo de obedientia clamabit præ gaudio, Domine bonum eſt nos hic eſſe. Matth. 17. Talis utique non audiet tunc de ſe dictum, Neſciens quid diceret: ſed audiet quidem de ſe prolatum, Fauus diſtillans labia eius, mel,

Cant. 4. & lac, ſub lingua eius. Talis experimento cognoſcet Ioãnem Baptiſtam de obedientia tunc fuiſſe locutum, quando dicebat: Erunt praua in directa, & aſpera in uias planas. Praua, q̃?

Luc. 3. Quæ in principio uidebãtur. In directa, quæ? In ea, quæ in fine factis ipſis comprobantur. Aſpera, quę? Quæ uolenti obedientiam impoſitã incipere occurrunt. In uias planas, in quas? In eas, quæ obedientiam ipſam iam perficienti, & ad finem uſque perfectam reddenti, mox cum multa latitudine occurrunt. Nunquid non igitur obedientem comediæ ſimillimum conſpicis? Hæc omnia ſupradicta circa obedientiam facta fuiſſe erga Iacob inuenies facilitèr: ſi eius obedientiã hanc leges, ac penetrabis. Videbis nãque: hunc ad benedictionem largiſſimam perueniſſe, quam nunquam ſe in principio adepturum ſperabat: & patrem tam de negocio certiorem per diuinum lumen effectum benedictionem ſuper Iacob ipſum confirmantem; quem ipſe Iacob in maledictionem mox ut de negocio iſto certior fieret, benedictionem ipſam crediderat conuerſurum. En uide hic, praua fuiſſe demum in directa, Et aſpera in uias planas. Ergo circa obedientem ſit ſemper illud Christi primum miraculum, ſcilicet, Aquæ conuerſio in

Ioan. 2. uinum: Et circa inobedientes illius oppoſitum, ſcilicet conuerſio in aquam. Illud miraculum eſt opus diuinum, & primũ, .i. multum excellens & gratum: iſtud autem eſt quoddam humanum, quod etiam Cauræ facere ſciunt. Ex obedientia igitur diuinum exitum omnibus tanquam conuiuis, non tantum tibi, uehementer acceptum expectato ſemper, ò uerè obediens: Ex inobedientia uerò illi totum oppoſitum, uel citò, uel cum tempore uenturum, pro certo cognoſcito.

Not. ¶ Pro Corollario illo in principio dicto (q. ſ. ſenſus litteræ etiam non catholicis communis eſt literalis autem ſolis catholicis) aduerte hunc textum Quid dixerunt utiq; Iacob, ſcilicet & Eſau. Eadem prorſus uerba, ſcilicet. Ego ſum primogenitus tuus Eſaù. Eccè idẽ prorſus textus ſcripturarum, & conſequenter ſenſus litteræ communis & catholicis, & infidelibus. Quis nõ uideat hic grãmaticũ ſenſum eſſe eundẽ in uerbis amborum? Certè ſunt eadem prorſus iuxta grãmaticam uerba, eodemque prorſus in littera ordine colligata? Et tamen catholicus uerba Eſaù per appoſitionem intelligit ſcilicet Egò ſum primogenitus tuus qui eſt Eſaù; & uerba Iacob per limitationẽ, ſ. Ego ſum Eſaù in eſſe primogenituræ.

Heretici utuntur uerbis, non ſenſu, ſcripturarũ ad confirmandos ſuos errores. Non igitur mirandum: ſi quandoque hæretici ſcripturarum uerbis utuntur ad ſuos errores confirmandos, quæ uerba ipſi per contrarium ſenſum reſpectu catholicorum intelligunt; & conſequenter intelligentia illorum in huiuſmodi uerbis eſt ſecundum hominem, non ſecundum Deum (ut patet de Eſaù): catholicorum uerò eſt ſecũdum Deum, non ſecundũ hominem (ut patet de Iacob). Sicut igitur Eſaù uerba ſua ſecundum hominem, non ſm Deum intelligens benedictionem non eſt conſecutus, quamuis iiſdem uerbis cum Iacob uteretur: ita hæretici, licet uerbis iiſdem cum catholicis utantur, non tamen cœleſtem indè benedictionem conſequentur;

Regnum Dei non in ſermone ẽ; ſed in uirtute. quia non in ſenſu ipſius Iacob catholicos figurantis ipſa uerba intelligunt. Quinimò (quod peius eſt) facto ſuo illo uetẽtur hæretici maledictionem; tanquam diuinarum ſcripturarum falſarij. Nam tales comprehendũtur in regula iuris. 88. quæ dicit. Certum eſt, q̃ is committit in legem, qui legis uerba complectens contra legis nititur uoluntatem. Hæc in de regul. iur. in ſexto.

¶ Applica ad Matth. 4. Angelis ſuis mandauit de te, ut &c. En textus ſcripturarum communis Christo & diabolo: ſed Chriſto ad confirmationem ueritatis, diabolo autẽ ad confirmationem erroris: ut ibi per ſacros expoſitores patet. Nonnè tibi uidetur bonus diabolus, dum ſcriptura bona utitur? Videtur: ſed non eſt. Quare uidetur, & non eſt? Quia ſcripturam bonam tenet; ſenſum bonum in ipſa non tenet immo ſub ipſa ſenſum falſum aſtruere conatur. En quã uafrè procedit magiſter hæreticorum. Veſtimentis ouium cooperitur, ſcriptura ſcilicet ſancta. non ut ouis ſit, uel ut ad eſſendũ oues hortetur alios: ſed ut quis uideatur ad hoc, ut alios ad eſſendum lupos dolo quodam moueat. En lingua doloſa, à qua liberari pſaltes optabat dicens: ò domine libera me à lingua doloſa. Fraudulenter nanq; ſub ſcripturarum uelo noſtras decipere animas moliuntur: dum ſub ipſis falſum, & ſecundum hominem ſolùm, ſenſum contegunt. *Pſ. 119*

Nota, & bene; q ſperet uſque in finem. ¶ Hæc dicta ſint ad commouẽdum omnes; ne citò illi credant, qui ſcripturas ſacras affert. Non enim in littera uirtus eſt: ſed in ſenſu illius uero. Immo litera occidit, ſpiritus autẽ uiuificat: .i. litera ſine sẽſu uero occidit (& quãmultos occidit & nunc occidit, & in poſterum incautos occidet?); quæ tamẽ litera ſenſu Spiritus ſancti fulta uiuificat. Quomodo autem ſenſum uerum, cùm ſcripturas ab aliquo audieris allatas, haberi ab ipſomet agnoſcas: iam diximus. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites: q̃ ille ſenſus tantummodò uerus eſt, benedictionemq. meret; qui à matre procedit. Eſau amittit benedictionem, nec recuperare ualet, quãuis ad hoc ualdè lacrymetur: non quia non protulerit uerba uerbis matris omninò eadem, ſed quia alium ſenſum à matre in uerbis illis habuit. *2. Cor. 3.* Ad matrem igitur, quamprimum à quoquam uerba diuina audieris, oculos dirigere ne per aſtum decipiaris ab illo. Si matris ſenſum habet; illius uerbis ſic ab eo gloſatis citò crede, atque ipſum tamquam Iacob benedictum uenerare. Sin autẽ matris ſenſum non habet: aures tuas ab illo auerte, atque ipſum tanquam Eſau maledictum deteſtare; & quamuis cum lacrymis (uelut Eſau) in tui gratiam recipi quæreret: tu (uelut Iſaac) ipſum noli recipere.

¶ De agnoſcendo in ſcripturis uerum ſenſum à falſo, & quidem faciliter, uide Compend Alb. lib 5. cap 43. Scho. & lib. 7. cap 9. Scho. Item Elucidationes ſuper pri. par. in ordine articulorum num. 1. 171. 184.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

EX Concluſione hac 3. cap. 27. deſtruitur manifeſtè temerarius error Io. Vuiclef cũ Luthero dicentis (ut refert Melchior Cano, de Loc. theologic. lib. 2. cap. 6. Et Prateolus, tit. Sectarij): q̃ ſcriptura ſacra ex ſe adeò eſt clara, ut nulla hominum decla ſit neceſſaria approbatio. Per approbationem uidentur hi cointelligere etiam expoſitionem, ſeu quamcunque interpretationem; ex eo q̃ ſcripturam eſſe ex ſe clariſſimam præmittunt. Deſtruitur etiam hinc ſimilis temeritas Bibliſtarum dicentium (& hoc contra Concilium Trid. Seſſ. 5. cap. 1. de refor.) ſcripturæ ſacræ textum

oudum

nudum ſolum recipiendum, legendum in ſcholis, atque populo proponendum; & quòd omnes ſumus à Deo diuinitus edocti. Item error temerarius Brentij dicentis: quemlibet pro arbitrato ſuo poſſe exponere ſacram ſcripturam, nihil in ea difficile, nihil obſcurum ſibi perſuaſum habere. Item horrenda temeritas Sectariorum dicentium: quòd licet laicis, etiam mulieribus, æquè ac ſacerdotibus, tractare ſacram ſcripturam ac uerbum Dei. Patet enim hic totum oppoſitum errorum prædictorum omnium namque fundamentum erat, quòd ſcriptura ſacra non erat (ſecundum illos) difficilis captu, ſed admodū clarat: & ex præſenti textuali concluſione liquet ſcripturam ipſam eſſe difficillimam, cùm iiſdem literis manentibus non niſi diuerſus ſenſus ſub ipſis apprimè uelatus poſſit ueraciter aptari. Vide Elucid. pri. par. art. nu. 1. 10. 170. 183. Ex his nanque affatim patefiet tibi multo contra prædictos errores. Damnātur & ab ipſo Domino Io. 16. multa habeo nobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. Nunquid apoſtolis ipſis, etiam ante Aduentum Spiritusſancti in die Pentecoſtes, ſunt doctiores laici quoque, ac mulieres, apud Sectarios; ut doctrinam Chriſti, quam capere non poterant, hanc ipſam & quidem ſine difficultate capiant? ò Luciferi tumor infandus. Aut quam dixit Chriſtus doctrinam ſuis diſcipulis obſcuram; hanc Brētius, Lutherus, ac Bibliſtæ, non modo non obſcuram alicubi ſed & adeò claram dicant, ut nullius expoſitione indigeat? ò præſumptionem. At, inquiunt, ſumus omnes diuinitus edocti à Domino. Veriſſimum utique: ſed non hoc edocti, ut ſcripturam ſacrā pro arbitrato quiſque ſuo exponere poſſit (hæc uia namque apertiſſima eſſet ad introcendum omnes hæreſes); ſed hoc nos ſumus diuinitus edocti, ut paſtorem noſtrū nobis à Chriſto datum pro ſacra ſcripturarum intelligentia conſulamus, ipſumque in his intelligēdis attentè audiamus, non declinantes ad dexteram, uel ad ſiniſtram ab eiuſdem doctrina. Vt quid Chriſtus hunc nobis paſtorem, Petrum uidelicet Apoſtolum dedit? Io. 21. Vt quid ſingulis ſucceſſoribus, in eiuſdem B. Petri perſona tunc contulit plenam poteſtatem paſcendi, regendi, & gubernandi totam Eccleſiam catholicam? Concil. Florentin. Seſſ. ult. in liter. Sanct. Vnion. Vt quid omniū Chriſtianorum patrem, caput ac doctorem exiſtere ipſum Chriſti generalem Vicarium, Romanum Pontificem, aſſerit Concilium Florentinum ibidem? Certe, ut ſub illius paternitate, capitali influentia, ac doctrina ſemper uiuamus, ſi chriſtiani dici & eſſe uolumus: non ut pro noſtro arbitratu interpretationes ſcripturarum fingamus. Vide Compend. Alber. lib. 7. cap. 9. Schol. & infra Deuteron. 17. concl. 7. 9. Damnantur quoque, & quidem ad litteram, à 2. Petr. 3. Chariſſimus frater noſter Paulus ſcripſit uobis ſecūdum datam ſibi ſapientiam, ſicut & in omnibus epiſtolis, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum damnationem. Nota hic duo hæreticorū familiaria inſignia, ſeu epitheta, uidelicet indocti, inſtabiles, & hæc in intelligentia ſcripturarum. Reprobantur & à 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Ad differentiam utique imperfectorum. Damnantur & à ratione naturali. Nunquid Virgilius, Cicero, Terentius, profundiores ſenſus habent, quàm Spiritusſanctus. Cur mulierculis, ac laicis paſſim dantur ad legendum? En iniuria magna Spirituiſancto. Non mirum ergo: ſi hinc in tot hæreſes cadere permittuntur. Vide Compen. Alb. lib. 5. ca. 43. Schol.

Text. PRimogenita mea ante tulit: & nunc ſecundo ſurrip. 6. &c.

Concl. 4. *Benefacta aliorum, mali in malum interpretantur.* [Ex eo.]

Ratio. IACOB enim in caſu tam primogenituræ, quàm benedictionis, non furtum fecit, nec doloſè ſe habuit, aut peccauit (ut ſupra 25. & hinc, uiſum eſt); & tamen Eſau malus hæc omnia ad malum ſenſum retorquet.

Coroll. Paſſiones. Mat. 12. Luc. 6. ¶Ergo paſſiones (nam Eſau erat iratus) ſenſum peruertūt, & iudicium. Ergo unumquodque recipitur per modum recipientis. Ergo bonus homo de bono theſauro cordis profert bona: malus autem mala. Ergo malum ſignum habetur de homine in hoc: quando in malam partem accipit quæ ab alijs facta in partem utramuis interpretari queunt. Nam huiuſmodi, ſignum eſt: quod ſic iudicans eſt malè diſpoſitus. Ergo (ab oppoſitis) indifferentia à cæteris acta benè interpretans: de ſui bona diſpoſitione magnam affert atteſtationem. Nam qualis unuſquiſque eſt: taliter alter ſibi apparet faciliter.

APPENDIX.

Exemp. HINC habes: quòd mali aſſimilantur ei, qui in Coclear aſpicit. Quid facit iſte? ſi in Coclearis concauum feratur oculis, hominem totaliter pedibus inuerſum conſpicit: ſi uero in Coclearis conuexum, hominem rectum uidet. ſimiliter ergo mali ſe habent in ſui ipſorum, & proximorum cōſideratione. *Opinio hominū malorū, & circa ſe, & circa alios.* Quando ſe uiderint mali, ſeipſos benedictione cum Eſau dignos appellant; ſe ſimplices, utpote à proximis decipi faciles cum Eſau uocant; ſe excuſatione dignos, ſi in aliquo deprehendantur errore cum Eſau iudicant. Ecce quòd in Coclearis conuexum aſpicientibus aſſimilantur, dum ſui ecc... nunt: quoniam ſe, ſuaque tanquam recta, uel rectitudini proxima exiſtimant. Nota litteram hanc: & Eſau ſic de ſe opinatum fuiſſe conſpicies. Sin autem mali aliorum facta quæcunque attendant: ipſa de fraudulentia, hypocriſi, ſupplantatione uè cum Eſau mordent; ipſa bona, quæ illis proximis eueniunt, iniuſtè euenire, aut ſaltem ſibimet iuſtius euenire debuiſſe cum Eſau opinantur. Nunquid non malos nūc in Coclearis cōcauum oculos fixiſſe coniectas ex quo aliorum dicta facta &c. inuerſa iudicant? felices hi: ſi è contrario facere didiciſſent. Quid tum? Vitam propriam inſpicerent ad inſtar uiſionis concaui: alienam uerò ad ſimilitudinem conuexi Coclearis. *Opinio bonorū de ſe, & alijs.* Hoc modo autem non didicerunt mali: ſed ſoli boni. Alios enim boni ſemper meliores ſeipſis putant. Et ſeipſos ſemper de aliquo diſtorto actu reprehendunt. Vnde legis Prou. 18. quòd iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. E contrario ergo ſi arguas quid dices? Quòd iniuſtus in principio ſermonis iactator eſt ſui. Quid inde? Quòd iuſtus in principio ſermonis laudator eſt aliorum: iniuſtus autem in principio ſermonis uituperator eſt aliorum. Coclearis ergo diuerſa parte in uidendo uitas diuerſas utuntur boni, & mali.

Not. ¶Si hanc peſſimam conditionem malorum in hæreticis anthonomathicè exiſtentem videre cupis, indeque, illos vnicè peſſimos tanquam à proprietatibus rerum efficaciter concludens, infallibiliter agnoſcere: conſule Elucidationes noſtras ſuper Additiones ad tertiam partem D. Thomæ q. 9. art. 4. Ibi, enim in vno Caluino velut in ſpeculo aliorum hæreticorum effigiatam ad viuum conſpicies ipſorum hanc freneticam paſſionem; in qua ipſum Eſau longo interuallo vincunt.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXVIII.

Text. CVM dimiſiſſet eū Iſaac: profectus peruenit &c. Item. Igitur egreſſus Iacob &c.

Concl. 1. *Quandoque in ſcriptura priùs ſummatim dicitur id; quod poſt per partes ſingillatim narratur.* [Ex eo]

Ratio. EN Prius, in quadā ſūma narrat iter ipſius Iacob ibi (Profectus peruenit in Meſopotamiam Syriæ; ad Laban filium Batuel Syri): poſt ſingillatim per partes ipſum iter explicat ibi (Igitur egreſſus Iacob de Berſabæe pergebat Harā. Cūque veniſſet ad quendam locum, & uellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitum: tulit de lapidibus qui iacebant &c.

Not. ¶Simile habes Io. 13. vbi primo narrat lotionem pedum ſummatim ibi lauit pedes diſcipulorum ſuorum; poſt explicatiùs ibi venit ergo ad Simonem Petrum. Item Io. 1. ſummatim ibi confeſſus eſt, & non negauit; particulariter ibi confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus neque Helias, neque propheta, ſed vox clamantis in deſerto. Item Gen. 1. ſummatim ibi Maſculum, & fœminam creauit: diſtinctiùs ibi ſecundo capitulo vbi vtriuſque factionem edicit. Item Marc. 7. ſummatim ibi, bene omnia fecit: per partes ibi, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. i. & fecit bene, ſurdos audire bene; & fecit bene, mutos loqui bene.

¶Hoc

¶Hoc annotatum eſſe volui:ne credatur, ſcripturam inutiliter repetere idem; & ſic nugationem parere. Non enim inutiliter repetit ille: qui licet idem, non tamen eodem modo narrat.

Tex. **V**Iditque ſcalam &c. Et audiuit Dominum dicentem ſibi. Ego ſum &c. vſque ad ly niſi compleuero vniuerſa, quæ dixi.

Concl. 2. *Verus obediens, etiam antequam obedientia compleat à Domino maximas conſolationes recipit.* [Ex eo.]

Ratio. EN Iacob quamuis poſitus in obedientia, non tamen obedientiam compleuerat: & Deus tot illi conſolationes immittit. Primò enim ſcalæ uiſionem ei oſtendit; quæ cum Chriſti incarnationem denotaret (hanc enim figuram ad ſeſe Chriſtus applicauit, videbitis angelos aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis), maximi gaudij Iacob miniſtra

2 fuit. Secundò tam ipſi Iacob, quàm ſemini ſuo, largas promiſſiones offert. Et ne dicas quod huiuſmodi promiſſa ad Iacob

Reſponſio tacitæ obiectionis. facta ſunt propter merita Abrahæ tantum, non propter obedientiam hanc ipſius Iacob: reſpice. Supra 26. quando reſpexit ad merita ipſius Abrahæ, dixit ad Iſaac daboque poſteris tuis regiones &c. eo quod obedierit Abraham voci meæ. Nunc autem quando promittit ipſi Iacob; non facit mentionem de Abrahæ meritis: ſignum profectò ex hoc nobis relinquens, quod propter obedientiam etiam hanc ipſius Iacob iſta pollice-

3 batur ei. Tertiò ſtupore plena promittit, inquiens: ero cuſtos tuus. Et quocunque perrexeris: id quod maximum Dei donum eſt; cum multis gratia aſſit quibus tamen perſeueran-

4 tia non datur. Concilium Trid. Seſſ. 6. capit. 14. can. 23. Quartò Deus ſemetipſum, tanquam transformatum in ipſum Iacob obedientem, inſinuat dicens; reducam te in terram hanc, nec dimittam niſi compleuero uniuerſa, quæ dixi: id quod maximam, immo indicibilem exultationem ipſi Iacob multiplicabat: cùm uideret Deum adeò de ſe protectionem firmiſſimam habere, ac habiturum.

Corol. ¶Voluntatē ergo magis attendit Deus: quē opus ipſum. Idcircò ubi primum uoluntas aliquid propter Deum agere deliberauerit: Deus hanc uoluntatem pro opere computat. Nam operari, facultate data, intendit. Vide: quòd ob bonam uoluntatem, ut ſit apud Deum meritoria, requiritur opus intentum in tempore ſuo exequendum. Hinc eſt: quòd Deo uoluntas adimplendi mandatum, etiam quòd nondum in exequutione adimpletum ſit, accepta eſt; quoniam in intentione eſt iam impletum; Confirmatur hæc ex Concil. Trid. Seſſ. 6. cap. 14. dicente; pœnitentiam continere &c. ſacramētale cōfeſſionē, ſaltē in uoto, & ſuo tpe faciendā: & quod pœna æterna ſacramēto, uel ſacramenti uoto, una cum culpa remittitur. Hæc ex illo: Sicut autem uoluntas ſimul cum execuatione operis eſt aliquid maius, ita quid Deo magis acceptum dicit, quàm ſi tantùm in intentione habeat opus: & conſequenter illa uoluntas eſt magis meritoria, quàm illa. Non igitur dicimus uoluntatem bonam, etiam in intentione habentem opus tempore ſuo toto poſſe exequendum, reputari apud Deum pro opere: quia uoluntas talis ſibimet cum executione operis exiſtenti æquiualeat; ſed quia uoluntas talis ſufficit ad ſalutem. Verbi gratia. Votum quis habet uerum confeſſionis; dum autē uadit ad confeſſionem moritur: iſti dimiſſa ſunt omnia peccata, & pœna inferni ad purgatorium tranſlata eſt. Votum quis habet confeſſionis, uadit & confitetur: huic dimiſſa ſunt omnia peccata, & pœna inferni ad purgatorium tranſlata eſt; &

Velle eſt fieri. & baptizari. &c. quantũ ualeat. ultra hoc minor in purgatorio illi remanet, quam primo illi. Rurſus. Votum habet quis baptiſmi, dum ad baptiſmum uadit, moritur: iſti omnis culpa & pœna dimiſſa eſt, ſed non character impreſſus: Character uerò imprimitur, ultra duo illa, ei, qui actualiter baptizatur. Non mirum ergo uideatur hinc: ſi indulgentiæ particeps eſt is, qui mare de facto traijcit; & is, qui uotum ſolummodo traijciendi maris habet, indulgentia (ſi de facto tranſeunti mare ſolummodo detur) non potitur. Multas ergo cùm habeat conſolationes bonam tantum uoluntatem habens: quid de bonam uoluntatem cum opere exteriori habente dicemus? Quòd maiores conſolationes habebit: cū tunc magis mereatur, & finis ſit nobilior quàm principium. In ſignum huius ipſi Iacob factæ ſunt apparitiones diuinæ in uia: & in uiæ termino (puta, quādo ad Laban erat) apparitionibus diuinis conſolationes iunguntur in uxorum cōplexibus, filiorum natiuitatibus, multæ facultatis augmentationibus. Ergo plura in termino uiæ adeptus eſt: cum hæc ultima ſibi adiecta fuerint.

Not. ¶Concluſio hæc eſt contra errorem Ioſeph. 12. antiquitat. dicentem quod voluntas mala non eſt peccatum, niſi exeat in effectum. Hoc enim ab oppoſitis monſtratur hic eſſe falſum; ut patet diſcurrenti.

APPENDIX.

EX ſupradictis ſcripturis, & Concilio, habes: quod excluditur illa hæreſis Lutheri dicentis, quòd opera bona etiam, ut a Spiritusſancto piorum corda inhabitante, ſunt peccata, & hæreſim Amſdorphianorum dicentium opera bona eſſe perniciosa ad ſalutem. Hic enim uidiſti: quod etiam uolūtas bona opera faciendi, meretur ualde apud Deum. Vnde illæ hæreſes a fortiori omnino corruunt. De hac re tamen, ut & abundantius confodiantur uide Elucidation. ſuper pri. par. in ord. ar num. 498. Et ſuper Addition. numer. 303. 58.

¶Applica ad Luc. 2. Pax hominibus bonæ uoluntatis. Vide bonam uoluntatem (ut diximus, eſſe acceptam Deo, cum ei det magnum quid, id eſt pacē. Vel ad Iac. 4. Qui uoluerit amicus eſſe mundi inimicus Dei conſtituitur. Vide uoluntatem malam eſſe peccatum. &c.

PAuenſque, quàm terribilis eſt, inquit, locus &c. Tex.

Concl. 3. *Locus Deo dicatus (puta templum, chorus) multum eſt uenerandus.* [Ex eo.]

QUASI dicat ego neſcio in totū exprimere reuerentiā; quàm ſibi domus Dei expoſcit: ſed per modum admirantis ſtupens dico, quàm terribilis eſt locus iſte? Ratio.

¶De reuerentia ſacris templis adhibenda, ut aliqualiter; cognoſcas, quam terribilis ſit iſte locus, & confundas Manichæos, ac ſimiles templorum oſores (contra hos pugnat Auguſtinus lib. 2. contra Fauſtum): uide Concil. Trid. ſeſſ. 22. capi. 1. poſt canones.

¶Applica ad Ioan. 2. & Matth. 21. Domus mea, domus orationis eſt? & de reuerentia & cultu etiam exteriori locorum ſacrorum. contra hæreticos. De hoc uide pulcherrima in Compen. Alber. lib. 5. c. 58. Schol.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

DICTA concluſio 3. ſicut & 4. ſequens, cap. 28. deſtruit blaſphemiā hæreticorum (ut refert Euthimius. 2. par. ſuæ Panopliæ tit. 23.) qui Bogomiles uocātur dicentium: quod in templis habitant dæmones. Itē oſtendit, quod illa ſigna infeſta quæ Andreas Caroloſtadius intulit aris, & templis (teſte Hoſio lib. 1. de hæres.) fuerunt acta impia. Item deſtruit Fauſti Manichæi impietatem hæreticam dicentis: tēpla altaria, incenſa, uaſa, luminaria, ueſtes, imagines, ſacrificia, eſſe abijcienda. Item hæreſim Albigenſium dicentium, templum uel eccleſiā adire orandi cauſa, uel in ea orare, nihil prodeſſe: & quòd ita bene adorari poteſt Chriſtus in nemorib. ſicut in eccleſia; & melius. Has enim oēs impietates aperiſſimè poteſt quilibet rectè intelligens & applicās, quam facillimè explodere ex concluſione præmiſſa ſuis præſertim declarationibus (ut ſupra) circumuallata. Damnantur & ex dictis cap. 12. con. 3. & 5. Dānātur & a factis. B. Syluestri, Papæ. Huius enim ſuaſu complures Baſilicas ac templa in honorem Dei ac Sanctorum Magnus ille Conſtantinus Imperator Auguſtus extruxit Lateranenſem videlicet & BB. Petri & Pauli, Laurentij extra muros eiſque dona plurima contulit, quæ longum utique eſſet recenſere. De his donarijs tamen uide, ſi uis, in tomo primo Conciliorum circa acta. B. Syluestri, & Conſtantini. Ad qd aūt talia tantaque Deo dicata loca ædificari feciſſet: ſi melius non coleretur Chriſtus in templis quam nemoribus? His itaque geſtis & hanc & omnes

nes hæreſes prædictas, ac ſimiles, prudentiſſime, potentiſſimeque damnauit tàm Sãctus Pontifex. Quoniam autem de uaſis ueſtibus &c. facta eſt mentio: ideò ſpecialiter impietates illas damnari ſcias a Papa Sixto, de conſec. di. 1. In Sancta Apoſtolica ſede ſtatutum eſt, ut uaſa ſacra non ab alijs, quam à ſacratis, Dominoque dicatis hominibus contrectentur: ne pro talibus præſumptionibus Dominus iratus plagas imponat populo ſuo: & hi etiam, qui nõ peccauerũt, pereãt; quia perit iuſtus ſæpiſſimè pro impio. Hęc ibi. Pro aliorum hic Sixti uerbis habes formidabile exemplum in lib. Ioſue. cap. 7. de Achã præuaricatore anathematis, propter cuius unius peccatum punita fuit plebs Iſraelitica in prima aggreſſione urbis Hay, licet ipſa ſecundum ſeipſam nõ peccauerit, imò nec huius præuaricationis cõſcia tunc fuerit. Sed & Dominus propter eius ſolius peccatum huiuſmodi locutus eſt ad Ioſue uerba hæc. Nec poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, eoſque fugiet: quia pollutus eſt anathemate. Non ero ultrà uobiſcum: donec cõteratis eũ, qui huius ſceleris reus eſt. Hæc ibi. Vnde & B. Ambroſius Homil. ſuper Luc. c. 5. de Petro alijſque cum Iuda nauigantibus loquens ait. Etſi multa illic Diſcipulorum merita nauigabant: tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraq; Petrus: ſed qui ſuis meritis eſt firmus turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorẽ: nè per unum plurimi fluctuemus. Hæc ibi. En ſocietas malorũ quibus etiam in malo nõ conſentias, quantũ nocet: ad quod ſignificandum, ad omnes uniuerſaliter clamat ipſe Ambroſius; Caueamus perfidum; caueamus &c. Damnantur & errores prædictæ impietatis à Papa Vrbano. IIII. Ariminen. Epiſcopo ſcribentem. Si locus ad hoſpitalitatis uſum & pauperũ prouiſionem (ſicut moris eſt) authoritate Pontificis fuerit deſtinatus, cum ſit religioſus, non debet humanis uſibus deputari: ſicut de ueſtibus, & lignea uaſis, & alijs utenſilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis antiqua conſuetudo indubitanter obſeruat, & uenerabilium patrum edocent ſanctiones. Hęc ibi: & recitantur, extra de religio. domib. cap. ad hæc. Per quæ intendit (à fortiori arguendo) Vrbanus: quòd dicata Domino in templis, ſiuè ſint ueſtes, ſiue uaſa, puta calices non debent uſui laicorum, aut etiam tactui, ullatenus patere ſeu deputari. Item a Stephano Papa ad amicum ſuum familiarem ſcribente. Veſtimenta eccleſiæ, in quibus Domino miniſtratur, & ſacrata debent eſſe & honeſta; Quibus in alijs uſibus nõ debent frui, quàm eccleſiaſticis, & Deo dignis officijs, quæ nec ab alijs debent contingi, aut offerri, niſi a ſacratis hominibus, nè uitio, quæ Balthaſar Regem percuſſit, ſuper hoc tráſgrediẽtes ueniat, & corruere eos faciat ad ima. Hæc ibi: & recitantur de conſecr. diſt. 1. De Balthaſar iſto habes in Daniel. 5. Damnantur & à diuina iuſtitia per factum hoc narratũ à Nicephoro in hiſtoria eccleſiaſtica lib. 10. cap. 29. Iulianus Iuliani Imperatoris auunculus uaſa ſacra eccleſiæ cuiuſdam diripienda mandauit. Hic morbo correptus ad dies quadraginta ita diſtentus iacuit; ut neque loqueretur, neque ſentiret quicquam: quia ſacris uaſis, quę terrę illiſerat pro ſedili uſus fuerat. Item a Concilio Triden. Seſſ. 22. c. 5. quod per te uideas: & canon. 7. Si quis dixerit: cęremonias, ueſtes, & externa ſigna: quibus in Miſſarum celebratione eccleſia Catholica utitur irritabula eſſe impietatis magis, quã officia pietatis: Anath. ſit. Hæc ibi. Item à Stephano Papa in extra. 7. regul. iur. Quicquid in ſacratis Deo rebus iniuſtè agitur, pro ſacrilegio reputatur: quia ſacra ſunt, & a quoquam uiolari non debent. Hæc ille. Damnantur quoque ab Elucidatiou. Addi. ait. nume. 128. 133. 169. Item a Gen. 12. con. 3. 5. & cap. 35. con. 1. Item ab Exod. 19. con. 3. & cap. 26. conc. 1. & cap. 39. con. 1. Itẽ a Leui. 22. con. 1. & cap. 26. con. 1. & cap. 27. con. 5. Pulchrè facit B. Hieronymus contra prædictos, in Epiſt. 10. contra Vigilantium. Vide ea.

Text. **L**Apis hic, quem erexi, uocabitur domus Dei.

Concl. 4. *Licitum eſt etiam natura dictante ædificare templa, ſeu domos Dei, & maximè hoc, ubi aliquid diuinum apparuit.* [Ex eo]

Ratio. IACOB erat ante legem ſcriptam: tamen de dictamine legis naturalis, ſpiritusſancto iuuante, in loco ubi ſibi apparitio facta erat, domum Dei erexit.

¶ Contra hæreticos templa deſtruentes: contra quos adde & ſequentia

Not. 1. ¶Simile habes de Abraham. ſupra cap. 12. & de Noè, cap. 8. Quòd ad imitationem ipſius Iacob ædificanda ſint à Chriſtianis templa, & quòd plurimum ueneranda, & quòd conſecranda, & quòd in ijs Deo precum uota cum Iacob offerenda: unde Concilium Aquenſe ſeu Aquiſgranenſe lib. 1. cap. 22. 23. 24. In quo cap. 24. tandem concludit. Sicut uerbis Patriarchæ Iacob apertè demonſtratur; cuncta Deo dicata templa & terribilia ſunt, & Dei habitacula, & uerè domus Dei ſunt, & portæ cœli. Paueat ergo ad inſtar Iacob humana præſumptio: nè quoquo modo de tam terribilibus & ſacratis locis uiolandis ſibi proueniat damnatio. Hæc ibi.

Not. 2. ¶Templa Dei extrinſeca illi accepta fuiſſe, tum ex actionibus ſanctorum antiquorum, tum ex beneficijs ibidem illis a Deo collatis, tum ex conſecrationibus ibi factis, patet. Ex actionibus ſanè; quoniam ſanctos plures altaria ædificaſſe antiquitus notum eſt. Ex beneficijs autem; quoniam ibi, ubi templum ædificandum erat, beneficium reuelationis, donumque exauditionis, Deus Iacob ipſi contulit. Quid ergo dicendum circa beneficia inibi diuina: ſi iam ædificatũ fuiſſet? Certe plura, maioraque beneficia ibi præſtitiſſet Deus: Vt ratio naturalis dictat. Ex conſecrationibus uerò, quoniã illa unctio lapidis à Iacob facta templorum conſecratio erat: ſecundum Concilium Aquenſe, ubi ſupra. Vide in fonte: quoniam pulcherrima ſunt. Vult autem Deus etiam manufacta templa; non quia his indigeat, ſed quia nos his indigemus. Ecce. Iacob ipſe in loco, ubi templum futurum audiuit, reuerentiam grandiorem concipit erga Deum (quàm terribilis, inquit, eſt locus iſte?) contemplationemque magnã, exercet (Non eſt, ait, hic aliud; niſi domus Dei, & porta cœli) orationes uotiuas ad Deum fundit (Votum uouit ibi dicens &c.

Vide per totum.

Vtilitas Eccleſiarum multa nobis.

Coroll. ¶Nos ergo cum maximè his tribus. ſ. reuerẽtia erga Deũ, contemplatione diuinorum, orationibus ex magno deſiderio (quod uotum importat) feruoreve, factis, indigeamus, & templa extrinſeca magnopere ad hæc tria etiã ſpirituales perſonas qualis erat Iacob, (ut patuit) iuuẽt concludendũ profectò erit; quòd templa nos, maximè imperfectiores, quàm Iacob, multum iuuent ad ſalutem promouendam animarum noſtrarum. Qui ergo negant templa conſtruenda, conſtructaque diruunt (quæ duo faciunt hæretici) contra ſalutẽ humani generis pugnare conuincuntur. Sunt ergo diabolici homines: cùm diabolus ab initio ſaluti humanæ inſidiatus ſit. Quis ergo hos recipiat? Quis hos ad auditum uſque patiatur? Quis hos non auerſetur? Verè per hoc dogma claudũt regnum cœlorum hominibus: nec ipſi intrant, nec alios intrare ſinunt. Attende.

Veriſſimum eſt contra hæreticos.

PORTA COELI.

Eccleſia porta. QVomodo templũ à Iacob hic appellatum eſt? Porta cęli. Vis ingredi aliquam domum? Primò omnium portam domus inquiris. Quid inquirendo dicis? Neceſſaria eſt mihi porta: Et niſi hanc inuenero, fruſtra omnia conatus ad intrandum erit. Nam non niſi per portã datur ingreſſus. Alij enim, qui aliundè a porta domum uolunt intrare, tanquam fures & latrones arcentur: Et ideò aſcendere quidem poſſunt in altum; at non aſcendunt, ut domum intrent, ſed ut uim perorſus ab alto corruant, & ſibi capita frangant. Ego ſum (inquit) oſtiũ: per me ſi quis introierit ſaluabitur, Et ingredietur. Ergo ſi per oſtium quis intrare noluerit, nunquam domum ingredietur ſupernam, & damnabitur: Templum Dei (ad nos ò hæretici) quid eſt? Porta cœli. Hoc Iacob de templo uiſibili futuro ibi dixit; hoc à ſpiritusſancto actus (nam prius reuelatione illuminatus eſt) dixit: quocirca ueritatem irrefragabilem dixit. Porta igitur cœli eſt templum Dei uiſibile. Cœlum ingredi ne poteſt quis, niſi per portam? Non: Euangelio ſupradicto teſte. Ergo quid? Audite, & obmuteſcite. Ergo tollẽtes templa claudunt cœlum. Ergo ſi claudunt cœlum, per hoc nec ipſi ſupernam Hieruſalem intrãt (phariſęis ſimiles, quos his uerbis in Euangelio reprehendit Chriſtus) nec alios omnes ſibi (quantum in ipſis credentes eſt) intrare permittunt. Toti ergo mundo hæretici (quantum in ipſis eſt) claudunt regnum cœlorum. En quanta ruina.

Ioan. 10. Hoc dictũ Ioh. infra 1. q. examinatur ad propoſitũ

Matt. 23

¶En quõ nimium ſaluti aduerſantur. Non mirum ergo, ſi hęretici ante omnia peſſundare templa ſtudent: quoniam hunc ingreſſum cœlorum, quem ſuus eorum magiſter diabolus hominibus inuidet, nobis patere dignoſcunt. Etenim porta cœli templum eſt: & hinc ſcala ad cœlos uſque protenſa naſcitur, quam in ſomnis uidit Iſrael. Ergo (ab oppoſitis) negatio templorum porta inferi eſt: & hinc ſcala ad infernum damnatorum uſque deſcendens oritur, quam in ſomnis ui-

det hæreticus. Quid ni in ſomnis dixerim hæreticum maximè ea malitia peccantē ſcalam hanc miſeriam plenam gradibus ad inferna tendentibus uidere: quandoquidem ex uiſione illa, ac ſi dormiens uideret, nulla in bonum à malo reſipiſcentia mouetur; nullum inde pœnitentiæ concipit deſiderium? Taceo quòd omnia hæreticorū dicta, ideò etiā ſomnia ſunt quoniam nullum niſi in phantaſmate quodam falla cioſo, fundamentum habent. Doctrinam hanc docere nos uoluit concilium ſeptimum generale can. 9. quando ſcripta & dicta hæreticorum uocat ludibria puerilia: Et hoc quia omnia ſunt & friuola, & inania, & ſoluta facillima; ut puerorum ludibria. Cæterum cum ſint ſomniis dimittamus illos: quoniam, poſtquam dormierint ſomnum ſuum, nihil inuenient diuitiarum in manibus ſuis Pſal. 75. Aliud tamē ab iſtis ſomniatoribus ſcias inueniri ſomnium, de quo hic, & alibi ſæpius, ſcriptura loquitur, & quod alio nomine, uiſio à Deo dormienti immiſſa, dicendū eſt. In hoc ſomnio à Deo immiſſo non poteſt eſſe deceptio: quoniam radius diuinæ reuelationis non permittit, ut mentes, quibus fit huiuſmodi reuelatio permaneāt in ſimilitudinibus uiſis, ſed eleuat eas ad cognitionem intelligibilium, à Deo intentorum: ut colligitur ex. 1. q. 1. ar. 9. ad ſecundum, & 2. 2. q. 95. ar. 6. & q. 172. ar. 1. ad ſecundū. Huius ſecūdi generis ſomnium Iacob, Patriarchę, prophetarū plurimi, ut habetur Numeri 12. & Matth. 1. Iob. 33. Ioſeph Chriſti pater putatiuus Magi ſancti, Apoſtolus Petrus, Paulus Coapoſtolus, & multi alij ſancti, habuerunt. Nec mirum, ſi ſomnia diuina ſint a ſomniis diabolicis diuerſa: quoniam & prophetæ diuini, & prophetæ diabolici reperiuntur diuerſi.

QVÆSTIO.

SVprà, per Euangelium, dictum fuit: ꝙ Chriſtus eſt oſtium. Ergo uiſibile templum non eſt oſtium cœlorum. Alioquin materiale templū eſſet Chriſtus: quod eſſe falſum, omnibus patet. Quomodo igitur uerificari poteſt dictum ipſius Iacob, niſi de Chriſto, ꝙ porta cœli eſt? Quod ſi uerum eſt: & nos (inquiunt hæretici) libenter Chriſtum pro cœli porta acceptamus: Immò, nè aliam cœli portam, ne ſui iniuriā illi irrogantes, ponamus; templa de medio tollimus. Maior enim honor Chriſti eſt, ſi ſolus ipſe cęlorum porta ponatur: quam ſi alteri alicui hæc ſimul excellentia detur.

RESPONTIO.

MVlta hic per ordinem dicenda ſunt: ut diſtinctè reſpōdeamus, & ad plenum. Primò, ꝙ hic ad literam de materiali tēplo loquitur Iacob in illis uerbis & porta cœli. Secundò, ꝙ cùm hoc ſtat, ꝙ Chriſtus ſit oſtium. Tertiò, ꝙ non fit Chriſto iniuria uel minima, nec tollitur ab ipſo excellentia aliqua per hoc, quod templum uiſibile dicitur porta, ſiue oſtium cœli.

DE PRIMO.

PRo primo igitur notādum. ꝙ de uno, & eodem loquitur Iacob, quando dicit: Hic domus Dei eſt, & porta cœli. Hoc eſt. Vnū idēque intēdit deſcribere per eſſe domū Dei, & portā cęli. Sed domū Dei illud appellat, quia Deus illud ſibi cōſecrarat: portā vero cęli, quia ex illo ad cęlū facilis eſt aditus. Hæc duo in ſomnio illo Iacob uidit. Per hoc enim ꝙ Dominus ſcalæ innixus dixit ſibi, terram in qua dormis tibi, & ſemini tuo dabo, intellexit Iacob; ꝙ ibi futurum erat domus Dei. Nam domus Dei iuxta deſcriptionem ſuam illa dicitur; vbi coadunantur fideles ad videndum Deum, ſeu ad dormiendum in Deo per contemplationem dormitione ſcilicet illa, qua cant. 5. dicitur, Ego dormio, & cor meum vigilat. Et ſic Iacob à deſcriptione templi Dei, quæ (vt tunc tetigimus) eſt terra quędam nunc à Deo data veris Iacobitis. i. fidelibus, ad aſcendum in ea per ipſius Dei contemplationem, per talem, inquam deſcriptionem venit in cognitionem: ꝙ ibi futurum eſſet deſcriptum. i. templum Dei. Per hoc autē, ꝙ ab illo met loco in cęlum vſque per ſcalam tendebatur, nominauit Iacob illam domum Dei eſſe portam cęli. Quòd autem locū materialem illum (vt ſupponebatur), & non viſionem illam, cęlum, uel aliquod ſpirituale, domum Dei nominauerit: patet per id, quod ſequitur. Quid ſequitur? Quòd Iacob erexit lapidem in titulum, & ait: lapis iſte, quem erexi vocabitur domus Dei: Ecce quòd per domum Dei intellexit aliquod materiale. Nec obſtat, ꝙ vnum tantum lapidem vocauit domū: quoniam à parte totū denominauit per Synecdochē. Quaſi diceret. Iſte lapis coædificabitur ipſi domū Dei (forſan etiā ille met numero, non tantum ſpecie, intrauit ædificium templi Salomonis): & ideo ab ipſo denomino templum totum. Fecit autem in hoc Iacob ſicut facit epiſcopus in eccleſiarū ædificatione. Ponunt ſiquidem epiſcopi primum lapidem in fundamento: deinde alij reſiduum ædificant. Hoc autem facit epiſcopus: ut eccleſia illa habeatur pro uera Dei eccleſia. Sic & Sanctus Iacob à diuino ſpiritu actus primum lapidem in templo ædificando poſuit: ut ædificium ibi futurum Salomonis tempore verum, autenticumq; templum Dei fore ſignificaret. Vide: quomodo cæremonia iſta epiſcoporum nouæ legis, ante legem ueterem à tanto viro figurata eſt: & non tantum templi conſecratio. Duæ igitur cæremoniæ iſtæ. i. eccleſiarum conſecratio, & primi lapidis poſitio in eccleſia fabricanda ab eodem uiro, antiquiſſimæ ſunt in figura: & in ipſo rationis tantæ executioni ſtatim poſt Dei allocutionem mandatæ. Multum igitur authoritatis habent. Quomodo ergo veri Iſraelitæ erunt, ac ideò ſaluandi, qui templa Dei, illorumq; præfatas negant cæremonias: ex quo Iſrael ipſe, in perſona propria & templum Dei primus (nam altaria priùs fecerunt homines Sancti, ut patet ſupra) fundauit, & cæremonias conſecrationis exercuit?

Contra hæreſes téplorum oſores.

¶ Hinc non mirum: ſi eccleſia Dei nocetur domus Iacob, à primo ipſam materialiter fundante nominando, ibi: Regnabit in domo Iacob in æternum. Nam iſta eccleſia materialis ex lapidibus eccleſiam myſticam ex hominibus figurat: in cuius pectore Chriſtus regnat in æternum. Quam apte eccleſia materialis figuret eccleſiam myſticam, & quid nobis inde faciendum ſignificetur, uide SS. DD. Auguſtinum, & Bernardum in multis ſermonibus. Hi ponuntur in Breuiario pro feſto & oct. dedicationis eccleſiæ. Hæc de primo.

Eccleſia ſignificat eccleſia.

DE SECVNDO.

PRo ſecundo principali ſciendum: ꝙ eſſe aliquid ſecundariò non tollit hoc eſſe primariò, ab alio, ecce exemplum. Chriſtus eſt fundamentum eccleſiæ ſolus 1. Cor. 3. ita, vt nullum aliud poſſit ſine iniuria Chriſti poni: & tamen fundamenta eccleſiæ Apocal. 21. ſunt duodecim apoſtoli. Sed quomodo? Chriſtus eſt fundamentum primarium: apoſtoli uerò fundamenta ſecundaria. Eo ſiquidem modo dicimus nunc: quo cauſam primam non tollere, imò ſtatuere ut magiſtra rerum experientia docet cauſas ſecundas aſſeueremus. Sic in propoſito. Chriſtus eſt oſtium cęli primarium; in ſignum huius apparet proximus cęlo innixus parti ſuperiori ſcalę: templum uerò eſt oſtium cęli ſecundarium; in cuius ſignum locus conſecratus a Iacob pro templo eſt, undè incipiunt gradus in cęlum à remotis.

Chriſtus fundamentum.

¶ Sicut ergo per ſcalam aſcendendo priùs gradum primū quam ſuppremum, ubi Chriſtus eſt, attingis: ita per templū materiale in cognitionem Chriſti aſcendis. Et ſicut impoſſibile eſſet, te attingere Chriſtum, niſi per ſcalam aſcenderes: ita oſtium primarium cœli attingere te, impoſſibile eſt; niſi per oſtium cœli ſecundarium. Priùs namque occurrit hæc porta tanquam nobis propinqua magis, licet ſecundum naturam remota ſit poſtea Chriſtus, licet ipſe ſecundum naturā ſit magis porta propinqua cœlo. Igitur eſt tanquam finis intentus pro ingrediendo in cœlū & templū viſibile eſt tanquā ducens ad illū finem. Quomodo finem potes attingere, non ducentibus ad finem? Hoc & ſecundum philoſophiam, & ſecundum naturam impoſſibile eſt. Si ergo Chriſtus, quantū cunque uelis, ſit oſtium cœli: niſi per iſtam portam, quæ eſt templum Dei uiſibile, ingreſſus fueris; nunquam ad cœlum peruenies. Etenim ordo gratiæ nō deſtruit ordinem naturæ: quo a notioribus nobis, cuiuſmodi templa Dei ſunt, incipiēdum eſt. Et gratiæ igitur, & rationi, & naturæ, aduerſarij contrariantur illi: qui templa Dei portam cœli neceſſariam nobis eſſe inficiuntur ea eo, quòd Chriſtus oſtium cœli eſt.

DE TERTIO.

PRo tertio principali ſciendum: quòd miniſtri Regis non tollūt excellentiam regis; immo grandem illam declarant eſſe hominibus, ac in reuerentia ponunt. Sit Rex, qui nullum miniſtrum habeat: nonnè omnes de illo dicent, quòd fatuus eſt? Vtique. Quare? Quia inquiunt, ſuam dignitatem, ſuam maieſtatem nō ſeruat: ac per hoc ſe ludibrio

ſubditis

ſubditis) exponit. Sapientiſſimi ergo Regis (concludit naturalis ratio) eſt miniſtros multos habere: & inſipientiſſimi, miniſtros non ſibi accerſcere: Nonnè hoc dixit ſcriptura: ꝙ in numero multitudinis gloria Regis, & in paucitate plebis *3. Reg. 10* ignominia Principis? De hoc, tanquam regalem magnificentiam extollente, nonnè Regina Auſtri mirata eſt ſatis: quando tot Regis Salomonis miniſtros aſpexit? Certè. Nec tantū de hoc mirata, & ſtupefacta: ſed ex hoc argumentata ꝙ excellentia Salomonis eſſet valde magna. Cur igitur hæretici, miniſtros Deum habere, audire nolunt; ſiue de ſanctorū interceſſione, ſiue de operum noſtrorum neceſſitate, ſiue de ſacerdotum dignitate, ſiue de templorum in cœlos introductione, ſiue de alijs huiuſmodi, loquamur? Nūquid per hoc, ſe diuinæ excellentię inuidere conteſtantur? Nunquid Deum eſſe Regem, & Regem regum ignorant? Nunquid miniſtros ad alicuius domini magnificentiam oſtendendam multum facere neſciunt? & ſi hæc ſciunt: nunquid honori diuino, uelut alteri luciferi, minuendo inſidiantur? Heus generationē *Pſal. 7.* viperarum: quæ parentis ſuæ necem procurat. Verum ideò cōuertetur dolor eius in caput eius: & in uerticem ipſius iniquitas eius deſcendet. Dicimus ergo nos, & uerum eſt, ꝙ tēpla eſſe cœli portas non tantum non derogat honori Chriſti, ſed etiam illud adauget; quemadmodum Regis miniſtri regnum ſub ipſo gubernantes non tantum non regalem maieſtatem diminuunt; ſed etiam maiorem demonſtrant, ac per hoc adaugent. En, porta cœli Chriſtus eſt. Ad iſtam portā ſi immediate aditum habes iam in minori hanc excellentiam tenere incipis: ſin autem, non niſi mediatè ad illam accedere poſſe uides, iam bene in grādiori conſideratione habes; ac per hoc magis excellens, maiorique reuerentia digna uidetur. Ecce, quantum nos à recta ratione abducere conātur hæretici: vt unum nobis, & quidem totaliter oppoſitum, pro alio ſuadere ſtudeant. Vide. Ex illo principio uerissimo; ꝙ ſ. habere miniſtros ſub ſe regnū gubernantes inferat maiorem regis dignitatem, quid ſequitur liquido? quòd multa hæreticorum dogmata diuinam excellentiam imperam ma

Dog. hæreticorū cæca. nifeſtè, atque, quantum in ipſis eſt diminuant: Puta, ꝙ interceſſiones ſanctorum non dantur, ꝙ merita noſtra non requiruntur, ꝙ paſſiones noſtræ ad ſalutem non exiguntur; ꝙ ſuperioribus noſtris, tanquam Chriſti miniſtris, obedire non tenemur; ꝙ caput uiſibile, i. Papa totius Eccleſiæ non reperitur; ꝙ templa Dei eſſe portas cœli falſo creditur: Et (quod peius eſt) ꝙ hæc, uel horum quodlibet ponere eſt iniuriam Chriſto interceſſori, Chriſti meritis, Chriſti paſſionibus, Chriſto dño, Chriſto capiti, Chriſto oſtio, irrogare. O cæcitatē.

Cap. 5. Verè hi ſunt, de quibus prophetauit Eſaias: & prophetando ſic ſunt comminatus: Veh, qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Nam vndè nos, & veritas excellētiam primi Regis aſtruimus; indè illi excellentiam ipſius deſtrui blaterāt: & undè re uera Dei excellentia minuitur, inde ipſam attolli

Exem. affirmant. Nè ponamus (inquiūt) aliam præter Chriſtū cœ

pulcherrimum. li portam: nè Chriſto cœli portæ iniuriam faciamus. O bubale. Nè ponas & in panem in exteriori bucca priùs: nè ſto

machò, qui panis interior bucca eſt, iniuriam facias. Nè colo

Exem. rem exteriori oculo uideas: nè intellectum, qui coloris conſideratiuus eſt, iniuriam opportes. Nè ſenſibus exterioribus

Exem. vtaris: nè ſenſui communi, qui omnia ſenſuum exteriorum obiecta ſentit, contumeliam irroges. Naturæ igitur optimus artifex Deus naturę deſtructor, aut minus prudēs factor fuiſſet, ſi hæreticorum inſultas ſequeremur inſanias. Relinquitē ergo, quòd nulla Chriſto cœli oſtio ſit iniuria, aut excellentiæ diminutio aliqualis, per hoc; ꝙ templum cœli portā dici

Ordo cārum. mus. Quinimò ex hoc habet: ꝙ templū in Chriſti cognitionē tāquam ad Chriſtū ſubordinatū, ducat: quemadmodū & oēs cauſæ ſecundę in cauſæ primæ notitiā introducūt homines. Quid enim ſunt templa Dei, quid Sanctorum interceſſiones, quid noſtra merita, quid noſtrę paſſiones, quid alia huiuſmodi ſunt niſi cauſæ ſecundæ ad Chriſtum primariam portam, primarium interceſſorem, primarium benemerentem, benepatientem primarium, & in alijs huiuſmodi primas te

Cōtrahæret vnde ad lōgā. nentem? Dantur etiam ad Ethnicis cauſæ ſecundæ in inferioribus, vt ordo rerum ſeruetur; & iſti cauſas ſecundas in ſuperioribus auferre conantur: quaſi ꝙ inferioris mundi res magis ordinatæ ſint, quam ſupernaturalis. Heus vos Sycophantæ oculos veſtros, ſi quos habetis, leuate; & videte: ꝙ tatò magis quippiam ordinatum eſt, quantò magis Deo omnium ordinatori appropinquat; & ecōuerſo. Vnde putas dici, ꝙ in inferno nullus ordo eſt; niſi quia infernus à Deo longinquiſſimus eſt? Sicut ergo id, ad inferni longinquitatem, à Deo ſignificandam, de inferno dicitur: ita vos longinquiſſimos eſſe à Deo monſtrans, dum ordinem in illis, in quibus maximè ordo eſt, tanquam tenebroſa terra non videtis. Audi & unū aliud. Iſti in ſuperioribus, in Eccleſiaſticis, in gratuitis, ordinē prædictū negantes, hæc omnia à Deo remotiſſima facere uolunt: & per hoc ſuperiora, eccleſias, gratuitas res, facere in

Iob. 10. fernum contendunt. In inferno quippè ſolo nullus eſt ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat. Nos autem veri Iſraelitæ, non infernum iſtinc eſſe, ſed Dominum eccleſiæ ſanctæ ſuiſque rebus innixum eſſe, uidemus: ideo in eccleſiaſticis huiuſmodi rebus ordinem prædictum ponimus, poſitumq; contra

Quare ī nocte veviſio. nocturnas aues defenſamus. Ad denotādum enim ꝙ nocturnorum animalium foret paſſurū incurſus id, quod ab Iſi aele nunc uidebatur: ideò de nocte viſio hæc monſtrata eſt. Quid mirum igitur: ſi contra Chriſti incarnationem, contra Chriſti eccleſiam, contra Chriſti templa, contra cęli ingreſſum, contra viam vitæ, contra angelorum aliorumq; Sanctorum interuentionem, contra angelicam erga nos cuſtodiam, contra Dei ſpecialiſſimam de eccleſia ſua curam, contra ferè omnia in eccleſia Chriſti ſponſa reperta, inſurgunt, garriunt, ſuoipſorum nephando volatu in circuitu prædictorum ambulant impij hæretici? At cęcutiunt. Quare in volando ſic, cæcutiunt? Quia de nocte volant: cùm nox, quādo iſta omnia viſa ſunt, extiterit. Nos autem ipſi Iacob non obeſt: nec facit, ꝙ viſio prædicta minus verè a Catholicis, utpote ueriſſima, credatur: quoniam Iacob à ſomno experrectus iſta vera eſſe, pre illarum grandi veritate vehementer admiratus, cōfirmauit. Quid eſt etiam; ꝙ euigilans iſta confirmat? Quid neceſſe fuit de euigilantia ipſius Iacob in iſtis confirmandis meminiſſe? quandoquidem naturali inſtinctu ductū ipſum euigilaſſe, antequam iſta confirmaret, intellexiſſemus. Cæterus de huiuſmodi euigilantia ſignanter ſcriptura meminit: vt ſub hoc loquendi modo aliquid nobis ignotum patefaceret, quod naturalis inſtinctus non aperuiſſet. Ex hoc ergo regulā

Regula uniuerſalis. unam ſubintelligendam reliquit. Quæ eſt hæc? Audi. Quoueſcunque factum eloquium nobis de his, quæ ſuapte natura ſunt nobis nota, ſermonem facit: myſterium ignotū principaliter notificare ſub illo modo loquendi intendit. Non. n. ad ea, quæ nobis ex rationis dictamine manifeſta ſunt, conaretur: quoniam ipſius maieſtati ſcripturarum hoc derogaret. quid eſt ergo illud, quod in præſenti loco nobis per ly, euigilans, aperire intendit? Quòd veri Catholici ſemper inuigilabunt ad ſupradicta intelligenda, ad ſupradicta contra noctē hæreticum defendenda; quòdq; ſemper in pugnando pro ſupradictis contra nocturna impedimenta prçualebunt. Qui. n. in pugna uigilat, faciliter vincit: qui verò in ipſa dormit, faciliter vincitur. Et vt ſcias aliunde ſemper victuros catholicos, & nunquam vincendos: inſpice ad dominum innixum ſcalæ. Quare innititur ſcalæ? vt teneat eā: nè cadat, nè aliquā obliquitatem patiatur, nè vel leuiter circa prædictorum ac omnium aliorum reuelatorum credulitatem diſtorquatur. Talem innixum Domini ad ſcalam ibi in euangelio Luc. 22. conſpice, vbi dicit; Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua: Et ibi talem innixum pro fundamento dictū intellige, vbi legis Matth. 16. ꝙ portæ inferni (Ecce hic nox, & deterior locus) non præualebunt aduerſus eam. Quam eam?

Eccl. fidelium. ſcalam. Quę illa eſt ſcala? Eccleſia Sancta Dei. Per hanc. n. ad cęlum ſecuriſſimè aſcendimus; hęc nobis ſola viam in cęlum oſtendit; hęc à terris vſque ad cęlos pertingit, quia homines adhuc in corpore viuentes moribus cęleſtes efficit; ac tandem cęleſtes moribus cęlorum realiter poſſeſſores conſtituit. Huic fęliciſſimæ ſcalę Chriſtus manet innixus: & idō errare non poteſt in diuerſum fidei declinare non ualet, nullum à circunſtante nocte defectum in credibilibus (Huiuſ

Pſal. 22. modi ſunt nunc, quę reuelantur ipſi Iacob) pati poteſt. Dominus enim regit ea ſcalę innixus; ideò nihil ei deerit, imò in loco paſcuę eam collocabit. Vt quid putas nunc Iacob de pane feciſſe mētionem: niſi, vt oſtendat, per fidem eccleſiam in loco paſcuę a Domino innixo ſcalę collocandam; immò vt etiam ipſam fidem eſſe panem eccleſię demonſtraret? fidem inquam catholicam. Vnde B. Cyprianus in ſerm. de cędo. quod eſt eſca carni, hoc animę eſt fides. Vis igitur man

In ſer. de cęna Do. ducare? Crede; & manducaſti. Habeas iſtum panem: & non tātum habeas illum, ſed illum habeas ad edendum. Non enim

Prima expoſitio de pane. vtcunque voluit Iacob iſtum panem à Deo: ſed panē ad edendum, inquit. Quid hoc miraculi, fratres? Nunquid panis à quoquam habetur: & non ad edendum? omnes certè, qui panem habent, illum habent ad edendum. Alioquin panem nō tenerent. Vt quid etiam (dicerent) terram, Domum, uel cap

ſam meam occupat? Eſt ergo finis panis, ut edatur; In cuius ſignum, ſi non citò editur, marceſcit, tabem contrahit; ad nihilum valet. Superfluum videtur ergo, quòd Iacob poſt ly panem iunxerit ly ad edendum. Hoc ſiquidem propter illa, quæ dicta ſunt, videbatur neceſſario ſubintelligi. Sed nõ omnem panem eſſe bonum ad edendum intelligito: Et tunc in verbis Iacob ſuperfluitatẽ nullam videbis. Nunquid panis pictus, fictus, falſus, aut in imaginatione conſiſtens ſolummodò, nõ eſt panis? Vtique eſt panis. Eſt ne panis ad edẽdum? Minimè. Cùm ſit ergo quidam panis, ſed non ad edendum bonus: prudentiſſimè Iacob panem poſtulando, de pane ad edendum ſermonem ſuum explicauit. Et cum per panem fidem intelligeremus: Iacob per hoc additamentum, ſcilicet ad edẽdum, voluit oſtendere, quòd non omnis, quæ dicitur fides, bona eſt ad edendum; & conſequenter nec omnis cor hominis confirmat, cùm hoc à Pſalmiſta pſalm. 103. Tanquam proprium pani ad edendum tribuatur. Nunquid fides mahumetanorum eſt bona ad edendum? Abſit. Nunquid fides modernorum hæbreorum Chriſtum adhùc uenturum credentium eſt bona ad edendum? Abſit. Nunquid hæreticorum fides eſt bona ad edendum? Abſit. Iſtæ ſiquidem tres fides nec fides dicendæ ſunt; tantum abeſt, ut ſint bonæ ad edendum. Ille enim ſolus panis bonus eſt ad edendum: qui ueraciter panis eſt. Panis ſiquidem pictus, falſus, imaginatus, ideò non eſt bonus ad edendum: quia uerus panis non eſt. Sic & fides iſtę ideò non ſunt bonæ ad edendum (taceo: quòd afferunt mortem ſi edantur): quoniã non ſunt ueræ fides, ſed falſæ, imaginatæ, confictæ, ab hominibus uanis fantaſiatæ. De his omnibus fidibus (ut ita loquar) uates regius dixit: Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam uanæ ſunt. Vanæ ſunt ergo fides illæ: quoniam ſunt cogitationes hominum; de quibus dictum eſt, quòd non tantum ſunt uanitates, ſed uniuerſa uanitas. Fac illas fides eſſe ueras; non uanas; panes ueros non fictos: & tunc erunt bonæ ad edendum, erunt panis a Iacob poſtulatus. Quare ergo Iacob non vult panem quemlibet, ſed tantum panem ad edendũ? Quia non quamlibet fidem acceptat fidelis anima, ſed tantum fidem Catholicam. Quæ eſt fides Catholica? Illa quæ a Deo eſt. Audi, quid dicat Iacob fidelium norma. Si (inquit) dominus dederit mihi panem ad edendum: Ergo dominus ſolus dare poteſt panem ad edendum: alij autem non. Panis, iſte ad edendum eſt fides Catholica. Ergo iſta fides à Domino poſtulanda, expectanda, ſperanda eſt; ergo iſta fides donum Dei eſt; ergo iſta fides (ut inquit angelicus doctor 2.2. q.1.ar.1.) innititur primæ ueritati. Ergo (ab oppoſitis) fides illæ a Domino non ſunt: ergo à diabolo ſunt (Qui enim non eſt mecum contra me eſt Matth. 12. ergo innituntur primæ falſitati mendaciorum patri. Nos autem cum Iacob panem tantummodò ad edendum à Deo petamus, adauge nobis fidem, cum Apoſtolis hunc panem tunc petentibus Luc. 17. Deo dicamus: ut ipſo habito uiuere poſſimus Ro.1. animam noſtram inde confirmatam habentes, & ne conſumamur inopia. Audias & aliud ſuper hoc. Petebat Iacob panem ad edendum. Quem panem petit? panem ſimpliciter: qui ſolus poteſt comedi. Nam panes alij (ut diximus) non ſunt panes ſimpliciter: ſed cum additione tantũ; puta fictus, pictus &c. Si ergo petit panem ſimpliciter: utique ſcit, quòd panis ab ipſo poſtulatus poterit comedi. Si hoc ſcit: quare ly ad edendum appoſuit? Panis ſiquidem ſimpliciter non eſt: niſi ſit panis ad edendũ. Superfluũ igitur ſecundum hunc intellectũ in littera uidetur niſi ly ad edendum: aut nullo modo intelligi poſſe per ly panem panis ſimpliciter. Sed aduertendum pro ſano huius expoſitionis captu: quòd ly ad edendum non tenetur ex parte panis (in quo ſenſu dubitatio præmiſſa fundatur), ſed ex parte noſtri. Exempl. Panis bonus ad edendũ apponitur alicui: qui uel propter infirmitatem, uel debilitatem, uel ſaturitatem, uel aliud quippiam, illum edere aut non volt, aut non poteſt. Quid dices hic? Vtique; quòd ille panis eſt panis ad edendum ex parte ſui: ſed non ex parte iſtius hominis. Quare quia iſte homo illum non edit. Si autem homo iſte illum ederet: utique tunc eſſet panis ad edendum ſimpliciter i. ex parte tam ſui, quàm hominis. Nunc autem eſt panis ad edendum ſecundum quid, & non ſimpliciter. Quia uerò ſacrum eloquium ſimpliciter de omni re loquitur, niſi aliquid aliud occurrat, decet (ſi nanque decet hoc Philoſophos; multò magis ipſum) ideò ly ad edendum in ſenſu ſimpliciter & non ſecundum quid, accipi debet. Vide ex hoc, quàm bene tota oratio Iacob ſibi inuicem conſtet: loquitur de pane

ſimpliciter: loquitur de eſu ſimpliciter. Dicit Domino, da mihi panem uerum: Dicit & ipſi, Da mihi uerè edendum. Quis eſt ille panis, qui uerè editur: niſi qui de facto editur? Da mihi ergo, inquit Iacob, panem: non quem poſſim comedere, uel qui poſſit comedi a me; ſed quem de facto comedam. Quomodo enim ſi de facto ipſum non edero, uiuere potero? Et ſi non uiuam: quomodo erit mihi dominus in Deum, et lapis iſte in titulum? Etenim per hoc intendebat Iacob ſeruire domino feruentius, antequã corporaliter moreretur. ¶ Reminiſcamur modò ſignificati panis ſupradicti: & profundius, quid ad Eccleſiam ſanctam pertinens dixerit Iacob inſpiciemus. Significatum panis quid diximus eſſe? fidem; & iuxta hanc ſecundam expoſitionem, fidẽ comeſtã. Oſtendit ergo Iacob nõ ſibi ſufficere habere fidem ueram i. Catholicam: niſi ipſam fidem edat. Ac ſi dixiſſet. Da mihi domine fidem ueram; & illam ad edendam. Quid eſt hoc? Nonne fides uera ſufficit ad ſalutem? Non. Si enim ſufficeret poſtularet ſolum illam Iacob: & non illam ad edẽdum. Quid eſus iſte? Ruminatio quædam; practica quædam conſideratio eorum, quæ creduntur: & operatio quædã inde proueniens. Audiſtin' unquam Apoſtolum dicentem fides quæ per dilectionem operatur? Hæc eſt fides ad edendum. Audiſtin' unquã Chriſtum prædicantem; Ioan. 7. Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent? Hæc eſt fides ad edendum. Audiſtin' unquam B. Iacobum ſic te monentem; Oſtende mihi fidẽ tuã ex operibus? Hæc eſt fides ad edendũ. Hanc fidem ad edendum definiuit aliquando Beatus Auguſtinus hoc modo. Credere eſt cum aſſenſu cogitare. Quid tibi prodeſt theſaurum habere in capſa; & nullã inde utilitatem trahere? Habere nummos in arca, & fame mori: quid prodeſt? Nihil. Hi ſunt auari, de quibus, quoniam habitis nõ potiuntur, dictum eſt a Beato Hieronymo: Auaro tàm deeſt quod habet, quàm quod non habet. Si fidem igitur catholicã in corde ſpeculatiuè habes; theſaurũ hẽs, plurimos nũmos pro emendo cœlo habes: ſed ſi hanc fidem practicè non ruminas practicè nõ conſideras, clauſam capſam, clauſam arcã tenes; & ideò inde emolumentũ paruum conſequeris. Vis inde emolumentum magnum capere? Aperi capſam, aperi arcam, ſub oculos tuos pone quod credis, id cum aſſenſu cogita, rumina: quoniã immũdum animal reputatur à Dèo quod nõ ruminat. Leu. 11. Inde ad opere exercendum fidẽ tuã faciliter procedes: Et ſi ruminando B. Auguſt. feciſti ſatis, ita operibus fidem tuam oſtendendo B. Iacobo ſatisfacies. Et quia ex frequentatis actibus generatur habitus: qui multos deinde actus cum facilitate magna, ac delectatione facit: ideò ſic faciendo & Chriſto ſatisfacies, dum ratione facilitatis boni de ſic cogitatus, & opera, dicentur fluminum fluxus, & Apoſtolo ſimul optemperabis, dùm prædicta, ratione delectationis, fieri per dilectionem cognoſcẽtur. Fidem igitur habuiſti; & habuiſti ad edendum: ſi quod monuimus, obſeruaſti. Nõnè eſus quidã tibi uidetur fides: dum fidẽ ruminas? Ruminatio nanque maſticatio quædam intellectus eſt: ſicut ruminatio panis tui maſticatio dentium eſt. Nonnè & eſus tibi uidetur oder: dum fidem ponis in opere? operatio nanque contritio quædam a manibus facta rei alicuius eſt: ſicut mãducatio panis tui contritio eſt a dẽtibus facta. Hac ſi non habes, poſtula cum Iacob a Deo tuo: & dabit tibi, ſicut & illi, non tantũ panem, ſed panẽ ad edendum. Sic intellige illud Matth. 4. & omne ſimile, Nõ in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Intellige, inquam, cum limitatione hac i. ad edendum: quoniã niſi eſus adiungatur ſpiritualis, & corporalis, panis minus aliquid prodeſt. Sic ergo & orationem tuam intellige: cum Deo, tanquam Iacob alter, dicis: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Quotidianum inquã; quia (ut ex ſupradictis elicitur) quilibet fidelis adhuc fidem ad edendum quotidie poſtulare debet: quoniam dum uiuimus in corpore, ſemper quo in ſpiritu proficiamus adeſt. A templo igitur (ſi omnia a principio dicta cõcludas) materiali ad eccleſiam Chriſti ſponſam, & ab hac ad ſuum uitalem panem; & ab hoc ad hæreticos conuincendos, Catholicoſque confortandos, cum Iacob patre noſtro deuenimus. Hoc tñ tuã adhuc attende, quòd eccleſia panẽ ad edendum ſe habere exprimit, quando ait; Credo in Deum. Et dũ hanc fidem per ſymbolum omnibus filijs ſuis tradit: profectò panem ad edẽdum, quò tinant, illis tribuit. Nam credere in Deum eſt practicè cogitando, operandoque, moueri in Deum. Vnde credere Deo tantum, & credere Deum tantum, eſt habere quidem panem: ſed non ad edendum. Et ideò non mirum, ſi non uiuunt tales fideles: quia non edunt panem ſuum. Ad quid

ordinatur,

Not.

Ex ſtilo.

Summa.

Credo in Deum.

ordinatur, panis verus? Ad hoc, vt manducetur. Ergo ſi materialis iſte panis non manducatur, ocioſus eſt; ocioſè habetur, mortuus eſt. Id enim mortuum dicitur, quod ad nihilum ualet: Vnde audis illud tritiſſimũ vulgare, L'è vn huomo morto. i. vn buon da niente. Fides tua panis dicitur. Si ergo nõ mãducatur: quid dicemus? Quòd illa fides alioqn uera mortua eſt, quia ocioſa eſt, quia ocioſè habetur, & quia mortua eſt, & ocioſè habetur: ideò habenti illã nihil proderit in iudicio, nec habentem illam ſic uiuificabit unquam. Igitur habens illam ſic eſt ſicut auarus, cui (vt diximus) tã deeſt quod habet, quàm quod non habet. Nam quemadmodum quod non habet, nihil illi prodeſt, ita quod habet nihil illi ꝓdeſt: quoniã hoc ipſum ocioſè habet. Tales fideles de eccleſia eſſe dicũtur numero: ſed non merito. Numero quidem, quia panem habent: non merito autem, quia non edendum, & conſequenter ocioſè, habent. Et merito igitur, & numero de eccleſia per ſcalam viſam voluit eſſe Iacob: dum panem ad edendum petebat.

Text. VOtum vouit dicens. Si fuerit &c. erit mihi dominus in Deum.

Concl. 5. *Licet nouere etiam conditionaliter.* [Ex eo]

Ratio. ¶ SANCTISSIMVS Iacob, niſi uota licita eſſent, nunquam vouiſſet, ſed vouit; ergo licita ſunt. Niſi vouere conditionaliter eſſet licitũ, nõ ſic uoueret. Sed ſic uouet. Ergo licet vouere cõditionaliter. Et notandũ, ꝙ poſt uiſionẽ illã magnã immediatè vouit: ut ex hoc magis vota eſſe licita probes. Vouit etiam poſt uiſionem de Chriſti incarnatione quam inter cætera uiſio illa ſignificabat, ad denotandum, ꝙ votà maximè reperienda forent, in S. eccleſia poſt Chriſti incarnationem. Et cum vota ſint (propriè loquendo) de operibus ſupererogationis, denotauit per hoc: ꝙ poſt aduentum Chriſti homines magis ad opera perfectionis forent inuigilaturi, quã antè illius aduentum. Quod & uerum fuiſſe experientia docuit. Plures enim Virgines plures uoluntariè pauperes, plures ſub aliorum diſciplina in obedientia uiuentes, (quæ ſunt opera perfectionis: & antequam voueantur, ſupererogationis) reperies in teſtamento nouo: quam in ueteri.

Not. ¶ Hęc omnia contra hæreticos notato, qui vota audire nõ poſſunt. Magnum profectò. Stringi nolunt præceptis, ſtringere ſe nolunt vouis: At vndique in libertatos ſpiritu uiuerẽ. Et ſi hæc facere volunt, ſaltem vota non damnent: quoniam in ſcripturarum primis initijs à tãto viro tam ſolemniter obſeruata fuerunt. Videant uè liberi ſint iuſtitiæ (vt Apoſtolus contra quoſdam Romanos cap. 6. habet), qua libertate Chriſtus vnque nos minimè liberauit: immò quã (1. Io. 3) libertate, ꝓpoſſe diaboli, ſemper diſſoluere curauit. Reſipiſcant igit, quoniam malè liberi ſunt.

Text. SI fuerit &c. erit mihi dñs in Deum.

Concl. 6. *Sub voto etiam illa, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis cadere poſſunt.* [Ex eo]

Ratio RECOGNOSCERE Deum pro Deo, erat de neceſſitate ſalutis: & tamen hic Iacob facit uotum de hoc. Et licet aliqui exponãt, ly erit mihi dominus in Deum, de ſpirituali cultu ſupererogatiuo: tamen uñ aliquomodò recuſando illos, ſed probabiliter loquendo, non video; quìn præſens etiam gloſa data ſuſtineri non poſſit; qua gloſatur ly erit &c. etiam quò ad neceſſaria ſalutis.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXIX.

Text. INdicauit ei: quòd frater eſſet patris ſui.

Concl. 1. *Fratres ſumuntur in ſcriptura quandoque pro conſanguineis etiam quòd non ſint germani.* [Ex eo.]

Ratio. IACOB erat tantum nepos patris Rachelis; & tamen dicit, quòd eſſet frater.

Not. ¶ Expreſſè hic contra Eluidium. Simile habes ſupra c. 13. Vide ibi dicta.

Text. VIdebantur dies pauci præ amoris magnitudine.

Concl. 2. *Amor facit breue, & leue id: quod longum alias, & graue, eſt.* [Ex eo.]

Ratio. NAM huiuſmodi ſeruitus erat longa, vtpote ſeptennis: & ſm ſe quamualia grauior cũ (infra c. 31.) dicat Iacob, Die noctuq; æſtu urgebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Et tamen, cum his omnibus, tantus erat amor Iacob erga Rachelem; ut pauci, & conſequenter leuiſſimi viderentur ſibi dies.

Corol. ¶ Ergo immania quæq, & difficillima facillima, ac prope nulla, facit amor. Ergo Mandata eius. 1. Io. 5. ſ. Dei grauia nõ ſunt. ſ. amanti (ut exponit Aug.) Ergo iugum meũ ſuaue eſt: & onus meũ leue. ſ. amanti. Matth. 11. Quid? Pſal. 118. Mandatum tuum Domine latum eſt nimis; ſcilicet multum amãti. Quantus enim amor fuerit, hoc minor erit labor: & quanto defecerit amor, tantò augebitur labor. Ergo quam anguſta, & ſtricta ſemita quæ ducit ad uitam, anguſta ſcilicet nõ amãti. Et ſic concorda huiuſmodi ſimiles ſcripturas. Ergo qui diligit me ſermonem meum ſeruabit; qui nõ diligit, ſermones meos non ſeruat. Quare dixit, ſermonem, loquens reſpectu diligentis? Certè; quia amor propè nulla facit, ac pauca: quæ difficilia ſunt, & multa. Quare dixit ly ſermones, loquens reſpectu nõ diligẽtis? Certè quia nullus amor facit: multitudinẽ præceptorũ, ac difficultatẽ videri. Sicut. n. affirmatio cãt affirmationẽ: ita negatio negationẽ. Ergo rectè mandatũ charitatis vocatur nouũ: ibi. Mandatũ nouũ do vobis, ut diligatis inuicem. Quare nouum? Quia amor facit homines nouos ac per hoc iuuenes: iuxta id, Renouabitur vt aquilę iuuẽtus tua. *Pſal. 102* Et ſi iuuenes facit, conſequenter alleuiat onus: onera iuuenes ſine labore portant, quę ſenes præ timore difficultatis tangere non audent. Ergo charitas omnia ſuffert: omnia ſuſtinet. *1. Cor. 13* Ergo charitas facit, gaudere in tribulationibus. Ergo multę aquę ſcilicet tribulationum nõ potuerũt extinguere charitatem. *Cant. 8.* Ergo facilius eſt ſeruire dignè Deo, quam diabolo: quia ibi amor, hic nullus amor. Ad euangelium (de dilectione); uel huiuſmodi.

Amor et labor cõtrapẽtur.

APPENDIX.

HInc habes; ꝙ malum ſignum eſt, quando aliquis grauatur ſeu lamentatur de pręcepto. Signum enim eſt: ꝙ talis non amat. Si enim amaret: omne ſibi mãdatum leue, immò delectabile, foret. Quinimò pro magno beneficio duceret: ꝙ taliter à ſe amatus aliquid præcipere dignaretur: tũ quia illum amat, tum quia occaſionem haberet inde oſtendendi amorem ſuum erga illum. Oſtendit namque amorem ſuum erga aliquem: quando eius uoluntatem adimplet. Multum ergo ſibi fauorem fieri reputat amans, ſi ab amato ſibi dentur mandata: tantum abeſt, ut illa adimplere grauetur. Immo cum fuerint grauiora ſecundum ſe, tunc magis hoc gratum habet amans: quoniam (inquit) amorem meum erga illum manifeſtiorem reddendi, habeo occaſionem. Iuxta enim mandati difficultatẽ adimpleti iudicant homines amoris magnitudinem adimplentis erga mandantem. Secundò 2
habes: quòd illi oſtendunt ſe totaliter extra charitatem eſſe, qui dicunt; ꝙ Deus impoſſibilia iuſſit, uel eccleſia Dei. Si nãque diligerent Deum: omnia leuia, dulciaq; eius mandata fierent. Ex ore ergo ſuo ſemetipſos iudicant: ꝙ extra charitatem omninò ſunt. Tertiò veros Iacobitas eſſe illos religio- 3
ſos agnoſce, qui ſua inſtituta grauia non iudicant: immò leuia. O fęlices illi: de quibus, tanquam de Iacob, dici poſſit; Videbantur dies pauci ꝓ amoris magnitudine. Quid eſt amor? Ignis. Quę ignis eſt proprietas? Vrere contraria: atque ad nihilum ferè deducere. Amoris ergo proprietatem agnoſce: quando exuruntur. Si exuruntur, vbi ſunt? Non amplius apparent. Quare? Quia exuſta ſunt. A quo? ab amore. Quare? quia amor eſt ignis. Audiſtin unquam Deum de ſe dicentem, Deus ueſter ignis conſumens eſt? Maneat ergo Deus in te; maneat ſua in te charitas, quę a Deo procedit: Et omnia aduerſa conſumpta erunt tibi. Si enim habito Deo in te, non omnia tibi conſumerentur aduerſa; iam Deus non eſſet ignis conſumens. Vis talem conſumptionem videre? Inſpice martyres, Inſpice apoſtolos, Inſpice ueros Dei prędicatores (utpote B.

Verius odiens præcepit amat. *Ignis cõſumit.* *Deut. 4.*

Dominicus): & omnia illis, cùm eos in uia mãdatorum Dei difficillimorum currere uideris, conſumpta iudicabis adueſa. Non quidem ſic, q ipſa non habuerint (quandoquidẽ quò ſanctiores, eò maiores habuerunt tribulationes): ſed quia illis, ac ſi ea non habuiſſent, minimè nocuerint; eorũq; in uia Dei curſum, ac ſi aduerſa non fuiſſent, nullatenus impedierunt. *Text.* Inſpice ſenſum prædictum circa ſiniſtiorum habitionem in Iacob. Nunquid illi defuerunt dies longiſſimi, atque grauiſſimi? Non. Longiſſimi ſanè illi affuerunt, quia quatuordecim anni fuerunt: grauiſſimi verò extiterunt, quia duræ ſeruitutis diurnæ nocturnæq; fuerunt. En aduerſa habita à ſeruis Dei; & multa, & magna. Illi tamen dies ipſum Iacob à ſuo proacre deſiderij, à ſuis operibus, retraxerunt: uel in aliquo ipſi teporem induxerunt? Minimè. Quare? Quia illorum longitudo, atque grauitas, in oculis Iacob, licet nõ ſm ſe, conſũpta erant. Videbãtur (inquit) illi dies pauci. Ecce, conſumpti erãt. Quis conſumpſit eos? Amor. Præ amoris (inquit) magnitudine. Ergo nè, quia uidebantur pauci, decipiebatur Iacob? Non. ſed amor erat in Iacob. Aliud é enim uideri aliquid, quod nõ eſt, aliud eſt uideri quod eſt. Primũ eſt decipi. Secundum eſt non decipi. Sic illi dies videbãtur ipſi Iacob illud, quod erãt; non illud, quod non erant: Et ideò Iacob in iudicio illo non decipiebatur. *Obiectio.* Sed (inquit) nonne longiſſimi erant, atque grauiſſimi? Ergo ipſi Iacob, cum viderentur pauci atque leues, uidebantur quod non erant. Cæterum, inquam ego, q aliquid conſiderari poteſt dupliciter: uno modo ſecundum ſe, alio modo ſecundum condimentum amoris; vel uno modo ſecundum naturam ſuam, alio modo ſecundum, q in apprẽhẽſione noſtra. *Exemp.* Exemplum, Balneũ ſecundum q eſt in rerum natura, ſiue ſecundum ſe, ſiue ſecundum naturam ſuam, conſideratum, eſt effectus finalis: Balneum ſecũdum q eſt in apprehenſione noſtra eſt cauſa finalis. Mouet enim ſic me, ad faciendum illud ut eſſe in rerum natura. Modò ad propoſitũ. Dies illi ſi conſiderantur ſecundum ſe. i. ſecundum naturam ſuam, ſic erant longiſſimi atque grauiſſimi; ſi ſecundum q in apprehenſione amantis erant, ſic pauci verè dicebantur, & leues. Verè inquam: quia Iacob non iudicabat illos niſi ſecũdum q in apprehenſione ſui amantis erant, quando eos paucos dicebat; & ſic eos, non niſi ut amore conditi erant, aſpiciebat. Alioquin ſi eos ſecundum naturam ſuam ipſorum attendiſſet: illos longiſſimos; atque grauiſſimos faſſus fuiſſet. *Text.* Id quod & fecit: quãdo ſe noctu dieque æſtu, geluque nimio confectum dixit (ecce grauitatem dierum cognouit); quando ſe 14. annis ipſi Laban ſeruiſſe affirmauit (ecce longitudo dierum à Iacob cognita). Nullũ ergo errorem, in iudicando idem diuerſimodè, admiſit: quoniam idem diuerſimodè cõſiderauit. 4 Quartò conſequẽter habes quomodo ſancti in ſuis pœnis dijudicandis ſe abſque vlla mendacij nota habuerunt. *Iudiciũ Sanctorũ* Sanctorum quendam. ſ. Tiburtiũ uides ſuper prunas ambulantem, ipſaſq; roſeos flores appellantem; quendam. ſ. Laurentium ſuper cratem diſtentum, cratemq; ipſam pœnarum menſam eſſe deliciarum fatentem; alium. ſ. Vincentium ſup lectum floridum poſitum, & ipſum lectum tormentum maximum vocantem. Quid inter hæc, & ſimilia Sanctorum de rebus iudicia dicis? Ad ſupradicta mentem attolle: & ſanctos has res, ſecundum q in apprehenſione ſua erant, iudicaſſe agnoſce. Si Sanctos ipſos de prunis igneis ardentibus, an prunæ eſſent igneæ ſecundum ſe, interrogaſſes: vtique hi tibi, utpote cognitione humana nõ priuati, prunas illas eſſe igneas dixiſſent. Sed ſi illas prunas, ſecundum q amore condiebantur, ſub illorum iudicio poſuiſſes: non prunas, ſed flores roſeos ipſas eſſe affirmaſſent. Et ſic de cæteris. Sapientiam namque ſanctorum hanc nunciat eccleſia Eccl. 44. q de rebus ſecundum amoris cõdimentum ſenſerunt. Lectum quoq; illũ floridũ ſecundum ſuam naturam iudicaſſent ſancti delectabilem: at, ſecundum q à Deo ancitteodi inſtrumentum erat, ipſum ceu indicibile tormentum fugiebant. Quintò cõſequẽter habes: q in hoc pdicto iudicio ſancti Adamo aſſimilati quodammodo in ſtatu innocentiæ erant; & per hoc iudiciũ, tanquam à ſigno, ſuam innocentiam oſtendebant. Manifeſtatur enim cauſa per effectum quando per hoc iudicium ſãctorum innocentia comprobatur. Quid habes de Adamo in ſtatu innocentiæ? Quòd ipſe, & Eua nudi erant: & non erubeſcebãt Gen. 2. Nõ, eos de nuditate nõ erubuiſſe, credideris; q non ſe nudos cognouiſſent: ſed quia illam nuditatem, ſecundum q innocentia veſtita erat, conſiderabant. Nuditas quidem pudendorum ſecundum ſe erubeſcibilis eſt. (Vt quid enim pudenda dicuntur?): ſed ſecundum q innocentia veſtita eſt, non erubeſcibilis extitit. In cuius ſignũ & ſancti omnes in cœlo erunt nudi poſt corporum aſſumptionem; & tamen de hoc, quamuis hoc agnoſcentes, non erubeſcent, ut in Elucid. Addi. q. 81. ar. 3. In illo ergo ſanctorum iudicio, & in iſto futuro cognoſce illam maximam: q tunc rei perfectio attenditur, quando finis coniungitur principio. Illinc quoque agnoſcito, q Chriſtus eſt Alpha & Omega Apoc. 1. quoniam principium coniunxit fini in ſanctis ſuis. Hinc dicitur Deus mirabilis in ſanctis ſuis. Quando incepit iſta mirabilitas? In paradiſi terreſtris tempore: quando ſancti noſtri parentes illum ante peccatum inhabitabant. Quando in fine ſine fine manebit? In paradiſo cæleſti. Prædictus quiſque eſt vere Iſraelita, in quo dolus non eſt: quia ſpeciatim in hoc patriarchæ Iſrael, ſeu Iacob aſſimilatur. In quo? In hoc: quòd Deus fuit in illo, quoad illius iudicium, mirabilis: Quæ fuit mirabilitas. Audiſti iam. Quod dies lõgiſſimos vocauit paucos, & grauiſſimos leuiſſimos: imò q illos longiſſimos ſecundum ipſorum naturam, & grauiſſimos cognoſcendo, ipſos pro paucis & leuiſſimis habuit in appetitu ſuo. En ſapientia Iſraelitarum omnium, in quibus dolus non eſt. *Ioan. 1.* Aliud intelligere, & aliud ſapere: nunquid non mirabile eſt? Ita, & adeò, eſt ut nihil ſupra.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

PRAEDICTA Concluſio 2. hæc cap. 29. demonſtrat apertè; q Lutherus dicens illam hæreſim, Deum ſcilicet præcepiſſe impoſſibilia vt à nobis ſeruarentur; ſit extra charitatem. Tantò autem magis demonſtrat hoc, quantò magis charitas de ſe eſt fortior in amãdo (ut patuit in martyribus) quam quiuis alius amor. De hoc charitatis amore, eiuſque excellentia, & effectu, uide Compend. Albert. lib. 5. cap. 23. 24. 25. 26. 27. cum Schol. Cæterum, ut abũdantius, vltra prædicta hucuſque circa eandem concluſionẽ, ſcias condemnare illam ingratiſſimam hæreſim; uide omnino Eluc pri. par. q. 60. ar. 5. & ſupra Gen. 1. con. 8. Dam. à Cõc. Tri. Seſſ. 6. cap. 11. Nemo temeraria illa, & à Patribus ſub anathemate prohibita voce uti debet: Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandũ eſſe impoſſibilia. Hæc ibi. Ecce ex concilio; q homo per gratiam Dei (ſic enim iuſtificatus eſt) poteſt omnia Dei præcepta obſeruare. At ſi forſan contra inſtet Lutherus dicens, ſe loqui de præcipere, non de obſeruare per gratiam Dei: reſpondet mox ibi concilium hæc uerba dicẽs. Deus impoſſibilia non iubet; ſed iubendo monet, & facere quod poſſis & petere quod nõ poſſis: & adiuuat ut poſſis. Hæc ibi. O aurea reſponſio concilij & totaliter damnans dogma id peſtiferum, & profundiſſimam radicem, quare nõ poſſint eſſe impoſſibilia, ſimul oſtendens per ly adiuuat, vt poſſis. Nunquid Deo ſic adiuuanti quicquam eſt impoſſibile? Non: Immo nec difficile. Nunquid non & Apoſtolus, qui nec aliquid boni ex ſe cogitare poteſt 2. Cor. 3; omnia poteſt in Chriſto, qui eum confortat, Philip. 4? Vtique. Non tantum ergo non ſunt impoſſibilia; ſed etiam impoſſibilia nequeunt eſſe: ſi eo modo intelligantur adimplenda, quo Deus ipſa à nobis impleri uoluit, & in præcipiẽdo intendit. Damnatur quoque hæreſis prædicta ab hæreticis (ut uerificatum hic uideas diuinũ illud dictũ, uindicabo inimicos meos de inimicis meis) Cœleſtianis & Pelagianis, dum dicunt: q homo abſque gratia præcepta Dei omnia adimplere poteſt; imò & uitam æternam conſequi, non peccare ſi uult, eſſe iuſtus, & ad ſtatum perfectionis peruenire. Vt tamen & horum damnationem abundantem uideas: conſule Elucid. pri. par. q. 23. artic. 1. & q. 82. art. 4. & artic. numer. 499.

VIdens autem Dominus, quòd deſpiceret, Lyam: aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente. *Text.*

Concl. 3. *Deus multotiens ab alijs deſpectos colligit: & donis priuat, quos magis amari uidet ab alijs.* [Ex eo.]

LITERA aſſignat pro ratione doni collati Lyæ, q dominus uidit, Lyam deſpici à Iacob. *Ratio.* Ergo (ab oppoſitis) pro aſſignatione nõ lationis huiuſmodi doni Racheli aſſignandum uidetur, q Dominus uidit Rachelem multum amari.

¶Melius eſt nobis ergo, q ab hominibus uilipendamur; quam

quàm ꝙ ab ipſis magnidueamur. Tunc enim in uia ſumus, ad dona magna (Hæc erat antiquitus fœcunditas) à Deo ſumenda peruenienda: Nunc autem in uia ſumus illa non accipiendi. Cur igitur homo hominum gratiam affectat, ad ipſam habēdam anhelat, ipſam toto conamine inquirit, ipſam tota uigilantia cuſtodit? Et ſi illorum gratiam non habuerit, ſi illam amiſerit; quare triſtatur, torquetur, tabeſcit, exſiccatur, moritur? O homo inſipientum omnium inſipientiſſime. Bonum eſt tibi quandoque gratiam hominum, etiam bonorum (ſic fuit Iacob), minus habere; & malum eſt tibi gratiā eorundem aliquando magis habere: & totum oppoſitum eſſe putas; totum eſſe contrarium autumas. Dicis bonum malum, & malum bonum, vide; ſi non ueriſſima ſunt, quæ diximus. Iacob erat uir bonus; Rachelem ardenter amabat, Lyam minus diligebat: adeoque minus, ut in comparatione ad amorem erga Rachelem habitum iſta dilectio uideretur deſpectio; Videns (inquit) dominus, ꝙ deſpiceret Lyam. Quid accidit inde. Quòd dominus Lyæ fauit magis, quàm Racheli: Vt litera expreſſè habet. Quaſi dixiſſet Dominus. Rachel alios habet, qui ei faueāt, Lya uerò nullum habet. Sine ergo, ut ego Lyæ faueam. Quo etiam modo nos quandoque à naturali compaſſione acti dicimus, & facimus. Magis enim in deſpectos ab alijs bonos uiros, aut mulieres; compaſſione mouemur ad illis benefaciēdum: quàm in eos, qui ab alijs ſunt appreciati. Nunquid igitur non fuit bonum Lyæ minus amari à Iacob, minuſque eius gratiam habere: minuſque bonum fuit Racheli, quòd in gratiam ipſius Iacob magis haberetur?

APPENDIX.

1 HInc habes primò; quantum laudare debeant altiſſimum hi, qui humanas minus gratias ſibipſis cōciliatas agnoſcunt. Secundò: quòd nullo modo gloriari de-
2 bent, immò magis ſępe triſtari; qui humanas ſibipſis gra-
Nota per totum. tias conciliatas agnoſcunt. Quis de quo triſtari habet? De malo. Ergo triſtentur omnes: quòd nimis quandoque in gratia hominum ſunt. Quis de quo lętari debet? De bono. Ergo lętetur immò quilibet, qui ſe quandoque minus, ſeu minimè, in gratiam hominum receptum uidet. Tertiò
3 hominum illorum labor habes quantùm ſit uanus; quandoque etiam maximus; qui humanos fauores nimis aucupant, humanas laudes uenantur; hominum gratiā inquirūt.
Pſ. 106. Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc: & per experientiam in ſemetipſo intelliget miſericordias domini? Quartò habes cau-
4 ſam: quare Apoſtolus, alijque ſancti uiri gloriabantur, quòd à mundo deſpiciebantur, quòd ab omnibus hominibus conculcabantur: & triſtabantur, quòd ab hominibus amabātur, quòd ab eis honorabantur. Dicebant enim ſancti intra ſe. Dominus Lyę fauores plures oſtendit, quia minus ab homine diligebatur; immò quia deſpiciebatur quodammodo, & pro nihilo ferè ducebatur: quos fauores Racheli denegauit, quia nimis à marito amabatur. O grandis res profectò.
Nota bene. Amans eſt bonus, amor eſt caſtus, amata eſt bona: Et tamen, quid fecerit Deus, audiſti. Hac de cauſa puto B. Martinum
Martin. plures à Deo in miraculis gratias habuiſſe ante epiſcopatū:
Hilario. quàm in epiſcopatu. Idem eadem de cauſa reor de B. Hilario perſecutionis tempore: & tempore tranquillitatis. Nā B. Martinus ante Epiſcopatum duos, in Epiſcopatu uerò unum ſolummodò mortuum, ſuſcitauit. Hoc & ipſemet B.
In eius uita. Mart. nonnè dicere de ſeipſo ſolebat nequaquā ſibi in Epiſcopatu eam uirtutum gratiam ſuppetiſſe, quam prius ſe habuiſſe meminerat? Et tamen de voluntate Dei Epiſcopatum accepit. Quis intelliget miſericordias domini? Vt paruos hominibus exaltet fauoribus (En Lyam priorem connubio, etiā reclamante marito, iunxit; & illi fæcunditatem grandem tribuit: quos fauores Racheli hominibus gratioſæ non contulit. Quid dicam? Vnigenitus Dei filius ex Lyę ſemine, ex Iuda natus eſt. Prob omnium gratiarum ſumma.) magnos autem, non ſic. De B. verò Hilario legis; ꝙ in exilio vnum mortuum ad vitam reuocauit, & duodecim de Trinitate libros conſcripſit: quorum neutrum ab illo in pacis tempore factū inuenis. Quos & ſanctos in tempore tribulationis, ſeu quando in hominum odio erant, multa compoſuiſſe opera, multa feciſſe bona, reperis: quos in tempore, quo hominum gratias
2. 3. Reg. guſtabant, talia patraſſe non vides? Ad Dauidem illum regē conuertere, & ſuos Pſal. quando vt plurimum fecerit in titu-
3. 4. Reg. lis ipſorum inquire: Ad Elyam, quid tempore perſecutionis regiæ fecerit, aſpiciens conſidera; & verum eſſe, quod diximus, agnoſcito. Quis igitur hominum gratiam inquirat? Imò quis ipſam etiam oblatam plerunque non timeat?

¶ Aduerte, nè erres: ꝙ per ſupradicta te odia hominum inquirere, non moneo; ſed illorum gratiam affectare compeſco, & de illorum odijs minime te turbari adhortor. *Not.* Aliud eſt enim hominum odia quærere, defectus proprios committendo: Aliud eſt, ipſa iam nata flocciſacere; immò de ipſis (quatenus uia ſunt ad fauores diuinos magis obtinendos: nō quatenus odia ſunt) ſummoperè gaudere. Aliud quoq; eſt gratiam hominum, quo eis prodeſſe poſſis, habere; aliud eſt gratiam hominum, quò tibi inde congaudeas, habere: ſed quantius tibi pro te eſt gratiam hominum nullomodo habere; (ut de B. Martino, atque Hylario patuit). ideo magis hanc tu fugato, quā amato, in operibus tuis, & affectibus. Quia uerò fratri tuo magis proficuum eſt, gratiam te illius habere; & *Aureum per totū.* hoc quando ſit in particulari, neſcis; & ſub hoc deſiderio plerunque latent inſidiæ (vtputa quando vis alios lucrari, teipſum perdis te in aliorum gratia eſſe conſpiciens): ideò hanc domino pro te gratiæ conquiſitionem ſecurè committito, & tu pro te cum Dei auxilio gratias hominum ubicunque tanquam quoddam ſpiritus libertatem plus, minus, impediens fuget. Vt autem vigoroſius has fugias: ſemper ob oculos iſtud Rachelis Lyæque exemplum reducito idque magna conſideratione per partes ſingulas conſiderato. Hinc facile fiet: vt cum ſanctis amorem magis hominum timeas indies, & odium nihilipēdas; atque cum ipſis ſic liber effectus ab imis ſine impedimento ad Deum volare valebis. Hinc orationibus crebris Dominum rogare incipies: Vt te uelut Lyam, nō uelut Rachelem, apud homines quoſque faciat, quò ab ipſo Deo maiorem bonorum fructuū fœcunditatē recipias. Hinc fiet: Vt hominum viſis, aut per imaginationem, aut per realitatem, de te nihilipenſionibus, gaudeas nimiū, exultes ſuprà modum, & præ lætitia uix apud te conſiſtere poſſis. Hæc diſce; in his eſto.

¶ Ergo non mirū, ſi Chriſtus Dominus elegit piſcatores mundo uiuiſos ad ipſum conuertendum, relictis mundi nobilibus: *Corol.* Ergo uocat eà, quę non ſunt; ut ea, quę ſunt deſtruat. Rom. 4. Ergo dominus aſcendit ſuper occaſum. Pſal. 63. 4. quādo nos apud noſtros paruiducimur, multotiens nos eleuat ſuper illos. Ergo ſancti non ſine cauſa à mundo deſpici gaudent: quia ſcilicet ſi mundus (inquiunt) nos abijcit, Deus ſuſcipit. Ergo non ſine cauſa fugiunt hi conſolari: quia multotiens Dei conſolatione priuantur, qui alibi quietari cupiunt. Hinc ait Dauid. Noluit conſolari aīa mea: memor fui Dei, & delectatus ſum. Pſ. 76. Q. d. Dū conſolationes boſum recipiebam, Dei conſolationes difficulter recipiebam: at ubi primū delectationibus his renunciaui, diuinas delectationes inuoni. Ergo ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat: ut requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Abacuch. 3.

NVnc copulabitur mihi maritus meus: eò quod pepererim ei tres filios. (& cap. ſequenti). *Text.*

Concl. 4. *Coniuges debēt amare ſe inuicem propter prolem habendam, & non facere, quod amor ſenſualis ſit principalis cauſa coniugij.* [Ex eo.]

Ecce: ꝙ Lya adducit amorem prolis, tanquam cauſam principalem copulæ coniugalis, non autem ſenſus delectationem. *Ratio* Pro quo, & alijs ſimilibus fidelium cōiugijs & copulis, ne fiat error, uide Tobiæ cap. 6 & caue ibi.

¶ Ergo quando hic ſupra dictū eſt, ꝙ Iacob diligebat Rachelem, pluſquam Lyam, non intelligitur ob hoc, ꝙ principaliter propter amorem acceperit Rachelem; licet amor magis (ſuppoſito amore prolis habendę) fecerit eum declinare ad ntendum Rachele pro habenda prole, quam Lya. *Coroll.*

CON-

CONCLVSIONES EX GENESIS

CAPITVLO XXX.

Text. C Ernẽs autem Rachel &c. uſque ad ly, & uocauit nomen eius Ioſeph.

Concl. 1. *Multum deſiderabatur proles ab antiquis bonis.* [Ex eo]

Ratio. RACHEL Viſo, ꝙ nullam habere prolem poterat, cum Iacob lamentatur: & ultra hoc, ei ancillam ſuam pro habẽda prole adoptiua offert: & pro habenda ſobole genuina preces effundit, Quid in his: niſi intẽſum deſiderium habendi filios cõſpicis? Hoc ergo deſiderare licitum eſt: cum à Sanctis deſideratum ſit. Nonnè & Sarra hoc ſupra, cũ ancillam Abrahę tradidit deſiderauit? Nonnè hoc & Abraham à Deo ſæpius poſtulauit? Nõnę hoc deſiderium & Rebeccam cum Iſaac ſupra habuiſſe, precesque immenſitatem deſiderij huius conteſtantes adiunxiſſe, uidiſti?

Not. ¶ Hoc deſiderium probabiliter cauſabatur etiam ex fide qua credebãt Meſſiam ex ſemine Iacob naſciturum. Et ideò, quilibet & quælibet uolebat generare: ut huius gratiæ, ſcilicet aduentus Meſſiæ, particeps eſſet, dum ex ſobole ſua naſceretur Chriſtus. Etſi enim ſciebant, Chriſtum naſciturum ex fœminæ Iacob neſciebant tamen per quam lineam in particulari (multæ namque lineæ fuerunt ipſius).

Text. VOcauit nomen illius Ioſeph dicens. Addat mihi Dominus filiũ alterum.

Concl. 2. *Ex beneficijs acceptis maiorem de accipiẽdis ſumere debemus fiduciam.* [*Ex eo*]

Ratio. BENEFICIO Accepto Rachel maiorem fiduciam de Deo in poſterum benefactore habuiſſe conteſtata eſt: dùm Ioſeph filium ſuũ nomine inſigniuit tali; quo habendi alterius filij noſceretur appetitus. Filius habitus nominatur Ioſeph, quod additamentum ſignificat; non ꝙ Ioſeph ipſe per additamentum, tanquam monſtrum, ſit homo; ſed quia fiducia exprimitur matris, qua ſperat, alium ſibi pòſt filiũ addi. Vndè matri huic tam uiua ſpes? Ex liberalitate dantis primũ niſa. Non ſperabat maſculum dari ſibi; immo uix fœminam credebat deſperarã uamque circa hoc ipſam deſcribere uidetur litteraidũ eius uerba ad Iacob enarrat. Nunc modò quia Dei liberalitatẽm guſtare incœpit in maſculi ortu: maiorem incipit habere fiduciã. Ergo, illis aſſimilatur, qui diuinam bonitatem quantò guſtant: tatò magis ſitiunt. In huius deſignationẽ Racheli dictũ agnoſce: qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Eccl. 24.

APPENDIX.

1 HInc habes primò: quòd eccleſia ſancta Racheli ſimilatur, quando ex perceptorum beneficiorum commemoratione alia beneficia poſtulat. Verbi gratia. Deus (inquit), q dediſti famulis tuis in cõfeſſione fidei uerę æternæ Trinitatis gloriã agnoſcere (Ecce beneficiorum perceptorum memoria), concede propitius; ut eiuſdem fidei firmitate ab omnibus ſemper muniamur aduerſis (Ecce fiducia de futuris orta ex prioribus datis). Et ſic in omnibus Eccleſiæ orationibus inuenies.

2 Secundò habes: quòd deberet quilibet diuina ſibi beneficia exhibita recolere, ut indè et maiorem erga Deum amorem, & maiorem de Deo fiduciam, cõcipere poſſet. Hęc ergo eſt uia amãdi Deum, totamque fidem ſeu fiduciam maximam habendi in Deum. Qui ergo eſt modicæ fidei, modici amoris, modicæ fiduciæ, in Deum uiam hanc ſecutus Cum Rachele Eccleſiaq; arripiat: Et ſe ad amorẽ fiduciamq; magnã, ſurrecturũ agnoſcat erga Dominũ Deũ ſuũ.

Vtilitas recordationis beneficiorũ Dei.

3 ¶ Tertiò cõſequẽter habes: ꝙ qñ amat qs minus Deũ, aut de Deo minorem fiduciam habet, etiam contra inclinationẽ propriam habitam (Nam & Rachel contra ſterilitatem ſuam ſolitam in fiduciam hanc ſurrexit) hoc ſignum eſt, paruę commemorationis eius de Dei beneficijs ſibi in præteritum exhibitis. Sicut enim rememoratio amorem, fiduciãque in Deum præter inſolitã ſuam ſimpliciter naturã fouet, adaugetque ita horum uel obliuio, uel ſuperficiaria memoratio amorem in Deum fiduciamq́ue tepeſcere facit. Cum igitur nullus ſit, qui a Deo in beneficijs præuentus non ſit; quid dicemus? Quòd nullus eſt; qui uiam a Deo ſibi donatam non habeat amandi eum, ac in ipſum fiduciam totam iacendi. Vide hic bonitatem Dei. Iubet mihi, ut amem ſeipſum; iubet mihi, ut fiduciam in ſe ponam: Et uiam ad hæc implenda mihi ſine me tradit prius, & ſemper. Nonne mihi ſine me ideſt abſque meis meritis, abſq; meis poſtulationibus, multa dona contulit? Quid ſic agendo fecit? Mihi ſecuram tradidit uiam, qua illum amarem, totamq́ue meam fiduciam in illum iacerem.

4 Quartò hinc habes; quòd Deus meam in ſe maiorem fiduciam erigere intendit, cum mihi beneficia confert. Nam Deum ſic intendere trahamus uniuerſaliter ex hoc: quòd Rachelem ex beneficio accepto mouit ad ſperandum magis de bonitate ſua. Ergo qui beneficia futura ex beneficijs præteritis non ſperat, non facit ſecundum uoluntatem Dei, & abutitur beneficio accepto. Ecce nouus modus abutendi beneficio. Non mirentur ergo tales, ſi beneficijs tum datis, tum dandis a Deo priuantur; quoniã qui abutitur beneficio meretur priuari. ſ. & illo iam dato, & alijs dandis. Ergo qui ex beneficijs iam ſumptis beneficia fiducioſius ſperat, facit ſecundum uoluntatẽ Dei, & bene utitur beneficio. Nõ mirũ igitur: ſi talis in beneficio ſibi à Deo dato proſperatur, & beneficijs futuris adimplebitur: quoniam qui bene vtitur beneficio meretur proſperari. ſ. & in illo, & in futuro dando.

Abuti beneficiis.

5 Quintò conſequenter habes: quòd Chriſtianorũ quidam maiorem tenentur habere fiduciam in Deum, q̃ alij. Ratio eſt: quia maioribus, pluribuſvè a Deo beneficijs donati fuerũt. Ingratus ergo is èt iuſtè appellandus eſt: qui ex beneficijs habitis fiduciam de futuris in Deum non ſumit: & gratus is dicendus eſt, qui modo oppoſito ſe habet. Ergo datur etiam gradus in gratitudine, & ingratitudine iſta. Magis. n. tenetur (vt diximus) fidere in Deum, qui magis beneficiatus, eſt ab illo: quàm qui non ſic beneficijs præuentus eſt. Si ergo fiduciam habeant in Deum æqualem: ſecundus gratus multum, primus autem minus gratus, & conſequenter ingratus dicetur. Cum autem gratitudo ſit uirtus, & accepta Deo; non mirum, ſi Rachel ex hac gratitudine filium alterum maſculum promeruit: quem utique non habere meruiſſet, ſi grata non fuiſſet. Racheli enim maſculus, & proprius filius, poſtmodum natus eſt qui Beniamin eſt uocatus. Et, ut ſcias Beniamin quodammodo magnum fuiſſe præ Ioſeph fratre ſuo; & conſequenter beneficium non tantum ex gratitudine illa datum, ſed etiam maius datum; Inſpice ad magnum illum apoſtolum (Paulum dico), qui in cœlum tertium adhuc mortalis raptus eſt qui vas electionis ſpecialiter appellatus eſt, qui totius mũdi prædicator primus effectus eſt, qui præ omnibus alijs coapoſtolis in vinea Dei laboraſſe probatus eſt: & ſicut in ipſo ſupra omnes abundauit delictum, i. e in eo ſupra oẽs ſuperabundauit & gratia. Is nanque Apoſtolus (ipſomet atteſtante) de tribu Beniamin fuit. Miſericordia ergo poſteriore Deus priorem ſuperauit in Rachele quando ipſi poſt Ioſeph conceſſit Beniamin: Et nobis artbã dedit, ꝙ beneficia maiora in ſummum his præſtiturus eſt, qui ex beneficijs iam perceptis fiduciã futurorũ concipiunt. Hęc. n. quædam gratiarum actio eſt: Audiſtin per Eccleſiam dictũ; Vt de beneficijs perceptis gratias exhibẽtes beneficia potiora ſumamus? Vnde hoc dictũ ſumpſit eccleſia? Ex hoc aut ſimili loco, vbi ſcrutata ſcripturas uidit: ꝙ Rachel ex gratitudine pręmiſſa accepti beneficij potius beneficium poſtea ſumpſit.

6 Sextò conſequenter habes: ꝙ Beati ſententia Gregor. vera eſt, & huic loco conformis; quam dicit, omnes nos ad gratitudinem, noſtramq; vtilitatem exortans. Quæ eſt? Vt (inquit) ex exhibitione præteritorum firma ſit ſpes futurorũ. Vbi & oſtendit iſte ſanctus pontifex: ꝙ ſpes firma futurorum beneficiorum eſt fructus, quẽ ex accepto beneficio afferre debemus. Habes ergo hinc: quid ſit afferre fructum ex beneficio accepto. Licet enim afferre ex illo fructum multipliciter intelligamus: Hic tamẽ eſt vnus modus; qui iuxta B. Greg. intelligitur,

Tex. EXperimento didici: quia benedixerit mihi Deus propter te &c.

Concl. 3. *Ex conſortio bonorum etiam temporalia bona malis accreſcunt.* [Ex eo]

Ratio. LABAN erat malus, vtpote idolatra; Iacob verò bonus & ex cohabitatione ſimultanea accreuerunt bona tẽporalia ipſi Laban. Quod & patet à ſigno. Nolebat enim ipſe Laban, vt Iacob à ſe diſcederet propter hoc (ut litera innuit).

Coroll. ¶ Ergo boni ſunt oues iuſta Matth. 25. i. vtiles multum. Nam & malis, dũ mali exiſtunt, vtiles ſunt: & ſi non ſpiritualiter, quoniam ipſorum malorum voluntas obſiſtit, ſaltem tẽporaliter. Ergo mali, quando offendunt bonos uerbis, factis, exemplis, uel huiuſmodi: ſunt eis ingratiſſimi. Ergo mali ſocietatem bonorum appetere debent: etſi nõ propter ſalutem animarum, de qua forſan inſenſati non curant; ad minus tamen propter ſalutem corporis. Ergo Deus permittit bonos eſſe permixtos malis, propter vtilitatem malorum. Vide ergo quam bonus dominus inimicis ſuis; vt etiam amicos periculo exponat propter illos: dum bonos inter malos ad malorum emolumentum, eſſe, manere, viuere, velit. Matth. 5.

APPENDIX.

HINC habes: quantum. Catholici, Religioſi &c. conſortium bonorum deſiderare, ac quærere deberent: quando idolatra huiuſmodi conſortium deſiderabat, & quærebat. Et, ſi idolatra propter vtilitatẽ temporalium ad hoc deſiderandum, quærendumque, mouebatur: multo magis propter vtilitatem ſpiritualium ſimul & temporalium ad hoc moueri deberent, qui aliqua Dei cognitione prẹditi ſunt. Is vnus eſt modus, quo Deus noſtram vtilitatem promouere intendit, & quidem modus ſuauis: cum homo naturaliter ſit animal ſociale. Vnde ſi homo hunc modum, etiã idolatriæ charum, non acceptat: inexcuſabilis omninò eſt, ſi ſua vtilitate priuatur. Non mirum poſtea, ſi Deus hominem in mala ruere ſinat propter malas ſocietates, quia, qui nolunt vtilitatẽ, iuſtum eſt, vt vtilitate priuentur; & inſuper, in pœnam peccati, inutilitatem ſectari permittantur & conſequi. Nec mirens. Nam quantam utilitatem ex bonorum cõſortio, hic & alibi in ſcripturis, afferri conſpicis: tantam ex malorum ſocietate inutilitatem trahi, certò tenere debes. Ab idolatris ergo iudicabuntur illi: qui bonas ſocietates nõ amplexantur. Et malis adhærent. Quid autem dicemus de his, qui bonos quocunque modo perſequuntur: atque bonas ſocietates irrident? Hi ſunt, de quibus in Iob cap. 12. dicitur, Deridetur iuſti ſimplicitas. Hi ſi poſtea cæcãtur, eò ꝙ bonas non magnifaciant ſocietates, & cęcati in mala, peiora, ac peſſima cadant: inexcuſabiles omninò ſunt ethnicisq; in hoc peiores.

Dei uocationis unus modus.

Tex. IVſtum eſt: ut prouideam domui meæ.

Concl. 4. *Prouidere familiæ ſuæ, & multo magis ſibi, eſt de iure naturali.* [Ex eo]

Ratio. ILLVD enim eſt iuſtum; quod eſt de aliquo iure. Vnde, cum nuc ius diuinum ſcriptum non eſſet, reſtat, vt hoc eſſet de iure naturæ, ſeu de iure diuino naturæ inſerto.

Coroll. ¶ Ergo qui ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet fidem negauit: & eſt infideli deterior. 1. Tim. 5. fidem negauit, ideſt facit contra conſcientiam hoc omnibus dictantem: eſt infideli deterior, ideſt & facit contra ius naturæ, quod ius in hoc, etiam pagani quandoque ſequuntur. Ergo iuniores vidoas volo familiæ curã habere &c. 1. Tim. 5. Ergo ly Nolite ſollicito eſſe quid manducetis &c. Matth. 6. & nolite theſaurizare &c. & huiuſmodi: nõ excludunt prouidẽtiam noſtram de nobis, nec de noſtris; ſed ſuperfluam ſollicitudinem. Ergo debent parentes filijs theſaurizare. 2. Cor. 12. Vide Compen. Alb. lib. 3. c. 19. Schol.

Tex. FActum eſt, ut in ipſo calore coitus oues intuerentur uirgas: & parerent maculoſa &c.

Concl. 5. *Imaginatio facit caſum.* [Ex eo]

Ratio. NAM imaginatione uirgarum multicolorum iſtę oues etiam uarios fœtus gignebant: & quidem contra ordinarium curſum naturæ. Nam ſecundum ordinarium curſum greges vnicolores (quales erant ij, quia Iacob cuſtodiebantur) partus ſimiles generant. Vide ergo quam magnæ uirtutis ſit imaginatio.

Coroll. ¶ Ergo quiſque, & maximè pueri, cum imaginatione vigeant, exemplis uiſis mouetur. Ergo multum curãdum: ut bona exempla dentur pueris. Ergo non ſine cauſa tãtũ facit ſaluator; Matth. 18. Si ſcandalum detur illis. Ergo non ſine cauſa minatur iudæis dicens. Matth. 23. Væh vobis qui &c. vt faciatis vnum proſelitum: & poſteà facitis eum filium gehennę duplo, quam uos: propter. ſ. mala exempla a uobis illi data. Ecce. Exempla mala etiam peiores faciunt pueros, quibus dantur: quam ſint illi, qui huiuſmodi exempla illis dãt. Væh ergo mundo à ſcandalis. i. propter ſcandala. Vide. 2. 2. q. vlt. ar. 9. cum Card. Caietano.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXI.

Text. ET tamen non dimiſit eum Deus: ut noceret mihi. Et nunc manus mea &c.

Concl. 1. *Deus non ſinit malos nocere: quantum uolunt; nec quantum poſſunt.* [Ex eo]

Ratio. LABAN ipſi Iacob nocere uoluit, & potuit, & tamen non eſt permiſus à Deo, ut tantum noceret quantum uolebat, & ualebat.

Not. ¶ Idem habes hic infra ibi. Caue: nè quicquam aſpere loquaris contra Iacob, & in c. 33. currens itaque Eſaù obuiã fratri ſuo: amplexatus eſt eum. Vbi in 33. nõ tantum reprimitur furor Eſaù, nè noceat, quantum uolebat: ſed & (ò mira Dei potentia) furor uertitur in maximam pietatem; cùm non tãtùm Eſaù amplexetur fratrem, ſed & currẽs amplexetur, ideſt ex maximo affectu, & (ut ita dicam) impatienti deſiderio in amplexus, oſcula, & fletus ruat.

Coroll. ¶ Ergo ſi Deus pro nobis: Quis contra nos? Rom. 8. ſ. efficaciter? Ergo poteſtas nocẽdi non eſt nobis à nobis, ſed à Deo: licet uoluntas nocẽdi ſit nobis à nobis. Ergo non timendum aliquomodo, etiam ſi totus mundus contra bonos armetur: cum nihil, niſi Deus permiſerit, facere queant: immo nec loqui (Nè quicquam loquaris cõtra Iacob) contra bonos, ideſt pertinentia aliquo modò ad bonos. Vnde exponitur ly contra Iacob, ideſt contra perſonam, uel coniuges, uel iumẽta uel alia pertinentia ad Iacob. Ergo ſolus Deus timendus: qui cum nocuerit, poteſt perdere. Ergo omnes hoſtes unde debiles, ratione ſcilicet quia nec minimũ nocere poſſunt, niſi Deus uoluerit. Ergo in nomine tuo uentilabimus inimicos noſtros cornu Pſal. 43. Ergo rectè dicitur à Chriſto plerunque; Ego ſum, nolite timere.

Not. ¶ Ob hoc datur Angelus cuſtos malis, etiam Antichriſto: nè noceant, quantum uolunt, & poſſent: ut habet Sanctus Eccleſiæ doctor. 1. q. 113. ar. 4. cum Elucid.

Text. LEua oculos, & uide uniu. maſ. aſcenſ. ſuper fœminas &c. Vidi enim omnia, quæ fecit tibi Laban.

Concl. 2. *Deus facit iudicium, iniuriam patientibus* [Ex eo].

Ratio ADDVCITVR Iniuria facta a Labã ipſi Iacob, pro cauſa iudicij talis Dei. Vidi. n. inquit. &c. Quaſi dicat ex hoc, quod iniurias tibi à Laban factas aſpexi, factum eſt: ut ſubſtantiam ipſius ab eo ablatã dederim tibi. Simile habes ſup. 20. de fauore Dei erga deſpectos ab hominibus.

Coroll. ¶ Ergo accipientes iniuriam patienter ſe habeant: quoniã defenſorem (grandem) Deum, habent. Hic uindictam, nobis tacentibus (ut accidit erga Iſrael ad mare rubeum) Exo.

14. de

14. de hoſtibus noſtris accipiet: & quoque nos etiam têporaliter ſuper illos magnificabit (vt hic de Iacob. patet. Ergo eſt pater orphanorum; & iudex uiduarum Pſ. 67. Ergo pupillũ, & uiduam ſuſcipiet: & cuſtodit aduenas Pſal. 145. Ergo ſaluos faciet filios pauperum; & humiliabit calumniatorem. Pſal. 71. Ergo honorabile nomen eorum. ſ. pauperum coram illo. ſ. Deo. ibid. Ergo humilibus dat gratiam Iac. 4. id eſt facti humiles per paſſionem tribulationum, hoc eſt tribulati inueniunt gratiam, coram Deo: inquantum ipſe pugnat pro eis, & illis fauet multum. Luc. 6. Ergo beati pauperes, quoniam ueſtrum eſt regnum Dei, Matth. 12. id eſt Chriſtus, qui eſt regnum Dei, eſt uobis datus defenſor. Ergo bene patiêtes erũt: vt annuncient Pſal. 91. Quaſi dicat iniurias patienter ferentes multis à Deo fauoribus donabuntur: quos poſtmodum aliis annunciare poterunt. Ergo nihil habentes: & omnia poſſidentes Prouerb. 6.

¶ Applicetur ad Euangelium de patientia, & ſimile.

Text. EGo ſum Deus, Bet. vbi vnxiſti lapidem votum vouiſti mihi.

Concl. 3. *Votum factum Deo, & dedicare illi eccleſiam, eſt gratum Deo ipſi*. [Ex eo]

Ratio. QVASI dicat recordatus ſum uoti tui, & dedicationis lapidis illius pro templo (ſupra c. 28.): & ideo uindicaui te, ditaui te, & domum tuã reducã te; ut uoti conditio continebat.

Not. ¶ Simile ſupra (c. 28), & de altaribus (12. & ſeq. iter. c. 8.) Vide ibi multa contra hæreticos de templis.

Not. ¶ Aduertas quoque; q Deus uocat ſe Deum Bethel (hic erat locus tu Dei honorem ſibi à Iacob dicatus): ut oſtendat ſe habere curam particularem, ac ſingularem protectionem, locorũ in ſui, honorem erectorum. ſ. Eccleſiarum uel huiuſmodi. Vnde alibi eccleſia dicitur domus Dei, ad eũdem ſenſum: & dicitur ideò quòd aures apertas oculosque intentos habebit ad eos, qui orauerint in huiuſmodi locis. Inuehatis contra hæreticos & uoto & templis detrahentes.

¶ Applicetur ad Matth. 21. (Domus mea &c.) uel ſimile.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 3. cap. 31. deſtruit hæreſim Lamperianorum dicentium: vota nihil prodeſſe, immò uota omnia tum priuata, tũ monaſtica eſſe damnãda. Quam mirificè ſiqdẽ patriarchæ Iacob vniũ facere profuerit: qui textum hunc ſcripturæ atque contextum legendo intellexerit, apertè contuebitur. Damnatur etiam in Elucidationibus primæ partis quæſt. 81. articu. 1. Vide tu ibi. Item à 1. Reg. 1. Anna votum vouit dicens. Domine exercituum ſi dederis ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eũ Domino omnibus diebus vitæ eius. Et factum eſt poſt circulum dierum concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel eo quod à Domino poſtulaſſet eum. Vides nè hic: q proſunt, & quòd mirabiliter proſunt uota facta? Nam Anna hæc ſterilis valde erat, pluribusque annis ſterilitatem deplorauerat (ut in capitulo illo patet): & tamen ad vnius voti emiſſionem fœcunda facta eſt in tantum, ut vnico partu ſuo fœcunditatem multarum fœminarũ ſuperaret. Quis neſciat: quantus vir fuerit iſte Samuel? Primũ illum librum diſcurrat. Item à 1. Tim. 5. Adoleſcentiores viduas deuita. Cùm enim luxuriatę fuerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Hoc eſt, quia votum in uiduitate emiſſum de caſtitate ſeruanda uiolarunt. Vnde concilium Toletanum. 4. cap. 55. ſeculares uiduæ ſunt, quæ adhuc diſponentes nubere laicalem habitum non depoſuerunt, ſanctimoniales ſunt, q iam mutato habitu ſeculari, ſub religioſo cultu in conſpectu ſacerdotis & eccleſiæ apparuerunt. Hæ, ſi ad nuptias tranſierint, iuxta Apoſtolum non ſine damnatione erunt: quia ſe primum Deo vouentes poſtea caſtitatis propoſitũ abiecerũt. Conciliũ ergo de uotis religioſorũ interpretatur Apoſtolum: cum quo non damnat ipſa vota, ſed ipſorum uotorum deſertores. Damnatur & ab Honorio. III. Papa, qui approbauit ordines Fratrum Prædicatorum & Minorum; immò etiã à Cõciliis Lateranen. Lugdunen. approbatos regulares per ſedem Apoſtolicam ſolum admittentes. Hoc enim facto ſuo Apoſtolica ſedes uota monaſtica eſſe proficua teſtatur: alioquin ordines fratrum, vtporè in trium uotorum obediẽtiæ, caſtitatis, paupertatis, profeſſione conſiſtentes non approbaret, ſed reprobaret. Item à Conci. Trid. Seſſ. 25. ti. de regularibus cap. 1. 2. 4. &c. Ibi enim regulares ipſos ad obſeruãtiam uotorum emiſſorum hortatur: quo facto utique damnat Lamperianos prædictos.

¶ De voto vide D. Tho. 2. 2. q. 88. art. &c. vbi omnes illuſiones circa hoc hæreticorum coeruat.

Text. CAue: ne quicquam aſperè loquaris contra Iacob.

Concl. 4. *Deus tantam ſuorum prouidentiam habet: ut etiam ſolicitus ſit, ne quiſquam in uerbis noceat illis*. [Ex eo]

Ratio. MINIMVS, in quo quis alium nocere poſſit, ſunt uerba ſtando præciſè in illis, reſpectu factorum. Nam uerba uolant; aerem uerberant, ſed hominem minimè. Cũ ergo Deus dicat ipſi Laban, ne offendat in uerbis ipſum Iacob, maximã de ſuis cuſtodiam ad defendendum illos monſtrauit. Non poſſunt igitur mali offendere bonos, quantumcunque conẽtur, niſi Deus permiſerit. Conatus multum (ut littera innuit) fuerat Laban uenire ad offendendum Iacob in factis: Et in uerbis ipſum offendere non potuit. Quis Dei ſeruus puſillanimis maneat: cum tantum circa ſe patronum zelantiſſimũ conſideret? Hinc eſt: q toties in ſcripturis reprehenduntur hi, qui ad ſeruiendum Deo puſillanimes ſunt. Hinc eſt: q ad magnam ſpem in ſe habendam ſemper nos adhortatur in ſacro eloquio Dominus. Sperent ergo in Domino, & ualdè ſperent, omnes: qui quærunt illum. i. qui ſeruum illius ſe profitẽtur. Hoc eſt quod in Euangelio Mat. 6. legitur? Quęrite regnũ Dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Quid eſt adiicientur? Id eſt uobis non petentibus dabuntur. Vide maximam Dei promtitatem ad prouidendum ſuis: nam hi ſunt qui quærunt cum inſtãtia regnum Dei. Dic mihi. Nunquid petiiſſe Iacob legiſti à Domino, nè in uerbis offenderetur a Laban? Minimè. Petiit hoc de factis. At Dominus, qui dat ſuis affluenter, de uerbis fuit ſollicitus: nè ſcillcet a Laban in uerbis offenderetur Iacob. Vide quàm Domino id cordi eſt: quia ipſi Labã comminatur, quia apparet in nocte, ut à Laban melius audiatur, & timorem ipſi ad huius mandati ſeruationem inducti-uum magis incutiat; quia venit ante diem, in ſignum quòd ſe deſiderio ſuccurrendi ſeruo ſuo Iacob etiam in minimis nõ vult expectare noctem finiri.

APPENDIX.

HINC habes: quòd beati ſunt omnes, qui ſeruiunt Domino: quoniam dominum ſibipſis quodammodo ſeruientem habebunt, ut hic patet. Ob hoc, quia ſcilicet Deus tã tam curam de ſuis habet, de ſollicitudine nimia repręhendit tantopere fideles Chriſtus, apoſtolus Petrus, & Paulus. Vnde Paulus Philip. 4. rationem aſſignans non ſollicitudinis, poſtquam dixit. Nihil ſolliciti ſitis; addidit Dominus propè eſt. quaſi dixerit. Ratio, quare de uobis ſolliciti non debetis, eſt: quia Dominum pro uobis ſollicitiſſimum habetis. Et in Euangelio Matth. 6. Chriſtus poſt ſollicitudinem repręhẽſam ſubdidit pro ratione; ſcit enim pater veſter, quia his indigetis. Quaſi dicat. Ratio, quare de ueſtris rebus, ac perſonis, non debetis anxiari, eſt: quia habetis patrem ueſtrum omnipotentem, de omnibus his pro uobis ſollicitiſſimum. Et Petrus apoſtolus 1. cap. 5. poſtquam ſollicitudinem omnem in Deum nos proiicere hortatus eſt, addidit rationem dicens: quoniam ipſi cura eſt de nobis. Ac ſi dixiſſet. ſtultum eſt ſollicitari de illa re, de quã curam maximam habet Deus. Cùm igitur Deus curam, & eã maximam, (vt hic circa Iacob apparet), de uobis, veſtriſque rebus omnibus, habeat: ſtultum eſt, uos aliquid. i. in aliquo ſolicitos eſſe. i. anxios. Vide Compen. Alb. lib 3. cap. 19. Schol. & Eluc. pri. par. art. num. 136. Ergo pedes ſuorum ſeruabit. 1. Reg. 2. Id eſt curabit etiam minima, quæ pertinent ad ſanctos, ſiue fideles. Ergo omnes capilli ueſtri numerati ſunt. i. etiam de minimis ueſtris magnam curã habeo. Ergo cuſtodi me, ut pupillã oculi. i. ſerua me ab omnibus aduerſis quantũcũq; minimis; ſicut & pupillam oculi ſeruat quis à minimis aduerſis. Cùm igitur dicendum non ſit, orationem tanti uocatis fuiſſe caſſam: fatemur; q Deus de nobis tanquam de oculi pupilla curam habet. Id quod &

Deus ipſe de ſe teſtatur dicens: qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Quod dictum non tantum ſupradictum ſenſum habet, ſed & ſequentem. Qui tan.&c. q.d. ſicut pupilla oculi eſt nobis alijs ſenſibus charior, ita guberno nos, tanquã rem chariſſimam. Ergo tu Domine cum magna reuerentia diſponis nos, id eſt licet omnia gubernes, nos tamen inter alia prouida charitate maxima, utpote tibi chariſſimos, gubernas.

Text. IAcob ait: Quam ob culpam meam ſic exarſiſti? vſque ad ly, forſitan me modo nudum dimiſiſſes.

Concl. 5. *Quandoque bonum eſt, ut boni rationibus obſtruant os loquentium contra ſeipſos bonos iniquè.* [Ex eo.]

NAM ex reddita ratione clara conuincitur impius, & in ſe erubeſcit (ut patet de Laban): ac à malo vtcunque compeſcitur. Ex erubeſcentia.n. aut ad bonum conuertitur (iuxta id: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine): aut certè confunditur (iuxta id: erubeſcant; & confundantur, & pereant.)

¶Simile habes de Iſaac uerſus Abimelech, ſupra cap. 26.

APPENDIX.

HINC habes: quam optime ſit dictum à ſcripturis ſacris, reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam (.i. ſecundum q̃ exigit ſtultitia ſua): nè ſibi ſapiens videatur. q.d. ſi uideris tempus aptum ad reddendam ſibi rationem de hoc, q̃ ſine cauſa facit aliquid redde illi eam: quoniam tunc, ſaltem quãtũ eſt ex parte tua, habebit occaſionem cognoſcendi ſtultitiam ſuam, & non apparendi ſibi ſapiens. Dixi, ſi uideris tẽpus aptum; quoniam ſi cõtra opportunitatem temporis hoc fieret, non eſſet bene factum: quoniam reſpondens, tanquam temporis congruitatem non obſeruans; & ipſe inſipiens reputaretur. Ad hunc enim ſenſum ſubnectit Salomon: Nè reſpõdeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſimilis efficiaris. Sic & Chriſtus aliquando reſpondit inſipientibus iudęis (ut apparet in diſputationibus ſuis in Euangelio; & in paſſione): aliquando autem tacebat, & nihil reſpondit. Ergo, ſi ly iuxtà, dicit exigentiam ſtultitiæ (ſcilicet ſtultitia meretur repræhenſionem: ſine qua reprehenſione ſtultus ſit nimis inſolens): reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam: ſi aũt dicit tempus, (ut ſcilicet quemadmodũ ſtultus non obſeruat tempus ad implendam ſtultitiam ſuam: ita tu non obſerues, ad increpandam ſtultitiam eius) Nè reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam. Ergo palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.i. etiam in benefactis oportet, ut ſecundum rectum iudicium progrediaris; alioquin benefacta aliàs, conuerterentur in malefacta.

VEni ergo, vt ineamus fædus &c.

Concl. 6. *Tandem impij amicitias iuſtorum, quos prius aſſlixerant, quærere ſolent: & hoc propter uim iuſtitiæ.* [Ex eo.]

LABAN furijs inuectus contra Iacob priùs erat; ipſum tùm domi, tùm etiã perſecutus fuerat; & nunc in actu exercito perſecutionis erat: & tamen, quaſi ab ipſa ſanctitate Iacob coactus, nunc amicitiam cum Iacob merè ſolicitè quærit, adeoq; ſolicitè, ut nec unam diem prolongari patiatur. O mutatio dexteræ excelſi. Hanc mutationem, & conſequenter mirã Dei protectionem erga ſuos, miramq; virtutem bonitatis contra impios ad ſe trahendos, habes etiam ſupra in prima concluſione huius: & in his quæ ſequuntur.

¶Simile habes de Iſaac ſupra 26. & de Epulone in inferno quærente amicitiam Lazari. Luc. 16.

¶ Ergo magna eſt ueritas præſertim uitæ: & præualet. Là malis etiam naturali amore diligitur.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXII.

Text. AIt. Caſtra Dei ſunt hæc.

Concl. 1. *Apparitiones diuinæ ſunt ſecundum exigentiam negotiorum. i. accommodata ſunt ad ea negocia, pro quibus apparent.* [Ex eo.]

IACOB, tanquam homo, trepidabat de ſuo fratre Eſau, nè ſibi mortem quam prius comminatus fuerat, inferret: unde fiebat, ut auxilium Dei ad ſe protegendum optaret. Et ideò angeli apparuerũt ipſi in forma militum: tanquam ex forma ſua oſtenderent id, ad quod mittebantur: ad eius videlicet defenſionem.

APPENDIX.

HINC Theologi habent: q̃ angeli aſſumunt corpora, non tanquam corporibus egeant propter ſe, ſed propter nos: ut. ſ. nobis ſenſibiliter oſtendant, quæ inuiſibilia ſũt: hoc eſt, quæ ipſi agere intendunt. Hinc & S. Stephano apparuit Chriſtus ſtans; tanquam ipſum fortiter protecturus, & pro ipſo pugnaturus. Hinc apparuit Dominus in rubo flãmante, non tamen nec minimum combuſto; ut per hoc monſtraret id, pro quo apparebat: q̃ ſcilicet filij Iſrael ab igne tribulationum, quibus tunc uexabantur, erant mirabiliter liberandi, nè comburerentur ab eo i. nè ipſi igni ſuccũberent. Diſcurre per te: & in omnibus uidebis hoc.

Text. MIſit autem & nuncios ante ſe ad Eſau &c. (& per totum ferè capitulum. Et in principio ſequentis).

Concl. 2. *Homo non debet omittere facere illa, quæ recta ratio dictat, in periculis: etiã q̃ ſit aſſecuratus à Deo de euaſione, aut de uictoria ſeu bono ſucceſſu in illis.* [Ex eo.]

Ratio. QVAMVIS ipſi Iacob (cap. 31.) ab apparente angelo dictum fuerit, quod reuerteretur ad terram natiuitatis ſuæ: & ab angelis nunc apparentibus in ſui defenſionem, licèt confortatus ſit: tamen, quãtum fuit in ſe, quæſiuit curialibus factis, uerbisque placare fratrem; diuiſit turmas, ut facilius ſaluarentur, & ſimilia egit.

¶Applicetur ad ly. (Non tentabis Dominum Deum tuũ); vel ſimile contra dicentes: ſi ſum prædeſtinatus; & faciam, & non, ſaluabor. Vel, ſi Deus vult hoc, fiet ſine mea cura: & ita torpore tabeſcunt. Ecce: quòd tentant quotidie Deum.

Not. ¶Simile habes ſupra cap. 25. de Iſaac orãte pro uxore ſua: vt pareret. Item hoc idem habes infra præſenti capitulo (ibi, dixitque Iacob: Deus patris mei Abraham &c.) ubi Iacob orat pro liberatione ſua, licèt Deus promiſiſſet, eum ſe certò liberaturum. In his locis apparet clarè nobis inſinuatum eſſe: q̃ orationes fiunt ab eccleſia, ut impleatur uoluntas diuina de aliquo fiendo. Quare? Quia multoties Deus ordinauit, aliqua aſſequenda quidem, ſed non ſine orationibus. Et quis ſcit de quouis particulari fiendo: an Deus ſic, medijs. ſ. precibus ordinauit? Ergo pro quouis occurrenti re orandum, hac intentione: ut uoluntas Dei præordinata adimpleatur.

¶Ergo ly quæcunque uoluit Deus, fecit; ſic intelligitur: ut ſcilicet eo modo quo fieri uoluerit, fiat. Verbi gratia. Si ſine talibus medijs uoluit hoc fieri, fiet vtique medijs huiuſmodi ablatis, ſi illud interuenientibus medijs, illis mediantibus fiet. Si ergo media, quibus Deus ordinauit aliquid fieri, deſunt, nunquam illud fiet: quia tunc nõ quæcunque Deus uoluiſſet, fierent. Voluiſſet enim, ut non fierẽt ſine medijs, & per hypotheſim dictam ſine medijs tũc fierent. Ergo, cũ nullum ſine operibus ſaluare uoluerit; q dicit, q̃ poteſt quis abſque operibus ſaluari, blaſphemat; utpote ponens, q̃ non quęcunq; uoluit Deus fecit. Ergo talis eſt hæreticus, tanquam ſcripturas negans.

Appen-

APPENDIX.

EX præmiſſis bene pōderatis habes contra hæreticos multos de multis uana loquentes & hic & ſup.c.25.quid dicas pro ueritate. Quę habita ſapiēs per ſe applicabit, ſecundū ꝙ decet, contra fabulas eorum. Deus.n.intentator malorum eſt; idest nulli dat occaſionē malefaciēdi. Cōſequenter igitur per hoc, ꝙ certificat nos de ſalute noſtra uel tēporali uel ſpirituali quomodocunque, nō intendit nobis dare occaſionem malefaciendi, puta ſuperbiendi, ociandi &c. Quicunq; igitur ex hoc talem occaſionem ſumeret, faceret contra intentum Dei: & cōſequenter peccaret, damnationemque indè mereretur, tanquam attribuens Deo, ꝙ ſit tentator malorum. Tales ergo ſunt hæretici dicētes: quæ futura ſunt erūt; qui fecit nos ſine nobis ſaluabit nos ſine nobis & ſimilia. Faciūt iſti, homines tentare Deum; & ipſi tentabuntur à Deo, idest magnas à Deo pœnas luent. Quādo igitur Deus reuelat ſalutem ſuam alicui certò futurā facit hoc.ut is, cui talis reuelatio fit, ardētius operetur, certò ſciens, ꝙ opera ſua nō fient in uanum. Patet enim ꝙ quilibet (naturaliter loquendo) libentius feruentiusque operatur, cum de operibus ſuis non incaſſum fiendis certus eſt: quam cùm de illis fruſtratorium finem habituris dubitat. Vnde igitur Deus uult bonum hominis promouere: uolunt iſti malum hominis procurare. Eſto. Parum eſſet hoc; ſed indè dicūt, Deum per reuelationes ſuas hoc intēdere. Nōne, cùm Deum dicūt ideò reuelaſſe, ut ab operibus bonis ita inſtanter fiendis ceſſemus, tunc Deū dicunt per reuelationes ſuas malum noſtrum intendere? Similes ergo ſunt illis prophetis de quibus dicitur à Deo: nō mittebam eos, & ipſi currebant; Dicebant, Dominus dicit; cùm ego non ſim locutus. Si quis ergo de prædeſtinatione ſui certificaretur, adhuc feruentius operari propter rationem dictam teneretur: tantùm abeſt, ut operari ſineret, uel in operando tepeſcere deberet. Quid ergo dicendum de his, qui ſuam prædeſtinationem neſciunt? Debent & hi operari: ſed cum tremore operari? Et in hoc differunt ab illis, quibus eorum prædeſtinatio certa eſſet: quia iſti operarentur quidem, ſed non cum tremore illo.ſ.an opera ſua Deo eſſent accepta. Scirent ſiquidem per reuelationem, quòd opera ſua futura eſſent Deo grata: id quod illi, quibus reuelatio non facta fuiſſet, neſcirēt pro certo. Conuenirent igitur in uno.ſ.in operari debere; & diſconuenirent in uno.ſ.cum tremore dicto, & ſine tremore. Non ſunt ergo Iacobitæ, qui contrarium dicunt: ut patet in litera.

Tex. DOmine Deus p. m. Abraham &c.

Concl. 3. *In tribulationibus debemus recurrere ad Deum non deſperare.* [Ex eo]

Ratio. EN adueniente trepidatione Iacob ipſe ad orationem conuertitur. Itaque tribulationes uertuntur bonis in bonum, cùm Deum orant: ſicut malis in malum, dum deſperant.

¶ Ergo tribulationes ſunt tanquā ſtimuli, atque calcaria, ſeu ſentinellæ (ut dicūt): quoniam bonos à torporis ſomno excutiunt. Ergo tribulationes ſunt medicinæ: non tantùm inquàm, quia peccata in tribulatione diminuuntur, ſed etiam *Tob. 3.* quia ad orationem compellunt. Ergo tribulatus eſt fęlix. Nam fęlix neceſſitas Aug. quæ nos compellit ad meliora.

QVÆSTIONIS TACITÆ SOLVTIO.

EX deſiderio illo, quo Deus uult nos ſaluos fieri, prouenit, ꝙ Deus tribulationes nobis immittit. Cùm.n.nō tribulamur, facillimè mundo, carni, diabolo auditū pſtamus: ſimiles illis, qui domi ſuæ non habentes quid faciāt, curioſa noua audire cupiunt; & ob id omnibus aures accommodāt. Vt igitur ipſis diſſimiles ſiamus, ſimilesq; illis euadamus; q *Exempl.* factis proprijs ad plenum occupati, aliorum negocia nō quærunt, immò illos iſta audire tædet. Idcircò Deus nobis diuerſas flagellationes immittit. His quippè ab hoſtium inſidijs retrahimur, ſuaui quodam modo: Cum naturali curſui hoc (ut nunc monſtrauimus) ſit conſentaneum. Audiſti nè nunquam homines iumentis aſſimilari? Habes iumentum: per uiam cum ipſo progrederis: Degreditur iumentum a recto itinere. Quid facis? flagello illud percutis, habenam in ore ſuo *Exempl. Vide per totum et bene conſidera.* diſtorques: contra ipſum uociferaris. Quare hæc omnia facis? ut iumentum reuertatur ad uiam rectam. Claudicat iumentum ad lapides impingere ſolitum eſt; vitium aliquod habet: tu vigilans ſtas ſuper illum, habenam in manu tenes, calcaria corporis illius appropinquas, & quam primum in aliquo defecerit, tum habena, tum calcaribus ipſum impellis, compellis, tribulas affligis, uſqueqùo in uiā à te intentam redeat, vſqueqùo vigilantius vadat vſqueqùo vitium habitū dimittat. Quando uis ipſum currere: nonne illud calcaribus, ſerticis, clamoribus vrges? Vtique. Volebat Deus, quòd Iacob ad orationem curreret. Quid fecit? Illi timorem fratris *Applicatio optima ad longum.* immittit; illum aduerſos, de fratre uenīēte in occurſum eius, cum quadraginta viris, rumores audire fecit illi Laban ad perſequendum direxit: ut Labā omnia illius ſcrutaretur effecit, & multa in horas cōtraria illi aduocauit. Ac ſi per oīa iſta ipſi Iacob intonaret curre, curre, accelera gradū, ad orationē feruentius aſſurge. Tandē ergo (vt hic patet) intellexit homo: ꝙ oratio ſit per tribulationes a Deo intenta. Nè moraretur Iacob nimis apud idolatrā Laban volebat Deus, & ne nimium amorem ad illius terras imbiberet, cupiebat: quid fecit ipſe Deus? Flagellum arripuit, permiſit, quòd Laban deciperet pluries ipſum Iacob, atque fraudaret: & intentum ſuum habuit altiſſimus. Nam Iacob; viſis illius contra ſe fraudibus, clam (ut ſupra legitur) diceſſit, atq; velociter. Nolebat Deus, ipſum Iacob auditum verbis fratris Eſaù accommodare, ut ab Eſaù comitaretur, vel apud ipſum moras contraheret: Quid egit. Timorem fratris ipſi incuſſit: & quod uolebat, obtinuit. Volebat Deus, vt Iacob prudentiam in gubernanda familia ſua in defendendo illa ab aduerſis, in ſecurè illam ad domum conducendo, adipiſceretur: Quid egit? Timores magnos de Eſaù ipſi Iacob immiſit: & vexatio illa dedit ipſi Iacob intellectum in omnibus prædictis ad unguem proficiendis. Vide. Tolle flagella à iumento iſto Iacob: facile bona *Vtilitas flagellorum.* illa tolles. Adhibe iſti flagella: ducetur, quò tu uis. Sine flagellis iumentum ducit te, quò non vis, ſæpiſſimè faciliterque: cum flagellis verò tu illum ſępiſſimè faciliterque ducis, quò tu uis. Sine flagellis iumentum patronus tuus ſit vel ſaltem te patronum nō cognoſcit (& vnde agnoſcat: niſi flagelletur?), ſuperbit, inſoleſcit: cum flagellis vero ſeruus tuus ſit, te ſuum dominum agnoſcit, honorat atque reueretur: humiliatur, ac obedit, Sine flagellis iumentum & te, & ſe, ſępius præcipitat. cum flagellis autem & te, & ſe, plerunque precipitat ò flagellorum nō dicam uolitas: ſed ad benefaciendū multa neceſſitas. Hæc non tamen faciunt intrare: ſed prius nolentes compellunt velociter intrare. Auſim dicere, & uerū eſt: ꝙ ipſi Iacob defuiſſent multæ orationes, ſi ipſi Iacob multæ defuiſſent tribulationes. Ipſe Iacob multa mala faciliter incurriſſet, multa bona faciliter perdidiſſet: ſi Iacob, multum tribulatus non fuiſſet. Hæc omnia ex dictis eliciuntur: ac litera.

¶ Applica ad ly Matth. Simile eſt regnum Cœlorum grano ſynapis: ergo tribulari, eos multum iuuat: & non tribulari, eis multum nocet. Granum enim ſynapis, niſi conteratur, non mittit odorem. Conſequenter ergo conteri eſt illi bonū: non conteri malum. Nam contritio eius virtutem oſtendit: quā non demōſtrat nō cōtritio. Vis videre: qualis unuſquiſque eſt? Contere illum. Si mittit bonum odore, bonus eſt, quia *Aurel.* granum ſynapis eſt: ſi non mittit odorem, malus eſt. quia granum ſynapis non eſt. Is mittit odorem ex contritione ſui q ex tribulationibus proficit: Ille verò ea ea non mittit odore, qui ex iſtis deficit vel non proficit. Iacob ergo bonum fuiſſe, granum ſynapis extitiſſe, regnum fuiſſe cœlorum, ad eccleſiam pertinuiſſe, agnoſce; quoniam ex tribulationibus (vt ſupra ad longum patuit) profecit, & non defecit.

Tex. QVi dixiſti mihi reuertere in terram tuam; & benefaciam tibi. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtū: & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei &c.

Concl. 4. *De beneficijs acceptis debemus rememorari in orationibus: antequam petitionem noſtram offeramus Deo.* [Ex eo.]

Ratio. Ecce Iacob, antequam poſtulet liberationem ſui à fratre, rememorat beneficia ſibi a Deo collata: puta promiſſionem a Deo ſibi factam de benefaciendo multiplicationem duarū turmarum mirabilem, utpote ex nihilo; quia in baculo &c. .i.prius eram pauperrimus.

Beneficia

Not. 1. ¶ Beneficia accepta prius memoranda ſunt: & quia de beneficijs gratus meretur noua beneficia accipere (quę gratitudo oſtēditur in memorādo beneficium); & quia fiducia opus eſt in oratione (fiducia autem in nobis conſurgit ex conſideratione: quòd antea à Deo beneficijs donati ſumus); & quia feruor in oratione requiritur (excitatur autem feruor ex hoc, quòd loquimur amico: qui multa prius nobis bona contulit). Quòd autem excitetur fiducia, & feruor, ex rememoratione beneficiorum patet in Pſ. 62. vbi dicitur ly in matutinis meditabor &c. Ac ſi apertè propheta Deum alloquens dicat. In matutinis meditabor in te quia fuiſti adiutor meus; & in velamēto alarum tuarum, ex recordatione.ſ. quòd velatus ſum.i. protectus ab alis tuis, exultabo, & ob hoc adhęſit anima mea poſt te: & hinc factū eſt, ut me ſuſceperit dextera ſua, per nouam.ſ. exauditionem, & gratiæ additionem.

Not. 2. ¶ Ob ea, quæ dicta ſunt, in ſuis orationibus ferè omnibus eccleſia prius beneficia ſibi a Deo collata memorat: antequam ſuam offerat poſtulationem. V.g. Deus qui eccleſiam tuā Beati Dominici cōfeſſoris ſui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis (en beneficij recordatio): cōcede, ut eius interceſ-

S. Thom. ſup. Apoſtol. ibi. ſione &c. (en poſtulatio). Taceo quòd in omnibus orationibus & alia duo ſunt.ſ. oratio, propriè, quæ eſt aſcenſus mentis in Deū; & obſecratio, quæ eſt per ſacras petitio. V.g. Deus (en oratio: per ly enim Deus, mens ad ſubleuandum ſe ſuprà ſe excitatur): per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum (en obſecratio): & hæc quatuor ab Apoſtolo ſumuntur, ubi dicit. Sed in omni oratione (en oratio), & obſecratione (en obſecratio); cum gratiarum actione (en beneficiorum memoria), petitiones veſtræ innoteſcant apud Deū (en poſtulatio).

Text. MInor ſum cunctis miſerationib. tuis: & ueritate &c.

Concl. 5. *Oratio debet fieri ex humilitate: ut exaudiatur.* [Ex eo.]

Ratio. EN, Iacob, ut exaudiatur, humiliatur in oratione dicens: Minor &c. Quaſi dicat licet multam miſericordiam mihi feceris, atq; promiſeris facturum: tñ hoc fuit ſine meritis meis. Vbi nota: quòd & primam ſuperbiæ ſpeciem deturbat, dum bona ſua à Deo ſibi data cognoſcit: & ſecundam exufflat, dum

Luc. 18. ſine proprijs meritis ſibi data fatetur. In ſequentibus verò ibi (erue me de manu,) tertiam eliminat, dū ſe adhuc indigere

August. agnoſcit, (id quod Phariſæus ille non agnoſcebat: dū ex ſuperbia dicens gratias ago &c. ſe uelut plenū, & ad alia dona non anhelare, exhibebat) ibi aūt (quia valde eum timeo) quartam explodit, cum ſe ſuper alios, ſtomachando.ſ. illos, non extollit (id quod Phariſæus non habuit: immò cæteros deſpexit).

Coroll. ¶ Ergo oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & exaudietur: (ſicut patet de Iacob) Ergo conuenienter præponitur in orationibus ly Deus noſter vel domine noſter uel pater noſter uel ſimile; vt noſtram humilitatē videamus; cū ſuper nos eſſe alium conteſtamur, & nos non eſſe ſuperiores alijs fatemur dicendo ly noſter. Ergo (ab oppoſitis) oratio ſuperbien-

Pſal. tis non exaudietur: immò fiet in peccatum faciens orationē illam cùm maledictus ſit faciens opus Dei negligenter. Et quid negligentius: quàm coram Deo, orationem tantum humiliū reſpicientes, apparere cum ſuperbia?

¶ Applica ad ly orantes autem dicite Pater noſter &c. Math. Vel ad ly orate: nè intretis in tentationem. Vel ad ly orantes nolite multum loqui, ſicut ethnici: putant enim quòd

Notandum. in multiloquio exaudiantur. Hic taxantur orationes ethnicorum de ſuperbia. Nam putant orationes ſuas exaudiri propter ſua merita: cum propter multiloquiū ipſas exaudiri credat. Ac ſi ergo dixiſſet per illa verba Chriſtus. Orationes ueſtræ non ſint ſuperbæ ſed humiles: ad inſtar orationis Iacob patris veſtri. Sed dicet quis. Num exaudiri credens propter merita orationum eſt ſemper ſuperbus? Eſt ſemper ſuperbus, ſi illa merita putet ſua a ſe; non autem ſi illa merita ſua ſed non à ſe putet. Cognoſcat ergo cum Auguſtino orans, quòd omnia merita noſtra ſunt dona Dei, & quòd Deus quando coronas merita noſtra coronat dona ſua: & tunc propter meritum orationis credens orationem exaudiri non eſt ſuperbus. Alioquin omnes ſancti eſſent ſuperbi: quia Deū ſibi ipſis conferre paradiſum dicunt propter merita ſuipſorum. Nam omnes cum Apoſtolo vocant illud præmium, coronam iuſtitiæ. Quare? Quia ex iuſtitia meritorum datur. Vel ad ly &c.

Text. PLacabo illum muneribus.

Concl. 6. *Munera placant homines.* [Ex eo.]

Ratio. MVNERA hæc adeò placarunt Eſaū: ut etiam Eſaū contētaretur de oblatione munerum ſine ſuſceptione illorum; & poſtquam ea ſuſcepiſſet, tanquam à Iacob beneficiatus uoluerit ipſum comitari (c. ſequenti).

Coral. 1. ¶ Quid ergo dicendum de illo qui non flectitur ex beneficijs Dei ad eum amandum, & ei obſequendum? Certè iudicabitur ab Eſaū: qui propter valde minora, multum cordialiter ſe habuit erga fratrem; cum tamen ab illo ſe offenſum prius conquereretur, ac illi mortem intentaret.

Coroll. 2. ¶ Ergo licet redimere uexationem ſuam iniuſtam (ſiue iam illata ſit, ſiue inferenda timeatur: more Iacob hic qui munera ideò fratri obtulit, nè ab eo iniuſtè vexaretur. Dixi iniuſta: quia ſi eſſet vexatio iuſta, non liceret offerre munera ad eā ſuſtollendam, ſed hoc eſſet vſura iuxta declarationē Doct. Caſu, uer. uſura.

Text. ET cum videret quòd eū ſuperare non poſſet &c.

Concl. 7. *Opera Angelorum facta in corporibus aſſumptis fiunt ad aliquid ſignificandum tantum.* [Ex eo.]

Ratio CLARVM eſt, quòd Angelus iſte potuiſſet iuxta vires nos ſuperare Iacob: ſed dicitur non potuiſſe iuxta finem ſuum. Intendebat enim Angelus per hoc opus oſtēdere ipſi Iacob, quòd Eſaū non poſſet eum uincere: quod nō oſtendiſſet, ſi ipſe Angelus uiciſſet Iacob.

Corol. ¶ Ergo opera Angelorum in corporibus aſſumptis nō ſunt ficta: & tamen non ſunt vera (Theologi). Non enim ſunt uera, quia non ſunt à principio illis a natura ordinato.i. ab anima: nōn autem ſunt ficta, quia non ſunt mendacia. Mendaciū enim eſt, quod ad nil ſignādum ordinatum eſt (Auguſtinus): Angelorum verò opera ad aliquid ſemper ordinantur importandum. Ergo reſpectu principij nō ſunt uera: reſpectu finis intenti, non ſunt ficta.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXIII.

Text. CVrrens ergo Eſaū &c.

Concl. 1. *Cor regis in manu Dei eſt, & conſequenter cor cuiuſque, & quocunque uolueris, uertet illud.* [Ex eo.]

Ratio. EN. Eſau cor erat peſſimè diſpoſitum contra Iacob: & tamen ſubito à Deo ita mutatum eſt in bonam diſpoſitionem erga Iacob; ut amicorum non modo, ſed etiam amiciſſimorum ſigna uerſus fratrem oſtenderit. Fleuit enim ex dulcedine uiſi fratris, ex amore ferè impatienti non tantum uenit obuiam fratri, uerùm etiam currens uenit, ex familiari dulcore fratrem amplexatum ſtringit collum eius, ipſumq; tenerrimè oſculatur, ex curialitate magnifica ſe, ſuoſque itineris eius ſocios offert, ac deprecatur ipſum Iacob, ut tales itineris ſui comites acceperet. Quis non miretur tantum lupum in agnū tantum ſubito mutatum? Sed in his omnibus omnipotentia Dei ineffabiliter; qui cor hominis aliò obſtinatè uerſum, ſine difficultate (ò mirum) quocunquè uult adducit.

Not. ¶ Tales mutationes, tantasq; admirans pſaltes, præ ſtupore clamabat. Hæc mutatio dexteræ excelſi. Q.d. Non tantum excelſi hæc mutatio eſt: ſed eſt dexteræ ſuæ. Hoc eſt. Et omnipotentiam mutationes tantæ inferunt: & omnipotentiam maximam. Omnipotentiam quidē; quia excelſi; omnipotentiam uero maximam, quia dexteræ ſuę. Maior enim potentia importatur per dexteram, pro ſiniſtram: quanto nobilior eſt illa, quam iſta.

Corol. ¶ Ergo mirabilis facta eſt, ò Domine (Pſalmus) ſciētia tua ex me. Hoc eſt. Cogitādo illa, quæ facis circa me: apparet mihi ſcientia tua mirabilis. Verbi gratia. Si cogitem; quòd cor meum eſſe liberū uoluiſti, & adeò, ut nec à te abſolutè id cogi poſſe velis: & tamen, ſtāte libertate ſua, cor illud quocun-

que uis, etiam ꝙ tunc aliò cum obſtinatione tẽderes, ac tu mox ſine coactione uertis. O mirum ſine coactione. Ergo quaſi cogendo me renitentem non cogis dum tu quo prius nolebam, uolentem adducis. Quis capiat huiuſcemodi ſcientiam ſuam? quæ mihi oſtenditur uerisſima ex me? Mirabilis ergo facta eſt ſcientia tua ex me. Ergo de nullo quantumcunque obſtinatisſimo corde, quantùm eſt ex Deo (quaſi non posſit illud & facillimè, uertere), deſperandum: imò maxime orandus Deus, ut ſuam maximam omnipotentiam monſtret ad gloriam nominis ſui excelſi.

¶ Ergo ly peccatum eſt irremisſibile (Matth. 12.), non ſic intelligitur; quaſi Deo ſit impoſſibile dare contritionem cordialem peccatori, & remittere quoduis immanisſimũ ſcelus: ſed quia illud peccatum, quantùm eſt ex ſe, meretur, ꝙ non remittatur: puta, quia ex malitia eſt perpetratum. Habet enim in ſe ex hoc non tantùm inexcuſationem; ſed & maximam grauitatem: & conſequenter directè opponitur remisſioni culpæ, & ideò dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, cui attribuitur irremisſio peccatorum.

Not. Pauli figura. ¶ Eſau, in hoc facto, figura fuit Beati Apoſtoli Pauli. Nã ſicut Eſaù contra fratrem ſuum actualiter poſitus à Deo conuerſus mirabiliter eſt: ita Paulus in actu exercito proximorũ ſuorum perſecutionis poſitus à Deo mirabiliter conuerſus eſt Act. 9. Iacob ergo catholicam eccleſiam in hoc opere ſignificabat: quam Paulus multa comitante caterua (uelut alter Eſau) in Damaſcum ueniens perſequebatur. Properabat ergo tunc Paulus cum ſuis ſociis in occurſum eccleſię, ad eam ſubruendã: ſed à Domino Chriſto eccleſia (uelut Iacob) per orationes petiit ſæpius auxilium. Quid factum eſt? Sicut per orationes Iacob uictus eſt Eſaù furor: ita per orationes eccleſiæ furiæ Pauli uictæ ſunt. Et ſicut non tantum furor Eſaù ceſſauit contra fratrem, ſed in clementiam magnam uerſus eſt (ergo orationes ipſius Iacob fuerunt magis exauditæ; quàm petierunt. Petierunt, eripi fratrem a furore *Nota.* ipſius Eſaù: & præuentus eſt frater à clementia ipſius Eſaù. uide orationis uim): ita non tantum furor Pauli contra eccleſiam ceſſauit, ſed in clementiam inopinatam uerſus eccleſiã mutatus eſt. En mutatio aquæ murmurantis (nam murmur *Ioan. 2.* aquæ tribuitur) in uinum quietũ (Nam quies uino in cado tribui ſolet): quod eſt Chriſti miraculum primum circa Paulum. Et ſicut Eſaù ſuper collum fratris lacrimatus eſt, ipſũ dulciter amplexatus, & oſculatus eſt: ita Paulus erga eccleſias ſemper pientisſima geſſit uiſcera. Vnde eſt illud ſuum. Quis infirmatur: & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur; & ego non uror? Chariſſimi mihi omnem ſuperimpendar pro animabus ueſtris: Vos eſtis gaudium meum, & corona mea. Et quid dicam? Lege epiſtolas Pauli: & in omnibus charitatem Pauli uerſus eccleſiam inuenies maximam. Sicut etiam Eſaù poſt conuerſionem illam ſe ad defenſionem ipſius Iacob uoluntariè obtulit, & ſuos ſimiliter; ita Paulus poſt ſuam conuerſionem ſe & ſuos defenſioni eccleſiarum totaliter mancipauit. Nonnè ſe illius defenſioni dedit? Etenim pro ipſa dilatanda, roboranda, conſolanda, prædicauit, ieiunauit, ſe caſtigauit, ab aliis caſtigari uoluit, labores quoſque non timuit, furores quorumcunque ſuperauit. Vis uidere, ꝙ omnia hæc pro eccleſia fecit? Adimpleo (inquit ille) paſſiones &c. pro corpore &c. quod eſt eccleſia. Omnia (inquit) ſuſtineo propter electos: ut & ipſi ſalutem cõſequantur. Sua, ſuoſq; nonnè expoſuit Paulus defenſioni eccleſiæ? Epiſtolas ſuas ad eccleſias, ut à pſeudo defenderentur eccleſiæ per ipſas, ſcripſit, nobiſque dereliquit: Timotheum, Titum, & ſimiles, pro eccleſiarum defenſione in paſtores ordinauit: & tandem corpus ſuum in mortem pro eccleſiæ defenſione libenter tradidit.

QVÆSTIO.

SEd quare Iacob non acceptauit defendendi oblationem ſibi ab Eſaù factam? Nunquid per hoc deſignauit: ꝙ Pauli defenſio uoluntaria tantùm fuit pro eccleſia, & non in actu facta? Aut forſan per id inſinuatur: ꝙ Pauli defenſio prædicta non fuit eccleſiæ accepta, ſeu grata.

RESPONSIO.

NEutrũ planè. Sed in hoc figura fuit ipſe Iacob quorũdã diſcipulorũ: qui in principio cõuerſionis Pauli Paulo nõ ſe credebãt, ſed eidẽ ſe coniungere formidabant, ac ſi Paulus fictè; uel minus ſeruidè ex animo conuerſus fuiſſet. Nonnè in actibus Apoſtolorum tale quid huic figurali Iacob correſpondens habes, de Anania diſcipulo in Damaſco exiſtente? Nonnè in eodem libro de multis aliis diſcipulis habes, ꝙ timebant ſe coniungere Paulo: quando Barnabas ipſum per manum apprehendens duxit ad Apoſtolos, ac ueram Pauli conuerſionem factam in uia (ut iſta ipſius Eſaù facta fuit), quando à furoribus agitatus ueniebat, narrauit? En ꝙ & Ananias, & iſti alij tunc fuerunt Iacobi figurati: ſicut nunc Iacob fuit illorum figura. Sicut ergo Eſau ueniebat armatus; ſuamque regionem (.ſ. Edom) deſerebat, quò perſequeretur ipſum Iacob: ita Paulus Damaſcum ueniebat armatus; Tarſumque Ciliciæ, Hieruſalemq; reliquerat; quo diſcipulos, qui erant Damaſci trucidaret, aut aliquo modo laniaret. Ex figurato igitur Paulo multa habes, quæ intelligas circa figuram Eſaù: & ex Eſaù figura plura habes, quæ circa figuratũ Paulum intelligas. Hoc eſt. Multa circa figuratum Paulũ in actibus Apoſtolorum tacentur (puta ꝙ eſſet armatus, ꝙ properaret; ꝙ poſt conuerſionem ſuam ſuper collos diſcipulorum accurrẽs ad literam fleret &c. quæ ea Eſaù figura intelliguntur: & multa circa figuram Eſaù in præſenti capitulo ſupprimuntur (puta, ꝙ uellet occidere, ſiui incarcerare fratrem ſuum; ꝙ &c.) quę ex figurato Paulo intelliguntur. Sic fit in omnibus figuris, & figuratis; & id bene pro ſemper memoriæ commendato; ut figuras, & figurata bene ſcias exponere, quæuè alicubi deſunt ſupplere. *Diligenter memorãda pro ſemper circa figuras, & figurata.*

¶ Applica ad Act. 9. Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis in Diſcipulos Domini acceſſit ad &c. Ibi namque figuram hanc adimpletam conſpicis in figurato: dum ex Saulo fit Paulus, & ex perſecutore fratrum fit conſeruus amicabilis illorum.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

CONCLVSIO hæc 1. cap. 33. deſtruit errorem Rabbi Moyſis (vt refert Direct. inquiſit. 2. par. q. 4.) dicentis: ꝙ licet uoluntas hominis à Deo mutari posſit, nunquam tamen de facto immutatur. Patet. n. hic circa Eſau; quàm denſiſibilis iſte ſit. Quis ipſius Eſau uoluntatem non fuiſſe à Deo miro, & ſanè mirabiliter, immutatam dicat. Legat, & meditetur, in iſto capitulo ad quid faciendum deliberatus uenerit Eſau: & id conferat actionibus, quas è ueſtigio fecit coram Iacob. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd Eſau ipſe mutauit uoluntatẽ propriam; quoniam cum non niſi mouente cauſa prima .i. Deo, posſit moueri cauſa ſecunda, hoc pro obſtaculo adductum infringit, ſed iuuat propoſitum noſtrum. Damnatur quoque, & per conſequens concluſio præſens firmatur, ab inconuenienti, quod alias ſequeretur. Inconueniẽs. n. eſt, ꝙ monitiones legis prophetarum, pro conuertendis peccatoribus factæ ſint fruſtratoriæ, maximè dicente Domino Iſa. 55. uerbum quod egredietur de ore meo non reuertetur ad me uacuum; nunc autem eſſent fruſtra factæ, ſi peccatorum uoluntas non poſſet in bonum mutari, & aliquorum de facto non mutaretur, à Deo. Oportet ergo dicere: ꝙ lex, prophetæ, Apoſtoli, Doctores, concilia ſacra, ſummi Pontifices, & alij, toties hæreſim illam damnant; quoties ad bonum peccatores inuitant. Hoc ſiquidem iſtorum omnium factum præſupponit, tanquam fundamentum firmum; ꝙ uoluntas audientiũ posſit in bonum mutari, & quandoque actu mutetur à Deo. Itẽ à Prouer. 21. Cor regis in manu Dei eſt: & quocunque uoluerit uertet illud. Non dicit, ꝙ poterit ſolum uertere; ſed ꝙ uertet. Item à facto circa mutatam uoluntatem Laban Gen. 31. & Sauli Actu. 9. & multorum aliorum in ſcripturis. Sed iſta ſufficiant. Cui enim pauca ſanctarum ſcripturarum teſtimonia ad probandum aliquid non ſufficiunt, nec plurima proderunt. Vide Concilium Arauſicanum cap. 25. Vide Eluci. pri. par. artic. nume. 515. & infra Exod. 11. con. 9.

ADorauit pronus in terrã ſepties. *Text.*

Concluſ. 2. *Datur adoratio dubia: & hac etiam malos, eò ꝙ uidelicet in aliquo excellunt, adorare licitè posſumus.* [Ex co.]

Ratio. EN Iacob adorauit Eſau, non utique ad oratione latriæ (fuiſſet enim tunc idolatra, quod de tam ſancto uiro, & nuuiter ab angelo benedicto, ſentire nephas eſt) ſed alia adoratione

ne inferiori. Ergo uel dulia uel hiperdulia. Non hiperdulia: hac enim exhibere inferiori glorioſa Dei genitrice, malũ eſt: quod & de Iacob nouiter illuminato non eſt latendum. Ergo adoratione dulia adorauit. Hac enim ueneramur & ſanctos in patria, & in uia: & quoſuis in dignitate conſtitutos: & nobis quouis modo ſuperiores, etiam malos. Ecce naque; ꝙ Iacob ſanctus hic adorat ipſum Eſau: qui erat peſſimus, eiuſque malitia præcipuè qua fratris mortem quærebat, nota erat adorãti Iacob, ſed non adorat eum, ut peſſimus: ſed ut frater natu maior &c.

APPENDIX.

1 HInc habes, ꝙ adoratio duliæ exhiberi poteſt Papæ: etiã
ſi prona in terram adoraremus, & pluries in uno conti-
nuo motu, puta in uno colloquio, uel aliquo ſimili: & (quod
plus eſt) licitè adoratur Papa; etiam ꝙ eſſet peſſimus homo.
Et non tantùm de Papa; hoc uerum eſt: ſed etiam de quolibet
2 in aliqua prioritate conſtituto. Secundo habes: ꝙ adoratio
non tantum ſumitur pro latria (ut hæretici quidam gariunt,
inurentes idolatriæ peccato catholicos Papam adorantes)
3 alioquin Iacob nõ adoraſſet Eſaũ. Tertiò; ꝙ, a fortiori poſſu
mus licitè adorare Sanctos: qui iam in patria ſunt.

Coroll. ¶ Ergo ly Dominum Deum ſuum ſcilicet ſolum, adorabis, intelligit de adoratione latriæ: ſicut & ly, illi ſoli ſeruies; intelligitur de ſeruitute latriæ, ideſt tanquam primo patrono exhibita. Ergo quãdo quis (puta Angelus in Apoc.) noluit adorari: hoc fuit quia adoratione latriæ adorari recuſauit uel quia adoratione duliæ uenerari reſpuit pp aliquod myſteriũ denotandum (puta) ille Angelus a Ioanne adorari dulia noluit ad denotandum humanam dignitatem tantam, ut nihil ſupra in Angelo; quæ ſ. dignitas attenditur ex unione talis naturæ ad uerbum: vel hoc noluit, ad deſignandam maximam dignitatem ſacerdotis noui teſtamenti, cuiuſmodi erat Ioãnes Euangeliſta): non quia adoratio duliæ exhiberi creaturis nequeat. In ſignum huius adorari ſe permiſerunt Angeli in antiqua lege, & forſan in noua: ut ulterius etiam notum fieret, naturam Angelicam præcellere humanam ſecũdum ſe. Ergo a ſimili quando quis bonus (puta Mardochæus in Heſter) noluit adorare aliquem: hoc fuit uel quia adorationẽ latriæ renuebat homini inferre; vel propter aliquod bonum deſignandum: non quia adoratio duliæ exhiberi nequeat hominibus, etiam malis modo dicto.

¶ Cõtra hæreticos hæc omnia. Pro cuius rei ampliori notitia) intellectus tamen tui diſcurſu recto accedẽte) uide Eiuſd. pri. par. ar. nu. 77. & Eiuſd. Addi. ar. nu. 240. Et Compen. Alber. lib. 5. cap. 58. 60. cum ſchol.

Text. INuocauit fortiſſimum nomen Dei Iſrael.

Concl. 3. *Quando homo liberatur ex anguſtijs, debet hoc, aſcribere omnipotentiæ Dei; & non ſuis meritis.* [Ex eo.]

Ratio IACOB, quia liberatus fuerat à perſecutione Laban & Eſaũ: ideo Deo gratias de hoc referens inuocauit inquit ſcriptura, fortiſſimũ nomen Dei Iſrael. Quaſi dicat: Iacob aſcripſit hanc ſui liberationem omnipotentiæ Dei (hoc enim eſt inuocare nomen Dei, non qualecunque, ſed fortiſſimum; ab effectu ſcilicet, tunc in ſui fauorem perpetrato, uocando nomen); & conſequenter non ſuis meritis.

APPENDIX.

HInc habes; ꝙ (dimiſſis aliis rationib.) Deus immittit tribulationes hominibus, ut ſuam omnipotentiam cognoſcere ualeant: poſtquam ſcilicet eos mirabiliter ex illis eruerit. Ideo & in finem uſque expectat ex tribulationibus nos eripere, ut ſcilicet uel ſic eius omnipotentiam noſſe cogamur: poſtquã nos ex nobis ſub ipſis deficere probauerimus. Ob hoc Pſalmus, inquit: ꝙ Dei nomen eſt hoc, ut aſcendat ſuper occaſum.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXIIII.

EGreſſa eſt Dina, ut uideret &c. uſque ly vi opprimens uirginem. Text.

Concl. 1. *Curioſitas, & in uerecundia & quòd mulier oſtendat ſe aſpectibus aliorum maximè iuuenum eſt cauſa multorum malorum.* [Ex eo]

DINA tanquam iuuencula, debebat uerecunda clauſa manere: & ex curioſitate ſuia factis omiſſis aliorum facta ſcrutari auſa fuit ob hoc accidit: ut rapta ſit, atque ſtuprata. Et hinc tota ciuitas deleta eſt: vt totum capitulum loquitur. Ratio.

¶ Ergo aliorum factorum indagatores facilè a diabolo capiuntur: ſaltem in hoc: quòd quantò curioſius aliena penſant, tantò minus ſua contuentur. Ergo de curioſis uerificatur illud. D. Ber. multi multa ſciunt; & ſe ipſos neſciunt. Ergo de illis dicitur illud Pſal. 34. Diſſipati ſunt, nec compuncti. Quia dum alijs intendunt, ad diuerſa eorum ſcinditur intentio: unde minores fiũt ad ſe ipſos conſiderandos (quoniam plurib. intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus: & infra uirtus unita eſt fortior.). & conſequenter contegendos. Coroll.

APPENDIX.

HInc habes: quòd non tam minori facienda eſt curio- 1
ſitas. i. alienorum factorũ inquiſitio, ſicut fit a quibuſ-
dam dicentibus, ꝙ curioſitatem, quia eſt ueniale peccatum,
non magnifaciunt. Eſto. Veniale ſit peccatum in ſe: quanta
tamẽ mala tum priuata (ſtuprum), tum publica (occiſio ciui-
tatis) cauſauerit audiſti. Caueas ergo principium malum.
Quoniam paruus error in principio, niſi antidotum adhibue-
tis, maximus fit in fine. Secundo conſequenter habes: quòd 2
ex venialibus & mortalia, & mortaliſſima, peccata naſcuntur
quandoque, ſecundum tamen magis & minus periculum in
veniali incluſum. Aliud eſt enim eſſe veniale peccatũ: aliud
periculoſum. Venialia quidem ex hoc, ꝙ uenialia ſunt, non
ſic frequẽter mortalia cauſãt ſicut ex hoc, ꝙ periculoſa ſunt.
Plus dico. Aliquando non ſunt uenialia, ſed nulla in ſe pec
cata: & tamen quia periculoſa ſunt mortalia cauſant. Ideo
non uenialia tantum, ſed periculoſa quæque ſecundum ſe,
uitanda ſunt ab his; qui ſuam conſcientiam a mortalibus cu-
ſtodire volunt. Verbi gratia. Hic Dinæ è domo egreſſus ad
uidendum forſan nec veniale fuit, & ſi fuit, leuiſſimum fuiſ-
ſe uidetur. Quia tamen periculum (iuxta rationis rectæ di-
ctamen) extitit ideo mortalia multa cauſauit. In hoc ſenſu in
tellige dictum a Diuo Auguſtino, ꝙ multa uenialia faciunt
unum mortale: immò dicimus nos ex hac littera, ꝙ vnum ue
niale periculoſum mortalia facit. Non intelligendum ergo,
ꝙ veniale mutetur aliquando in mortale: ſed ꝙ veniali ad-
miſſo facilius admittuntur mortalia? Tertiò conſequenter 3
habes à fortiori: quòd malas practicas, puta concubinam, re
linquere quis tenetur, ſi à mortalibus cauere vult. Et ſimi-
liter habes: ꝙ periculoſa ad peccandũ (puta, tranſire per talẽ
viam vbi talis habitat: inueniri ſolus cum tali. &c.) relinquen
da omnia ſunt: ſi mortalia effugere volumus. Hoc autem
maximè tunc verum eſt: quando nos talia mala ex talibus
periculis in nos prouenire experti ſumus. Conclude igitur ꝙ
is difficulter mortifera uitabit, qui a venialibus uel a pericu-
loſis rebus non abſtinet, & maximè ſi ab his tanquam ſibi
mortalium vitatio ſufficiat, abſtinere negligit. Huc attendãt
religioſi, qui ſuas inſtitutiones antiquas ſeruare parum curant,
qui de venialibus nõ admittẽdis parum vel nihil ſoliciti ſunt;
qui periculoſas res, ſiuè curioſitates, ſiuè nouitates, ſiuè ſpecta-
cula, ſiuè familiaritates, ſiuè quippiam huiuſmodi vitare nõ
ſatagunt. Videant huiuſmodi: quòd ſi in culpa huic Dinæ ſi-
mulari non pertinent, in pœna etiam illi ſimiles efficiantur.
Cæterum quid ſibi ad religioſorum propoſitum, qui domi
ſeu cella in ſua conſiſtere nequeunt: quid illa pœna peccato

Dinæ ſecuta nolt? Stupratur tunc religioſi conſcientia, cum mortifero peccato inficitur. Ciuitas religioſi tunc tota corruit: cum ipſius animæ vires totaliter in præceps peccatorum uadunt. Tunc etiam ciuitas tota turbatur: vbi ſpirituales conſolationes haberi ſolitas ex toto amittit: & ad conſolationes externas extendit manus ſuas. Parum eſſet ſi ad has temporales conſolationes extẽderet manum ſuam: ſed nimis eſt tūc, quando ad has extendit manus ambas. Ad has enim extẽdit manum ſuam etiam bonus religioſus & internis conſolationibus donatus: quoniam in his exterioribus quandoque recreatur, quandoque per has interpoſitas contemplationibus ſuis gaudia qualiacunque recipit: ſed quia breui tempore has deguſtare ipſum delectat, ſeque totum in his non effundit,

a.2 quaſ. 168. art. 2. haſque ad ſpiritus uigorioſiorem profectum ordinat: ideo manum ſuam, vnã. ſ. tantum, ad has extrinſecas conſolationes extendere dicitur. Quia uero hi religioſi, qui pœna conſimili Dinæ affecti ſunt, atque ideo ſita ipſorum eſt ciuitas animæ deuaſtata; Quia (inquam) ſi longum tempus, ne dicam totum vel in ſumunt, vel inſumere in his conſolationibus externis uellent, quia ſe totos in his effundunt, atque profundunt; quia has non ad ſpiritus profectum, ſed ad ſpiritus defectus realiter ordinant: ideirco ad has extẽdere manus ambas à Pſal. dicuntur. Scis quare? Quia ab intus totaliter exhauſti ſunt, quia ab intus diſſipati ſunt quia ab intus bonis

Exemp. omnibus priuati ſunt. Si enim ab intus aliquod bonum haberent Charum, manum unam ad illud cuſtodiendum in interiori ſinu tenerent, nec foras ambas extenderent. Cur autem omnibus bonis ab intus ſpoliati ſunt? Quia pœnam conſimilem pœnæ ad peccatum Dinę ſequenti acceperunt. Quare talem pœnam acceperunt? Quia Dinã in peccato ſecuti ſunt. Curioſa enim ſectari non erubuerunt, nec te uera dixerunt nos ſumus filii, ſimpliciſſimi Iacob, qui inuenis exiſtens domi in tabernaculis manebat, qui in domo conſiſtebat, qui de aliorum factis dictiſque ſe non intromittebat. Beata fuiſſet Dina, ſi talia tunc efficaciter cogitaſſet. Beati & religioſi

4 illi ſi talia efficaciter cogitaſſent, atque cogitarent. Quartò habes: ꝙ non ſine cauſa peccatorum multitudinem attribuit Diuus Paulus curioſitati (ut in ſuis patet epiſtolis); & curioſos frequenter animoſè reprehendit.

5 Quintò habes non ſine

Sterilis. cauſa fuiſſe dictum (primi Regum ſecundo), ꝙ ſterilis peperit plurimos, & ꝙ multos habens iam olim filios infirmata eſt. Similiter non ſine cauſa dictum agnoſcitur à Dauid, quòd omnis gloria filiæ regis ab intus. Et de ſimilibus idem ſit iudicium. Quid per ſterilem in ſenſu iſto intelligis: niſi animam illam, quæ curioſa non eſt? Hæc enim ſterilis apparet hominibus: quoniam nihil eorum quæ extra fiunt aut per auditum concipere, aut per apertam conquiſitionem parturire uidetur. Sed quanto plus in exterioribus ſterilis apparet tanto plures in interioribus filios parit. Nõ enim ſine cauſa Pſaltes cecinit olim; Qui habitare facit ſterilẽ in domo matrem filiorũ lætãtem: ſed ſterilẽ q̄ agnouit extra, in domo eam habitantẽ agnouit filiorum lætantẽ. Quĩ autem in multiplicatione prolis gloria eſt matris: ideò, cum prolẽ nõ multiplicet niſi habitãdo in cõſcientię ſuę domo, gloria filię regis. i. aĩæ eſt ab intus. Ergo (ab oppoſitis) ingloria animæ, cũ tunc prorſus ſterilis remaneat (de hac ſterilitate dicitur maledicta ſterilis inter uos), eſt a foris. Nam quæ multos habebat filios. ſ. per externas occupationes multum operari (Nam opera noſtra ſunt noſtri filij: teſte Auguſtino) uidebatur apud homines, infirmata eſt, ideſt interioribus filijs quaſi omnino

Dina. priuata remanſit. Nonnè Dina hæc ſterilitatis prædictæ norma facta fuit in hoc loco? Filios nanque minime habuit: licet ad extra occupata ſit. Quia in domo non habitauit; ideò filiorum lætabunda mater eſſe non potuit. Quia intus non manſit: ideò illam ingloria ſecuta fuit. Quia ad extra diffuſa eſt: ideo corrupta eſt. O maledicta corruptio: unde nulla ſit generatio. Lege totum hoc capitulum. Dinam corruptã reperies: ipſam genuiſſe non inuenies. Stuprari potuit: generare non potuit. Multos habitura filios uidebatur, quia uiro coniungebatur: & tamen infirmata eſt, ideſt nullum filium ex hoc habuit, quia homo, cui coniuncta eſt, non erat ſuus uir. Alienigena quippe erat iſte princeps terræ. Nunquid principem mundi tenebrarum harum habitantem in aera ſignificabat? Illum utique regem ſuper omnes filios ſuperbiæ. Cur huius Dinæ non fuiſſet princeps iſte dominatus: cum de ſuo dominio, ipſa ſe faciente, eſſet? Curioſitas nanque ad ſuperbiam pertinet. Quare certa is ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ: utique Dina de ſuo dominio eſſe cognouit, quando ad uidendas mulieres regionis illius curioſa exiuit. Non mirum igitur ſi ipſam è domo egreſſam rapuit, ſtuprauit, inhonorauit. Non mirum; ſi ex hoc totius ciuitatis occiſio demanauit. Non mirum niſi ex hoc ipſius Iacob turbatio magna exorta fuit. Non mirũ ſi Iacob ipſe tumultum circumſtantiũ populorũ cõtra ſe timuit. Vide, quantorũ malorũ vna curioſitas origo extitit: & hinc argue nõ eſſe mirũ; ſi noſtris tẽporibus multa mala regnẽt, & omnis deuotio bona propulſata ſit. Quare non mirũ? Quia poſita cauſa ponitur effectus. Eya nonnè cernis omnes iam Athenienſes eſſe factos: qui ad nil aliud uacabant, niſi ad audiendum noua? Noua aliorum uident: & ſua uetera perdunt. Dina dũm aliorum feſta cernit: ſuæ uirginitatis antiquum, & propterea nobiliſſimum, feſtũ perdit. Dina dum aliorum feſta uidet: ſui patris, ſuorumq́ue fratrum, offenſam incurrit. Dina dũ alienas domos intuetur: ſuæ domus ruinam patitur. Diſcite parentes (& hoc ſit pro

6 Sextò hinc habito) ueſtras filias domi tenere; diſcite a ueſtris filiabus deſiderium curioſitatis tollere; diſcite ipſarum continuam prouidentiam habere, diſcite ipſas à feneſtris, ab hoſtijs, quò ad uidenda uana currũt, arcere; diſcite ipſas à uirorum aſpectu atq; colloquio remouere, diſcite ipſas in bonis ſemper occupatas tenere. Et quid dicam de matribus, patribus, atque cognatis ſuas filias cognataſuè ad feſta ad choreas, ad cantilenas, ad noua ducentibus: ſeu illas ad huiuſmodi ire uidentibus, & cõniuentibus? Certè ipſum Iacob Dinam ſuam non uidiſſe credo: quando ut uideret mulieres regionis illius exiuit. Magna res. Non exit iſta Dina ad uidẽdos uiros, ſed mulieres: & tamen non à mulieribus, ſed uiris decipitur. Quid eſt hoc? Quòd curioſitas aliqua in ſui principio nullum uidetur eſſe peccatum (quod peccatum enim eſt mulierem uidere mulieres?): & tamẽ in ſui fine ad peccatum pertrahit. Incipit a longe tentator, quaſi non decipere uelit (ecce: mulier uult uidere mulieres): & tamen in fine decipere te uult, & de facto te incautè deceptum ad ſe cum multa ruina (ut fecit circa Dinam) trahit. Facit tentator ad modum ſaltantis. Retrocedit ſaltare uolens; ut fortius in anteriora ſaltare poſſit. Si ipſum retrocedentem, nullo alio cõſiderato, cerneres: ſaltationi ceſſiſſe illum diceres.

Exempl. Sin autem de ſaltatione & tu ſcientiam calleas; cùm illum retrocedentem uideris, de illius ſaltatione magna futura fortem coniecturam facis. Sic in ſpirituali lucta oculos te habere apertos oportet: & tuum inimicum (erenim in medio luporum, ideſt inimicorum, uallatus undique ab ipſis es) ſemper habere ſuſpectum. Is (inquiunt militaris rei notitiam habentes) in bello facile uincit, qui ſuum hoſtem æſtimat. i. qui ſemper hoſtẽ tenet pro ſuſpecto: ut puta ꝙ ad te omnia, q̄ videt, ſemper de inimici uerſutia cogitat; ſi quas ibi latentes habeat inſidias. E contra verò qui de hoſte ſuo modo narrato ſuſpicionem nõ habet, facilè uincitur. Dolus modò an uirtus; quis in hoſte requirat? Si uicit dolo; nonne ideo non uicit? Quia dolo Dinam iſtam ſuperauit; nonne ideo nõ ſuperauit? Superauit utique: & enim ipſã ſuperatos ciues, ſuperatum principem ciuitatis, ſuperatos fratres duos ipſius Dinæ ciuitatis interfectores ſecum traxit: & ad ipſum Iacob patrem Dinę in deſperationem trahendum anhelabat. Principijs igitur omnis obſta: nam his admiſſis multa ruina paratur. Principia (inquit phyloſophus) ſunt parua in actu magna autem in uirtute: ſiue in bonum, ſiue in malum. Virtutem malitioſam audiſti principij parui: caue principium.

7 Septimò habes ꝙ de bonitate cuiuſq; non eſt fidendum, nè cadat, niſi curioſitas caueat: & ꝙ hoc maximè in mulieribus verificatur. Attende hic. Dina hactenus bona fuit; bonum patrem habuit, & ſecum comitem habet; honoris magnos zelatores tot fratres habet, & ſecum habet; uicina terræ bonæ. i. promiſſionis, ubi ſanctitas uiget, extitit: Et tamen, his nõ obſtantibus, curioſitate admiſſa, quãta mala ꝑ Dina facta ſint. auditum eſt. Si in tantam filiam, ſi in tantam domum, ſi in tãtos fratres, ſi in tãtam ſanctitatem, curioſitas tam ualidè graſſata eſt: ſtultiſſimi dicẽdi ſunt, q filiabus ſuis, uxoribus ſuis, animabus proprijs, de graſſatione curioſitatis non timent. Curioſitas dicitur, quia facilè currit. Vide nè illam in domũ tuam admittas: nè illa te cum opprobrio extra domum currere compellat. Qui habet aures audiendi, audiat. Nulla mulier Dina maiorem ſe æſtimet, quæ in curioſitate ſalua eſſe non potuit: ut ipſa ſibi curioſitate vanarum rerum admiſſa ſalutẽ polliceatur. Nullus patre ipſo Iacob maiorẽ ſe credat; qui quia non actualiter paruam filiæ curioſitatẽ compeſcuit filiã ꝑdidit: ut ipſe ſibi curioſitate filiarum admiſſa ſalutem filiarum polliceatur. Nulli fratres ipſius Dinæ fratribus maiores ſe putent, qui ſororis curioſitate non efficaciter ablata ſororem

orē amiſerat,ipſi ſibi de ſororibus ſuis curioſitate illarum ſimili admiſſa ſalutem promittant. Multa quidem omnipotens Deus mira facere ualet:ſed tamē beatus homo,qui ſemper eſt pauidus. Non igitur omnes curioſas damnamus mulieres,atque homines: ſed hoc Dinæ exemplum contemplantes (ut ſupra) ipſis multum de futura damnatione,a peccatorum mortifero caſu timemus; atque has, hoſque pariter ad nobiſcum timendum per ſupra dicta inuitamus.

Text. Quod cum audiſſet Iacob &c. ſiluit, donec redirent.

Diſſimulatio. Concl. 2. *Licitè diſſimulat quis aliquid; cum illi prouidere non poteſt.* [Ex eo.]

Ratio. En: Iacob,licet ſibi multam diſplicentiam attuliſſet ſuę filię audita ſtupratio,tamen ſiluit pro tunc. Magna prudentia uiri. Nō ſolum abſtinuit à factis ultionem talis facinoris prætendentibus: ſed & rōnabiliter ſibi a talibus uerbis pepercit,ac ſi nihil de huiuſmodi facinore conſcius eſſet. Et cur ſiluit;qui diuini zeli plenus erat?Quia huic facto prouidere nō poterat:nec ipſum emendare.

Not. ¶ Simile quid habes in Euangelio,cui etiam hoc applicare potes,de zizanijs in medio tritici ſubortis. Quia.ſ.uiderat paterfamilias, non poſſe ab homine bonum zizaniorum extirpationi in caſu illo,ſine frumenti coextirpandi graui periculo intendi: ideo diſſimulationem ſuaſit paſtori uſque ad generalem meſſem. Non tamen ob hoc diſſimulationem paſtorum in omnibus approbauit: puta quando re uera prouidere gregi poſſunt per malorum caſtigationem, ſed non poſſe ſe prætendunt ob alicuius cauſæ inſufficientis adductionem. De hoc habes exemplum ſupra cap.16.docum.2. ad longum imò exempla multa. Aduerte quoque;quod ſicut in primo caſu, eiuſmodi fuit præſens,in Iacob, ueraciter prudētia reperitur:ita in ſecundo caſu ueraciter imprudentia,licet prudentia ſoleat pro palliatione oſcupari,ionenitur. Vnde ſicut Iacob cum ſimilibus laudatur ex hac prudenti diſſimulatione & apud homines & apud Deum:ita Iacob oppoſiti iſti de ſecundo caſu uituperabiles ex hac ſua diſſimulatione redduntur & apud homines rectè ſentientes,& apud Deū;licet apud homines nomine tantum dictos pro bonis prælatis ſoleant appellari. Sed Deus non irridetur.

Text. Et ecce die tertia &c. vſque ad ly quibus perpetratis audacter.

Concl. 3. *Peccatum luxuriæ, ſeu amor mulierum (puerorum uel &c.) inordinatus,aliquando etiam ſubuerſionis ciuitatum rerum publicarum, familiarum uel &c. cauſa eſt.* [Ex eo.]

Ratio. En; ꝙ ex hoc,ꝙ Sichen inordinatè emoriebatur Dinam, ſequutū eſt ut ſtuprum committeret cum ea, & ex eo, ꝙ ſtuprauit illam ſequitur cimium, ciuitatisq́. depopulatio. Ergo à primo ad ultimum inordinatus amor fuit cauſa omnium iſtorum malorum. Ergo ſicut amor bonus multa bona cauſat;ita malus multa mala.

Not. ¶ Figura fuit noſtri temporis hæc;in quibus tantas cædes, tantas ruinas uiderunt homines Troiani, Gręci, Albani,Romani &c. in qbus audiuimus & nus poſteri hominibus multa accidiſſe mala, quotidieq́, ſentimus: & hoc propter inordinatum mulierum amorem. Lege hiſtorias:& quantum figura hæc omni tempore, omni loco, in omni gente, adimpleta ſit,luce meridiana clarius videbis. Vide Compend. Albert lib.3.cap 21.28.cum Schol.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

Hæc Concluſio 3. capit 34. deſtruit radicitus hæreſim Balaam & Cyaleum,dicentium: luxuriæ nullum eſſe peccatum. Ab effectu namque iſto famoſiſſi manifeſtatur etiam proteruientibus, & falſitas & damnoſitas prędictæ hæreſis. Damnatur & à Concilio Eliberitino cap.7. Si quis fortè fidelis poſt lapſum mœchiæ,acta pænitentia, denuò fornicatus fuerit: placuit; eum nec in fine habere communionem Hæc ibi. Et cap. 12. Mater,parentes,uel quælibet fidelis,ſi lenocinium exercuerit;eo ꝙ alienum uendiderit corpus uel potius ſuum placuit; eam nec in fine accipere cōionē. Hæc ibi. Ex his,cum fornicatio & lenociniū ad minora q̄dam mortalia inter ſpecies luxurię reducanť,patet: ꝙ multo magis concilium ipſum per hęc ſua decreta condemnat eos,qui quaſcunque alias luxurię ſpecies pro non peccato haberent. Item a Matth.15. De corde exeunt cogitationes malę,adulteria,fornicationes &c. Hęc ſunt,quæ coinquināt hominem. Ecce: ꝙ ſecundum Euangelium, etiam cogitationes luxuriandi,ſunt peccata mortalia. De mortalibus.n.ibi agitur:& exponitur ly cogitationes malę,adulteria,fornicationes,homicidia &c.i.cogitationes male, puta adulterandi, fornicandi,occidendi &c. Malę dicuntur hę:quando ſunt cū conſenſu uoluntario,etiam ꝙ ſine actu exteriori. Vide ſupra Gen. 26. con .4. Damnatur & a 32. q.4 ſicut ſatius eſt fame mori, quàm idolotitis uesci:ita ſatius eſt defungi ſine liberis,quam ex illicito concubitu ſtirpem quærere. Hęc ibi ex Aug.de bono coniugal.cap.6.Item ibid.ex eod.ad Claudium contra Iulian.li.5.cap.8. Sic non ſunt facienda adulteria,cum uoluntate filios generandi: quemadmodum furta non ſunt facienda, etiam uoluntate paſcendi pauperes ſanctos. Hæc ibi.Item a Concilio Trid.Seſſ.24. cap.8. de refor.matrimoi. Graue peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere. Quare,ut huic tanto malo Sancta Synodus prouideat &c. Vide tu graues pœnas:quę utique teſtimonia ſunt contra hęreſim prędictam.Item a 1.Cor.6.Neque molles,neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt. Damantur multipliciter ab addit. art. num. 204.267.273.274.284. cum Eluc. Vide 2.2.q.153.154.ar. &c. ad phātaſmata ꝓpulſanda.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXV.

Text. Facque alta Deo qui &c. quando fugiebas Eſau.

Concl. 1. *Altaria ita Deo placent: ut etiam de illis faciendis præcipiat; ac pro gratijs referendis illa acceptet. i. computet illa in numero gratitudinis habenda.* [Ex eo.]

Ratio. Deus uolebat referri gratias perpetuas à Iacob de ſui liberatione ab Eſau,& ideo computat altare fiendū loco gratiarum perpetuarum; ipſumque altare uult tanquam memoriale longæuum gratitudinis Iacob, & conſequenter beneficij a Deo ſibi facti.

Not. ¶ Multa de altari,& ſimilibus uide ſupra capitulis multis. contra hęreticos omnia hęc,& bene notato.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

Dicta concluſio.1.cap.35.deſtruit hæreſim Euſtachij Sebaſtien. dicentis templa in Diuorum noīe cōſecrata nullius eſſe utilitatis,nec prodeſſe in eccleſia Dei. Si enim altaria (ut hic uides) proſunt, ſicuti reuera proſunt & multum (vt hic patet): multò utique magis templa, quæ maiorem diuorum honorem continent,in quibus fiunt altaria. Abſit etiam, ut nobis aliquando quippiam inutile,immò non magnæ vtilitatis, ſuadeat ille: de quo ſcriptū eſt Iſa.48.Ego Dominus docēs te utilia,& Pſal. 67. Deus ſalutarium noſtrorum. Damnatur & a. B. Ioannis Apoſtoli ac Euangeliſtæ factis: de quo ſic Hieronymus in lib. de viris illuſtribus Ioannes Apoſtolus,interfecto Domiciano & actis eius à ſenatu reſciſſis, ſub Nerua Principe redijt Epheſum: ibique uſque ad Traianum perſeuerans totas Aſiæ fundauit, rexitque Eccleſias. Item à B. Luca Apoſtolis contemporaneo: de quo idem Hieronymus ibid.ſtatuis igitur, impuriſque demonum delubris in terram deiectis ſacra templa ſoli Deo Lucas ibi erigit. Ecce; ꝙ ab Apoſtolorum temporibus atque Diſcipulis templorum erectio fuit: quæ proculdubio

uē conſtruxiſſent; niſi hoc in Eccleſia Dei prodeſſe cognouiſſent. Vnde & Concilium Gangrenſe in 6. ſynodo confirmatum cōdemnat hæreſim prædictam cum ſimilibus cap. 5. dicens. Si quis docet; domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes, quæ in ea fiunt: Anathema ſit. Vide ſup. cap. 28. con. 3. & capitu. 12. conc. 5. & cap. 35. con. 1. Damnatur & ab Exod. 19. con. 3. & cap. 39. con. 1. & cap. 26. conc. 1. Item à Leuit. con. 1. & cap. 27. con. 5. Vide etiam Numer. 4. cō. 1. & cap. 7. con. 1. & cap. 18. con. 2. Reprobatur quoque a 7. Synodo generali, adductis quibuſdam. SS. Patrum ſententijs. Illa quippe ſynodus can. 7. ait. Quæcunque tēpla conſecrata ſunt abſq; reliquijs martyrum, in eis fieri ſtatuimus reliquiarum depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem templum cōſecrauerit ſine ſanctis reliquijs deponatur. Hæc ibi. Sāctus verò pater Chryſoſt. in ſerm. B. Babillæ inquit. Verum vt Deus miſericorditer multas ſalutis occaſiones præſtat; ita cū alijs hanc nobis parauit, ut ſanctorum reliquiæ nos ad virtutem excitent, cum illas veneramur. Etenim poſt concionādi munus, tumbæ ſolus aſpectus iuuat. Loculis enim illis aſtantes eorum virtutem ſentiunt. Hæc ibi. Idem Homil. 66 ad populum Anthiochænum. Oſſa ſanctorum hanc habent poteſtatem. Demones enim ſiſtunt, & torquent, & vinctos ab illis ſoluunt ſæuiſſimis vinculis: & cinis, & oſſa, & fauilla, inuiſibiles illas poteſtates dilaniant. Hæc ibi. Itē de laudibus Pauli Homil. 5. Vis dona Dei cognoſcere? Veſtimenta Pauli Demonibus terrori erant. Ex his ab eo ibi dictis infer a fortiori de virtute reliquiarum maiorum, puta oſſium, cinerum, corporum brachiorum, manuū, pedum. Rurſum Ambroſius, in paſſione B. Agnetis Martyris, refert ad eius Mauſoleum mirabiles, diuinaſque uiſiones fuiſſe a Domino multis oſtēſas, ac ſigna innumera, & virtutes prodijſſe. Auguſtinus item (ut in hiſtoria inuentionis corporis. B. Stephani legitur) refert q ad præſentiam reliquiarum huius S. Prothomartyris quidā a fiſtula diuturna, quidam à veteri morbo calculi, quędā ſanata eſt a cæcitate; & (quod maximum eſt) tres mortui ſuſcitati ſuere. Quin & eccleſia canit. Septuaginta & tres à uarijs languoribus curati ſunt homines in inuentione Stephani dilectiſſimi Martyris, Deum benedicentes. Hæc illa in eiuſdē officio. Item Damaſcenus lib. 4. cap. 16. uniuerſaliter de reliquijs ſanctorum ait. Fontes nobis ſalutares Dominator Chriſtus præbuit, ſanctorum reliquias multimodis beneficijs ſcaturientes. Hæc ibi. Cūm igitur templa ſine reliquijs ſanctorū non ſint cōſecrata; patet quòd plurimum prodeſt in eccleſijs orare, & eas in ſuis terris habere.

Tex. AVferte Deos &c. & aſcendamus in Bethel, ut &c. itineris mei.

Concl. 2. *Volens Deo gratias referre ipſi acceptas debet bene viuere; uel ſaltem de male altis conuerti prius.* [Ex eo.]

Ratio. Per a mutationem enim ueſtimentorum intelligitur mutatio uitæ in bonum. Vel melius.

APPENDIX.

1 HInc habes, q naturalis ratio dictat (ſola enim tunc iſta urgebat) q oratio peccatoris eſt execrabilis; & q laus in ore peccatoris ut ſic, apud Deum ſordeſcit, & conſequenter q præparari debeamus, antequam in cōſpectu Dei appareamus. Ergo etiam contra naturalem rationē agit, qui non præparat ſe antequam quæ Dei ſunt pertractet, uel orādo, uel Sacramenta miniſtrando, uel quid aliud ſimile faciēdo, idest dum facere uult.

2 ¶ Secūdo habes? q uera adhærendi Deo uia eſt poſt peccata commiſſa, non tantum in futurum à peccatis cauere, ſed etiam peccata præterita deflere ſic, ut auferri mereamur, Vide Iacob adhærere Deo uult. Quid facit? Non tantū præcipit, ut aſcendant in mōtem peccatores, ſed etiā, ut auferāt ſi quę mala habent: immò prius præcipit hoc quam illud. Et Pœnitentia. reuera hoc procedit naturali ex dictamine: quoniam aſcendere non ualet ad Deum, qui à malo non elongatur per illius ablationem. Prius namque ex parte ſubiecti illuminādi auferuntur tenebræ: pòſt lumē introducitur. Priùs & dixit Pſal. peccatori declina à malo, quā illi intimaret, fac bonum. Tū ergo naturali rationi (ſola enim hæc tēpore Iacob urgebat ac per hoc illi ordinem iſtum demonſtrabat), tum auctoritati diuinæ aduerſantur: qui dicunt pœnitentiam eſſe tātummodò nouam uitam. Quid eſt pœnitentia? eſt uia adhærendi Deo poſt peccatum. Si pœnitentia igitur eſſet ſolùm noua uita; ſufficeret, q Iacob aſcenderet ad laudandum Dominum in monte. Nunc autem hoc nō ſufficit, ſed requiritur; q auferat Deos alienos &c. Requiritur etiam ad pœnitentiam non tantum facere bonum, ſed declinari à malo. Tertiò habes: 3
q antequam laudet quis Deum de beneficijs debet ab eo miſericordiam poſtulare de offenſis. Nam gratior eſt Deo (ut hic oſtenditur. Licet etiam oratio peccatoris, non tamen in quantum peccator, ſit exaudibilis) iuſti deprecatio, quam iniuſti. Dicāmus ergo cū propheta. Miſerere mei & exaudi orationem meam. Ecce q orationem ſuā exaudiri non petit, niſi poſtquam illius fuerit Deus miſertus: ut declaret ex hoc, facilē a Deo orationes iuſtorum exaudiri. Et quis neſciat, amicum mihi magis gratum eſſe, quam inimicum: & conſequenter amici poſtulata a me libentius audiri, quam inimici? Propter hoc mandat Iacob auferri malum prius ab illis; qui gratias Domino reddituri ſunt. Nec credas, q Iacob haberet apud ſe ipſum Deos alienos: ſed hoc dicit pro alijs, qui erant in comitatu ſuo. Quarto igitur habes: q oraturi cū alijs de- 4
bemus, non tantum ſolliciti eſſe de nobis, ſed etiam de alijs, qui nobiſcum oraturi ſunt. Hoc eſt tunc curare debemus: q etiam alij, qui in noſtro comitatu ad orandum uēturi ſunt, ſint in gratia Dei. Nam toti collegio nocet unus prauus homo: meliuſque eſſet collegio pro exauditione ſua, q is prauus ibi non reperiretur, quam q maiorem cētum numerum Nocet. orantium faceret. Et hoc oſtenditur uerum eſſe tum ex ſollicitudine illa ipſius Iacob erga ſocietatem, tum ex libro Ioſue a ſimili. Cur enim ipſum Iacob putas fuiſſe ſollicitum de bona conſcientia illorum qui ſecū oraturi erant: niſi ut facilius oratione ſe exaudirent, idest niſi ut ab exauditione non impedirentur ab aliquo? Et quis neſciat lignum unū viride impedimentum afferre maſſæ lignorum bene flammātium atque ardenti? In libro poſtmodum Ioſue capitu. 7. legitur q propter transgreſſionem Anathematis unius de populo Iſrael inſtante vindicta contra Hiericò, totus populus in captione ciuitatis Haym periclitatus eſt, & multi occiſi. Vltimus ad Ioſue dixit Deus: Et q quandiu is unus, qui peccauerat, in populo reperiret, tādiu ipſe Deus nō erat iunctus cū populo illo, & tandiu coram inimicis ſuis caderent. Hæc q in libro illo habentur huc applica ad orantes collegialiter; & uidebis quòd propter vnius indeuotam conſcientiam quandoque orationes totius collegij reprobantur. Et iccirco nō mirabetis. q Iacob ad multitudinis ſingulos collegialiter ſecum oraturos prædicta uerba dixerit, ubi de eorum conſcientia mundāda ſollicitus fuit. Sic deberent facere omnes, q collegialiter ſunt oraturi. & maximè hi qui in orando principales ſunt, alios deberent ad inſtar Iacob pro conſcientia mundanda monere. Orationes igitur communes multi ualoris exiſtūnt: maximè ſi a ſingulis de multitudine illa puris cōſcientijs proferantur. Cum igitur orationes communes non quandoque exaudiantur, nè mireris quoniam unus totam orationem poteſt impedire, & modicum fermentum totam maſſam modo dicto corrumpere. Ob hoc, optimè faciūt Romani Pontifices, qui ad confeſſiones hortantur populum in bullis ſuis, quando eis populis orationes aliquas committere uolunt. Sciunt enim illud, quod diximus. Hoc & in teſtamento nouo habetur ibi: quando propter unius Iudæ cōnauigantis malam conſcientiam omnes, qui erant in naui periclitati ſunt. Sic intelligitur Diuus Ambroſius cum circa hoc dicit naufragium: qui ſuis firmus eſt meritis turbatur alienis. Etruiſum. Non turbatur illa, quæ Petrum habet: turbatur illa, quæ Iudam habet. Quomodo enim ſi Iudas cum Petro nauigabat in una ſola naui uerum eſt. B. Ambroſij dictum: niſi modo illo, qui dictus eſt? Nē igitur Iacob, qui ſuis firmus erat meritis, turbaretur alienis: ideò alios ſecum oraturos monet ut ueſtimenta lauent ſua, idest ſe ad orationem per conſcientię purgationem diſponant.

¶ Applica ad Epheſ. Loquentes uobiſmetipſis in Pſalmis & canticis ſpiritualibus. Hic enim ab Apoſtolo de oratione collegialiter facta habetur mentio. Et ideò ſupradicta huic propoſito deſeruiunt.

AEdificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius domus Dei: ibi enim apparuit ei dñs. Tex.

Concl. 3. *Locus, ubi fit aliqua diuina apparitio,*

licet

licitè uocari poteſt domus Dei ; ac Deo dicari : ſiue altare ibi conſtruendo, ſiue Eccleſiam. [Ex eo]

Ratio. Cavsa adducta quare Iacob ędificet ibi altare domino; & appellet nomē loci illius domus Dei; uel ſaltem quare appellet nomen loci illius, domus Dei ; eſt quia ibi apparuerat illi dominus.

Not. ¶ Simile habes ſupra contra hæreticos ; & hoc habes in eodem capitulo. Ille uero erexit tit. lap. in loco, quo locutus erat illi Deus : libans ſuper eum libamina &c.

Tex. **E**Rexitque Iacob titulum ſuper ſepulcrum eius.

Conclu. 4. *Ab antiquo ſancti patres ſepulturas non tantum pro mortuis fecerunt : ſed etiam ſepulturas nobiles, & conſequenter licitè fiunt à chriſtianis, niſi aliud obſtet.* [Ex eo]

Ratio. ¶ Nam erigere titulum ſuper ſepulchrum eius dicitur hic nobilitas ſepulturæ : & chriſtiani ſunt filij Iacob.

Not. ¶ Loquimur de nobilitate moderata : non autem immoderata. In huius ſignum ſancti patres nō ideò ad uanā gloriam faciebant : ſed ad duo pro nunc, ut. ſ. mortui remanerēt in memoria uiuorū ad orandum pro ipſis ut fidē reſurrectionis propriam teſtarentur per hoc, ac aliorum excitarent.

¶ De ſepulturę officio, & planctu pro mortuis habes infra, & ſupra in pluribus locis. Hoc annotauerim contra hæreticos, qui homines inhumanos facere contendunt ; dum ipſis pietatis officia erga mortuos interdicunt : ut uideant (ſi fortè uelint), ſe ſcripturis ſacris, ſanctis patribus (nè dicam naturæ ipſius ducatui) eſſe exoſos. Eſto. Nolunt illi miſericordes eſſe : nec ipſi miſericordiam conſequentur.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PRaedicta Concluſio hæc 2. cap. 36. deſtruit hæreſim impijſſimi Neſtorij dicentis. Mariam non eſſe Dei genitricem. Vides. n. hic : quod ſufficit ad ueritatem maternitatis hominis ſumminiſtrare materiam diſponereq; ad coniunctionem animæ rationalis : & conſequenter à ſimili, quòd ſumminiſtrare materiam diſponereque (ſtante diuina præordinatione) ad perſonalē unionem cum Deo, ſufficit ad ueritatem maternitatis Dei, ſeu ad uerificandum quod aliqua ſit uera mater Dei. Quis modo neſciat : quòd B. Maria Virgo ſumminiſtrauit materiam, & uirtute Spiritusſancti diſpoſitam reddidit ad unionem hypoſtaticam Verbi Dei? Legat D. Thom. 3. q. 31. ar. 5. & q. 32. ar. 4. & q. 35. art. 3. 4. Vide Compend. Albert. lib. 4. cap. 10 Schol. & efficaciſſimas ibi de hac ueritate rationes fuſiùs declaratas inuenies. Damnatur & a Concilio Epheſino 1. ca. 1. Si quis nō confitetur ; Deum eſſe veraciter Emanuel, & propterea Dei genitricem Sanctam Virginem (peperit enim ſecundum carnē, carnem factum Dei Verbum ; ſecundum quòd ſcriptum eſt, Verbum caro factum eſt); Anathema ſit. & a Concil. V. generali ca. 6. Si quis abuſiuè, & non verè, Dei genitricem dicit ſanctam glorioſam Virginem Mariam : Anathema ſit. Et a Concilio Latera. ſub Martino Papa I. conſultatione. 5. can. 3. Si quis ſecundum ſanctos patres non confitetur, propriè, & ſecundū rei veritatem, Dei genitricem ſanctam ſemperque Virginē Mariam ; utpote ipſum Deum uerbum ſpecialiter & ueraciter qui à Deo patre ante omnia ſecula natus eſt, in vltimis ſeculorum ex Spiritu ſancto incorruptibiliter eam genuiſſe, indiſſolubili permanente & poſt partum eiuſdem Virginitate : condemnatus ſit. Hæc ibi.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXVI.

Text. **T**Vlit Eſaù omnem animam domus ſuæ.

Concl. 1. *Pro anima ſumitur quandoque compoſitum quoddam anima ſenſibili præditum, ſeu quod idē eſt quod uis animal.* [Ex eo]

Ratio. Dixerat de filiis & filiabus : & poſtea ſubdit de omni anima. Ergo per animam intelligit animalia etiam bruta. Hoc uerò intelligit per ſynecdochen a parte. ſ. denominando totum : non quòd anima ſit totum animal (ut Plato uoluit : ſaltem de homine :)

Tex. **E** Saù generauit animas, &c.

Concl. 2. *Sufficit ad hoc, quòd dicatur quis uerus pater hominis alicuius, ut diſponat ſufficienter ad introductionem animæ rationalis materiam : licet non aliter generet, neque creet animam rationalem.* [Ex eo]

Ratio. Esav dicitur generaſſe animas : quia generauit homines animas habentes. Materiam primam non generauit : quia (ut dicitur 1. phyſic.) eſt ingenerabilis. Animam rationalē non generauit : quia (ut in lib. de generatione dicitur) uenit deforis, nec educitur de potentia materiæ. Quid ergo generauit? Totum compoſitum. Nam fuit cauſa ſufficiens, quòd anima illa cum materia illa cōiūgeretur ſimul : & propterea hominem generaſſe uerè dicitur ; & non tantum animal, ſeu beſtiam. Sic & B. Virgo eſt uериſſima mater Dei : licet non genuerit deitatem. Sufficienter enim (ſtante diuina prædeſtinatione) ad unionem cum deitate præparauit materiam ex ſuis puriſſimis ſanguinibus : ſicut ergo tu es mater hominis : ſic illa eſt mater Dei.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXVII.

ACcuſauitque fratres ſuos apud patrem. Text.

Concl. 1. *Gerere curam proximorum eſt de dictamine naturali.* [Ex eo]

Enim Ioſeph gerit curā proximi ſui, non per legem inſtitutus adhuc minimè ſcriptam ; Ergo per naturalem rationem ductus. Ratio

APPENDIX.

HInc habes ; quòd non omnis accuſatio eſt mala : etiā ſi non fiat a ſuperiori, uel æquali. Ecce ꝙ Ioſeph erat minimus illorum, quos accuſauit : & tamen de hoc laudatur. & hoc eſt quod D. Auguſtinus in regula dicit ; uos debere de fratribus curā gerere ita : vt ſi admoniti neglīgāt corrigi, ſeu recidant, hoc ipſum ſuperiori notificare uelimus. Non enim (inquit) vos iudicetis maleuolos, quando id indicatis : magis quippè innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. Sed dices. Ioſeph fecit nè primo correctionē fraternā? Dico, quòd ſic, cum eſſet bonus, & iuſtus. At cernens, ſuam correctionē, vtpote iunioris, apud fratres non inualuiſſe : patri denunciauit, ut edoctus de ipſorum crimine eos efficacius corrigeret, ac emendaret.

¶ Ex contextu habemus, quòd iſta accuſatio fuit bona, & licita. Nam ſequitur : quòd Iſrael amabat Ioſeph ipſum plus cunctis fratribus. Si ipſe Ioſeph malefeciſſet in accuſando fratres, diceretur : ꝙ Iſrael minus amabat ipſum Ioſeph, quā prius ; cum amor boni patris ad filios peccantes frigeſcat. In cuius ſignum Iacob non amat alios filios audito illorum crimine, ſicut ipſum Ioſeph : qui ſine illo crimine fuerat. In cōtextu autem dicitur poſt accuſationem illam, ꝙ Iſrael amabat multū Ioſeph. Ergo accuſatio illa exercita a Ioſeph fuit bona. Et nota econtrariò, quòd in textu poſt accuſationem illam Not.

illam, dicitur; quòd alij fratres non ſic diligebantur ab Iſrael: ad denotandum ꝙ peccatum refrigeſcere facit amorem in amatū (modò amor ille bonus ſit). licet enim alia cauſa, qua te minus diligeret alios adducatur in litera: ea tamen quam diximus, propter hoc non reprobatur. Sed magis ex eo, ꝙ uſtratur poſt peccatum auditum, inſinuatur.

¶ Applica ad Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eū ſi te non audierit, dic eccleſiæ. Non audierunt enim iſti fratres correctionem ipſius Ioſeph: & idcirco dicit eccleſiæ. i. ſuperiori. Potuit quoq; fieri, ꝙ Ioſeph primò dixerit patri: vel quia peccatum non erat in ſe ſolum, ſed erat publicū; uel quia hoc patri, ut benigniſſimo patri, dixit. Ideò in textu nulla mētione facta de correctione dicitur: ꝙ Ioſeph accuſauit fratres: apud patrem dixit: non iudicem. Scias ergo hinc; quòd patri, ut patri, licitum eſt deferre crimen fratris; ſi per te ipſum fratrem corrigere non poſſe ſperas. Si enim pater, ut patet, erit, ad emēdationem adducet errantem filium: nec apud talem patrem de infamatione ſui filij erit periculum. Scias etiam hinc: ꝙ peccatum quādo eſt publicū, correctione priuata non indiget: ſed hac prætermiſſa ad accuſationem procedere potes. Vt denotares iſta duo litera (ut reor) non fecit mentionem de correctione fraterna Ioſephi erga fratres, antequam illos patri ſuo accuſaret. Et hinc plura ad præmiſſum Euangelium gloſemata habes. Non reprobo tamen illud, quod in appendice circa Ioſephi talem correctionem dictum eſt; quoniā & illud potuit eſſe uerū. Quod ſi uerum non fuit: duo illa gloſemata hinc pro Euangelio correctionis fraternæ intelligendo habes.

Text. A Patre plus cunctis filijs amabatur.

Concl. 2. *Parentes, & conſequenter alij, licitè amant magis illos de ſuis; quos nouerunt meliores.*

[Ex eo]

Ratio. EN Ioſeph à patre ſancto plus cunctis eius fratribus amabatur, quia erat bonus, et melior alijs. Et ideò poſt charitatem uerſus proximum, qua motus accuſauit fratres ſuos de crimine peſſimo; ſtatim ſubiungitur: ꝙ à patre plus cœteris amabatur. Quem etiam maiorem amorem ſactus poteſtatus eſt: dum ipſi Ioſeph tunicam polymitam fecit. Nec mireris ꝙ ſcriptura ſacra adducit cauſam maioris amoris generationē eius in ſenectute (eò ꝙ inquit, in ſenectute ſua genuiſſet eū). Licet enim hoc uerum ſit, illud tamen & uerum eſt. Nam, ꝙ alicui amore maiore afficiat, ex multis accidere poteſt.

APPENDIX.

HINC habes (à figura ad figuratum); ꝙ Chriſtus magis diligitur à patre, omnibus alijs ſuis fratribus. Fratres enim ſui creaturæ omnes, præſertim homines ſunt; quarum creaturarum nulla ſic à patre dilecta eſt. Nam Chriſtus eſt melior quantùm ad diuinitatem creaturis, quia per eſſentiā bonus: quantum ad humanitatem, quia ex plenitudine bonitatis eius nos omnes accepimus. Hunc pater genuit in ſenectute quātùm ad humanitatem: quia in nouiſſimis temporibus eum humanitate noſtra ueſtiuit: nam uirtute ſpiritus ſācti, quæ uirtus una eſt cum uirtute patris, formata eſt humanitas; quam Chriſtus induit. Et hæc eſt illa ueſtis polymita ideſt plurium colorum pulchritudinem cauſantium: quā fecit ei uerus Iacob. Nam humanitas illa fuit ſpecioſior forma præ humanitatibus filiorum hominum & quantùm ad animam & quantùm ad corpus. Fuit etiam circundata uarietatibus: accidentibus uidelicet tam naturalibus, quàm gratuitis. In corpore ſiquidem accidentia uaria naturalia habebat: & qualitatis, & quantitatis, & ubi, & quando, & aliorum huiuſmodi. In anima uero accidentia naturalia erant potentiæ tū uegetatiuæ, tum ſenſitiuæ, tum intellectiuæ; accidentia gratuita ibi erant gratia, & uirtutes. Decorem ergo induit mandato patris in tempore nouiſſimo. Hunc etiam, quantum ad diuinitatem, pater genuit in ſenectute: pro quanto ſcilicet in nouiſſimis temporibus explicitè nobis innotuit, ꝙ pater genuerat eum ab æterno. Nam in ſacro eloquio plerumque dicitur aliquid fieri, quando innoteſcit; etiam ꝙ antea factum ſit. Exemplum. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo, & in terra. Data Chriſto fuerat illa poteſtas ab æterno, ut Deus eſt: ab inſtanti ſuæ cōceptionis, ut homo eſt: Sed quia poſt reſurrectionem Chriſti illa poteſtas ꝙ eſſet ſibi data magis innoteſcebat, & innoteſcere magis debuerat: ideo poſt reſurrectionem dixit, ꝙ illa poteſtas data ſibi tunc erat.

¶ Applica ù ly (pater diligit filium: uel ad ly in filio dilectionis ſuæ; ad ly primogenitus. ſ. etiam quo ad amorem omnis creaturæ: uel ad ly hic eſt filius meus dilectus: uel ad huiuſmodi).

¶ Sequendo prædictum figuratum conformiter ad figuram dicimus plura. Primò, quòd Chriſtus uerus Ioſeph accuſauit fratres ſuos iudæos apud patrem ſuum Deum crimine peſſimo, tùm inuidiæ, tùm infidelitatis. *Not.* 1
Inuidiæ ibi: Vide domine (Hierem. 8.) cogitationes illorum qui dixerunt: Mittamus lignum in panem eius. Et iterum. Nunquid redditur pro bono malum: quia foderūt foueam animæ meæ. Et rurſus. Impugnabant me gratis. Si gratis, ſi pro bono malum reddiderunt: ergo ex inuidia moti ſunt: ergo ibi accuſat eos, ut Ioſeph, de inuidia. Et multis in locis cùm Hieremiæ, tùm pſalmorum, cùm prophetarum aliorum, Chriſtum uerum Ioſeph accuſaſſe ſæpius inuenies fratres ſuos de crimine peſſimo. i. inuidia. Inuidia enim eſt crimen peſſimum inquantum charitas, cui è diametro contraponitur, eſt optima uirtus. Infidelitatis autem eos accuſauit ibi. Ipſi noluit (in quodam propheta) nolunt audire me. ſ. filium tuum; quia nolunt audire te. ſ. patrem meum. Et rurſum generatio peruerſa eſt (Deuter. 32.) & infideles filij. Has enim auctoritates potes intelligere dictas in perſona filij Dei ad patrem ſuum. De peccato iſto infidelitatis ꝙ Iudęos accuſauit ſæpius apud patrem: in multis locis ſacrarum ſcripturarum habes. Secundò dico: ꝙ fratres Chriſti carnales. ſ. 2
Iudęi omnes Chriſti prędicationes, omnia miracula, omnia facta, omnia de illo prophetata reputarunt ſomnia: & ob id Chriſtum ſomniatorem ęſtimabant. Ecce (inquiunt) ſomniator uenit. Vocantes namque aliquem ſomniatorem dicere uolumus: & ꝙ illius omnia falſa ſunt; & ꝙ nos excuſati iure ſumus, ſi illi non credimus, ſi illum non ſequimur. Nonnè ergo Iudęi uocarunt Chriſtum ſomniatorem? etenim illa duo ſubinde de Chriſto ſenſerūt, & ſeſe. Quoties inuenis Iudęos Chriſtum ſeductorem plebis ſubuerſorem, ſeminiuerbium: & ꝙ à Deo non ſit, & quòd peccator ſit, & huiuſmodi, uocantes? In his & ſimilibus Chriſtum falſa dicere, ac falſum eſſe, aſtruere volebant. Propterea & Chriſtum habere diabolum contendebant: quoniam mendacem illum, utpote mendacij filium, affirmare intendebāt. Lege euāgelium, lege ueteres hiſtorias; & hoc fuiſſe antiquis omni tempore figuratū inuenies, ꝙ Iudęi tempore nouiſſimo Chriſtum ſomniatorē credituri forent. In Geneſis quinto, uel ſexto capitulo legis, ꝙ Noe in ſalutē populorum aptauit arcū. Cur ergo animas tantum octo per arcam ſaluauit? Quia (ut Apoſtoli Petri canonica habetur) homines ad prædicationem Noe fuerunt increduli. Quando Noe illis ex parte Dei diluuium nunciabat, obidq; eos ſuorum delictorum pœnitentiam agere ſuadebat, uiſ diſſes illos inter ſe dixiſſe. Putas nè hic eſt ſani capitis homo. Certè uimię uigilię pro ſanctimonia acquirēda hunc ad inſaniam duxerunt. En omnia tranquilla, cœlum ſerenum, pacata uniuerſa, & hic homo dicit, ueniet diluuium ad diſſipandam omnem carnem. Vide hic; homines illos ſomniatorem credidiſſe ipſum Noe, atque pro ſomniatore tractaſſe. Edebant ſiquidem bibebant, ac nuptui tradebant, in diebus illis: ac ſi illa, quę dicebantur a Noe, falſa fuiſſent atque ſomniata. Vlterius progredere ad ipſum Loth: & uidebis iſtum ſanctum uirum uera prędicantem à ſuis ſomniatorem fuiſſe reputatum. Quomodo legis? Quia Loth ad iuſſionem angeli uadens hortari cognatos ſuos, ut à futura ira contra ciuitatem Sodomam fugerent, uiſus eſt illis ludens loqui: illi eum ſomniatorem reputarunt, illi eum ſomnioſas apparitiones narrare crediderunt. Et quia tam illi Noe, quam iſti Loth falſa dicere æſtimarunt, fidem uerbis eorum non adhibuerunt: ac propterea perierunt. Nam quid excuſationis habuerunt, quia non crediderunt, & quia eos ſomniatores reputarunt. Nullā. Si enim excuſati propterea fuiſſent: utique nec illi diluuio nec iſti incendio periſſēt. Ecce quomodo iudæi ab antiquo figurati ſunt; ꝙ Chriſto prędicanti nō crederent, quòd Chriſtum uenientem ad ſe ipſos ſomniatorem reputarent; ꝙ inde ipſi excuſationem non haberent, imò ꝙ inde ipſi damnationem ſibi acquirerent etiam temporalem (ut nunc uidemus. Iſti quoque fratres hoc ipſum figurarunt inexcuſabiles fore in pœnis ſuis. Si enim excuſati fuiſſent à non auditione Ioſephi, & ſequentibus: utique careſtiam tam grandem nō incurriſſent, utq; uultum Ioſephi regis in Ægypto tam dorū non probaſſent, utique ſeruitute Faraonicæ tanto tempore ſubacti non fuiſſent. Quia igitur ſomniatorem eum crediderunt: ideo ad alia contra ipſum facienda proceſſerunt; ideo

mul-

multas pœnas indè perſoluerunt. Sic quia Iudæi Chriſtũ ſeductorẽ crediderunt: Ideò grauiſſimas pœnas dederunt, & nõ-
3 dũ finis. Tertiò dicimus: q ad inuidiã contra Chriſtũ Iudæi moti ſunt ex tribus, tum ſcilicet quia eos accuſabat, tum quia a patre Deo plus ipſis amabatur, tum quia excellentiã ſuam ſibi ipſi ineſſe prædicabat. Eos utique accuſabat; quando eorum uitia, hypocriſim, auaritia, ambitionẽ, falſam ſcripturæ ueteris interpretationem, ſcandaloſam uitam, ſimulatricem inuidiam, ſuperbiam, & alia huiuſmodi ualidiſſimè reprehendebat. A patre Deo Chriſtum amari plus ſeipſis cernebant: quando miracula multa ipſum in uirtute Dei patrare uidebant, & fateri cogebantur; quando ipſius ſapientiam grandem ſuper omnes ſuas ipſorum fraudulentas captiones præualere experiebantur; quando illius mirabiliſſimas prædicationes audiebant; quando in cunctis ipſum a Deo maximè proſperari agnoſcebãt etiam nolentes. Nõne iſta huiuſmodiq; ſe agnouiſſe faſſi ſunt: quãdo in cõcilio ſuo ſemoſè loquentes dicebant; hic homo multa ſigna facit; ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum? Excellentiam ſibi maximam adeſſe, affuturamque eſſe, Chriſtus Iudæis prædicabat, quando ſe patris unigenitum fatebatur, quãdo ſe ex mortuis ſurrecturum dicebat, quando ſe totum orbem iudicaturũ monſtrabat. Sicut ergo ex his tribus cauſis moti ſunt fratres Iacob ad inuidiam contra ipſum: ita Iudæi contra Chriſtum his de cauſis, tanquam hic figuratis moti fuerunt. Inſpice capitulum hoc: & fratres odiſſe Ioſeph competies tum quia ab ipſo accuſati ſunt, tum quia plus ſe ipſis à patre amabatur, tum quia per ſomnia ſuam ipſius futuram excellentiã prædicabat. Quartò dicimus: q mortem Chriſti non pro-
4 futuram Iudæis occidentibus ipſum uaticinati ſunt. Quid.n. (inquiunt) prodeſt nobis ſi occiderimus fratrem noſtrum? Ac ſi dicant: Nihil nobis hoc proderit. Et uerè nihil profuit ſecundum ipſorũ Chriſtum occidentium intentionem. Nam per hoc iugum domini Chriſti a ſe reijcere uoluerũt, & Chriſtum excellentia ſæpius prædicata priuare: & neutrum (ut in experientia uidemus) aſſecuti ſunt. Quintò dicimus: q uoluerunt Iudæi totaliter abolere uirtutem Chriſti, ut hæc figura docet. Quare enim dicunt hi fratres, quid prodeſt ſi cælauerimus ſanguinem eius: niſi quia intendebant, poſtquã occidiſſent eum, cęlare ſanguinem eius? Figuratę ergo ſunt Iudæorum peruerſæ intentiones: q .ſ. uirtutem ſanguinis Chriſti cælari in mundo deſiderarunt, nec ipſum occidiſſe contentabantur. Vide Iudæos in actibus Apoſtolorum uirtutem mortis Chriſti cælare uolentes: dum ipſos totiens diſcipulos inhibere conſpicis, nè in nomine Chriſti prædicent; & ipſos ſic prædicantes in cuſtodias publicas (quo eorum famã in populo denigrarent, ut poſſent cælare uirtutem ſanguinis Chriſti) trahere, ac flagellare. Vide illos uirtutem Chriſti ſanguinis uelare cupientes: dum ipſum priuare titulo regio cum Pilato contendunt, dum adhuc in cruce pendet; & ipſum Chriſtum iam ſepultum ſeductorem coram Pilato uocantes; atq; illius ſepulturam, nè inde prodeat, militum armatorum corona uallantes. Vide Iudæos ſanguinem Chriſti contegere optantes: dum poſt eius mortem (ut in S. Helenę legenda cernis) Crucem Chriſti ſub terra profundius abſconderunt; ac in eodem loco, ne aliquo modo adoraretur, Mineruæ ſtatuã erexerunt. Nonnè & tunc uirtutem ſanguinis Chriſti cælare uolentes inſpicis: cum deſpectiuè clamauerunt, ſanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros? Sed non obſtãtibus quibuſcunq; factis ſuis uerbis præſentibus, atque futuris; quibus Chriſti ſanguinis uirtutem cælare uoluerunt, uolunt, & uolẽt; Chriſti uirtus apparuit, apparet, & apparebit, in ſublimatione Chriſti, in ſalutẽ populorum omnium. Hoc enim figuratum nunc fuit; quando non obſtantibus quibuſcunque fratrum Ioſephi malignitatibus Ioſephus in regnum ſublimatus eſt, & in ſalutem populorum a cariſtia afflictorum da-
6 tus. Sextò dicimus: q figuratum eſt nunc iudæos ſeipſos ſalute priuaturos, & hãc ipſam gẽtibus, (ut hodie uidemus) daturos. Hoc namque tũc figurarunt: quando fratre ſuo ſeipſos priuarunt uoluntariè, & ipſum Iſmaelitis uendiderunt. A iudæis igitur ſalus ad gentes tranſlata eſt: iudęis hoc magno deſiderio poſtulantibus, immo executioni mandantibus. Hoc eſt illud mãdatum, quod in actibus Apoſtolorum a B. Paulo allegatur dicente: Vobis oportebat loqui uerbũ Dei, ſed quoniam repelliſtis illud & indignos uos iudicatis æternę uitæ (.i.
Paul. in actib. apoſto. in ſatanã ſuperbiam erecti eſtis; ut æternam uitam a Chriſti per me prædicato habere dedignemini. Sicut & iſti fratres dedignabantur habere Ioſephum in ſocietate ſua); ideò cõuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. Vbi hunc tranſitum pręcepit? Hic: quoniam illud futurum figurauit. Et non tantum hunc figurauit: ſed etiam, undè hic tranſitus naſciturus foret, monſtrauit, ex dedignatione.ſ. perfidia iudæorum. Multa & alia per hiſtoriam hanc pro nouiſſimo tempore figurata diceremus: ſed quoniam inferius alia dicturos nos ſperamus, ideò illuc uſque differendum. Et ſi ibi aliqua, quæ hic dicta ſunt forſan repetentur: Nè cui ſit mirum: quoniam repetere melius eſt, quàm ſubiicẽdi omnino diſcrimini ſe exponere. Hoc & ubique memoria tenendũ uolumus: quando à nobis aliqua alicubi repetita, nulla noua ratione monente, uidebis.

AVdite ſomnium &c. aliud quoque uides ſomnium &c. *Tex.*

Concl. 3. *Somnia aliquando immittuntur à Deo ad aliquid ſignificandum.* [Ex eo]

Clarvm eſt, ſomnia iſta fuiſſe à Deo, & ad aliquid ſignificãdum. *Ratio* A Deo quidẽ niſi fuiſſent, non diceretur ab hominibus ſanctis; quòd iſti fratres conſilium Dei impedire uoluerant, quo excellentiam Ioſephi ſomnis his pronunciabat. Ad iudæos enim nouiſſimos figurandos inſpexerunt: qui cõſilium Dei impedire uoluerunt, quo excellentia Chriſti prædicabatur, quando ipſum occiderunt. Vnde quia tale Dei cõſilium impedire intenderunt: ideo dicũtur in Deum patrẽ, & non tantum in filium eius peccaſſe. Vnde in Pſal. dicitur 2. q aduerſum dominum inſurrexerunt, & non tãtum aduerſus Chriſtum eius. A figurato igitur, iudæis .ſ. contra Chriſtum. ad figuram, ſcilicet fratres Ioſephi contra Ioſephum, arguentes dicimus, & quod ſomnia illa erant à Deo, & quòd contra conſilium hoc Dei agere tentauerunt. Quòd uerò iſta ſomnia fuerint ad aliquid ſignificandum; tam clarum eſt tũ ex præſenti fratrum intelligentia, tum ex ipſius rei euentu: ut probatiune non egeat.

¶Si uidere cupias à quot cauſis proueniant ſomnia, & q à *Not. 1.* Deo etiam ſecundum Ariſt. ſomnia qſq; mittuntur, & qd ſomnia omnia ſignificent, uel non: Vide Magiſtrum Chriſoſtomum Iauellum in Epitomate ſuper librum Ariſtotelis de ſomno & uigilia.

¶Hic aduerte: q huiuſmodi ſomnia poſſunt dici, uiſiones, *Not. 2.* reuelationes, ſeu illuminationes. Et hoc annotauerim: ut ſi ſcripturam ſacram huiuſmodi aliquando uiſiones uocaſſe, repereris, ne erres. Sancta igitur ſomnia uiſiones, apparitiones, reuelationes, tunc idem ſunt.

¶Aduertas quoq; hic: q ad idem ſignificãdum ſecundum *Not. 3.* adhibetur ſomnium: non quia non eſſet uerum, aut ſufficiẽs in ſe primum, ſeu unum: ſed ad maiorem certitudinem noſtram hoc fit. Vnde adhibere duos teſtes in iudicio præceptũ fuit ac inſtitutum diuinitus.

NVnquid rex noſter eris: aut ſubijciemur ditioni tuæ? &c. *Tex.*

Concl. 4. *Infirma mundi eligit præter, & contra cogitationes hominum, Deus, minora, & ea, quæ non ſunt: ut fortiora, celſiora & ea, quæ ſunt, deſtruat, & confundat.* [Ex eo]

Ioseph erat præ cunctis fratribus iunior, & adeò in ęſtimatione parua; ut fratres eius nullo modo putare poſſent (ſicut per eorum uerba præmiſſa innuitur), eum futurum regẽ ſuper eos. *Ratio.* Hoc autem magis putaſſent de Iuda tanquam de fortiori, uel de Rubẽ tanquã de primogenito, uel de Leui aut Simeon, tanquam de prioribus etiam: tamen non eorum aliquis, ſed Ioſeph minimus eligitur à Deo.

¶Ergo ſicut exaltantur cœli a terra, ſic exaltatæ ſunt uiæ *Coroll.* meæ à uijs ueſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus ueſtris dicit dominus. Ergo uos iudicatis (Euãgelium) ſecundũ *Eſai.* faciem: ego non iudico quenquam .ſ. ſecundum faciem. Ergo ſinite paruulos uenire ad me (Euangelium): talium enim eſt regnum cœlorũ. Ergo excelſus dominus humilia (Pſal.) reſpicit. Ergo uocat ad cœnam ſuam (Euangelium) pauperes, ac debiles, cæcos, & claudos. Ergo beati pauperes .i. in hoc mundo deſpecti: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. Si enim regnum cœlorum ipſorum eſt: multo magis regnũ terrarum, ſed hoc eis quãdoque datur (ut patebit de Ioſeph) quandoque non. Datur eis, ut appareat, eos eſſe tali regno digniſſimos: non datur eis; ut appareat, q eorum regimine dignus non extat mundus.

Not. 1. Regnum. ¶ Ideo ipſius Ioſeph regnum apparuit in ſomnis, & ipſū ſomnium fratribus narrauit, ut ſignificetur, ꝙ indigni indicātur ī mondo aliquando boni, ut regant cæteros (indigni, inquam; hoc eſt ſine magna prouidentia, diſcretione, moderamine, regimine &c.) & cū talem de infima cōditione regnū obtenturum, uel obtinere, uel obtinuiſſe, aut optimè gubernare populum, mūdo narratur: admiratur, ſtupeſcit, & pluſquam credi poteſt attonitus ait; ò quis unquam talia credat. Vniuerſaliter hæc deliramenta potius, quam uera; aliaque ſimilia dicit. Et quòd plus eſt uidet mōdus, manu tangit ꝙ talis bonus pauper in regnum ſuffectus eſt: et difficultatem patitur, ut credat (exemplū tale uiſu fuit. 1566. de Papa Pio V. ordinis prædicatorum; qui erat ī boſco, & omnibus hominibus ingreſſus eius ad papatū, progreſſus, & egreſſus, miraculum fuit: Hic enim turcas abegit; Vgonottos in propriis ſedibus deuicit; chriſtianos principes in unum collegit, & alia multa laude digniſſima patrauit: quæ, ſi eius infimā penſemus origo, ſomnia cunctis uidērur; & tamen utilitate cunctorum hæc uerissima fuiſſe probatur.

1 ¶ Ideo ipſius Ioſeph regnum apparet in ſomnis; ut denotatur: ꝙ regnum bonorum habet conditiones bonas, quas habet ſomnus, in quo ſomnia uidentur. Hanc primam conditionē habet ſomnus, ut impinguet corpus. Hinc dici ſolet. A ſomno magis, quam à cibo nutritur homo. Quid hoc importat? Quòd regnum bonorum impinguat illos, qui reguntur à bonis: hoc eſt ꝙ regnum illorum eſt ad utilitatem corporis ſibi crediti; ideſt ſubditorum ſuorum (ergo paſcit illos uerbo, & exemplo, et cibo.) & conſequenter, ꝙ non eſt tirānicum, hoc eſt ad utilitatem propriam ordinatum. (Ergo rex bonus eſt paſtor; non mercenarius. ergo Regnum bonorum eſt paſtorale non mercenarium). Secunda ſomni cōditio q̄

2 eſt? Quòd ſalutem afferat. Ex hoc enim ꝙ eſt ſignum futuræ ſalutis, dictum eſt in euāgelio: ſi Lazarus dormit, ſaluus erit. Per hanc igitur conditionem ſignificatur: ꝙ regnum bonorū eſt ſalutiferum, ideſt ſignum ſalutis. (quando ergo boni regnant, lætari debemus: quando auferuntur, triſtari. Quando boni regnant, ſignatur ſalus, ideſt ꝙ Deus nobis propitiari uult: quando non, ſignantur ira Dei ſuper nos. Vnde dici ſolet. Quando caput languēt: cætera membra dolent. Ergo quan-

3 do caput ſanum: cætera membra ſ[illegible]beat). Tertia ſomni conditio quæ eſt? Vt faciat, optimè cibos digerere, iam digeſtos membris pro cuiuſque portione diuidere. Hoc apertè innuit, ꝙ regnum bonorum eſt iuſtum, ideſt iuſtitiā & diſtributiuam & commutatiuam & punitiuā pro cuiuſque merito ſine perſonarum acceptione exercent. Et quando non cognoſcit unā cauſam, inueſtigat eam: nec præcipitat iudiciū. Vnde de rege bono à Iob dicitur. Iuſtitia indutus ſum: & cauſam, quam ignorabam diligentiſſimè inueſtigabam. Et hoc

4 eſt digerere bene cibos. Quarta ſomni cōditio quæ eſt? multum laborare, ideſt operari multa (puta digeſtionem multiplicē, humorum adæquationem, ciborum partitionem, & huiuſmodi, cum delectabili tamen quiete (Nam quantò magis huiuſmodi operatur dormiens; tantò magis dormit). Hæc conditio clarè demonſtrat: ꝙ regnum bonorum erudit ad hoc, ut ſubditi ſint uirtuoſi. Virtuoſorum enim eſt; operari, & cūm delectatione operari. Nam iuſtus ille eſt (philoſopho teſte) : q iuſta, & iuſtè, ideſt delectabiliter operatur. Alioquin qui iuſta, & non delectabiliter facit: non eſt propriè iuſtus. Hinc Chriſtus, ut faceret ieiunātes uirtuoſos dixit ad illos; tu, cum ieiunas, unge caput tuum &c. Quid eſt, tu, cum, &c. unge caput, tuum, & faciem tuam laua? Hoc idē eſt, quod diximus: ideſt non tantum ieiunium celebrare, ſed cum delectatione celebrare meritorium eſt. Nam ungere caput; & faciem lauare, hilaritatem, & conſequēter delectationem ſonāt. Ad eſſe igitur uirtuoſum duo exiguntur in ſomno teper tatſcilicet multum, (ideſt bonum) operari, & delectabiliter (hoc eſt, benè) operari. Ergo, è regione, ad eſſe defectuoſum ſufficit: ꝙ unum illorum deſit. Vnde Dionyſius habet: quòd bonum ex integra cauſa, malum autem omnifariam contingit. Hinc lata dicitur uia ad perditionem: ſtricta autem, quæ

5 eſt ad uitam. Quinta cōditio ſomni ea eſt: ut neminem moleſtet, nemini infeſtus ſit dormiēs. Hinc liquidò ſignificatur: quòd regnum bonorum eſt pacificum. Hoc eſt amicitias fouet, pacem inter ſubditos quærit, beneuolentias nutrit: & ſingulorum ſibi creditorum ſalutem exoptat. Neminē infeſtat iniuria, nulli machinatur malum; nec in rebus, nec in fama, nec in conſcientia, nec in perſona, nec in aliquo quemquam contra ius offendit. Non imponit onera grauia & importabilia ſuper humeros ſubditorum ſuorum: nec crudelis in eos exiſtit. Non eos toruis oculis, non criſpata fronte, non adūco naſo, non ſuperinducto inuenitur ſupercilio: non auſterus in uerbis, non aſper in factis non immitis in conuerſatione. Sed affabilis eſt talis rex in ſermone dulcis tractabilis miſericors, atq; in cunctis diſcretus; ſuum quietè ac pacificè cuſtodiens; nullius aliquid deſiderans (ut Samuel. 1. Reg. 12.) nec

6 bouē, nec aſinū, nec munus &c. In hoc aſſimulatur ſextæ conditioni ſomni q̄ eſt: ut nō ſe intromittat de exterioribus dormiens. Non enim audit, non uidet, non olfacit, &c.

7 ¶ Septima, quæ eſt, conditio ſomni? Vt fæces à puro ſegreget, mundum ab immundo diſparet; quod bonum eſt, retineat; quod malum, deorſum abijciat. Per hanc ſomni conditionem apertiſſimè declaratur: quòd regnum bonorū eſt iuſtum & in conſeruando bonos, & in repellendo malos. Reprimit enim hoſtes & intraneos & extraneos: & conſeruat ſibi amicos & intraneos & extraneos. Non enim ſine cauſa gladium portat: ut ſciat arcere contraria, & ut ſciat protegere (tanquam alter Machabæus; qui gladio ſuo protegebat caſtra) ſua. Rex namque bonus regem Chriſtum imitari conatur, qui butyrum, & lac comedit: ut ſciat reprobare malum & eligere bonum. Sic & iſte rex pro domo Dei murum ſe ualidum opponet: ut bonum tueatur ceu electum, ac malum abigat ceu reprobatum. A Salomone ſiquidē audiuit: *Eccl. 17.*
Noli quærere fieri iudex, niſi uirtute ualeas irrumpere iniquitates. Et ab Apoſtolo auditum ſeruat: quòd datus eſt ad uin- *Rom. 13.*
dictam malorum, laudem uerò bonorum: ut malos, ſ. deorſum proiiciat, bonos autem ſurſum erigat. Et ſic regnante Chriſto valles impletæ ſunt, & montes humiliati ſunt (ut habet Eſaias) boni, qui per valles denotantur, eleuantur, & mali, qui per montes deſignantur deprimantur.

¶ Applica ad ly (Euang.) erant enim piſcatores. Vel ad ſimilia. Ibi enim uides, Deum ſemper infirmiora elegiſſe: ut altiora confundat, ideſt ut uel altiorum ſuperbia confundatur, uel ad Deum conuerſa per infirma adducantur.

APPENDIX.

HINC habes: quòd certatim quærere deberet omnis inter infimos haberi, & inter nilia reputari, ut apud Deū excelſus, & precioſus fieret. Hinc, quia Pontifex ſummus à Deo exaltatum ſe præ omnibus in hoc mundo nouit, & ad exaltationem conſimilem in alio mundo aſpirat: ideò ſe ſeruum ſeruorum Dei nominat. Quaſi ſic dicere uelit. Me ex infimo ſtatu, non meis meritis, Deus ad altiſſimum ſtatū erexit; & indè, ut ad altiſſimum etiam in alia uita ſtatum cōducat, agnoſco; quòd me infimiorem alijs facere in mea opinione oportet.

VEni, mittam te ad eos &c. fratres meos quæro &c. *Text.*

Concl. 5. *Odientes nos debemus (etiam quòd lex euangelica non eſſet) amare, de illorum bonis ſollicitari, illos inuiſere, nec malum pro malo reddere, & conſequēter eſſe ſimplices in malo.* [Ex eo]

ECCE n Fratres Ioſeph (vt præmittitur) in tantum inuidebant ei, ut non poſſent ei quicquam pacificè loqui (conſequenter ergo Ioſeph iam ſubodoratus odium fratrum cōtra ſe fuerat): & tamen nunc ipſe Ioſeph (etiam ꝙ Euangeliū non habeat) multa bona erga fratres ſuos operatur. Primò *Ratio;* incommodatus propter illos a propria domo diſcedit. Secundò vadit ad uidendum: an aliquid deſit non fratribus ſuis tantum, ſed & eorum pecoribus (en; quòd amor fratrū fecit, eum habere curam etiam de rebus attinētibus ad eos). Tertiò uagatur per agrum & conſequenter magna cum anxietate fratres ſuos inquirit. Quartò nō parcit labori nouo ad inquirendum illos. Poſtquam enim illos non reperit in Sichē: uadit in Dothaim, ut illos ibi reperiat. Quintò (qđ ſuper omnia mirabilius eſt) illos ea ſimplicitate animę quæſiuit: ac ſi nunquam ab eis mala uerba audiſſet torvum intuitū recepiſſet, & inuidiæ nulla ſigna uidiſſet. Ecce. Vir iſte uere Iſraelita, (vtpote filius Iſrael. Ideo enim & pro Iacob poſitum fuit ly Iſrael, quando introducendo hanc ad fratres miſſionem dictum fuit. Cumq; fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichē, dixit ad eum Iſrael: De Iſraele ergo pro Iacob mentio fit: vt cognoſcamus quantum exſtat Ioſeph ſine dolo in facto iſto): in quo dolus non eſt.

Si enim

Si enim dolus in Ioſeph eſſet ſuſpicaretur ſaltem de aliquo, quod ei à fratribus accidere poſſet; vel ſaltē & ipſe quoquo pacto animo turbaretur. Modò nec in ſuſceptione mandati a patre, nec in executione, nec in noua itineris prolongatione, turbatio uel minima: immo inceptio miranda, proſecutio laudanda, perſeuerantia ſtupenda apparuit. Immò aduerte; ꝙ Deus ideò noluit ut Ioſeph primo (.i. in Sichem) inueniret fratres ſuos; quo ipſius imperturbatus cerneretur magis animus erga illos dum ex hoc ad eos in Dothaim quęrendos accenderetur. Si enim uel pauxillum turbationis huiuſmodi in animo Ioſeph inſidiſſet proculdubio in tam varia peragratione apparuiſſet, uel certe non inuentos in Sichem, apud patrem ſe excuſaſſet, ſi in Dothaim nō quæſiuiſſet. Non enim (quod expreſſè legatur) id ei mandauerat pater. Mirabilis ergo duplici de capite ipſius Ioſeph erga fratres animi ſimplicitas apparuit: dum & eos ubi dixerat pater ſtudioſè quæſiuit, & eos, ultra mandatum geminis alibi quæſitos inuenit. Nota quoque; quòd ubi expreſſè præcipitur, quęrit; Sed non inuenit: ubi nō explicitè mandat, quærit, & inuenit. Quare hoc? Quia obedientia magis metetur: quātò magis uoluntaria fuerit. Hoc eſt. Magis, quanta ſit, ex uoluntatis promptitudine, quam ex opere ipſo penſatur. Nonnè maior uoluntatis prōptitudo ſignatur ipſius Ioſeph ad uoluntatem patris implendam, dum ultra mandatum inquirit ꝙ quando uerba ſecundum mādatū ſeruauit: Certè ſic. Ideo non mirum, ſi primò; non ſecundò autem quæſitos inuenit.

APPENDIX.

1 HINC habes: quòd obedientia tunc magis laudāda eſt quando non tantum ſuperioris intentionem expreſſam ſeruat; ſed etiam quando ſuperioris mentem, quam imaginatur, exequitur. Laudatur enim Ioſeph maximè ex hoc: ꝙ ad quærēdos fratres iuerit quòd imaginabatur patrem ſic in intentione habuiſſe, ut iret. Obediētia igitur laudāda eſt quæ uerba mandātis obſeruat. Magis laudanda, quæ intentionem in uerbis expreſſam cuſtodit; maximè laudanda, quæ intentionem ex uerbis opinatam executioni mandat. Secundò

Obedientia.

2 habes: quòd obedientia ſecurè ambulare facit inter aduerſa, & tandem illa in proſperitatē conuertit. Hæc omnia hic de Ioſepho obediente patent. Fuit enim ſecurè inter aduerſa: cū a fratribus nō fuerit, ut ante opinati fuerāt, occiſus. Et omnia tandem in proſperitatē ipſi Ioſepho conuerſa ſunt. Et qd dicam? Nō tantùm ipſi Ioſepho; ſed alijs tum extraneis, tum ſuis, (merito obedientiæ Ioſephi) in proſperitatem maximā prouenerunt. Quod ut per ſingula uideamus; Attende. Proficua fuit iſta Ioſephi uenditio ipſi domino ementi eum ab Iſmaelitis (ut habet 39. cap.) Proficua fuit ipſis à Faraone carceri mancipatis; immò non tātum illis duobus Faraonis ſeruis, ſed etiam omnibus in carcere exiſtentibus (ut habetur 4 cap.) dum omnibus charitatiuè miniſtraret. Proficua fuit ipſi Faraoni, immò toti Ægypto, immò toti circūregioni (ut 41. & 42. habetur capitulis): dum omnibus his de panibus miniſtrauit. Proficua fuit & iſtis eius fratribus. (ut 43. & 44. habetur): dum eos ignotus prudentiſſimo modo ad pœnitētiam reuocauit. Proficua denique fuit patri ſuo, tum omnibus fratribus, tum alijs ab ipſis deſcendentibus (ut 46. & 47. habetur): dum ipſos in terram bonam Ægypti, quaſi poſſeſſores uenire fecit; eiſque abundantiſſimè cuncta miniſtrauit. Ecce: quanta bona cōtra ſpem humanam ex ipſa ſimplici Ioſephi obedientia nata fuerunt. Quis dixiſſet unquam uidēs Ioſephum à fratribus uiliſſimè extraneis uendi: quòd Ioſephus ipſe tātas ſalutes tot perſonis attuliſſet? Proficua & ſibi fuit uenditio illa: cum per illam ad regnum peruenerit multò ante per ſomnia præmōſtratum. Modò, à figura ad figuratum arguendo, habes: quanta bona Chriſtus per ſui uēditionem uiliſſimam tā ſibi, quàm nobis cauſauerit. Hoc eſt; quod ipſe dicebat: Regnum ſcilicet ſuum nō eſſe de hoc mundo, ideſt ꝙ ad regnū ſuum uia hominibus regnum appetentibus contraria peruenit. Alij namque per uiam altā altiorem ſtatum petunt: Chriſtus uero per uiam uiliſſimam humillimamque (ſcilicet per obedientiam quæ eſt humillima uia; & per uenditionem paruiſſimi precij, quæ eſt uia uiliſſima) ad regnum maximè altum peruenit. Nota nihilominus; ꝙ totius uiæ huius mirabilis ad terminū illū mirabilitate plenum radix prima fuit obediētia ad patrē. Niſi .n. Ioſephus ad fratres quærendos exiſſet; ſic uenditus non fuiſſet: Et ſi taliter uenditus non fuiſſet, tam multiplex bonum inde non germinaſſet. Ita ſimiliter, ſi Chriſtus ad fratres ſuos carnales, ideſt ad homines quærendos per ſuam incarnationem ſanctiſſimam ex obedientia patris non exiſſet; uenditus nunquam fuiſſet, quòd ſi uenditus non eſſet, multiplex illud figuratum bonum indè non prouenīſſet. Nunc autem uenditio ſui, & profuit ementibus (dum pro iudæis in cruce rogauit Chriſtus) & carceri peccatorum mancipatis (dum per ipſam mundo ſalus allata eſt), & in carcere pœnarum poſitis (dum per ipſam purgati ex purgatorio educti ſunt), & toti mundo prorſus (dum per ipſam noſtra ſit eucharıſtia charitatiuè a Chriſto miniſtrata; profligata famis inopia), & omnibus peccatoribus (dum omnibus pœnitentiam ſuaſerit,), & patri ſuo quodammodo (dum ipſius charitatem hominibus manifeſtauit), & omnibus tum intraneis, tum extraneis (dum per eam ſalutem conſequatur, & iudæus, & gentilis), & ſibimetipſi (dum glorificationem ſui corporis; poteſtatē iudiciariam, uniuerſalem ab omnibus adorationem per ipſam Chriſtus meruerit.

Figura.
Venditio
Figuratum.

3 ¶Tertiò habes: quòd Deus uehementer diligit eos, qui remittunt fratribus odium; odium pro odio non redentes, ſed potius ipſis bonam faciem oſtendentes, ſeu erga illos ſe benignos demonſtrantes. Ecce. ex eo, quòd Ioſephus ſuos fratres immo inimicos capitales nec ipſum ad auditum ferè tollerantes, tam benignè uiſitauit, tam ſollicitè quæſiuit; tam dulciter ſalutauit (Hæc omnia Chriſto figurato Ioſepho erga nos applica: & hic in ipſo maximam charitatem erga nos, in nobiſque maximam contra omne ius ruſticitatem erga illum, attentè conſidera) ex eo, inquām, quòd taliter ſe erga offenſores ſuos monſtrauit, factum eſt: ut tanta per ipſum Deus mirabilia faceret. Si uis ergo & tu, Deum pro te mirabilia, tibi proficua, alijs utilia, ſui ſancti nominis oſtenſiua, operari: eſto tuis aduerſarijs pacificus; ne reddas malum pro malo, ſed bonum pro malo. Sic enim faciens (inquit Apoſtolus) inimico tuo: carbones ignis congeres ſuper caput eius. Nonne uides: Ioſephum per huiuſmodi benignitate congeſſiſſe carbones ignis ſuper capita illorum, ideſt illos tandem ad charitatem perduxiſſe ex illa frigidiſſima inuidia fraterna? Carbones tunc ignis congerimus ſuper inimicorum noſtrorum capita quando illorum odia ad charitatē noſtris benignis animis aſſis trahuntur; & ex noſtris beneficiis igniti (magnam enim charitatem talia arguunt) ad amicitiam noſtram denuò perducuntur.

Odium

VEnite occidamus eum, & mittamus in ciſternam, &c. Non interficiamus animam eius, nec offendamus ſanguinem &c. Melius eſt: ut uenundetur &c. *Tex.*

Concl. 6. *Multa conſilia contra Chriſtum ſæpius fecerunt Iudæi.* (Ex eo.)

VIDENTES fratres ipſū Ioſeph multa cogitarunt. Primò; ut occiderent eū, atque occiſionem eius occultarent. Secundò cogitauerunt non occidere eum: ſed tantùm ponere eum in ciſternam ueterem non habentem aquam. Tertiò melius indicarunt uendere eum Iſmaelitis. Ecce multa iſtorum conſilia contra Ioſeph ſuum fratrem carnalem. Significant ergo conſilia hæc; quòd multa erant futura conſilia iudæorum nouiſſimo tempore contra Chriſtum eorum fratrem carnalem. In primo conſilio cogitauerunt (inquit Ioannis Euangelium) interficere illum: quando .ſ. Cayphæ dicenti contra Chriſtum adhæſerunt. In ſecundo conſilio cogitauerunt non interficere eum, non quidem abſolute: ſed ſecundum quod non in die feſto. Putauerunt enim mittere Chriſtum in ciſternam ueterem, ideſt capere eum ſine tumultu: & ideò uſque poſt feſtum differre uolebant in iſto conſilio mortem eius. Qui enim ſine populorum frequentia Chriſtum capere uolebant: profectò in ciſternam ueterem tunc uerum Ioſeph mittere cogitabant. Ad ciſternam namque ueterem, maximè ad eam, ubi non eſt aqua, non currit populus: unde nec ibi eſt periculū alicuius tumultus ſeditionisve ob aquam primitus hauriendam. In tantùm ergo in ciſternam veterem mittere Chriſtū diſponebant: inquātum abſque populi tumultu eum capere, quod eſt in loco munito (cuiuſmodi formæ ciſterna eſt) ponere intendebant. Hanc uerò intentionem habuerunt non ſolum Iudæi, ſed etiam Iudas hic per Ruben figuratus. Nam Iudæi *Ratio.*

Nè tumultus fieret in populo, pro Chriſti captura caue-bant: & ad hunc eũdem ſenſum Iudas quęrebat tradere Chriſtum ſine turbis. Vnam tamen Iudas intendebat (ut per Ruben hic figuratur) in quo cum iudæis nõ conueniebat. Quid intendebat Iudas? Mittere Chriſtum in ciſternam veterem abſque occiſione, id eſt capere Chriſtum atq; malè tractare, citra occiſionem tamen. Vnde in Ruben, vt in ſui figura, dicebat ſibi intra ſe: Nõ interficiamus animam eius, ſed proijciamus eum in ciſternam ueterem. In cuius ſuæ intentionis ſignum legimus in Beato Matthæo Euangeliſta: quòd Iudas videns, quòd Chriſtus damnatus eſſet ad mortem pœnitentia ductus abijt, & laqueo ſe ſuſpendit.

Nè credamus Euangeliſtam de ſuſpenſione ac pœnitentia Iudæ verba facientẽ ſine cauſa dixiſſe, ꝙ Iudas vidẽs Chriſtum ad mortem condemnatum pœnitentia ductus eſt: & non ſimpliciter dixiſſe, ꝙ Iudas pœnitentia ductus eſt. Quid uoluit ꝑ talem modum loquendi annotaſſe. B. Matthęus? Quòd non erat intẽtionis Iudę, ꝙ Chriſtus moreretur. Ideò uiſa mortis contra Chriſtum damnatione Iudam facti pœnituit; quem tamẽ non pœnituiſſet, ſi Chriſti mortem intendiſſet. Secundum hoc ergo, cum dicitur, quòd Iudas tradidit Chriſtum in mortem; dicitur hoc inquantum ex facto Iudæ ſecuta eſt mors Chriſti, non quòd intenderet mortem Chriſti. Ab hac Iudæ intentione diſcordabant (ut diximus) iudæi.

Nam & Chriſti captionem, & Chriſti mortem intendebant; immò principaliter intentio illorũ erat ut Chriſtus moreretur, poſt autem ad hãc intentionem exequendam ordinarunt ut Chriſtus caperetur. Multum ergo ab intentione Iudæ diſtabant: cum & Chriſti mortem, & hanc principaliter uellent; quorum neutrum Iudas uolebat (ut & hic per Ruben, ibi per Euangeliſtam dicitur). Quod autem talis iudæorum contra Chriſtum fuerit intentio patet in figura per ipſos fratres primò loquentes mutuò contra Ioſephum. Sic nanque ſe inuicem cohortantes (ergo & iudæi ſe inuicem contra Chriſtũ multis modis enhortabantur) dicebant. Venite occidamus eum, & mittamus in ciſternam veterẽ. Ecce, occiſio de prima rio intento, & miſſio in ciſternam de ſecundaria. Quam occiſionem non ſolum Iudas in intentione non habuit: ſed & hãc (vt figura inſinuat) Iudęis diſſuaſit. Rubẽ. n. Ioſephi mortem in intentione non ſolum non habuit: ſed & hanc ab aliorum fratrum cordibus remouere conatus eſt. Non (inquit ad cõfratres) interficiamus animã eius, nec effundamus ſanguinem, manusq́ue veſtras ſeruate inoxias. Videtur ergo ex figura iſta dicendum: ꝙ Iudas aliquomodò ſuaſerit iudæis, ut ſatiarẽtur opprobrijs Chriſti citra mortem; & ipſi (vt ſolet à doloſis hominibus fieri) oſtenderint ſe ſic facturos, dicentes intra ſe; poſtquam ipſum Chriſtum captiuum habuerimus, faciemus illi quæcunque uoluerimus. Poſſumus tamen forſan & aliter (ſalua tamen fide Catholica: quam hic, & vbique in omnibus & per omnia antepoſitam volumus) opinari: quòd Iudas etiam Chriſti mortem intenderit.

Et tunc ad figuram dicimus quòd figuratum cum figuratis non tenet in omnibus. Sic ergo cum Ruben miſſionem Chriſti in ciſternam veterem Iudas intendebat: & reliquæ intentioni ipſius Ruben, tanquam non ſuæ figuræ, non concordabat. Tunc etiã ad Beatũ Matthęum dicendum videt: ꝙ per illam locutionis phraſim voluit attendere horam deſperationis Iudæ, nõ autem intentionem eius priorem. Quaſi dixiſſet. Illa hora Iudas deſperauit, quando condemnatum Chriſtum ad mortem vidit: non quia ipſius mortem non prius intenderit; ſed quia tunc primum intentionem illam priorem retractauit, & de ſuo peſſimo peccato indulgentiam ſe a Chriſto conſecuturum nunquam ſperauit. In tertio demum Concilio determinatũ fuit emere Chriſtũ à Iuda ſe illis ad venditionẽ eius villiſſimo precio offerente. Sicut enim Iudas iſte figuralis fuit prior, quam Iſmaelitæ ad cogitandum de venditione Ioſephi vel emptione: Ita Iudas figuratus fuit prior, quàm iudæi, ad tractandum de venditione Chriſti. Erant ſiquidem in Concilio, quod ſupra nominauimus ſecundum iudęi nolentes præ timore tumultus populi Chriſtum in die feſto occidere: quando Iudas aduenit; Et coram in Cõcilio Chriſti venditionem ipſis obtulit dicẽs, Quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradam? & tunc primum iudæi venditionem acceperunt.

Not. 1. ¶ Iudæos Chriſtum empturos, à littera non iudæos, ſed Iſmaelitas, uocatos, aduerte. Quę erant conditiones Iſmaelitarum? Ad caput ſextumdecimum Geneſis aſpice: & ibi conditiones Iſmaelis conſpiciens has Iſmaelitis, tanquam eius filiis, conuenire non dubites.

¶ Prima Iſmaelis cõditio fuit: quòd erat ex parte hebræus & ex parte Ægyptius: cum ex Abraham, Agarq́ue natus ſit. Secunda: quòd erat filius ancillæ, ac ideo conditionis ſeruilis, atque ideo eiiciendus è domo, propterea que non hæres futurus. Tertia fuit: quòd erat homo ferus. Quarta quòd manus eius contra omnes, & omnium contra eum. Quinta: quòd è regione uniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula. O quam aptè cõditiones hę omnes iudęis Chriſtum crucifigentibus conueniũt: & idcirco rectiſſimè in facto emptionis Chriſti, non iudęi (hi enim non habẽt omnes conditiones prædictas), ſed Iſmaelitæ uocitantur. Sed uideamus per ſingula. Primam Iſmaelis conditionem habuerũt Chriſti emptores iudæi: quoniam ex parte hebræi, ex parte Ægyptii fuerũt. Ex parte nãque corporis fuerunt hebræi, cum ſecundũ carnem Abrahamitæ fuerint: ſed ex parte morũ filii diaboli fuerunt. Io. 8. Vos ex patre diabolo eſtis. Stando igitur ſolũ in genere morũ, iudæi ex parte animæ Ægyptij extiterunt, cum ſecundum ſpiritũ tenebroſi fuerint per anthunomaſiam. Nonne crucifigere Chriſtum peccatũ peccatorum: & ideo tenebroſitas tenebroſitatum fuit? Ægyptus ſiquidem tenebra; & conſequenter Ægyptij tenebræ (quod etiam plus eſt quàm tenebroſi) interpretantur. Hos fuiſſe tũc tenebras ipſas ſignificatum eſt; quando tempore ſanctiſſimę paſſionis Chriſti tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terrã iudæã propter ſolis eclypſim. Significabatur namque; quòd iſti propter veri Solis eclypſim ab ipſis cauſatam tenebræ fiebant. Et ſicut illa materialis eclypſis fuit ſecundum Dioniſiũ cõtra naturam: ita ſignificabatur, quòd illa eclypſis a iudęis cauſata fuit maximè contra naturalẽ rationem. Et ſicut illa tenebroſitas durauit ſatis plus, quàm aliæ tenebroſitates ex eclipſibus originatæ: ita ſignificabatur, quòd talis de tali peccato iudæorum cæcitas plus aliis cæcitatibus eorum præteritis duratura erat. Et uerè ſic fuit. Videmus enim a mille quingentiſque annis ſupra ſeptuagintaquatuor quòd adhuc uelamen poſitum eſt ſuper cor eorum, & ſolis lucidita intellectualis in eis obſcurata perſeuerat. Quoniam autem culpa remanente impoſſibile eſt pœnam deficere: ideo eadem ſolaris tenebroſitas conſequenter denotabat, quòd pœna iudæis infligenda pro culpa occiſionis Chriſti maxima futura erat in hoc mundo tum ratione qualitatis, tum ratione quantitatis. Ratione quidem qualitatis: quia iſta vocatur iudæorum diſperſio ſeu deſolatio per totum orbem: quæ utique maior eſt quàm captiuitas in aliqua parte orbis. Ratione etiam qualitatis: quia ſunt nunc abſque duce, rege, ſacerdote, propheta, conſolatore, &c. (vt habetur Daniel. 9.) Ratione uerò quantitatis: quia tempore grandiori abſque comparatione durauit iſta pœna, quam aliæ quæuis iudæis pro quouis peccato inflicta; & nondum finis. Ecce Eclypſatio plus ſolito ſatis manens. Tunc uocabat Elias Iſraeliticum populum ab eſſe Iſmaelitico ad eſſe abſolutè iudæum; quando illis dicebat: Nolite claudicare in alteram partem. Vniuerſaliter enim loquendo, ille, qui claudicat moribus, oſtendit per hoc; quòd partim Hebræus eſt, partim Ægyptius; & conſequenter quòd eſt Iſmaelita, non Iſraelita. 3.Reg.

Tales fuerunt omnes; qui legem antiquam ſeruari uolebãt cum euangelio. Tales fuerunt omnes: qui Chriſti ſacramentum baptiſma ſuſceperunt, & retrorſum conuerſi ſunt. Tales dicendi ueniunt uniuerſi: qui partim ſanctos mores, partim mundanos, habent; qui (vt dici ſolet) nec Deo ſic adhærent, vt mundum per omnia calcare velint; nec mundum ita ſequuntur, vt à Deo totaliter diſcedere conſentiant. Primi horum pſeudoapoſtoli à Dmo Paulo ſæpius, ſecundi hæretici, tertij falſi chriſtiani, nominantur: & hi omnes Iſmaelem ſapiunt.

Primæ conditio.

¶ Secundam conditionem habuerunt emptores Chriſti quam Iſmaeli conueniſſe in principio diximus. Nam per iſtam emptionem fuerũt facti ſerui anthonomaticè & in anima primum & in corpore ſecundò: & in ſuis filijs; & in perſona & in rebus, & in honore ſeu reputatione; & reſpectu hominum temporalium (cum ipſis plus, minus, ſubiecti ſint), & reſpectu infirmitatum in corpore cõtinuarũ vel quaſi (cũ ſanguinea plaga in poſterioribus puniant̃ vtriuſque ſexus hebræi; ac forſan vermibus circa illorũm ora in dormitione aduenientibus. Has infirmitatẽs audiuimus illos haberet: ac alias fortè, quas nondum audiuimus, habẽt); & reſpectu timoris interioris incurſi (cũ etiam a pueris Chriſtianorũ pauidi fugiant; præſertim tempore ſeptimanæ ſanctæ, qua Chriſtum emerunt). Nonnè per hæc omnia ſupradicta ancillæ filij tibi videntur? Cõditionis ergo ſeruilis ſunt. Secunda conditio

Hinc

Hinc viles ſunt non tantum apud alios hoſes; ſed etiam apud ſemetipſos intus: cum ſint vilis, atque puſilli animi. Hinc nomen illorum iam pro abhominatione inducitur (reputatur enim vnus iudæus iſta ſocietas videtur vna ſynagoga; in magis eſt prodigiis, quam anima iudæorum): ſicut & conditio ſeruilis a cunctis annotetur. Eiiciendos ergo è domo eccleſię ſe tunc ſignificarunt, atque cœleſti hæreditate liberis tantum parata priuandos in futurum: quando Chriſtum emerunt. Seruus enim non manet in domo in æternum: & Iſmael non eſt hęres cum liberæ filio Iſaac. Hanc conditionem Iſmaelis. ſ. ſeruitutem multimodam, voluntariè ſe habituros profeſſi ſunt; quando coram Pilato infinitiſque teſtibus dixerunt, non habemus Regem niſi Cæſarem. Tunc enim & Chriſtū libertatis veriſſimæ dominum repudiarunt ſimiles in Euangelio dicentibus, Nolumus hunc regnare ſuper nos: & Cæſarem veriſſimæ ſeruitutis amicum acceptauerunt. Quid ergo tunc per illum clamorem de habendo rege fecerunt? Ancillę ſe filios, & conſequenter Iſmaelitas, eſſe cōfeſſi ſunt: Atque adeò & manſioni pſenti in domo, & hæreditati futuræ vltro animis renunciauerūt. O verè Iſmaelitis his peiores Iſmaelitæ tunc iudęi. Nam ſi potuiſſent hi ſeruitutem non ſubire, fecîſſent; ſed, cum naturaliter ſic nati ſint, non potuerunt. Iudæi autē Iſmaelitæ ſignati ſeruitutem hanc fugere potuerunt, nec voluerunt: immo eam viderunt, & (diſſuadente quoque Pilato) amplexati totis brachijs fuerunt.

Tertia conditio. ¶Conditionem tertiam habuerunt Iſmaelis iudæi Chriſti emptores: quoniam homines feri, immò feriſſimi (en figuratum ſuperat figuram in verificatione eiuſdem prædicati de vtroque. Id quod alias annotauimus, & pro ſemper annotatum volumus vbique), fuerunt. Quomodo enim non illos feras, immò feriſſimas, dicerem: quando etiam Pilatus, & Pilati vxor, & petræ ipſæ verſus Chriſtum tanta patientem emolliebant, & iudæi ipſi magis obdurabantur? Verè Pharaones iudæi tunc fuerunt: qui tot viſis ſignis cor ſuum contra Deum magis obdurauit. Nonne magnum ſignum clementię viderūt in Pharaones: quando Ethnicas perſonas, ſolem, lunam, petras, monumenta, velum, Chriſto patiēte molleſcere probauerunt? Vtique non magnum modo; ſed magna, & maxima: intantumque maxima, vt inaudita prorſus antea fuerint. Soliti erant in Ægypto iudæi facere lateres, coquere lateres: & ideò tunc ſeſe lateres factos (nam ab operibus eorū cognoſcetis eos) oſtenderunt. Quid vides in lateribus? Ponuntur ad igne: quid in illis vides, duritiē an mollitiem? Non mollitie, ſed duritie: nec duritiē ſimpliciter, ſed ipſam tāto magis adauctā, quantò magis ad ignem lateres politi manſerunt. Sic de iudæis. Quantò magis illa, quæ homines emollire ſolent (en ignes) videbant: tanto magis ſeſe obdurabant. Videbant Pilatum ter Chriſtum innocentem faſſum, videbāt Chriſtum flagellatum, videbant Chriſtum coronatum; audiebant Chriſtum Barrabæ latroni collatum, audiebant Chriſtum idolatræ Cæſari comparatum: & durauerunt. Quare dureſcebant? Quia ad ignem lateres erant. Quare dureſcebant? Quia Iſmaelitæ erant. Crediderat Pilatus hos homines eſſe, non lateres; hos humanos eſſe, non feros; hos iudæos eſſe non Iſmaelitas: Et ideo fecit, quæcunque fecit. Et verè illa prædicta faciendo profeciſſet: ſi cum hominibus, cū humanis, cum iudæis, non cū lateribus, non cum feris, non cum Iſmaelitis, res acta fuiſſet. Ex his nunquid non cōditionem Iſmaelis tertiam iudæos tunc aſciuiſſe ibi apertè conſpicis? Vtique: & antonomaſticè quidem. Hanc eorum ferinam humanitatem & ante legem cognoſcimus fuiſſe prędictam nec non maledictam; & ſub lege videmus fuiſſe deſcriptam, nec nō decantatā: Ante legem quid legis? Maledictus furor eorū (inquit Iacob prophetando infra 49.), quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. A Patriarcha igitur ſanctiſſimo fuit prædictum, quod iudæi nouiſſimi forent Iſmaelitæ, quia feri: atque ideò maledicti. Sub lege, quid circa hoc legis? Vniuerſarum (inquit ſcriptura. Iudith 3.) urbium habitatores, Principes, & honorati, ſimul cum populis exibant obuiā venienti; excipientes illum cum coronis, & lampadibus, ducentes choros in tympanis, & tibijs: Nec iſta tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. De quo iſta dicūtur? De Holoferne Principe regis Nabucodonoſor. Similes igitur fuerunt iudæi Chriſti emptores in ferocitate Holoferni: qui tanta ſigna clementiæ videntes ferocitatem ſui pectoris mitigare noluerūt. Nō feras ergo illos, ſed feriſſimos: non Iſmaelitas, ſed pluſquam Iſmaelitas rectè vocare potes.

Quarta conditio. ¶Quartam āt Iſmaelis conditionem iudæi nouiſſimi habuerunt: quoniam eorum manus contra omnes, & omnium contra eos. Nam occidendo Chriſtum, tot creaturas offenderunt: quot Chriſtus vtilis erat. Offenderunt igitur creaturas vniuerſas; quoniam Chriſtus pro vtilitate omnium venerat. Miraculis, doctrina ſanctitatis exemplo, nonnè toti mundo vtilis erat? Vtique. Nam & iudæis, & gentibus, (quāuis non pariformiter) vtilitatem magnam per illa tria offerebat. Cœlo nonnè vtilis erat? Vtique. Cum Angelorum ſedes vacuas hominibus adimplere vellet. Quid? toti cœlo totique mundo per ſui in carne præſentiam lętitiam ſalutarem portabat: cum tanquam ſol ad ea, quæ ſupra ſunt, & ad ea, quæ infra, radios iucundiſſimos ſuæ lucis inferret. De patre quid dicā? Patri uelut alter Ioſeph, gratiſſimus omnium cum eſſet: patrem ipſum vniuerſorum creatorem tantò plus offenderunt iudæi Iſmaelitæ facti, quantò plus Chriſtum pater charum habebat. Terram totam, totumque cœlum cum offenderint iudæi Chriſtum ementes: profectò manus eorum contra omnes fuerunt. Videamus modò ſi manus omnium cōtra eos: Vt undique an Iſmaelitæ ex iudæis facti ſint uideamus. Et quide ultra ea, quæ circa hoc in ſecunda conditione dicta ſunt, nonnulla ad hoc propoſitum facientia occurrunt dicēda. Ex altioribus arguendo agemus primò ad id concludendum: poſt experientia. Argumentum ex altioribus mēdicatum eſt hoc. Si iudæi Iſmaelitæ ſunt cōtra omnes (ut in hac conditione uidimus). Ergo omnes ſecundum iuſtitiam ſunt contra illos. Igitur & Deus eſt cōtra illos, & Angeli, & homines: Deus quidem: quia eos terra promiſſionis priuauit, & in uniuerſas gētium (quas ipſi intātum odibant, ut nihil illis poſſent quicquam pacificè loqui: quòd figuratum eſt ibi, non enim coutuntur iudæi Samaritanis, conſequēter ergo huiuſmodi gentes eſſe eſt iudæis maxima pœna: terrā quòd nil aliud adiungeretur) partes mundi diſperſit. O verè digna pęna pro peccato. Diſperſerūt Ioſeph iſti in externas nationes ſub externo rege, carceri (vt dicitur infra 39.) atque ludibriò expoſuerunt: & ideo par pari relatum iuſto Dei iudicio eſt, quoniā in externas ipſi nationes diſperſi (id quod ibi carcerē magnum reputant), atq; ipſarum ludibrio expoſiti ſunt. Propter magnam ſuperbiam filiorum Adami homines in omnes terras diſperſi fuerūt (ex. cap. 11.)

¶Quid ergo mirum, ſi Iudæi iſti propter maiorem ſuperbiam talē diſperſionē in pœnam ſubierint? Superbia Iudæorum, qua ſ. in Chriſtum filium veri Dei inſurrexerūt, nil maius: iuſtum igitur eſt, vt diſperſione peiori puniantur Iudæi, quam filij illi Adæ turris ędificatores. Et verè ſic fuit, & eſt: quod & experientia, de qua nos locuturos promiſimus, docet. Nam illi filij Adæ in vniuerſas terras ſparſi in diuerſis locis habitacula ſibi propria poſſederunt, domos proprias, vineas, ſegetes, poſſeſſiones habuerunt, urbes ſibi proprias condiderunt, ac glorioſiſſimè inhabitarunt. Quot enim principes, quot Duces, quot Reges, quot Barones, quot Dominos, quot tales in nationibus ante Chriſti aduentum etiam, fuiſſe audiſti? Taceo de Imperatoribus Romanis de rebus publicis, de magiſtratibus, ac huiuſmodi; quæ vehementiſſimè in nationibus ante Chriſtum floruerunt. Ecce, erant iſti filij Adæ ſuperbi adhuc, quia ante Chriſtum; erant tamen in diſperſione ſua ſm mūdū ſe benè habentes, quia ſecundum mūdū florebant tùm in honoribus, tùm in diuitijs, tùm in fama, tùm in potentia, tùm in voluptate, tùm in perſonis, tùm in cæteris huiuſmodi. At Iudæorum Iſmael taxū diſperſionem lōge peiorem; & ſatis multum prædictæ diſperſionis peſſimā, quis non videat; & videndo obſtupeſcat; & obſtupeſcendo maiorem Iudæorum, quam pręmiſſorum filiorum ſuperbiā inde cognoſcat? Iudæi namque in ſua hac diſperſione non terras, non villas, non poſſeſſiones, non vrbes, non caſtra, nō domos, pro proprijs habent. Imo domos illis locare ad fenerandum pro ſolito illorum, excommunicatio eſt; ab ipſis medicamina recipere, abhominatio eſt; cum ipſis balneari, prohibitio eſt; cum ipſis manducare, in eadem domo habitare, cum ipſis dormire, cum ipſis familiaritatem habere, omnibus chriſtianis ſub peccato inhibitū eſt. Et quid dico de domibus? Vix in ciuitatibus illis habitare permiſſum eſt; & ſi hoc illis conceditur, en eorum ignominia, cum eorum magna pecunia, cum fideiuſſione de benè viuendo, aut cum huiuſmodi, conceditur.

¶Quoties illos è ciuitatibus papalibus expulſos ignominiosè, iuſtiſſimè tamen, vidiſti? Quotiès in ciuitatibus aliquibus extra illas Iudæos habitantes in peiori ciuitatis Vico ſimul (puta, in inferno Bononiæ) ad manendum compulſos, audiſti. Quoties Iudæos ibi modo prædicto manentes birreta ab omnibus alijs diſeriminata, illis verecundiam magnā adducentia (Hæ vulgo dicuntur Brette gialle), alijs riſum mouentia, ad ferrendum coactos, agnoſti? Nonnè magnam

pecuniæ ſumma Romanis Pōtificibus pro talis breui depoſitione, multories obtulerunt: nec tamen (quod iuſtiſſime factum eſt) id obtinere potuerunt? nonne illis ſpærandi meta pluries determinata eſt: quam, ſi præterierint, mulcta pecuniaria ad viuum caſtigantur? Si chriſtianorum mores, ritus, cæremonias, ac huiuſmodi, rident, conturbant, blaſphemāt, uel eis contradicunt: nonnè iuſtiſſimas illos ſubijſſe pœnas, toties audiſti? Verè ſerui ſeruorum facti ſunt fratrum ſuorū velut alter Chanaam (vt olim prædixit Noë cap. 9.) quoniam iacentem patrē ſuum (.ſ. Chriſtum) in tabernaculo ſuo (in cruce.ſ.) nudatum præ ebrietate (intenſiſſimi.ſ. amoris erga genus humanum, viderunt, & ipſum ſic iacentem irriſerunt Iacentem irriſerunt, & ipſi iacere in aliquo ſtabiliter à Deo iuſtiſſimè permiſſi nō ſunt (vt ſupra dictum fuit). Extra portam vrbis eorum.ſ. Hieruſalem eijcere Chriſtum auſi ſunt: & iuſtiſſimè de terra ſua ꝓmiſſionis, imò de omni loco, à Deo eiecti fuerunt. Odium omnium hominum contra Chriſtū incitare varijs modis (ut in Euangelio habes) voluerunt; & ideo iuſtiſſimè à Deo in odium omniū gentium miſſi ſunt. Nunquid non prophetam vnquam dicentem ſic audiſti: conuertit cor eorum, ut odirent populum eius; & dolum facerent in ſeruos eius? Tunc vaticinabatur Dauid de Iudæis poſt Chriſtum futuris: licet etiam intelligeret de Iudæis ante Chriſtum in Aegypto exiſtentibus. Adeò quòd duplex prophetia pro Iudæorum præſentium pœna allata intelligitur à Pſalmiſta ibi. ſ. prophetia verborum, & prophetia factorum. Quæ fuit prophetia verborū? illa videlicet, conuertit cor eorum, vt odirent &c. Quæ fuit prophetia factorum? Quando Iudæi in Aegypto ab Aegyptijs odio habiti ſunt, ex diuina permiſſione. Quare hoc prophetia factorum dicitur? Quia factum illud figurauit factum noſtri temporis, Sicut enim illi Iudæi in Aegypto ab Aegyptijs odio habebantur: ita moderni Iudæi inter nationes à nationibus odio habentur. Hinc vniuerſalem ſume regulam; quæ eſt hæc. Quotieſcunque prophetia vaticinatur de rebus antiquo tempore tempore factis, quæ & nunc ſiunt: tunc ipſa prophetia non vnam tantum, ſed duas prophetias ſimul adducet. Verbi gratia. Excuſſit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubeo (hæc eſt prophetia verbalis: & ſubmerſio hæc fuit figura ſubmerſionis diaboli in ſanguineo crucifixi pelago (quæ eſt prophetia factionalis). Et quia vtrunque ſimul prophetia intendebat (.ſ. & ꝙ homo ille Farao ſubmerſus eſſet, & ꝙ ſubmerſio illius ſubmerſionem futuram diaboli ſignificaret): Ideò duplicem prophetiam per ſimplicia verba afferebat. Et quia ꝓphetia figurati nobilior eſt, & conſequenter magis à propheta intenta, ꝗ prophetia figurans; inquantū figuratum eſt finis, & figura eſt ad finem. Propterea principalius intendebant in eadem prophetia prophetæ figuratum, quàm figurā; & conſequenter figuralis ſenſus erat apud illos ſecundarius in intentione, & figuratus primus; licet in executione oppoſito modo res ſe haberet. Vt puta, ꝑ verba illa (.ſ. excuſſit Pharaonem &c.) principalius intēdebat propheta de ſubmerſione diaboli in ſanguine Chriſti; quàm de ſubmerſione hominis Pharaonis in mari rubro: in cuius ſignum hanc ſubmerſionem carnalem ad illam ſpiritualem ſignificandam (vt declarauimus) ordinabat. Similiter ergo per illa verba (.ſ. conuertit cor eorum &c.) principalius intendebat odium nationum contra Iudæos modernos; quàm Aegyptiorum contra Iudæos antiquos: in cuius ſignum antiquum odiū ad moderni odij denotationem ordinauit. Ad rem ergo, vnde neceſſariò digreſſi ſumus, reuertentes dicimus: ꝙ à Deo in Iudæorum iuſtiſſimam pœnam id factum eſt, vt ab vniuerſis odio habeantur. Non ſolum hoc antiquitus præfiguratum eſt: ſed etiam in teſtamēto nouo, ꝑ quandam coadaptionē loquēdo.

¶ Eritis (inquit Chriſtus) odio omnibus hominibus propter nomē meum. Quibus hoc dixit. Diſcipulis. Quibus hoc coaptatur? Iudæis. Sicut nanq; diſcipulis in bonum id conuenit: ita Iudæis in malum. Sicut enim diſcipuli ab hominibus malis omnibus inuiſi fuerunt propter nominis Chriſti reuerentiā: ita ab omnibus bonis hominibus Iudæi nunc inuiſi ſunt propter nominis Chriſti irreuerentiam. Propter nomē (inquit) meum. Quaſi dicat. Si vos non prædicaretis, nomen meum eſſe honorandum, reuerendum, ſalutiferum: vos non haberemini odio à tot, & tantis. Similiter ergo dicat Chriſtus ad Iudæos modernos. Si vos non proteſtaretis nomen meū, tanquam malum; ſi vos non odiſſetis nomen meum, tanquā abhominabile & horrendum: vos odio non haberemini ab vniuerſis bonis hominibus. Propter emptionem igitur veri Ioſephi facti ſunt Iſmaelitæ in hoc: ꝙ manus omnium ſunt contra eos, id faciente Deo. Non ſolum verò Deus; ſed & angelus eſt contra Iudæos, (vt in principio ſecabamus). Michael ſiquidem, qui olim erat princeps ſynagogæ, nunc eſt princeps eccleſiæ: & pro principe datus eſt ſynagogæ Sathanas, cum à Ioanne in Apocalipſi congregatio Iudæorum vocetur ſynagoga Sathanæ. Vbi etiam nomen ſuum perdidiſſe notantur, cū ibi dicitur: Qui ſe dicunt Iudęos eſſe, & nō ſunt. Quare nō ſunt? Quia Iſmaelitæ ſunt. O verè iuſta retributio. Semꝑ quæ ſierunt perdere nomen Chriſti; & ſuum proprium nomen ꝑdiderunt. Nomen Chriſti, volendo id perdere, nolendo exaltarunt; & nomen proprium, uolendo id exaltare, nolendo ꝑdiderunt. Certè ꝗ amat animam ſuam contra Deum, perdet eam: quantò magis qui amat nomen ſuum contra Deum, ꝑdet illud? Hæc omnia licet vera ſint: tamen etiam perdiderūt nomen Chriſti ad propriam ſalutem. Nam quæretis (inquit Chriſtus ad Iudæos) me: & non.ſ. ad veſtri ſalutem, inuenietis; licet ad veſtri iuſtam condemnationem. Perdiderunt ergo Iudæi nomen Chriſti, inquātū erat in bonum illorum: non perdiderunt illud, inquātū erat in bonum aliorum, & in malum ſuipſorum. Et hæc omnia contra voluntatem Iudæorum, cùm a Iudæis ipſis cauſata voluntariè ſint: & culpa dicēda ſunt Iudæorum, & pœna eorundem? Voluntariè quidem cauſata ſunt, inquātū volūtariè illa patrarunt, ex quibus iſta, quæ contra voluntatem ſuam, neceſſariò ſunt ſecuta. Quemadmodum ambulans quis per viam lutoſam voluntariè, & nolēdo, deturpat calceos ſuos. Ambulauit per viam lutoſam, Quare? Quia voluit. Deturpauit calceos ſuos, Quare? Quia ad talem ambulationē hoc neceſſariò ſubſecutū eſt. Vnde ſicut qui vellet ambulare per viam talem, & deturpare calceos nollet, reputaretur ſtultiſſimus. Si non vult ſapienter calceorum deturpationem, nolit per lutoſam viam ire: alioquin ſi hoc vult, & illud velle conuincitur, Quia ad hoc illud neceſſariò ſequitur. Deturpatio igitur illa tunc in ſe ipſa non erit volita: ſed tamen in ſua cauſa, puta in ambulatione tali, volita erit. Quid hinc habes? Quod pœnæ prædictæ Iudæorum (ſicut & pœnæ quælibet omnium delinquentium) fuerunt uolitæ in earum cauſa: licet in ſeipſis volitæ non fuerint. Et in hoc ſenſu pęna dicitur eſſe contra volentatem: non autem in illo. Voluntariè namq; omnis peccat; ideoq; quicquid ad peccatū neceſſariò ſequitur, tali volitione vult: quamuis volitione alia, quæ fertur ſuper pœnam ſecundum ſe conſideratam, nolit pœnam ad peccatum ſequentem. In tali ſenſu à D. Auguſtino dictum accipe, ꝙ omnis inordinatus animus ſibipſi pœna eſt: quia.ſ. ad omnem inordinatum animum pœna ſequitur, quam velle neceſſariò conuincitur peccator, volendo inordinatum animum.

¶ Non cōquærant ergo iudęi (ne cōſequēter aliqui peccatores) ſi pęnas iſtas, vel illas, habent: niſi de ſeipſis: Qm̄ ideò eas hñt, quia ipſi ſic volunt. Peccata deſerant, & eas nō habebūt. Quare? Quia tunc eas nolent. Verè bonus dñs ēt erga malos, quia eas nō tribuit; niſi ad qđ ipſi volunt: & cōſequēter nō niſi quādiu uolūt. Heus miſeri. Cur miſeriā vultis? Cur miſeriam ſtrictam tenetis? In veſtra poteſtate eſt illā non amplius habere: ſicut in poteſtate veſtra fuit illam a principio habere. Hinc dicuntur omnes peccatores eſſe ſtulti: quia miſeriā, quam etiam bruta ſecundum poſſe ſuum fugiunt, volunt. Hinc, quia nō tribulamur niſi velimus, dicebat D. Bernardus vnumquēque ſiuè ante, ſiuè poſt peccatum alloquens: Aufer voluntatem & non erit infernus. Ante ergo peccatum volūtas ſibi fabricat infernum: poſt peccatum voluntas ſibi ædificat durabilitatem inferni. Vide ergo ꝙ voluntariè contra voluntatem peccator & intrat infernum, & perſeuerat in inferno: & conſequenter quòd iudæi prædictas pœnas contra voluntatem ſemper ſuſtinuerunt, cum tamen ipſas non niſi voluntariè cauſauerint. Non ſolum autem manus Michaelis (vt iam diximus) eſt contra iudęos; ſed etiam manus aliorū Angelorum. Ad hoc propoſitum legitur; ꝙ tempore excidij Hieroſolimitani auditæ ſunt voces in ſublimi dicentium.ſ. Angelorum, Trāſeamus ab his ſedibus: & ſæpius quidem voces huiuſmodi auditæ fuerūt. Vſq; .n. ad illud tēpus ſpacium pœnitentiæ, quoad talem contra eos Angelorum manuum cautionem, illis dedit Deus: ſed quoniam manus iudæorum perſeuerauerant contra Angelos, ideò manus Angelorum oſtenſæ ſunt contra eos. Nonnè tunc oſtenſæ quoque ſunt contra eos: quando Chriſtianos Angeli admonuerunt, vt in regnum Agrippæ amici Romanorum ſecederent pro vitando tali excidio; iudæis verò non oſtenderunt viam fugiēdi à ventura ira? Huic contra iudęos propoſito facit ſcripturæ auctoritas, quæ Angelos introducit dicentes: Curauimus Babylo-

Vide Hyſtoriam Eccleſiaſticam.

Regula ꝓ philoſophus intelligendis.

Babylonem,& nō eſt curata; derelinquamus ergo illam. Babylon, iſta eſt nunc iudæorum populus: quia præ confuſione ſua hoc ſibi nomen promeruit. Confuſi enim ſunt, quando Deus (vt antea vidimus) ſpreuit eos: idcirco Babylon aptiſſimè vocati ſunt. Curarunt igitur Angeli à tempore primæuo hanc Babilonē per bonas inſpirationes, p multas apparitiones, per mirabiles pro ea contra inimicos decertationes per eius in deſerto varias conductiones, per omnium hoſtiū eius mirificas debellationes, per eius admirādas in terra promiſſionis exaltationes, per conſolatorias allocutiones, per continuas cuſtoditiones, per beneficiorum innumerorum etiam in captiuitatibus collationes: Sed tamen gens iſta omnibus his poſthabitis, non eſt curata. Quomodo eam curatam dixerim cum de malo in peius ſemper ierit, & ſpiritui ſancto tā diu reſtiterit; donec ſecuris ad radicem poſita fuerit? Cum autem ſecuris ad hanc veniſſet: ſcis, quid fecit? Radicem illā, gentem illam, gentem exaſperantem, de medio tulit: ac ideò ad hoc dicendum compulit Angelos; derelinquamus ergo illam. Si à Sanctis Angelis derelicta eſt: cui, quæſo, relicta eſt? Dæmonibus, & non Deo. Babylō. n. illa (teſte ſcriptura) facta eſt domus ſerpentum, beſtiarum, ac omnis immunditiæ. Facta eſt in ſibilum cunctis prætereuntibus, & præ admiratione dicentibus: nūquid iſta eſt illa magna ciuitas Babylō? Sic & nos. Nūquid illa eſt iſta gens iudæa olim ſic à Deo, ab Angelis, priuilegiata, munita, cuſtodita, ornata, interius exteriusque præ cunctis terrarum populis exaltata? Nunquid iſta eſt, quā Regina Auſtri videre geſtiuit, quam Hiram rex tyri ſic adamauit, quā ſanctiſſimus Dauid ſic præconizauit, quā ſapientiſſimus Salomon ſic exornauit; quam tantorum prophetarum cuneus nobilitauit, quam tantorum Patriarcharum numerus propagauit; cui ſe tantum Deus notificauit; cui ſoli altaria tēpla ſacerdotium, veſtes, hoſtias, oleum ſanctum, Archam, Tabernaculum, legem digito ſuo diuino ſcriptam, dedit, cui manna è cœlo per 40. annos pluit; cui aquas in deſerto bis ex petra miraculosè eduxit; ipſas amaras dulcorauit? Heu heu iſta eſt nè Babylō illa magna: pro qua Deus Pharaonem decē plagis maximis afflixit; pro qua Pharaonē ipſum cum curribus & æquitibus ſuis uſque ad vnum in mari rubro ſubmerſit; pro qua Deus inuium mare viam eſſe cōmodam, fecit; pro qua Amalech validiſſimum hoſtem profligauit: pro qua ipſum regem Balac in proprijs ſedibus per Balaam confudit; pro qua Iordanis vias ſiccas, flumine conuerſo retrorſum, aperuit? O; eſt nè iſta gēs Babilō illa magna: cui Deus terrā Ammorræorum, Æthæorum, Pherezæorum, Iebuſæorum, Philiſtinorum, Chananæorum, (his omnibus exploſis) contulit, cui ſceptrum, dominium vſq; ad nationes extēſum tribuit; cui poſt tāta donaria, cū non haberet maius alterum ſeipſum donauit; cui vt pareceret, filio ſuo à crucis patibulo nō pepercit? Verè, Verè, cecidit, cecidit illa Babylon ciuitas magna: & facta eſt habitatio omnium dæmoniorum. Immundus ſpiritus exierat ab illa, & ambulabat per loca arida & inaquoſa; quādo ſpiritus mundus eam inhabitabat. At, vbi ſpiritus mūdus propter eius babylonicas immūditias ait derelinquamus eam, tunc vadeo idem immundus ſpiritus aſſumpſit ſeptem alios ſecum nequiores ſe: & intrantes in Babylonem illam habitauerunt ibi. Quid ergo mirum ſi Iudęa nunc Babylon appelletur: quando Babylonici habitant ibi? Etenim ab inhabitante domus, uel ciuitas, denominatur. Nū forſitan dæmones vocare non audebo Babylonicos: qui vbi nullus ordo, & conſequenter omnis confuſio eſt; perpetuò inhabitant.

¶ Non itaq; bonorū Angelorū ſolū, ſed etiam malorum, manus ſunt cōtra modernos iudæos: quò undiq; eos Iſmaelitas eſſe cognoſcas. Nec Angelos malos non ideò eſſe contra iudæos, æſtimes; quia eos inhabitant: ſed magis ex eo, q eos inhabitant, malos ipſos Angelos contra illos eſſe inferas. Quis magis hoſtiſ ſi cōtra aliquē eſt: qui ipſius in penetralibus exiſtit, an qui tantum deforis manens cōtra ipſum bellatur? Vtque qui in penetralibus exiſtit: cum talis hoſtis magis illi noceat, quàm ſi foris tantummodo ipſum impugnaret. Non enim intus exiſtit hoſtis, ut illius familiaritatem ipſi utilem contrahat: ſed ut ipſum liberiùs, faciliùs, intimiùs, atrociùs, vniuerſaliùs (Qui enim nocet intus, & extra nocere poteſt: ſed non è conuerſo) conterat, atque peſſundet. Sic & diabolus minùs contra nos eſt. ſ. minùs nobis nocet, quando extra eſt; q̄ quando intus: & minùs quando intus more transeuntis eſt, quàm quando more habitantis (tanquàm patronus) eſt. Maximè igitur manus Angelorum malorum contra iudæos eſt: quoniam non tantum contra illos extra ſunt, ſed etiam contra illos intus; & non tantum eſt contra illos intus more quocunque, ſed more habitatoris. Et, ut eſſe contra illos plus maximè, cognoſcas: nota Euangelium dicens, quòd ſunt ſeptem in ſimul, & nequiores. Per ſeptē intellige numerum uniuerſum; Per in ſimul, intellectū omnium ad hunc malefaciendum unitum, ac ideò plus ad malefaciendum fortè; per nequiores, ad malefaciendū crudeliores, promtiores, atrociores, aſtutiores, potentiores. Et quidē quis aſtutiores nunc ac potentiores nō uideat dæmones ad malefaciendū iudæis: cum hebræos in meridiana luce, ſic etiam pertinaciter cæcutire faciant? Quid dicam? Fidem quam ipſi dæmones per effectū fidei cōuicti manifeſtiſſimā negare nō poſſunt; ipſammet iudæis negare ſuadēt, ac perſuadent: atque ideò ipſos iudæos ſeipſis dæmonibus peiores faciunt, uoluntate tamē iudæorū conſentiente. Nunquid non igitur ſpirituum iſtorum immūdorum nequiorem nequitiam, quam priùs, in iudæos fatebimur? Vtique. Nā in umbra ueritatis cęcutire, quod iudæorum nōnulli antiquitus egerunt, minus nequitiæ infert; quā in meridiana luce nolle uidere. Hoc namque nequitiā uolūtatis maximè in excuſabilem, illud uerò aliqualiter in huius comparatione nequitiam excuſabilem infert.

¶ Quod autem nūc dicimus, voluit olim propheta innuiſſe; cum à leuioribus ad maiora peccata procedens, ab eiſque ſe liberari poſtulans aiebat: A negocio perambulante in tenebris, ab incurſu, & demonio meridiano. Ecce; q demonio à meridiano decipi maius peccatum protulit, quam à negocio perambulante in tenebris. Quid eſt negocium perambulans in tenebris? eſt diabolus ſeducens Iudæos in vmbra veritatis. Nam vmbra veritatis reſpectu lucis meridianæ poteſt dici tenebra: Vnde & ab apoſtolo vocatur nox: ibi, nox præceſſit. Diabolus verò dicitur negocium. i. negocioſum: quia Iudęos tūc deceptos faciebat negocioſos. Quomodo? Ad idola reſpicere in quibus adorandis decipiebantur. Nonnè in his fabricandis Iudæos non negocioſos modò, ſed ipſamet negocia videmus? dum aurum, argentum, armillas in aures precioſa quæque inquirere ſtudent vehementiſſimo deſiderio, eaq; varijs modis artificiosè componunt? Perambulans erat diabolus tunc: quia iudæos & in deſerto, & in terra promiſſionis, & in regno Iuda, & in regno Iſrael, & in minoribus, & in maioribus ad Salomonem vſque idolatriā ſeminauit inter Iudęos. Perambulauit vtique ac maximè perambulauit tentator, eò, q in tot locis, regnis, regibus, atque perſonis idolatriā plantauit. At nunc à demonio meridiano, & conſequenter peccato ſuo (vt in Euangelio propter hanc rationem dicitur: ideò excuſationem nullam habēt) decipiuntur: quia veritati apertiſſimè, ſi ſaltem in ſuis diſperſionibus legere velint, contradicunt; tantum abeſt, vt ei credere velint. Facta ſunt ergo Iudæis nouiſſima peiora prioribus quoniā manus dæmoniorum plurium & nequiorum eſt, & præualet contra eos. Nec mirum; quoniam nouiſſimis temporibus manus Iudæorum fuit contra dæmones magis, quam priori tempore. Quando enim Iudæi crucifixerunt Chriſtum: diabolorum regnum totaliter ſubuerterunt. Et quia nolētes hoc fecerunt: ideò manus diabolorum duplici de cauſa facta eſt maior contra eos; tum ſcilicet quia regnum infernale totaliter ſubuerterunt, tum quia hoc nolentes fecerunt. Nolitio namque iſta fuit peccatum: & ideò iure à diabolo pro uolitione iſta acerrimè caſtigantur.

¶ Nunc ergo maximè verificatur, q diabolica manus eſt contra Iudæos; licet antiquitus etiam contra eos fuerit. Homo demum (vt ad in principio dictam ſectionem regrediamur) eſt contra Iudæos: non ſolum homo chriſtianus, ſed ēt infidelis. De homine chriſtiano ſupra, quando de Deo exiſtēte contra iſtos locuti ſumus, habitus eſt ſermo, puta de Papa, eiusque imitatoribus. Nunc autem de infideli homine quid dicam? Manus omnium contra Iudæos. Turcha namque Iudæos odit, à ſuis eos confinibus arcet; eo q Chriſtum Nazarenum pro magno propheta habeat, ſciatque Iudæos Chriſtum crucifixiſſe. Quod autē de Turcha dico: tu proportionaliter ad omnes infideles applica. Iſmaelitæ igitur verè ſunt iſti Iudæi: quoniam conditionem hanc quartam ad vnguem habent.

¶ Quinta quoque retinent: quoniam è regione fratrū ſuorum figunt tabernacula. Qui ſunt fratres iſtorum Iudæorū? antiqui ſanctiſſimi patres ſecundum carnem illorum. Cur dicuntur hic fratres, & non patres? quoniam Iudæi iſti antiquos illos non pro patribus, ſed pro fratribus, habēt. Pater. n. reputatur maior, dignusq;, vt à filio illius veſtigia teneantur: frater verò fratri alteri non tam facilè cedit; nec alium pro

Pſal. 90.

5

ſuperiori cognoſcit, quem ſequi debeat. Iudæi ergo iſti ſi illos patres pro patribus haberent: illorum veſtigiis, illorũ dictis, illorum ſcriptis, illorum ſenſibus, illorum votis, adhærerent, iuxta id, ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Non ſic aũt nõ fierſed tanquam illorum fratres eſſent tantum ſcire volunt quantum illi, illorum ſenſus ſequi dedignantur, ab illorum viis diſcedunt; & ſibi, tanquam confratribus, portionem dari à Deo patre diuiſã ab illis iamdudum petierunt. Potierũt, & acceperunt. Scis: quid, habita ſua portione, fecerunt? Abierũt in regionem longinquam ab illis ſanctiſſimis patribus, quos ipſi pro fratribus ſanxerunt: & in villa exiſtentes vnius ciuium illius, è regione vniuerſorum prædictorum fratrum ſuorum fixerunt tabernacula. Regionem vtique longinquam ab illis patribus adierunt: quando bonos mores illorum in peruerſos ſuos mutauerunt, quando diuinos illorũ intelligendæ ſcripturæ ſenſus in brutales ſuos diſtorſerunt, quando ab illis veneratam Dei ſapientiam totaliter conculcarunt. In villa vnius ciuium regionis illius manſerunt; quãdo villani, ruſtici, ignorantes, literas ſanas pro nihilo ducentes, præ ſuperbia magna facti ſunt. Quis in villa naſcitur, manet, hancque pro patria habitat, niſi villanus, ruſticus, ignorans, literas parum curans? Quis autem eſt ciuis regionis illius: niſi primus villanus? Hic uerò diabolus eſt: qui ꝓ magna ſuperbia cõtra Deũ uilaniſſimus & ingratiſſimus extitit; & ingratitudinis normã, velutı rex ſuper oẽs filios ſuperbiæ, omnibus demonſtrauit. Hanc normam modernus Iudæus in ſũmo gradu apprehendit: & in hac, tanquã in villa ſua è regione vniuerſorum fratrum ſuorum fixit tabernacula. Quid eſt tabernaculũ? In quo quis habitat, mãducat, dormit; & quod pro ſua quiete quis reputat. Quid eſt illud; quod propiè dicitur eſſe è regione antiquorum patrum? Infidelitas: cum illi pro fundamento vniuerſarum rerum ſuarum fidẽ haberent. Iſti Iudęi ergo ad tantam ingratitudinem ſuperbiãque prolapſi ſunt: vt infidelitatem & pro tabernaculo, & ipſo fixo, amplexi fuerint. Nunquid pro tabernaculo infidelitatem non habent: cùm in hac, ſiue manducent ſiue bibant ſiue dormiant, ſiue quid aliud faciant, verſentur: & hanc quietem ſibi vſque ad Antichriſtum ſtatuant? Verè fixerunt iſtud tabernaculum, quod & tabernacula propter varias infidelitatis huius fantaſias dicitur, è regione vniuerſorum fratrum ſuorũ; quandoquidem eos errare omnes prophetæ perhibent teſtimonium, & ipſi vſque ad Antichriſtum ſe non errare contendunt. O miſeri. Et nunc errant, & tunc magis errabunt. Nonnè igitur id fixerunt; quando ad tantum tempus infidelitatẽ ſequi determinarunt. Nonnè id fixerunt, quãdo nullis rationibus, nullis miraculis, nullis tribulationibus, nullis inſpirationibus, nullis denique modis adduci volũt: vt iſtam infidelitatem deſerant? Vtinam tabernacula iſta è regione fratrum ſuorum tantum poſuiſſent, & non fixiſſent: quoniam nõ ſic inſanabilis ſua plaga facta fuiſſet. Nunc autem ipſa fixa ſunt: ideò tardè conuertentur ad fidem. Quare tandem? Quia tabernacula iſta ſua credunt eſſe fixa, & non infirma; & non tantum credunt, ſed etiam fixè. i. firmiter credunt. O ſi illa infirma crederent: quam cito ex illis tabernaculis, tanquam caſuris, exirent? Ad Antichriſtum igitur vſq; in tabernaculis iſti permanebunt, & in tempore Antichriſti in iſtis gloriabũtur: quia ad illud vſque incluſiuè tempus tabernacula iſta ſibi ipſis fixa manebunt. Iſmaelitæ itaq; nõ ſolum peruerſi Ioſephi emptionem prędictam facti ſunt: ſed etiam in ipſa Iſmaelitarum familia radices diuturnas miſerunt.

Not. 8. ¶Eleuent principes alii Chriſtianorum oculos ad quantã Iudęorum prędictam conditionem: & manum ſuam ad modum Romani Pontificis contra Iudæos habeant. Non illos in ſuis terris cum cæteris mixtum habitare ſuſtineant; nec à biretto illos diſcriminante à Chriſtianis diſpenſent. Non illos aliquo modo ſupra chriſtianos regimen habere permittant: nec eos domos chriſtianorum circuire concedant. Verũ in omnibus, & per omnia (charitatis neceſſitate ſeruata) illos more Iſmaelitarum tractent: vt Iudæi ſe Iſmaelitas verè cognoſcant, & id cognoſcentes ad verum iudaiſmum nunc exiſtentem (hoc eſt Romanam Eccleſiam) reuertantur. Alioquin bonum hoc in Iudæis, quod Romani Pontifices per antedicta quæſierunt, impedient: & in ſuis tabernaculis infidelitatis perſeuerare ad vtrorumque perniciem animabunt. Reſipiſcant igitur: ſi qui ſunt.

Text. TVlerunt tunicam eius, & in ſanguinem hædi tinxerunt &c. Beſtia deuorauit Ioſeph, fera peſſima comedit eum.

Concl. 7. *Chriſtus ſecundum humanitatem paſſus eſt, non ſecundum diuinitatem.*

Ratio. IOSEPHVS non occiditur: tunica conſanguinolẽta fit; ac deinde pater Ioſephum deuoratum, & occiſum, iudicat. Quid eſt hoc? Ioſeph habet naturam ſuam, habet hypoſtaſim ſuam, habet tunicam ſuam. Dominus Chriſtus habet naturam diuinam, habet hypoſtaſim diuinam, habet naturam humanam. Chriſtus ſecundum naturam diuinam, non occiditur: ſed ſecundum naturam humanam quam induit, occiditur. Sed cur pater ex tunica filij ſanguinolenta filium occiſum adiudicat; bisque id repetit dicens, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph? Quia etſi natura tantũ humana in Chriſto paſſa ſit: tamen uerum eſt, quòd Chriſtus Deus paſſus eſt.

Not. ¶Non ita propriè dr̃, natura humana in Chriſto paſſa eſt; ſicut dicitur, Chriſtus ſecundum naturam humanam paſſus eſt. Nam actiones, & paſſiones, ſunt ſuppoſitorum. i. ſuppoſitis attribuuntur; licet non de ipſis, vt ipſa ſunt, ſed tantum ſecundum aliqua ab eis ſuſtentata, verificentur aliquando. Verbi gratia in propoſito. Chriſtus dicit ſuppoſitum. Chriſto igitur attribuenda eſt, ſi ꝓpriè loquamur, paſſio: licet nõ de ipſo ſuppoſito, vt tale quid eſt, ſed tñ ſecundum aliquid ab eo ſuſtentatum, paſſio verificetur. Chriſti enim ſuppoſitum, cum vnum tantum ſit, quod diuinum eſt, pati non poteſt: ſed tamen natura humana ab ipſo ſuppoſito ſuſtentata pati poteſt. Ex tunica igitur filij filium occiſum bis dixit Iacob: Et nos Iacobitæ propter humanã naturã occiſam in Chriſto, veraciſſimè (hoc ſignificat illa bina Iacobi replicatio) dicimus quòd Chriſtus occiſus eſt. Hinc, quia ſcilicet ſuppoſitum in Chriſto eſt diuinum ac propterea Deus, in Symbolo confitetur eccleſia quæ dicitur Luc. 1. domus Iacob; ꝙ Deus paſſus eſt crucem, mortem, ſepulturam. Quare? Quia in Symbolo non tantum veram, ſed etiam propriè dictam, locutionẽ ſeruare voluit. Vera erat, ꝙ natura humana paſſa eſt, ſed non propria: Vera autem eſt ꝙ Deus humanatus (vt in contextu Symboli) paſſus eſt; & propria. Figuratum itaque cum figura illa conuenit, etiam quo ad phraſim loquendi.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

ISTA concl. 7. cap. 37. tanq̃ figura deſtruit apertiſſimè hæreſim Raymũdi Lull. dicentis (ut refert Direct. inquiſ. 2. p. q. 9.) ꝙ tota diuina natura ſentiebat pœnam humanæ naturæ Ieſu Chriſti in paſſione. Damnatur & a Greg. XI. qui in conciſtorio etiam de conſilio Cardinalium, poſtq̃ ꝑ uiginti magiſtros in Theologia fuit de eius mãdato doctrina 20. voluminũ Raymundi prædicti diligenter examinata, condemnauit ut uerè hæreticalia uolumina ipſa, & tota doctrina eius eſt generaliter interdicta. Quæ pluſquã quingentos articulos erroneos continebat: de quibus unus eſt; qui antè poſitus eſt, & loco 46. a Direct. inquiſitorum, ubi ſupra recenſetur. Damnatur & à Concilio Epheſino primo ca. 13. Dicimus Chriſtum Dei filium unigenitum paſſum eſſe: non quia Deus uerbũ in ſua natura paſſus ſit, aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia uulnera ſuſceperit (Deus namque incorporalis extra paſſionem eſt) ſed quia corpus illud, quod ipſius proprium factũ eſt, hoc ſuſtinuit; ideò hæc omnia pro nobis ipſe dicitur paſſus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur Deus: qui pati non poterat. Similiſi modo & mortem eius intelligimus. Hæc ibi. Item à Concil. Conſtantinopolitano quinto cap. 10. Si quis non confitetur, crucifixum carne Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ eſſe uerum & Dominum gloriæ, & unum de ſancta Trinitate; talis anathema ſit. Hæc ibi. Vbi nota ly carne: quoniã ad differentiam diuinitatis, hoc dicitur. Ac ſi dicat: quòd crucifixus eſt, ſeu crucifixionem paſſus, ſecundum humanitatem, non ſecundum deitatem. Item ab eccleſia. Fulget crucis myſterium, quo carne carnis conditor ſuſpenſus eſt patibulo. Hæc illa, in hymno Dominicæ in paſſione. Ecce: ꝙ licet carnis conditor, ideſt Deus, eſſet, qui in cruce pendebat; tamen non deitate, ſed carne ſenſit ſuſpenſionem, paſſionem, crucifixionem, ideſt nõ quatenus Deus, ſed quatenus homo, patiebatur.

patiebantur. Anathematizatur & hæreſis illa à S. Cyrillo Epiſcopo Alexandrino in duodecim capitulis; & per conſequēs à Concilijs Epheſino primo, Calcedonenſi, in pluribus locis, Conſtantinopolitano quinto cap. 13. & ſexto can. 2. quæ concilia approbarunt prædicta 12. capitula Cyrilli, quæ & anathematiſmi 12. dicuntur. Ait ergo Cyril. in duodecimo cap. Si quis non confitetur; Verbum Dei carne eſſe paſſum, carne crucifixum, & carne mortem guſtaſſe, primogenitū ex mortuis factum; quemadmodum & vita eſt, ſicut Deus. Anathema ſit. Hæc ibi. In uníus anathematiſmi declaratione, Epheſi prima Synodo poſtulante, ſubdit. Impaſſibile quidē & immortale eſt Dei patris Verbum. Vt enim excellentior eſt diuina & inenarrabilis natura, quàm quæ patiatur aliquid: ita & ipſa omnia uiuificat, & corruptionem, ac quicquid contriſtare ſolet, ſuperat. Attamen licet uerbū ex Deo patre eſſentialiter hæc habeat, nihilominus carnem mortis capacem ſibi propriam fecit: ut per hoc, quod paſſionibus eſt obnoxiū, paſſiones illas pro nobis, ac propter nos in ſeſe ſuſciperet, & nos omnes a morte liberaret. Non enim communis homo eſt ſeparatim, præter Verbum, intellectus; qui propter nos pretioſam paſſus eſt crucem, & mortem guſtauit: ſed ipſe dominus gloriæ carne paſſus eſt, ſecundum ſcripturas. Hæc ibi. Item damnatur a S. Quintiano exponente fidem ſuam, ad Petrum Anthiochenum. Si quis diuinam naturam filij cōfundit paſſionibus carnis eius, & non confitetur eum ſpiritu impaſſibilem, carne uerò paſſum: Anathema ſit. Si quis dicit; Deum paſſibilitatem, aut mortem guſtaſſe, tanquam hæc ad eum uenirſſe, cùm conuictus eſſet: & nō confitetur eum, tanquam Deum, non fuiſſe ſub damnatione mortis; mortem uerò mortificaſſe carnem tuam mortalem; quam aſſumpſit. Anathema ſit. Hæc ibi. Vbi accipis ly ſpiritus impaſſibilem, pro diuinitate impaſſibilem: eo ſcilicet modo, quo Ioan. 4. dicitur, ſpiritus eſt Deus; id eſt ſpiritus anthonomaticè dictus, id eſt ſpiritus ſummus. Adhuc ſciendū Regula. pro regula: quòd quandocunque aliqua propoſitio dicitur abſolutè, i. ſine limitatione, ſemper intelligenda ſolum ſupponitur in ſenſu, quo ſubiectum eſt capax prædicati ſibi attributi. Vt. Comedite, quæ apponuntur uobis. Hoc eſt. Comedite comeſtibilia i. quæ licitè poſſunt comedi. Nec enim patinæ, nec uenenoſa, nec pro tempore inhibita, comedenda intelliguntur per hoc dictum. Item, Socrates eſt criſpus. Hoc ſecundum illam partem ſolum, quæ criſpitudinis capax eſſe poteſt, intelligitur: licet dicatur abſolutè. Similiter, Deus humanatus paſſus eſt, intelligi ſolum poteſt ſecundum illam eius naturam, quæ paſſionis capax eſt: etiam ſi nulla alia declaratio unquam fieret. Vide egregium eccleſiæ doctorem ſanctum Tho. 3. q. 46. art. 12. ad illuſiones diaboli contrarias effugandas.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXVIII.

Tex. FVndebat ſemen in terram &c. Et iccirco percuſſit eum dominus, eo quòd rem deteſtabilē faceret.

Concl. 1. *Mollicies eſt peccatum ſummopere Deo diſplicens: eſtque maius inceſtu.* [Ex eo.]

Ratio. Eo. Hic Onan à domino morte ſubita percutitur: eo quod extra vas ſolitariè ſemen effudit (Hæc eſt mollicies) Quæ Mollicies punitur plus, quàm inceſtus. tamen atrox pœna de Thamar propter inceſtum cum Iuda (Inceſtus enim eſt, cognoſcere affines) non legitur hic: nec ſupra 35. de Ruben, quando inceſtum cum vxore patris commiſit. Si ergo pœna maior maius delictum arguit, quod verū eſt, cum dicatur. Deuter. 25. Pro menſura peccati erit & plagarum modus: procul dubio mollicies inceſtu, maius peccatum dicenda eſt.

Coroll. ¶ Ergo Mollicies peior ē fornicatione, adulterio, & omnibus illis vitijs; quæ inceſtus ſua malitia uincit. Horum autē peccatorum, quodnam ſit grauius vide. 2. 2. q. 154. ar. 12. Si grauitatem adhuc maiorem vitij contra naturam, cuius generis eſt mollicies, ſcire vis uide. 32. q. 7. c. Adulterij.

Tex. DE viro cuius ſunt hæc, concepi &c. Iuſtior me eſt: quia non tradidi &c.

Concl. 2. *In foro conſcientiæ aliqua ſunt mala; quæ non ſic reputantur eſſe mala in foro fori.* [Ex eo]

Ratio. CLARVM eſt, quod Thamar in hoc facto commiſerat peccatum, ob quod mortem commerebatur ut etiam ſanciuerat Iudas: tamen in foro fori commendata quodam modo eſt; et non de peccato inceſtus, tamen de fraude quo ad inceſtum pertinuit. In foro autem conſcientiæ & inceſtus erat peccatum, & etiam illa fraus. Vnde utraque erant damnabilia: neutrum commendabile.

Coroll. ¶ Ergo multa hominum iudicio aut bona, aut minus mala uidentur (& hoc ferè quotidiè accidit) quæ ſecundum iudicium Dei mala, & grauiora, ſunt. Ergo Deus iuſtitias iudicabit Pſal. 74. Hoc eſt Aliquando oſtendet aliqua, quæ ſecundum iudicium hominum erant uel ſunt bona, & præmiabilia, eſſe iuxta realem ueritatem mala, & damnabilia.

Text. PRoduci te eam: vt comburatur &c. Qui agnitis munerib. ait. Iuſtior me eſt &c.

Concl. 3. *In propria cauſa facilè ſæpius decipitur quis: qui tamen in aliena bene ſe habet.* [Ex eo.]

Ratio. PRIVS, quādo Iudas ſe credidit innoxium à cognitione ipſius Thamar, ipſam ad mortē, & iure quidem, damnauit: poſt quādo agnouit, ſe cognouiſſe ipſam Thamar; & cōſequēter ſe eandem ſentētiam ſubiturum, ſi iuſtè procederetur; ſententiam mutauit.

APPENDIX.

HINC habes: quod meritò nullus medicus medetur ſibi: 1 Nullus confeſſor ſeipſum abſoluit. Nullus iudex ſeipſum iudicat. Nullus ſeipſum baptizat, & cōfirmationis ſacramentum ſibi miniſtrat. Secundò habes: quòd tunc maximā 2 eis atque ſimilibus infligit pœnam Deus, de quibus ait: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis, Pſal. 80. Quid eſt, Dimiſi eos ſecundum &c. niſi apertè dicere. Dimiſi, ut ipſi ſeipſos gubernarēt? Cū n. ſeipſū gubernare ſit ſæpius decipi, & quidem facilè: ut litera docet; reſtat, ut idem ſit dicere, Dimiſi eos in deſideria uel adinuētionibus, quod eſt dimiſi eos decipi. Hoc D. Paulus Rom. 1. expreſſit dicens: Dati ſunt in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ non conueniunt. Quid eſt dari ſuos in ſenſum reprobum: niſi in ſenſum pro malis proba, & pro probis mala ſumentem? Iſte eſt ne ſenſus domini? Abſit: immo eſt ſenſus domino contrarius. Quis igitur ſenſus eſt? Ille de quo dicimus: ſenſus hominis ad malum pronus eſt ab adoleſcentia ſua. Quid ergo eſt. Dari in reprobum ſenſum? Dari in ſenſum ſuimet hominis? Permitti; vt ipſemet homo ſecundum ſenſum .i. iudicium ſuum quod ad malum pronum eſt regatur. Et quid hinc ſequitur: quando homo datur ſic in reprobum ſenſum? Audi Paulum. Vt faciant ea quæ non cōueniunt. Ergo, quando homo ſibi dimittitur, maxima tūc pœna ſibi infligitur: quoniam decipiatur neceſſe eſt, & inconuenientia faciat, cum a Deo non regitur. Vnde ab oppoſitis arguendo in Pſal. 22. dicemus. Dominus regit me. Quid indè? Nihil mihi deerit. Argue igitur, Ego homo rego me. Quid infra? Omnia mihi deerunt. Dominus regit me, Quid indè? In loco paſcuæ ibi me collocauit. Argue igitur. Ego homo rego me. Quid indè? In loco inediæ ibi me collocaui. Vis exemplo iſtud videre? Ad filium prodigum in Luc. 15. aſpicito. Hic, quandiu cum pater rexit, manebat in domo, panibus abundabat &c. quando autem ſeipſum regere auſit, manebat ſub Diuo vepore in villa, nō miniſtrabatur, ſed miniſtrabat, & porcis quidem: fame peribat; mercenarijs ſuis minor erat. Hinc, inobediētia eſt cauſa oium malorū, & oīs deceptionis, & Deo diſplicet. Quid eſt inobediētia? Nolle ſubijci, aliorum regimini: Velle, ſeipſum regere. Econtra, obediētia eſt cauſa omnium bonorum, omnis ſecuritatis, & Deo placet.

Pœna grauiſſima.

Regere ſe ipſum quā ſit peſſimum.

Quid eſt obedientia? Velle ſubijci aliorum propter Deum regimini; Nolle, ſecundum caput ſuum viuere. Hinc propter obedientiæ maximam ſecuritatem dicitur; ꝙ obedientia eſt via regia: Et quòd Vir obediens loquetur victorias Prou. 21. Ergo ab oppoſitis. Inobediētia eſt via ſpinoſa, ruſticana, vilisſima, via ſclauorum: Et vir inobediēs loquetur confuſiones.

Not. ¶ Inceſtus prædictus fuit quidem inceſtus ex parte ipſius Thamar: ſed tantum fornicatio ex parte Iudæ. Iudas enim non agnouerat Thamar: Et cōſequenter ignorabat, ſe cognoſcere affinem ſuam. Cum igitur peccatum non ſit peccatum, niſi voluntarium ſit: patet; quòd Iudas non peccauit peccato inceſtus: & per eandem rationem liquet, quòd Thamar peccato inceſtus inuoluta eſt. Sic ergo in eadem ſpecie naturæ, immo in eodem actu numerali naturæ, ipſi diuerſa ſpecie peccata commiſerunt. Idem ergo actus naturæ etiam numero, poteſt eſſe in diuerſis ſpeciebus moris, 1.2.q.1.a 3. 3. In ſignum autem, ꝙ Iudas non commiſerit formaliter. i. ex intentione inceſtum licet incommiſerit materialiter. i. ſecundum rem exteriorem tantum, eſt: quòd ipſe, poſtquam rem ſciuit, vltra non cognouit eam. Id quod in littera notatur expreſſè ad inſinuandum (vt opinor) hoc ſignum: & conſequēter, quòd Iudas excuſatur ab inceſto modo prædicto.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XXXIX.

Text. ERATque dominus cum eo: & erat vir in cunctis proſpere agens.

Concl. 1. *Præſentia Dei per gratiam nobiſcum, eſt ratio: quòd omnia nobis proſpere ſuccedant.* [Ex eo]

Ratio. ANTEQVAM dicat, quòd Ioſeph erat vir in cunctis proſpere agens, dicit: ꝙ dominus erat cum eo, proculdubio per gratiam. Alioquin nihil ſingulare de Ioſeph dixiſſet, ſi tantū voluiſſet annotare: ꝙ dominus eſſet cum eo per eſſentiā præſentiam potentiam. Sic enim eſt in omnibus rebus 1.q.8.ar.3. & præterea ſequeretur, quòd omnis homo etiam damnādus (nam in illo eſt Deus per eſſentiam præſentiam & potentiam) in cunctis pro ſe proſpere ageret. Quod tamen ſolum, tanquam peculiare quoddam, prędeſtinatis tribuitur ab Apoſtolo Rom. 8. vbi ait; Diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum: & à Dauide ſolum bono viro deſcripto in Pſal. 1. quando inquit, & folium eius non deſluet, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Aliquid faciens pro concluſione præſenti vide inſ. 45. con. 4.

EXAMEN.

¶ Per ly omnia, uel ly in cunctis, intellige etiam peccata mortalia (vide Exo. 34. concl. 4.) Prędeſtinatis. n. datur: ꝙ etiam peccata eorum mortalia cooperantur in bonum ipſorum. Fiunt. n. ex hoc poſtea ferueniores, quanto conſiderant, ſe tardius ad vineam domini excolendam uenisſe: & ſic fiunt nouiſſimi primi: vide Pſal. 15. Multiplicatę ſunt infirmitates. i. iniquitates, eorum: poſtea accelerauerunt. ſ. in bono faciendo. Exemplum primum. Magdalena fuit maxima peccatrix: & tamen illa peccata in bonum ipſi cooperata ſunt. Nam poſt plus ardebat cęteris: & Apoſtolis ēt recedentibus non recedebat a monumento Dominico. Hoc & Chriſtus in Luc. 7 de prædeſtinatis dixiſſe uoluit per hæc verba: Cui plùs dimittitur, plùs diligit. Exemplum ſecundum. Paulus prius fuit primus peccator, vt ipſe fatetur. 1. Timot. 1. poſtea idem plùs omnibus Apoſtolis laborauit. 1. Cor. 15. & prędicando, & agendo, & patiendo; vt gloſat Diuus Thomas. Exemplum tertium. Qui ſunt maiores in cœlo? Nonne feruentiores? Nam maiori deſiderio maior gloria reſpondet: p. q. 12. ar. 6. Qui verò ſunt maiores ibi; niſi Petrus, & Paulus? Hos tamen inter peccatores fuiſſe maximos nemo ambigit. Ex hoc etiam caſu prædeſtinati ipſi fiunt Cautiores Exemplum. Eſt aliquis, qui ambulando in via decidit: nonne ſurgens, etiam ſi ſit puer, cautius vadit? fiunt, & inde humiliores. Exemplum, quoad vtrumque: & ꝙ. ſ. fiant cautiores, & ꝙ humiliores. Petrus vt habetur Matth. 26. antequam negaret Chriſtum audiens; ꝙ ſcandalizaretur in Chriſtum vnà cum aliis reſpondit: ꝙ etſi alij ſcandalizarentur, ipſe tamen nunquam ſcandalizaretur: & affirmante Chriſto ꝙ peius faceret, q. d. negaret ipſum reſpondit: ꝙ non tantum non negaret, ſed & ſecum moreretur. Vbi vides, Petrum, licet ex feruore quodam indiſcreto, multa peccata commiſiſſe. Primò ſe fortiorem putauit omnibus alijs, ſecundò conſequenter alijs non fuit compaſſus, ſed quodammodo eos aſpernatus eſt, inquantum eis non detulit honorē tertiò ipſum Chriſtum inhonorauit in reſponſis ſuis. Chriſto. n. affirmante aliquid debebat magis credere, quam ſibimet: & nolle ſuam anteferre ſententiā. Chriſto igitur, & condiſcipulis ſe antepoſuit in verbis ſuis: quòd & ſuperbiā ſonat & indiſcretionem. At ipſemet Petrus poſt admiſſum negationis peccatum cautior in reſponſis, & humilior in ſe factus eſt. Vis videre? Ecce dicit Chriſtus Petro poſt Paſſionem Ioan. 21. & cōſequēter poſt peccatum iam pęnitentia deletum; Petre diligis me, plus his? Reſpondit Petrus. Tu omnia noſti domine, tu ſcis, quia amo te. Dicendo, tu omnia noſti domine, defert magiſtro plusquam ſibi. Quaſi aperte dicat: Mihi videtur, ꝙ ego diligam te; ſed tamen forſan decipior, ſicut ante deceptus fui (ideo propter timorem nè deciperetur tertiò interrogatus, conturbatus eſt: quaſi conturbatione ſua diceret; hic forſan aliquid latet mali, quod ego neſcio; & ideo etiam cautiori modo tertium ſic, vt allatum eſt, limitauit reſponſum) ſed tu, qui non potes decipi, ſicut comprobaui prius, ego remitto iudicium dicendo; Domine, tu omnia noſti. In hoc etiam reſponſo cum dicit amo te, nec addit plus his, honorem coapoſtolis defert: nolens ſe illis, vt prius, anteponere. Et hæc duplex cautio ex humilitate proceſſit: qua Petrus conſiderauit, ſe non firmiorem fuiſſe coapoſtolis, & minus veracem magiſtro ſuo. Ex peccato igitur (Deo ſic faciente) proceſſit tanta cautio, & humilitas. Ex caſu fiunt quoque a peccatis abſtinentiores. Diuus Thomas enim ſuper epiſtolas D. Pauli. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me datus eſt mihi ſtimulus carnis &c. ait: ꝙ Deus aliquando permittit aliquem peccare minus mortaliter, vt per hoc ille maiora mortalia euitet. Impediuntur ergo quodammodo, non tantum a malis pœnæ, ſed (quod mirabilius eſt) à malis culpæ prędeſtinati: nè peccent. Quatuor ergo modis præmiſſis ſimpliciter etiam ipſa peccata cooperantur in bonum electis & vbi abundauit delictum, nō tantum abundat ſed ēt ſuperabundat gratia. Si ergo quis vult in cunctis proſpere agere, cum Ioſeph: oret, ut dominus ſit ſecū per gratiam, ſicut cum illo fuit. Nihil. n. deeſt timentibus eum Pſal. 33. & ſi ambulabo in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecū es domine Pſal. 22. Cū dicit Apoſtolus, & Dauid (iuxta pdicta) ꝙ ēt peccata cooperantur electis in bonum, intelligunt hoc eſſe ex bonitate Dei nō autem ex natura peccati. Vnde Auguſtinus in enchir. c. 11 dicebat: ꝙ Deus eſt adeo bonus vt nullum malum permitteret; niſi inde bonum eliceret: & Gregorius attendens hanc bonitatē Dei nocauit culpam eſſe fęlicem, & talem, ac tantum meruiſſe habere redemptorem (ut habetur in benedictione ceræ Paſchalis) Ad naturam autem peccati proſpiciēs ipſemet aiebat ſuper Ezech. hom. 11. & 25. moral. cap. 13. ꝙ peccatum quod per pęnitentiam non diluitur ſuo pondere trahit ad aliud. Hac de cauſa peccata vocauit Dauid obligationes Pſal. 124. Ea propter, & Paulus dicebat, qui dicunt faciamus mala, ut veniant bona horum damnatio iuſta eſt Rom. 3. Poſtquā ēt dixerat Rom. 5. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, interrogationem, quæ eſt inferentium concluſionem ex dictis Apoſtoli, male intellectis, ſubnectit ſic 6. inquiens, Ergo manebimus in peccato; ut gratia abundet? Quam per interemptionem ſoluit reſpondens, Abſit. Quam tamen interrogationem affirmaſſet reſpondendo. ſi peccatum, quantum eſt ex natura ſua, cauſaret gratiæ abundantiam. Quia igitur hanc non infert quantum eſt ex natura ſua immo totum oppoſitum, vt præuidimus: ideò negatiuè reſpondit. Et hæc reſponſio conformis eſt philoſophi regulis, vbi ſubinde ait: ꝙ iudiciū dandum eſt de omni re iuxta ea, quæ ſibi inſunt per ſe. i. ex natura ſua; non ſecundum ea, quæ ſibi inſunt per aliud. i. ab extrinſeco agente tantum; fiue aliunde præciſè. Voluit ergo dixiſſe Apoſtolus. Quia gratiæ abundantia non ſequitur peccatum ex natura peccati, licet ex alio agente: ideo negatur illatio illa. ſ. ergo manebimus in peccato, vt gratia abundet. Ratio autem negationis eſt: quia iudicandum eſt de re ſecundum ea, quæ illi inſunt per ſe; non ſecundum illa, quæ inſunt ei per accidens.

Cooperātur oīa in bonū electis, quadrupliciter: quomodo.

Feruorē indiſcretum mala cauſa re uidet Petro.

Petrus poſt peccatū fit cautior, & humilior: vt docet Ioa. 21.

Dei bonitas, & natura peccati. trahunt diuerſa ex peccato.

Hanc

¶Hanc regulam philoſophi ſcilicet Iudicãdum &c. bene notato: Vt intelligas diuerſa dicta & ſanctorum doctorum, & ſacræ ſcripturæ, & aliorum; & ut ſcias omnia concordanda concordare; ac reprobare malum, & eligere bonum.

¶Applica ad Ioan.8. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, &c. Vel ad Ioan.9. Qui ambulat in die, non offendit. Vel ad Eſa.1. Si fuerit peccata ueſtra, ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Vel ad Mar. vlt. Si mortiferum quid biberint (.i. ſi mortale peccatum admiſerint prædeſtinati) non eis nocebit (.ſ. tandem). Vel ad Luc.1. Nè timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum. Nam habere gratiam Dei eſt ratio non timendi aduerſa: ſed ſperandi cuncta proſpere ſibi uentura (ue ait concluſio præmiſſa.) Vel ad Matth.14. Luc.24. Ego ſum nolite timere. Quaſi apertè dicat. Cauſa uobis nõ timendi eſt, quòd ego ſum uobiſcum.

Tex.

QVi optimè nouerat, dominũ eſſe cum eo: & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.

Concl.1. *Poteſt quis ſcire conſecturaliter: ſe habere gratiam Dei: Et opera ſua dirigi à Deo, utpote placentia illi.* [Ex eo]

Ratio.

ARGVE a fortiori ſic. Si alius, & Paganus (quod maximè argumentum iuuat) cognouit coniecturaliter (puta; quia uidebat Ioſeph modeſtum, caſtum, fidelem, deuotum, charitatiuum, &c.) ipſum Ioſeph eſſe in gratia Dei, & opera eius à Deo dirigi, ideſt approbari: ſeu opera eius placere Deo: multò magis ipſemet Ioſeph potuit id ſic cognoſcere. Quòd autem dico de Ioſeph: dic tu quolibet.

APPENDIX.

HINC habes, quomodo intelligas illam ſententiam Eccl.9. Nemo ſcit, utrum amore, uel odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta: & quamlibet ſimilem. Intelligitur enim de ſcientia, non coniecturali, ſed certa; loquendo de amore per gratiam iuſtificantem in quocunque tempore; licet de odio tantùm finali loquatur. Ac ſi dicat. Vtrum quis ſit moriturus in gratia, uel in peccato mortali, nemo certitudinaliter ſcit: Et quamuis poſſit pro præſenti homo ſcire certitudinaliter, ſe eſſe in peccato mortali, nunquam tamen certò ſcire poteſt ſe eſſe in gratia. Hoc ipſum autem confirmatur ex Cõcii. Trid. aduerſus errores quorundam dicente, ſeſſ.6. cap.9 nullus ſcire ualet certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum. Et cano.13. Si quis dixerit: omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequẽdam neceſſarium eſſe, ut credat certò abſque ulla hæſitatione propriæ infirmitatis, & diſpoſitionis, peccata ſibi eſſe remiſſa: Anathema ſit. Hæc ibi. Sed & ſcriptura monſtrare uolens, quòd non niſi coniecturali ſcientia, quæ quandoque fallitur, id agnoſcitur, inquit. Eſt uia, quæ uidetur homini recta: & nouiſſima eius ducunt ad mortem. Prou.16. Vnde & ad oſtendendũ idem, quòd .ſ. coniectura noſtra quãdoq; fallit Iob.27. dixit. Neq, me repræhendit cor meũ in uita mea, & c.9. Verebar omnia opera mea. Vt quid ueretur opera ſua, ideſt dubitat de operibus ſuis, an Deo placeãt, nec nè; quem cor non reprehendit in omni uita ſua: niſi quia iſta non reprehenſio non arguit neceſſariò, ſed tãtum coniecturaliter, aliquem eſſe in gratia Dei? Coniecturam eſſe quandoque fallacem, oſtendit & Apoſtolus his uerbis: Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 1. Cor. 4.

¶Applica ad 2.Cor.13. Si eſtis in fide (.i. formata): probate. Vel ad huiuſmodi.

Tex.

BEnedixitque Dominus Domini Aegyptij propter Ioſeph &c.

Concl. 3. *Propter conſortium bonorum proſperantur quandoque mali &c.* [Ex eo]

Ratio.

ÆGYPTIVS ille patronus ipſius Ioſeph erat idolatra: & tamen propter hoc, quòd erat in conſortio cum Ioſeph, proſperatur in cunctis bonis. Simile habes cap.30. de Iacob. quòd .i. ad introitum eius benedixit Dominus rebus ipſius Laban.

APPENDIX.

HInc primò habes: virtutem operum bonorũ eſſe mi- 1
randam. Tantæ enim virtutis ſunt opera bona; ut, etſi
malorum propria demerita clament contra malos vindictã
i. & inopiam, & egeſtatem, tamen bona ipſa prævaleant clamando pro malis miſericordiam. i. temporalem abundan- 2
tiam. Secundò perpende; quantũ Deus æſtimat bonos quandoquidem ad intuitum illorum æſtimat non æſtimandos de ſe, & benefacit mala habituris de ſe. Hic namq; paganus de ſe erat non æſtimandus, qui tamen ad intuitum ipſius Ioſeph æſtimatur à Deo: & de ſe erat habiturus quoq; mala paganus qui tamen propter Ioſeph habet bona a Deo. Nè mireris ergo ſi ad intuitum filij ſui prædilecti adeò magnificauerat hæbreos antiquitus: uocando eos populum peculiarem, dando eis legem, fauores tot eis impendendo. Hoc enim fecit ad intuitum filij ſui: quia .ſ. filius ſuus naſciturus erat ſecundũ carnem ex hæbreis. Nè mireris etiam ſi opera noſtra de ſe non condigna cœleſti ſalute fiunt cõdigna, cum aſſociata fuerint cum gratia Chriſti. Ideò dicitur de Sanctis Apoc.7. Lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. i. gratiæ Chriſti conſociarunt. Nè mireris quoque ſi opera mortifera electorum (ut con.1. ſupra diximus) cooperantur eis in bonum: quandoquidem hoc fit à Deo intuitu Chriſti ad cuius conformitatem & exẽplar prædeſtinati ſunt homines Ro.9. Epheſ.1. Opera ergo noſtra omnia aſſociemus cũ ſanguine Chriſti; vt, ſi bona ſunt, fiant meritoria; ſi mala, fiant abolita; & ex eis eliciatur bonũ ad vtilitatem noſtram. Nè mireris item, ſi Deus melius exaudit orantes in templo: quàm extra. Nam in templo adeſt cõſortium bonorũ per imagines ſuas; puta, Petri, Pauli: ad quorum ſanctorum intuitum etiam malos exaudit quandoque Deus. Sic ergo arguas à fortiori. Si Deus paganum intuitu Ioſeph grati, ſed non glorificati, tantum proſperauit: quid, quæſo, faciet chriſtiano etiam malo intuitu ſanctorum iam glorificatorum, & ſibi magis acceptorum? Ergo bonum eſt tenere imagines ſanctorum in cella, in camera, vbique in domo: Vt vel ſic habeamus conſortium cum illis; & vt ob hoc commertium à Deo benedicamur (Hæc Notato contra impugnãtes imagines, & templa). Tertiò munificentiam Dei maximã attende. Adeò enim liberalis eſt Deus, vt remuneret opera bonorum nõ tantum in ipſis viris bonis, ſed etiam in malis. Illa enim proſperitas Aegyptij fuit remuneratio quædam bonorum operum ipſius Ioſeph: ideò ſancta ſcriptura ait, quòd dominus benedixit Aegyptio propter Ioſeph. Ecce: quòd cauſa benedictionis fuit Ioſeph. Mali ergo quærant habitare cũ bonis: ſaltem propter bonum ſuum proprium, vel temporale. Mali ergo, qui non diligunt habitare cum bonis: non amant ſeipſos nec amore amicitiæ, nec amore concupiſcentiæ. Ecce: cur boni dicuntur boni. Bonum enim eſt diffuſiuum ſui ipſius: & bonorum opera adeò diffunduntur, vt etiam illorũ vtilitatem ſentiant mali.

Opera bona magnificãt à Deo: & intuitus bonorũ bonorũ maximè Chriſti.

Templis melius & (cæteris paribus) quã in locis priuatis oratur.

¶Applica ad Matth 10. Qui receperit prophetam in nomine Prophetæ mercedem prophetæ recipiet. Et iuſtum in nomine iuſti. Vel ad huiuſmodi.

ECce dominus meus omnibus mihi traditis &c. Quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in dominum meum?

Text.

Concl.4. *Recordatio condigna beneficiorum Dei eſt maximum præſidium, ac fermè conſtringens nos ad hoc: ut uitemus peccata.* [Ex eo.]

ECCE. Recordatio ipſius Ioſeph, qua memorabatur beneficiorũ patroni ſui, adeò ligat ipſum ad non peccandũ in proximum illum: vt ipſe dicat, ſe propter beneficia illa nõ poſſe offendere patronum ſuum. Non enim ait, quomodo ergo debeo? Sed, quomodo ergo poſſum? Et hoc facit; ut oſtendat: quantam vim præſtent beneficia alicuius animo beneficiati ad non offendendum benefactorem, ſi dignè recolantur. Conſequenter ergo à fortiori maiora improportionabiliter beneficia Dei erga nos, ſi ea recolamus, inferent quodammodo animis noſtris magnam & fœlicem uim, ut non peccemus contra tantum benefactorem.

Ratio.

APPENDIX.

HINC eſt: quòd ſæpiſſimè hortabatur iudæos, & nos hortatur quotidie ſacra ſcriptura ad hoc: vt meminerimus Dei

Deus hortatur nos ad recolēda beneficia, quare.

erga nos beneficia, i. creaturarū, gubernationem, redemptionem, christianiſmum, religionem &c. Ergo ob noſtram vtilitatem maximam vt. ſ. vitemus peccata rememorat nobis ſępius, & inculcat beneficia ſua Deus; quæ commiſit nobis non principaliter ad improperandum nobis.

¶ Applica ad 1. Cor. 2. vt ſciamus: quæ à Deo donata ſunt nobis. Vel ad Mar. 5. Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia, quanta fecerit tibi Deus, & miſertus ſit tui. Hoc eſt. Intra conſcientiam tuam pondera quantitatem beneficiorum Dei erga te. Vide Gen. 8. con. 4. tertiam Raymūdi Lulli inſaniā atque damnatam; & illam ex hoc præſenti loco validiſſimè poſſe adhuc reprobari, ſcias. Lege tu vtrobiq; dicta, & intellige.

Text.

ET ille recuſabat ſtuprum &c.

Concl. 5. *Quandoque ſtuprum non ſumitur pro ſpecie condiſtincta ab adulterio: ſed accipitur pro adulterio.* [Ex eo]

Ratio

Argum.

STUPRUM ſtrictè ſumptum ſignificat deflorationē virginum: adulterium verò coniugatorum. Modò, iſta mulier non erat Virgo: & idō reſpectu illius, licet non mulieris, appellat ſtuprum (ſtrictè loquendo). Virginitas in maſculo non conſtituit unam ſpeciem luxuriæ ab alijs diſtinctam, ſi deperdatur. ſicut ſit de uirginitate in fœmina uiij non eſt ſimilis ratio In fœmina enim datur particularis defœrmitas, puta fractio clauſtrorum pudoris, ſi defloretur: non autem in mare. Ex 2. 2. q. 154. de ſtupro. Hinc fit: q̃ propter prædictum argumentum non cogamur dicere: q̃ ſtuprum ſumatur hic ſtrictè, ſaltem reſpectu ipſius Ioſeph.

Text.

HIs auditis dominus, & nimium credulus &c. tradiditque Ioſeph in carcerem.

Concl. 6. *Gratia hominum difficilè acquiritur, & facilè perditur.* [Ex eo]

Ratio.

PROPTER Multam, & frequentem, atque difficillimam totius domus adminiſtrationem ipſe Ioſeph captarat beneuolentiam patroni ſui (ecce: quàm difficulter) & tamen hāc ad unum unius mulieris dictum, etiam falſiſſimum, perdit: & (quod amplius eſt) mittitur in carcerem. Adde, q̃ patronus nouerat domum ſuam fuiſſe benedictam à Deo propter Ioſeph. Ex hoc enim ſequitur, q̃ magis amabat ipſum Ioſeph: & tamen amor tantus leuiter extinctus eſt, imò cōtra uerſus.

APPENDIX.

HINC habes: quàm vani ſint filij hominum, qui gratiā ab hominibus aucupantur. Secundò habes: quō intelligitur ly. Maledictus homo qui confidit in homine Hier. 17. non tantum quia auertitur ab ultimo fine ſuo: ſed etiam quia facillimè & perdet gratiam eius, in quo confidit, & tribulationem patietur ab eo, à quo ſperabat conſolationem. Ergo meritò confidere in homine, uocat ab Iſaia 36. in baculo arundineo. Ergo non confidendum in hominibus, ut ſic; quoniam, ut ſic, omnis homo mendax, Pſal. 115.

Text.

FVit autem dominus cum Ioſeph, & miſertus eſt illius, & dedit illi gratiam in cōſpectu principis carceris.

Concl. 7. *Maximè confidendum eſt in Deo præſertim in tempore, quo derelinquimur ab hominibus.* [Ex eo.]

Ratio.

Deus eſt veriſſimus atq; fideliſſimus amicus

ECCE Deus non dereliquit Ioſeph, poſtquam venditus eſt a fratribus; non dereliquit eum, poſtquam falsò accuſatus eſt (Dedit enim illi patientiam); non dereliquit eum poſtquā poſitus fuit in carcerem. Immò in omnibus tribulationibus dedit illi magnam gratiam apud homines etiam alienos.

Corol.

¶ Quis ergo non confidat in domino: & quis (ex Concluſione 6.) confidat in homine? ergo rectè dicitur de Deo reſpectu ſui amici: Deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum, donec (hoc ſpiritualiter de Ioſeph verificatur; loquēdo etiam de regno temporali. licet de omnibus ſanctis verificetur, loquendo de regno ſpirituali) afferret illi ſceptrum regni, & potentiā aduerſus eos, qui eum deprimebant Sap. 10. Ergo cum ipſo ſum (ait dominus) in tribulatione Pſal. 90. Ergo Ioſeph poterat optimè dicere illud Pſal. 26. pater meus, & mater mea dereliquerunt me; dominus autem aſſumpſit me. Ergo rectè dicit amicus Dei in Pſal. 22. ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es domine.

Text.

QVicquid fiebat, ſub ipſo erat; nec nouerat aliquid cunctis ei creditis.

Concl. 8. *Iuſtus & in proſperis, & in aduerſis ſemper eſt idem: ſemper ſuper omnes res mundi, nunquam ſub ipſis.* [Ex eo]

Ratio.

Libertas catholicorum miſtorū mirabiliter tempore cuiuſcumque (ut aiunt) fortunæ.

ILLUD idem quod dictum fuerat de proſperitatis tempore ipſius Ioſeph: illudmet dicitur de eodem in tempore tantæ aduerſitatis. i. incarcerationis. Dictum enim fuerat de Ioſeph domino in tēpore proſperitatis hoc capitulo, q̃ patronus ipſius Ioſeph illi omnia crediderat, & ſic dicit. Nec quicquam aliud nouerat, ſcilicet patronus Ioſeph: niſi panē quo veſcebatur ad oſtendendum, q̃ Ioſeph in proſperis erat dominus. i. ſuper res mundi exiſtens. Nunc tempore aduerſitatis dicitur de Principe carceris reſpectu Ioſeph: Nec nouerat aliquid, cūctis ei creditis. ò magna libertas Chriſti fidelium: qua libertate ineffabili Chriſtus eos liberauit. Vnde volens oſtendere ſcriptura, q̃ iſta mirabilis libertas maximè in aduerſis procedit in nobis à Deo, ait cū nota cauſali: Dominus enim erat cum eo: & omnia opera eius dirigebat.

APPENDIX.

HINC habes quòd tunc maximè de aliquo coniecturare poſſumus, q̃ ſit in gratia Dei; quando in rebus aduerſis idem manet, qui in proſperis. Hoc eſt. Quando quis in aduerſitatibus libertate quadam ſpiritus ſuper aduerſa quęque eleuatur; nec ſe ſub rebus, ſed res omnes ſub ſe eſſe ſentit: Tūc hæc potiſſima eſt coniectura, q̃ Deus ſpeciali modo hunc inhabitat. Ideò ad hoc innuendum ſcriptura, loquens de libertate ipſius Ioſeph in carcere exiſtentis rationali cum copula connexuit; Deus enim erat cum eo: id quod non connexuerat, dū loqueretur de libero eius ſtatu in proſperis; tametſi ille ſtatus liber ex ſpeciali Dei fieret dono. Ergo benè ſcriptura dicit de iuſto Prou. 12. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: per hoc. ſ. innuens, q̃ in omnibus euentibus omnium rerum modo dicto dominus eſt. Ergo eadem ratione, iure à philoſopho ethic. 1. c. 14. ſimilatur iuſtus tetragono in corporibus quod ſemper, cum cadit firmiter ſe habet in quā cunque partem cadat. vt ibidem ſuper Philoſophi textum docet S. Thomas, & Albertus Magnus ibi ethic. 1. tractatu. 7. ca. 12. Benè enim ſe iuſtus gerit in omnes fortunas: vt ibi philoſophus dicit. Exemplum de Iob. c. 1. 2. immo & per totum. Ergo libertas Chriſti fidelium rectè dicitur libertas vera Io. 7. Si filius vos liberauit; verè liberi eritis reſpectu libertatis aliorum. Nam libertas iſtorum facillimè in aduerſis amittit: Chriſti autē fidelium perſeuerat. Ratio eſt quia libertas Chriſti fideliū principaliter dependet a rectitudine conſcientiæ; quam nullus vi auferre poteſt à iuſto vnde dicitur Prou. 15. Domus iuſti plurima fortitudo Et ſecura mens quaſi iuge cōuiuium: libertas verò aliorum ab exterioribus maximè pendet, quæ ab alijs vi extorqueri poſſunt. Chriſti fideles res omnes mundi pro nihilo, ſeu pro minimo cum Apoſtolo Phili. 3. ducunt; & eas tanquam non ſint iuxta Apoſtoli monita 1. Cor 7. conſpiciunt: ideò ſiue adſint, ſiue abſint, adſunt, & abſunt præter libertatis corruptionem. Et tamen iſta exteriorū alienatio ſiue proſpera ſiue aduerſa, rectè aſſimilatur accidentibus reſpectu libertatis Chriſtianorū. Accidētia enim per ſuum aduentum non cauſant eſſe ſubſtantiale, per ſuum receſſum eſſe iſtud non auferunt: ita res ſecundæ non afferūt Chriſtianis libertatem, res contrariæ non auferunt illam: ergo Apoſtolus de iuſtis rectè dicit; q̃ habēt arma a dextris, & à ſiniſtris: & ambulant ijdem inter infamiam, & bonam famā, quando dicūtur ſeductores, & veraces, & cętera huiuſmodi. 2. Cor. 6. Ergo de iuſtis rectè à Salomone dicit: fruſtra iacitur rethe ante oculos pennatorum Prou. 1. Vbi & meritò iuſtos vocat pennatos: tanquam qui volent in altum non curantes immò ridentes de rethe illo quod ponitur ſuper terrā ad illos capiendos. i. de proſperitate, & aduerſitate terrena; q̃ ſolet.

ſolet tradere nō pennatos, & in elationē, & in deſperationē. Et vnde tāta libertas ineffabilis? A Deo (vt diximus p textū). Vnde & per rationem ab Euangelio Matth. 4. ſomptam ad idem ſic potes arguere: & à fortiori. Si diabolus ſuis ſeruis non ſic beneficus, vt Deus ſuis promittit omnia regna mūdi quandocunque coluerint ſeipſum; etſi mentiatur: Hæc omnia, inquit, tibi dabo: ſi cadens adoraueris me: Multò magis Deus & promittit, & dat omnia regna mundi ſuis. Quomodo? Nonnè ferè omnes Chriſti ſerui ſunt pauperes? Sic: ſed tamen cum hoc ſunt Apoſtolo teſte. 2. Cor. 6. omnia poſſidentes. Quomodo? Nihil habentes in exteriori poſſeſſione: omnia poſſidētes interiori dominatione. Omnia enim Deus ſubiecit ſub pedibus iuſti: oues & boues &c. Pſal. 8. Vnde inquiebat Apoſtol. 1. Cor. 3 iuſtis: Omnia veſtra ſunt ſiue mūdus ſiue Apollo, ſiue Paulus, ſiue cephas, ſiue vita, ſiue mors ſiue &c. Vnde & Mulier illa Sancta (Hæc figurabat animas iuſtas) habebat lunam ſub pedibus ſuis Apocal. 12. Quid luna ſignat: niſi varietates, alternationes, & defectiones mundanas? Quodammodo ergo inuariabiles licet non modo ſtoico, ſed Ariſtotelico 1. 2. q. 59. ar. 2. redduntur iuſti; ad inſtar ipſius Ioſeph: cuius libertas hic pingit. Nec mirum: quia iuſtis promittitur multoties ſimilitudo ad Deum patrem eorum. Nonnè Deus prorſus in ſe remanet immobilis, data quacunque rerum rerum varietate? Vtique. Conſequenter igitur & iuſti, etiam in corpore viuentes, quādam immobilitatem participabunt: ideò enim vocantur Dij. Nonnè & vocātur cœli? Ita: Pſal. 18. Ergo ſicut cœli non patiuntur peregrinas impreſſiones (teſte philoſopho): ita & iuſti ab his inferioribus impreſſionibus ſunt quodammodo abſoluti. Et ſicut cœli a ſuperiori mouentur velociſſimè, nullo autem modo ab inferiori potētia: ita & iuſti ſuggeſtionibus inferioribus difficillimè, & parum mouētur; ſuperius vero inſpirationibus ducuntur & quidem facillimè. Nam in iuſtis velociter currit ſermo Dei Pſalm. 147. ideſt Dei mandatum per ſermonē interiorem vel exteriorem illis manifeſtatum: & reſpectu iuſtorum dicitur; Iugum meum ſuaue eſt &c. Matth. 11. Et mandata eius grauia non ſunt. 1. Ioan. 5. Et latum, mandatū tuum nimis Pſal. 118.

¶ Applica ad Ioan. 7. Si manſeritis in ſermone meo; verè diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatem, & veritas liberauit vos; & ſi uos liberauerit, verè liberi eritis. Ecce (ut parum aperiatur ſtudioſis via) ipſe Ioſeph manſit in ſermone Dei, ſ. non mœchaberis; quando ad tot ſuggeſtiones (ecce; q maalit) noluit operi nephario acquieſcere: quin potius carcerem uoluit ſubire pro ſermone Dei ſeruando: & veritas liberauit eum. & ita: vt & inter vinctos eſſet liber, & inter ſeruos dominus. verè ſapientia (vt inquit B. Ambroſius) regendi officium non omittit; neſcit vel in alienis vacare, neſcit exul eſſe in peregrinis. Quomodo enim exul, qui ubique ſuum ſeruat: & in ſe habet quod poſſidet? Hæc ille 10 lib. de Iacob & vita beata.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XL.

Tex. ET miniſtrabat eis &c. Cur triſtior eſt hodiè ſolito &c. Tres propagines, tres adhuc dies &c. Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt &c.

Concl. 1. *Ioſeph figurauit Chriſtum ad limbum deſcendentem & in mundo conuerſantem.* [Ex eo]

Ratio. IOSEPH in carcere miniſtrat incarceratis: & uni dat nūciū bonū, alteri malū. Chriſtus in limbo viſionis ſuæ conſolatione ſanctis patribus miniſtrat: & dæmones cum damnatis obſtundit magis, vtpote contra voluntatē eorum ingreſſus illorū fines victorioſus. Sic intelligitur, qū dicitur, Chriſtum fuiſſe in inferno damnatorum per effectum ſuę virtutis. 3. q. 52. ar. 2. Ioſeph in carcere miniſtrat &c. Chriſtus in hoc mundo miniſtrat temporalia, ſalutem utriuſque homini, ſacramentum altaris: quod ſanè & bonum nuncium, ideſt uitam: bonis affert, & malum alteri, i. exitium malis adducit: ut de his omnibus patet in Euang. &c. Ioſeph cōſolatur eos dicens. Cur triſtior eſt. &c.? Et ſciſcitatur, quid habeant. Chriſtus cōſolatus eſt Viduam Naym & multos alios: Et ſciſcitatus eſt languidum ad piſcinam, an uellet fieri ſaluus; & ſimilia. Ioſeph interpretatur eis, q ipſi nō intelligūt. Chriſtus interpretatur nobis ſcripturas (Ego autem dico uobis): quæ ratione hae, quia ſ. à nobis tanquam dormientibus in ſomno, ſeu occupatione, rerum temporalium non intelligebantur, poſſunt uocari ſomnia, licet a Deo datæ fuerint, & reſpectu eius & ſecundum ſeipſas quoque non ſomnia, ſed res clariſſimę ac ueriſſimæ ſint. Hac enim de cauſa & iſta hoc in cap. narrata licet fuerint uiſiones à Deo immiſſæ, dicuntur ſomnia: non tantum quia in ſomnis acciderūt, ſed quia ipſis abſcondita erāt. Ioſeph auertit iſtos; nè quærant ſomniorum interpretationē ab alio à ſe dicens, Referte mihi, quod uidiſtis. Quaſi dicat Nè quæratis alium interpretem. Chriſtus auertit Diſcipulos; nè credant phariſæis ſic, & ſic interpretantibus ſcripturas: Et inter alia auertit etiam illos ab omnibus alijs qui uenturi ſunt alij à ſe, ubi dicit; Dicent, quia hic eſt Chriſtus, Nolite exire, nolite credere Matth. 24. Et etiam per Ioānem. 1. cap. 4. nobis dicit, Nolite omni ſpiritui credere; item. 2. Teſ. 2. State, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiuè per ſermonem, ſiuè per epiſtolam noſtram. Item Eph. 4. Nè circunferamini omni uento doctrinæ, & Gal. 1. ſi Angelus de cœlo Euangelizet nobis præter quām Euangelizatum eſt à me, Anathema ſit (.i. nè credatis ei: ſed ponite eum extra uſum ueſtrum, ſicut de Anathematizatis rebus fit; quæ ideo anathematizatæ dicuntur) Ioſeph in carcere uni bonum dat nuncium, alij malum. Chriſtus aliquibus dat ſecuritatem de ſalute, Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea Luc. 7. aliquibus promittit cęleſtia Beati pauperes, &c. Matth. 5. aliquibus minatur extremum ſupplicium (Veh uobis &c. Matt. 23. Luc. 11. Veh uobis). Ioſeph in cunctis veridicus, quod probatur in fine: Chriſtus in omnibus ueraciſſimus, quod a cunctis liquidò uidebitur in fine.

Tex. AT Ioſeph miniſtrabat illis &c. Ad quos, cum introiſſet Ioſeph mane, & vidiſſet eos triſtes &c. Cur triſtior eſt ſolito &c. Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit, & facies mecum miſericordiam, vt ſugerat &c.

Concl. 2. *Exiſtentes in tribulationibus debent exercere ſolicite opera miſericordiæ tum corporalia tum ſpiritualia: & per hoc liberabuntur à tribulationibus ſuis.* [Ex eo.

Ratio. ECCE Ioſeph in tanta tribulatione, extra uidelicet domum ſuam uenditus; infamatus tām enormiter tūm adulterijrūm conſequenter infidelitatis erga patronum ſuum; & ſic innocēter carceri mancipatus exercet opera miſericordiæ corporalia (Miniſtrabat, inquit illis .ſ. victualia, quæ uinctis dabantur) & ſpiritualia Cur triſtior, inquit, ſolito eſt facies ueſtra? Hoc. n. dicebat: ut conſolaretur eos. Vnde per hæc Charitatis opera meruit liberari de carcere, meruit, ab infamatione eripi: quod notatur per illa uerba, Tantum memento mei: ut educat me de iſto carcere: quia hic in lacum innocens miſſus ſum. Qui enim facit miſericordiam; expectet miſericordiam. Beati enim miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Charitatis opera quid cau ſent.

Not. ¶ Miſericordia, quā ipſe Ioſeph erga proximos exercuit, fuit parua reſpectu miſericordię, quam per illā miſericordiā cōſecutus eſt a Deo. Vidimus miſericordiā ſuā in proximos. Videamus miſericordiā magnā Dei p hanc in illū. Liberatus eſt tam ſolemniter de carcere, illi data eſt ſomniorū ueriſſima interpretatio, illi datur mira ad conſolendum alios ſapiētia, illi datur mirabilis in regnum ſublimatio, illi datur pro cunctis tum Ægyptijs tum aduenis annonæ ſpectabilis prouiſio, illi datur domus regiæ ſagax adductio, ſuorū fratrū reuiſio; & alia ſimilia, quæ in ſequentibus capitulis leguntur. Miſericordia noſtra parua reſpe. pit miſericordiā magnā à Deo.

¶ Ergo fœneratur Domino, qui facit miſericordiā in proximum

auferuntur capilli ſuperflui de capite. Veſtis antiqua (teſte Apoſtolo) eſt peccatum, & dicitur, Vetus homo. Veſtis noua eſt charitas, & uirtus (teſte eodem) & dicitur noua creatura. Et nota, quòd Ioſeph nõ tondet ſeipſum, nec ſeipſum ueſtit; ſed miniſtri regis ad regis imperium tondent, ueſtiunt, ac poſt eum illi offerunt: quia uult per hoc nos inſtruere ſcriptura; quòd nos non ſumus ſufficientes à nobis quaſi ex nobis, non dico ad complendum rem bonam, ſed nec ad principiandum, ad nos diſponendum in bonum, ad à malo diſcedendum, (propterea enim Ioſeph non educit ſeipſum de carcere: ſed alij ad regis imperium educunt eum) ad mutandum mores noſtros, ad reſcindendum cogitata ſuperflua. Qui ſunt miniſtri ſummi regis? Angeli, ſancti, qui ſunt in cœlo ſimiles angelis. Nã ſunt ſerui Dei, & conſerui ſanctorum (conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum: dixit angelus Ioanni in Apoc.) Ad angelos ergo, & ſanctos recurrendum: ut nos ſuis precibus (nam auctoritatiuè nos diſponere eſt Dei. Ideò enim hic dicitur: quòd miniſtri quidem regis, ſed ad regis imperium, totõderũt &c.) educant de carcere ignorantiæ, torporis, inconſiderationis, peccati, obliuionis; tondeant à ſuperfluis ſolicitudinibus quæ inter officiũ occurrere ſolent, à latronibus, à uiſu, ab extollentia oculorũ, à riſu, & ab alijs, quæ poſſunt mentem noſtram diuertere ab officio, a Miſſa &c. Vt mutent ueſtem in nobis, ueſtem (inquam) ſanctæ conſiderationis, dulcis affectionis, lachrymoſæ compunctionis, piæ ad Crucifixum cõpaſſionis, profundæ humiliationis, firmæ attentationis, propoſiti ſtabilis magis in poſterum ſeruandæ legis, beneficiorum diuinorum intimæ cognitionis, ardentis erga benefactorem Deum dilectionis, perſeuerantiæ in omni bono conſtantis. Veſtem hanc (dico) nos in uirum alterum mutantes induant; vt in conſpectu ſummi regis dignè apparere ualeamus. Ad Angelos quoque & ſanctos recurrendum eſt tandẽ: ut offerant nos, noſtraſque preces iam factas (ſicut hi non tantum totonderunt ipſum Ioſeph, ſed & tandem obtulerũt ipſum regi) neceſſitates, deſideria Regi ſummo .i. Deo: Et nos gratos ipſi regi faciant.

¶ Ergo letaniæ, quibus inuocantur omnes Sancti in fauorẽ noſtrum, ſunt habendæ in deuotione maxima. Ergo antequam ad pſallendum, & celebrandum, & aliàs orandum accedamus; debemus diſponi: exemplo Ioſeph, qui antequam offeratur regi, multipliciter diſponitur. Ergo iure de oratorio ſiue prævia diſpoſitione ait ſcriptura; quòd eſt quaſi tentans Deum: ex quo regi terreno maior reuerentia (ut hinc patet) uidetur exhiberi, dùm ei offerendus priùs diſponitur. Ergo iure ait Pſal. Leuaui oculos meos, in mõtes vñ ueniet auxiliũ mihi: & deindè ſubiungit, Auxilium meum à domino. Nam per montes intelligit Angelos, & Sanctos: per Dominum intelligit illorum regem ſcilicet Deum. Quaſi dixerit: Miniſtri regis (ideò leuaui oculos meos in illos: id eſt ſpero perfectè in illis) me de carcere educere, me tondere, me ueſte mutare, me Deo præſentare (id eſt in illius gratiam inducere), aliquo modo poſſunt: ſed tamen hoc poſſunt tantùm, ad regis Dei Imperium. Ideò ſpero perfectè in illis ita tamen: ut ſpes mea erga illos, principaliter fundet in Deo. Hoc eſt idẽ, quod Apoſtolus ad quoſdã dicebat, Confido de uobis in Domino: & ad Philemonem; Itaque frater te fruar in Domino. Et ſimilia ubicũq; inueneris, iuxta ſuperiora intelligi debẽt.

Text. Quæ facturus eſt, Deus oſtendit Pharaoni.

Concl. 4. *Deus maiorem habet prouidentiam quãtum ad effectum de exiſtentibus in ſublimitate, quàm de inferioribus: ut ſic.* [Ex eo.].

Ratio. PHARAO iſte erat paganus; & tamen quia erat in regimine abſoluto poſitus; ideò illi Deus, non eius inferioribus, oſtendit pertinentia ad regimen. Vnde non dicit Ioſeph, Quæ facturus eſt Deus oſtendit tibi; ſed ipſimet loquens dicit in tertia perſona; oſtendit Pharaoni; quod eſt nomen dignitatis. Quaſi diceret. Hanc reuelationẽ oſtendit tibi Deus, non quia es e[illegible]: ſed quia es Pharao. Tu enim cùm paganiſmum foues, mereris obtenebrari; non de ſummis illuminari: Pharao autem, cùm regimen importet, meretur (ſaltem de congruo: & ad utilitatem ſaltem regendorum ſubditorum) de uenturis edoceri.

Coroll. ¶ Ergo meritò habent Theologi quòd principibus duo Angeli ad cuſtodiam dantur .ſ. unus Angelus, alter Archãgelus: Vnus Angelus, tanquam perſonæ priuatæ: alter, tanquam perſonæ communi: ut elicitur ex 1. q. 113. ar. 2. & 3. Ergo à fortiori magis Deus reget principes chriſtianos; & maximè Papam, etiam quoad inferiora uentura: quàm faciet plerunque ſubditos, ut ſic. Nam ſi pagano tantæ prouidentiæ priuilegium tribuit, quia ſuperior: multò magis principi chriſtiano, ut ſic, idem uel ſimile conferet. Ergo rector quãdoque à Deo dirigitur, non quia bonus: ſed quia rector. Nota hæc contra hæreticos.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

DICTA Concluſio 4. cap. 41. deſtruit à fortiori (vt diſcurrenti patet) hæreſes, & Manichæorum dicentium, poteſtatem ciuilem eſſe eijciendam, & Ioannis Vuiclef atque Huſſ. dicẽtium, quòd Deus poteſtatem ſuam & dona non præſtat peccatoribus. Vides enim hic: quòd Deus quem vtique homines imitari debent, non eijcit; imò fouet poteſtatem ciuilẽ in Pharaone. Vt enim Pharao poſſit perdurare in regnò, ideò tantam de eo, quam textus narrat, prouidentiam ſingularem habet Deus. Nonnè Pharao erat paganus, & per conſequens non tantum peccator, ſed magnus peccator, & tamen in littera manifeſtè patet: quòd Deus ſuam poteſtatem, ac dona communicat ei. Hinc ſequitur ergo & deſtructio alterius hæreſis prædictorum Vuiclef, & Huſſ dicentium: poteſtatem omnem amitti per peccatum mortale. Neque enim Pharaoni Deus ſuam poteſtatem tollit: ſed eam in ipſo conſeruat: vt in littera cuilibet ſapientĩ liquet. Damnat quoque Manichæos & ideò hanc concluſionem firmat Chriſtus dum Pilato ſceleſtiſſimo dicit Ioa. 19. Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi datum tibi eſſet deſuper. Hoc eſt. Niſi à Cæſare, & à Deo tibi data fuiſſet poteſtas. Habebat ergo illam tunc Pilatus: etiam quòd eſſet peſſimus. Item ab eodem Chriſto Matth. 27. Reddite: quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Quare ſunt eius? Quia eſt ſuperior; etiã quòd eſſet idolatra. Damnantur verò Vuiclef, & Huſſ, à Concil. Conſtantienſi. Nã Seſſ. 8. enumeratis erroribus Ioannis Vuiclef, ſubinfert. Hæc ſancta Synodus præfatos articulos 45. examinari fecit, & ſæpius recenſeri: quibus examinatis, fuit repertum aliquos & plures ex ipſis fuiſſe & eſſe notoriè hæreticos, & à ſanctis patribus reprobatos, alios non catholicos, ſed erroneos, alios ſcandaloſos & blaſfemos: quoſdam piarum aurium offenſiuos, nonnullos eorum temerarios & ſeditioſos. Propterea Concilium pronunciat hæreticum Io. Vuiclef, ac memoriam eiuſdem condemnat, & mandat exhumari oſſa eius, & cremari. Hæc ibi in ſumma. Idem Concilium Seſſ. 15. recitatis erroribus Ioannis Huſſ, pronunciauit ſententiam damnationis prædictorum 30. articulorum eius, ſub eadem forma: qua condemnati fuere articuli Vuiclef. Reprobantur & à Hierem. 27. Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis ſerui mei. Inſuper & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi. Et ſeruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius. Gens, & regnum quod non ſeruierit Nabuchodonoſor Regi Babylonis, & quæcunque non curuauerit collũ ſuum ſub iugo Regis Babylonis, in gladio, fame, & peſte uiſitabo ſuper gentem illam. Porrò gens, quæ ſubiecerit ceruicem ſuam ſub iugo Regis Babylonis, & ſeruierit ei, dimittam eam in terra ſua, & colet eam, & habitabit in ea. Subijcite colla ueſtra ſub iugo Regis Babylonis, & ſeruite ei, & populo eius: & viuetis. Hæc ibi. Quibus vtique verbis apertiſſimè declaratur: & quòd Principes alias legitimi quantumlibet inſolentes, retinent poteſtatem, & quòd ſubditi eis obedire tenentur in ijs, quæ contra Deum non ſunt, & quòd taliter obedientes illis faciunt rem tum ſibimetipſis utilẽ, tùm Deo gratam. Ex ijſdem uerbis aduerte diligenter, quãtæ damnationis ſint rei ſupradicti errantes, cum ſimilibus nolentes recognoſcere authoritatem fidelium Principum quãtumuis quandoque malorum: quando Deus tantoperè zelat & pro infideli Principe, & contra non obedientes ei. Damnantur & à 1. Petr. 2. Serui obedite in omni timore dominis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis. Item a Marc. 6. & uocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent; & dæmonia multa eijciebat. Ecce: quòd dæmones Iudæ traditori, qui unus ex duodecim diabolus erat, Ioa. 6. poteſtatem à Chriſto habenti etiam nolentes ſubijciuntur & obediunt. Negantes igitur prælatorũ

malorum

malorum, & à ſimili Principum ſecularium alias legitimorum poteſtatem remanere in eis, & ob hoc ipſis obedita nolentes, uidentur in tali facto diabolis peiores. Item à Matth. 7. Multi dicent mihi in illa die; Domine, Domine, nonnè in nomine tuo dæmonia eiecimus? Et tunc cōfitebor illis, quia nūquam noui uos. Hic uigilanter nota in ly nunquam, & ly noui De notitia ſiquidem approbationis, qua quis eſt in gratia Dei loquitur: & aſſerit conſequenter, eos nunquam, etiam quādo dæmonia in nomine ſuo eijciebāt, fuiſſe in gratia ſua. Affirmat ergo per hoc: quod tunc, quando poteſtatem talem in dæmones exercebant, erant in peccato mortali, & ideò mali. Poteſtatem igitur per ſuam malitiam non amiſerant: cuius ſignum manifeſtiſſimum eſt, quòd dæmonia coactiuè poteſtati illi ſubijciebantur, effectualiterque obtemperabant. Cæterum ad præmiſſorum, ſimilium aut aliorum clariorem notitiam ſciendum: quod aliud eſt poteſtas, aliud eſt uſus poteſtatis, & quòd poteſtas eſt quid prius, uſus autem poteſtatis eſt quid conſequēs illam; & quòd poteſtas omnis, cùm ſit à Deo, eſt bona, uſus autem poteſtatis quidam eſt bonus quidam malus. Ruſum nota pro ſemper ex philoſophia, quod remoto poſteriori non remouetur neceſſariò prius, ſed remoto priori tollit neceſſariò poſterius: ſicut remoto boue ſpecie non tollit genus animal (remanere enim poteſt Capra, Leo, &c.), ſed ablato animali remouetur bos. His ſtantibus dic: quod prælati boni habent poteſtatem & bonum uſum poteſtatis; mali uerò habent quidem poteſtatem, ſed nō bonum uſum. Amiſſo igitur bono uſu poteſtatis non amittitur poteſtas. Scis quare? Quia bonus, uel malus uſus eſt poſterior, quàm poteſtas: & quia bonus uel malus uſus eſt per bonitatem, uel malitiam uoluntatis prælati, ſeu Principis, poteſtas uerò eſt aliunde, puta per electionem canonicam, per ſucceſſionem hæreditariam &c. Vide Elucid. Addi. art. nu. 76. 103.

Text. NVnc ergo prouideat Rex virum induſtrium & ſapientem, & præficiat eum terræ Ægypti &c.

Concl. 5. *Sicut Deus dat nobis ſupra id, quod petimus; ita boni tribuunt alijs, ſuprà quod ab ipſis petitur quandoque, id eſt ubi uiderint hoc expedire.* [Ex eo]

Ratio. Ecce. Ioſeph fuit tantum inquiſitus, ut interpretaretur ſomnia: & non, ut conſilium daret. Tamen Ioſeph & inquiſitioni ſatisfacit, & vltra inquiſitionem conſilium dedit.

APPENDIX.

HINC, cùm Deus ſit incomparabiliter melior, quam Ioſeph, habes: quòd Eccleſia rectè in quadam collecta attribuit Deo, quòd ſic ſupplicum vota excedit, vt adijciat quod oratio non præſumit. Hoc eſt. Quòd Deus non ſolum dat nobis petita, ſed & quæ petere neſcimus ex ſua libertate largitur. In huius ſignum uidemus: quòd Chriſtus plerūque præueniebat ſanando infirmos antequàm de hoc ab eis rogaretur. Ergo vniuerſaliter, bonum eſt tam ſui diffuſiuū, ut nō tantum diffundat ſe ad voces petentium, ſed ſupra voces. Ergo illud ſapientis Catonis. ſ. Ad conſilium nè acceſſeris: antequā voceris intelligitur ſic: niſi videlicet aliter expedire iudicaueris. Is enim rectè dicitur vocari ad conſilium dandū: qui à neceſſitate proximi, cui aliter non ſuccurritur à quoquam vocatur. Magis enim talis neceſſitas vocandi uim, quàm vox, habere ſecundum rectum iudicium debet. Ergo de bonis diuinitus habitis ſiue ſit conſilium, ſiue conſolatio, ſeu exhortatio, ſiue ſcientia, ſeu doctrina, ſiue confeſſio, ſiue concio, ſiue quid huiuſmodi nō debemus eſſe auari proximis noſtris: immo largiſſimi. Tunc ab ipſo Deo remunerabimur ſicut & Ioſeph: qui poſt tam bonum conſiliū Pharaoni cōmunicatum à Pharaone in regnum ſublimatur & velut alter Pharao mirabiliter inſtituitur. Et quis dubitat; Deum hæc feciſſe, medio Pharaone?

Tex. ABſque tuo Imperio non mouebit quiſquàm manum, aut pedem.

Concl. 6. *Sacra ſcriptura utitur uulgaribus modis loquendi pro captu noſtro.* [Ex eo]

Ratio Ecce Nunc vtitur figura illa, quæ dicitur hyperbole: & quæ etiam in communi locutione de regimine alicuius à nobis dicitur, ut patet.

¶ Diuus Thomas ſuper primum capitulum ad Hebræos ſuper ly multiſque modis dicit: quòd non eſt aliquis modus loquendi, quo aliquando non vtantur ſacræ literæ. Quod dictum tanti Doctoris non ſolum hic parum, ſed & pluribus ſcripturæ locis dummodo ſapienter attendas, competies eſſe ueriſſimum. Ideò crediderim, ſacras literas noſtris vti modis loquendi: vt ſe noſtræ capacitati conformare ſe ipſam, nos moneat. Et conſequenter: vt in ipſa intelligenda, non verba tantum: ſed potius ſenſum aſpiciamus: & verba ſenſui, non ſenſum verbis aptare magis uelimus; ſi quando uerba (ſi ad litteram vt ſonat intelligātur) aliquod pariant incōueniens: ſciamus ergo in caſu illo: quod verbis talibus vtitur, vt ſe conformet captui noſtro; non quòd res illo verbo ſignata ſit (puta) in Deo, ſed aliquid ad illam rem pertinens aliquo modo. Senſus ergo erit ſemper rectiſſimus: & nihilominus miram dexteritatem Spiritusſancti ad nos loquentis, & pro nobis ſimilia uerba ſaniſſimum ſenſum exprimentis mirabimur. Ex hoc etiam habebimus; quod Spiritusſanctus eſt magiſtrorum optimus: cum bonorum doctorum ſit, auditorum captui ſe in docendo, quæ voluerint, conformare. Ex hoc quoque eliciemus; quod ſi ſacra ſcriptura vetus aliquid nos non doceat: hoc ſit propter condeſcendum capacitatis noſtræ paruitati, non propter inſufficientem ſcientiam Spiritusſancti tunc temporis, aut propter inuidentiam eius ad nos; ex 2. 2. q. 1. ar. 7. Quod à Chriſto expreſſum fuit ibi: Multa habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare modo. Ecce incapacitas noſtra in cauſa eſt: Vt altiora non doceamur. Vnde Apoſtolus: quæ non licet homini loqui. Ergo volentes intelligere ſcripturas ſecundum quod ſonant exterius tantum: plerunque decipimur (ut faciunt hebræi). Vnde Apoſtolus: litera (ſecundum ſupradicta intellige) occidit. Verbi gratia. Iratus eſt dominus. Non enim per hoc verbum. Iratus, iram ponere in Deo Spiritusſanctus vult: ſed effectum iræ. i. caſtigationem. Et cur non dicit apertè. Caſtigauit: & dicit, Iratus? Vt nos doceat, & docendo, ſe nobis conformet: qui caſtigantes iratos eſſe dicimus. Sic de ſimilibus. Vide Eluci. prin. par. art. num. 9. Et ſupra Gen. 10. conc. vnica. *Not. 1.*

APpellauitque nōmen primogeniti Manaſſen &c. nomenque ſecundi Effraym &c. *Tex.*

Concl. 7. *Grati Deo eſſe debemus etiam de beneficijs receptis: & nobis proponere aliquod memoriale ad recordandum de his, ne obliuiſcamur.* [Ex eo.]

Ioseph poſuit ſibi filios ſuos, tanquam quoddam memoriale perhenne beneficiorum Dei: ut patet in tex. *Ratio*

¶ Oſtendit per hoc Ioſeph: beneficia Dei eſſe ſibi in maxima æſtimatione, & multum ſibi chara, & ſuper omnia eſſe ſibi precioſiora. Sic enim ſunt filij parentibus æſtimati maximè, atque chariſſimi. Item per hoc, quòd ea beneficijs diuinis nominauit filios; monſtrauit: quòd volebat in perpetuum recordari beneficiorum Dei in tantum: ut quaſi ſibi hoc faciendi neceſſitatem imponeret: cum filiorum non poſſit ferè non recordari pater. Quæ vtique ſunt ſigna magnæ gratitudinis. *Not.*

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XLII.

PEr ſalutem Pharaonis nō egrediemini hinc. *Texn.*

Concl. 1. *Iuramentum eſt quādoque licitum: & etiam iurare per creaturas, ut ſcilicet relationem habent ad Deum.* [Ex eo]

Ioseph Sanctus iurat. Nam ly, per ſalutem Pharaonis, eſt iuramentum. Nam in ſalute Pharaonis intelligebat *Ratio.*

Ioſeph

Ioſeph Deum: à quo ſalus Pharaonis dependebat 2.2.q.89. ar.6.o. Modo illud, quod fecerūt ſancti: ut ſic, eſt licitum: quoniam filij Dei, cuiuſmodi ſancti ſunt, ſpiritu Dei aguntur. Et hoc intantum verum eſt; vt geſta ſanctorum ſint quædam nobis gloſa (ut ait S. Thomas, ſuper ly teſtis eſt mihi Deus Rom. 1.) ad intelligendum paſſus dubioſos ſacræ ſcripturæ. Nam eodem ſpiritu ſancti ſunt ad operandum; quo ſacra ſcriptura condita eſt: & Spiritusſanctus non eſt ſibimet, cum ſit Deus pacis, contrarius.

¶ Hanc tu notato ad intelligendum in ſenſo genuino ſacra dicta: nè te, & alios, in foueam trahas. Hac regula (tanquàm à notioribus nobis in ignotiora ſcienda procedens) uſus eſt Beatus Auguſtinus in gloſando ly ſi quis te percuſſerit in vnam maxillam, volue ei & alteram: & alia huiuſmodi dicta. Alia.n. ex parte uidens iſte ſolemniſſimus Doctor, ꝙ Chriſtus qui hoc præceptum dederat & de quo dicitur, ꝙ cœpit facere poſtea docere, percuſſus in unam maxillam nō voluit percutienti aliam maxillam: imò eum optima confutatione redarguit: Videns (inquam) hoc Auguſtinus dixit; ꝙ illa præcepta ſi quis te percuſſerit, &c. intelliguntur in præparatione animi non autem in opere; niſi pro loco & tempore; & ſimiliter attendens, ꝙ D. Paulus ſæpius in ſuis epiſtolis iurat; gloſauit ly Nolite iurare omnino. Hoc (inquit) intelligitur, non ꝙ nunquam in caſu aliquo licitum ſit iuramentum: ſed quia ſine utilitate, & neceſſitate, & ſine matura conſideratione iurare non debemus.

Text. QVi cùm adoraſſent eum, &c. Reſpondérunt &c. vt emamus victui neceſſaria &c. Recordatus ſomniorum &c.

Concl. 2. *Somnia mittuntur à Deo ſecundum conuenientiam ad rem per ſomnia ſignificatam aliquomodo* [Ex eo.]

Ratio. IN capitulo 37. vbi adoratio Ioſeph à fratribus habetur, ſomniarat Ioſeph: ꝙ manipuli fratrum adorabant manipulum ipſius Ioſeph. Vide: quam eleganter ſomnium & res ſignificata correſpondent. In manipulo continentur victui neceſſaria. Vnde ſignificabatur rectiſſimè, & ea ſitu manipulorum; quòd fratres adoraturi erant Ioſeph (id quod tunc fratres ipſi perceperunt): & ex contento in manipulis ꝙ hac ratione, aut via (ut.ſ. ab ipſo victui neceſſaria obtinerent) erant ad ipſius adorationem uenturi; id quod eos tūc intellexiſſe, ſcriptura non meminit. Intellexerunt ergo vnū per ſomnium ea ſitu ſignificatum.ſ. adorationem: aliud autem ex contento uel ſolito ſaltem contineri in manipulis nō intellexerunt (ut multum probabile eſt.)

APPENDIX.

1 HInc habes ꝙ ſcriptura quod dixit in uno loco obſcurius: hoc idem clarius in alio loco dicit. 1. quæſt. 1. ar.9. Nam ſupra 37. per illud ſomnium aperuit, vnum.ſ. adorationem intelligi per dicta fratrum Ioſeph: aliud autem.ſ. rationem adorationis, ſeu uiam, qua ad adorationem uenerunt implicitè ſolùm per nomen manipulorum inſinuatur. Quod tamen implicitè tunc importatum, nunc apertiſſimè per eorundem fratrum dicta exprimit, & hoc faciūt ſacræ litteræ ad exercitium ſtudioſorum: ut ibid. ex D. Tho-
2 ma. Secundò habes: quòd interpretatio ſomniorum Pharaonis 41. ubi dicitur, ꝙ illa ſomnia & boum & ſpicarum ſignificabant abundantiam, ſeu cariſtiam, bona fuiſſe cōprehenditur ex conuenientia rei ſomniatæ ad res ſignificatas: etiam ſi aliundè de bonitate eius non conſtaret. Clarum.n. eſt quod abundantia ſit ex cultura; & ideo iure ſignificatur per boues craſſas, quę optimè colere poſſunt terram: & ſit quoque ex plenitudine granorum in ſpicis; & ideò meritò innuitur per ſpicas plenas, atque formoſas. Cariſtiā uerò fieri & ex defectu culturæ, & ex uacuitate ſpicarum; quis neſciat? Iccirco rectiſſimè denotatur & per boues macilentas, quæ in colendo terram deficiunt.i. malè terram colunt: & per ſpicas tenues, in quibus grana aut non ſunt, aut pauca ſunt, atque tenuia. Ecce ergo ꝙ abundantia ex duabus cauſis ſignificatur: & ex cauſa efficiente (hæc cauſa ſunt boues terram colentes) & ex cauſa materiali (hæc cauſa ſunt ſpicæ frumenta, & grana recipientes. Tertiò habes ꝙ 3
verum ſit illud philoſophi 1. Poſter. ꝙ ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere: cùm effectus et ſomniorum puta abundantiæ, cariſtię, & adorationis, ſupra 37. in ſuis cauſis ſignificētur. Quartò habes, ꝙ Pharao, & fratres Ioſeph (ultra id, 4
quòd à ſpiritu diuino in hoc credendo agebantur) naturali ratione in recipiendo interpretationes et ducebantur. Quin- 5
tò habes quod ſapientia diuina diſponit omnia, etiam ſomnia (quæ tamen videntur inter cætera fore indiſpoſita, uel minus diſpoſita: ſi ad fabellas recurramus humanas) ſuauiter: quandoquidē in cunctis diſponendis naturam non deſtruit (eius.n. qui eſt auctor naturæ, non eſt deſtruere naturā: ſecundum B. Auguſtinum) ſed conſtruit. Si igitur in ſomniis diſponendis ſic procedit ſuauiter.ſ. à cauſis ad effectus denotandos; & à cauſis naturalibus, ideſt ordinarijs: quantò magis credendum certiſſimè eſt, quòd in uniuerſis alijs ea ſuauitate, quæ conuenientiſſima eſt, procedat? Non ergo murmurandum de operibus quibuſcunque diuinis: ſed admirandum, & cum ſtupore penſandum, atque de illis conſiderandum. Hinc Propheta dicebat Domino. Mirabilia teſtimonia tua.i. omnia opera tua; quibus nobis tuam bonitatem, iuſtitiam, ſapientiam, omnipotentiam &c. teſtificatus es. Ideo, quid? Murmuraui? Abſit. Pro nihilo, uel paruu duxi? Non ſic. Tanquam a fortuna uel a caſu fierent pertranſiui? Minimè. Quid ergo? Ideò inquit ſcrutata eſt ea anima mea. Per hoc tamen nè intelligas; te debere ſapere ſeu ſcrutari ea vltra ſobrietatem: quod eſſet tranſgredi terminos quos poſuerunt patres tui, & contra intentum Pſalmiſtæ.

MEritò hæc patimur: quia peccauimus &c. *Text.*

Concl. 3. *Quando patimur nouam pœnam ſine noua culpa; debemus illam pœnam ex peccatis ueteribus prouenire, nobis perſuadere: Noſtram iniquitatem ex illa pœna tanquam excitati ad memoriam reuocare: Dei iuſtitiam in illa pœna, laudare.* [Ex eo]

¶ Fratres ipſius. Ioſeph nouam pęnam.ſ. ligationem fratris ſui Simeonis, durā ipſius ad eos allocutionem, quòd eſſent exploratores terræ apparentem impoſitionem, mortis comminationem, trium dierum uniuerſalem incarcerationem, patiebantur abſque nouo ipſorum peccato. Non enim erant urbis, ad ipſam.ſ. tradendam, exploratores; nec huiuſmodi machinabantur malum; licèt exploratores eſſent in hoc, quòd.ſ. undique explorabātur per ciuitatem ſecretius, quam poterant; an inuenirent ipſum Ioſeph; Iſmaelitis in Ægyptum deſcendentibus uenditum; quod ſanè non malū, ſed bonum erat. Quid ergo fecerunt, uidentes nouam pœnam; & non uidentes nouum peccatum? Tria bona. Primò ea hac pœna eruditi ueterem culpam ad memoriam reuocarunt dicentes: Peccauimus in fratrem noſtrum; &, dum deprecaretur nos, non audiuimus eum. En crudelitas illo-
rum. Secundò hac uexatione admoniti priorem illam cul- 2
pam deteſtati ſunt dicentes: ly peccauimus in fratrem noſtrum (ecce, conſideratio fraternitatis; quę mouet ad contritionem: ultra hoc, quòd ly peccauimus, quandoque contritionem ſonat, ſicut patet in Dauid dicente ad Nathan, Peccaui); & ly uidentes anguſtias animæ illius; & ly peccare in puerum (Hæc omnia ſunt uerba compaſſionem ſonantia, ut patet: & conſequenter contritionem fratrum de peccato
commiſſo inferentia). Tertiò in illa pœna poſt diuinam 3
iuſtitiam commendarunt, dicentes: Meritò hæc patimus. In hoc ſimilantur bono latroni dicenti: & nos quidem iuſtè; *Luc. 23.*
nam digna factis recipimus. Et ideò ſicut latro ex hac cogitatione diuinæ iuſtitiæ miſericordiam meruit: ita etiam & iſti fratres. Nam Ioſeph audiens (ut habet littera), ꝙ hi ſuā culpam, & iuſtam pœnam fatebantur: erga eos, ad quos, antequam hæc faterentur, durius loquebat compaſſione concepit: primò flendo, ſecundò pecuniam reddendo, tertiò cibaria in uia ſuperaddendo; quartò (ut in cap. 43. habetur) eos dulciter conſolando & conuiuias habendo, quintò (ut in ca. 45. apparet) eis ſeipſum amantiſſimè propalando. Ecce quàm bonum ergo parit apud Deum cognitio diuinæ iuſtitiæ: quando tantum bonum apud hominem peperit? Vidimus per euangelium in bono latrone.

Corol. ¶ Ergo uexatio dat intellectū (ut inquit Eſa. propheta) Ergo

Deus, etſi quandoque tardare uidetur, & quaſi oblitus, tempore tamen opportuno à ſe præfixo punit peccata antiqua non ſolum à pœnis: & illorum recordatur, licèt antiquorum.

Text. TOllens Simeon, & ligans ante eos: iuſſit miniſtris; ut implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in &c.

Concl. 4. *Prælatus debet in corrigendo delinquentes ſeruare duo. ſ. exterius duritiam diſciplinæ, interius autem dulcedinem amicitiæ.* [Ex eo.]

Ratio. Ecce. Ioſeph prælatus, qui uolebat emendare fratres de peccato tranſacto uenditionis, ſeueritatem fratribus in eorum præſentia oſtendebat. Tùm quãdo durius ad eos, quaſi ad alienos, loquebatur; tùm dùm eis comminabatur; tùm dùm eos carceri mancipabat; tùm dùm Simeonem illis uidentibus ligabat; & teneriſſimam dilectionem in eorum abſentia ad illos retinere monſtrabat, dùm iubet miniſtris, & ut impleant eorum ſaccos tritico, & ut reponant pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, & ut dent illis cibaria in uia.

Nota. ¶ Hanc concluſionem inſinuauit B. Gregorius in homilia 34. ſuper Lucam capitulo 15. ubi dicit. Iuſti ſolent rectè peccatoribus zelo diſciplinæ indignari. Dedignantur autem, ſed non dedignantes deſperant: ſed non deſperantes perſecutionem commouent; ſed amantes. Quia etſi foris increpationes per diſciplinam exagerant: intus tamen dulcedinẽ per charitatem ſeruant. Præponunt ſibi in animo iuſti ipſos plerunque; quos corrigunt: meliores exiſtimant eos quoq;, quos iudicant. Quod uidelicet agentes & per diſciplinam ſubditos, & per humilitatem cuſtodiũt ſemetipſos. Hæc ille. Hæc duo utiq; ſe habuiſſe in corrigendo fratres oſtendit Ioſeph: ut tactũ eſt: dùm in eorũ pſentia (quaſi foris) increpationes per diſciplinam exagerabat; in eorum uerò abſentia (quaſi intus in animo) dulcedinem per charitatem oſtendebat. Vnde factum eſt: ut & illos (ut uidimus concl. 3.) per diſciplinam à malo retraheret, & ſaluaret; & ſeipſum 45. per clementiam, & humilitatem cuſtodiret; recognoſcendo uidelicet, & fatendo fratres ſuos, & patrem pauperes, eſſe ſuos fratres & patrem: cum tamen ipſe Ioſeph eſſet ditiſſimis omniũ, utpote princeps Ægypti iam ſublimis, & honoratus.

Coroll. ¶ Ergo benè ait Salomon quòd per triſtitiam uultus corrigitur animus delinquentis (ut hic apparet de fratribus ipſius Ioſeph ad pœnitentiam ductis per ſeueritatem Ioſeph extrinſecam: quaſi per triſtitiam uultus. Vide Exo. 34. con. 3.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XLIII.

Text. TOllite fratrem veſtrum: & ite ad virum et cętera. Item. Si neceſſe eſt: facite, quod uultis.

Concl. 1. *Sapientis eſt mutare conſilium penſatis melius cauſis: & acquieſcere etiam minoribus rationabilia loquentibus.* [Ex eo]

Ratio IACOB dixerat ca. 42. modo nõ deſcẽdet filius meus uobiſcum. Qui tamen penſatis magis omnibus ait hic ca. 43. & fratrem ueſtrum tollite, & ite ad uirum. Item Iacob procul dubio erat maior tùm ætate tùm deuotione, tum in multis aliis quam ſui filij: & tamẽ ipſis rationabilia loquentibus (ut hic patet) acquieſcit; quamuis etiam prius recuſaſſet. Iacob ergo & maioritatem ſuã, & ſententiam ſuam oppoſitam, ſaniori minorum conſilio poſtpoſuit. Vide Exod. 18. con. 1.

APPENDIX.

HINC habes: quòd ueritas, à quocunque dicatur, anteponenda eſt omnibus, & conſequẽter, ꝙ laudabile eſt retractare ſuam ſententiam cognita ueritate. Ergo uituperabile eſt: nolle ſeipſum cognita ueritate retractare. Ergo bene fecit D. Auguſtinus, & aliqui alij: dum ſua dicta in bonum cognita ueritate retractarunt. Ergo ueritas ſi mihi anteponenda eſt multò magis anteponenda eſt cuiuſcunque amicitię quantumcunque chariſſimæ. Nam ego, ſum mihimet proximus idest vnuſquiſque plùs ſe quam alium diligit. Ergo optimè habet philoſophus. Amicus Plato, amicus Socrates; ſed magis amica ueritas. Quare? Quia ueritas eſt mihi magis amica, quam ego; ego mihi magis amicus, quam omnes alij: igitur ueritas mihi magis amica, quam omnes alij etiam, quã Angeli. Ideò enim dicitur ab Apoſtolo (Gal. 1.) Si Angelus de cælo vobis aliter euangelizet, Anathema ſit: quia tunc Angelus diceret falſitatem, & cõſequenter Angelus eſſet odiendus, & ueritas amanda. Ergo qui non diligunt ueritatem, faciunt & contra rationem naturalem, & contra diuinam. Contra naturalem quidem, quę in philoſopho dicit: quòd ueritas præ omnibus amica eſſe debet. Contra diuinam autem: quia hic in Iacob idem oſtẽdit. Ergo ueritas parit de ſe amorẽ, nõ odiũ: licèt pariat odiũ propter indiſpoſitionem illorũ, qbus dicitur. Ergo parit amorem in bene diſpoſitis ſicut fuit Iacob. Tantum enim amorem peperit in eo ueritas a filijs ei dicta: ut ſuam ipſius ante dictam ſententiam reuocauerit: & parit odium in male diſpoſitis ſicut erat illa mulier capituli 39. quæ audiens ueritatem a Ioſeph, quare non uoluiſſet mœchari ſecum, adeò in ipſum excanduit; ut falſiſſimo confiċto mendacio eum innocenter accuſatum in carcere trudi fecerit. Ergo hinc cognoſcamus nosmetipſos, uel alios, quorum nobis commiſſa eſt cura: an. ſ. bene, & malè diſpoſiti ſimus; an. ſ. ad ipſum Iacob, & ad mulierem ipſam pertineamus. Ergo qui retractant ſe, ſeu abiurant, audita ueritate (ut faciũt quidam ab inquiſitoribus ſanctis detenti) per hoc oſtendunt, ſe eſſe bene diſpoſitos: Qui autem nõ abiurant audita ueritate, ſe male diſpoſitos uliꝯ pbant. Et ſi Iacob ſenex, ſanctus, practicus, maior, ad dicta iuniorum, minus ſanctorum, practicorum, & minorum, retractat quod antè nunc dixit: Quantum uituperium, quantũ dedecus eſt, & proſſus intollerabilis error; quod quidam ſcioli ad tantorum ſanctorum uirorum, doctorum, Inquiſitorũ dicta nolint ſua impudentiſſime prolata retractare? Et tantò magis dedecus hoc augetur; quantò conſideratur, quòd Iacob id retractauit adductus ratione iſta, ut. ſ. poſſet emere ex Ægypto frumenta, & conſequenter ſuſtentare corpus. Hi autem prudentiores uiri (Per ironiam dico) nolũt ſua peſſima dicta reuocare hac ratione; ut animas ſuas, & aliorum, ſaluare poſſint. *Contra hæreticos.*

¶ Ideò iure optimo iſtis ſciolis tam impudentiſſimè obſtinatis à lege inducitur ignis: ut, qui noluit cum Iacob ab Angelo benedictionem, accipiant cum obſtinatis damnatis maledictionem. Quæ maledictio eſt ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum. Et ab iſtis beſtijs preuenimur hic. Vt ſine fine contioneetur illic. *Pſal.*

INtroduc viros &c. Ibîque dixerunt exterriti. Propter pecuniam, quá retulimus priùs in ſaccis noſtris introducti ſumus &c. *Text.*

Concl. 2. *Vnumquodque recipitur per modum recipientis: & qualis unuſquiſque eſt, taliter alia faciliùs interpretatur.* [Ex eo.]

HOS Ioſeph introduci fecit, ut honoraret eos (ut patet in littera): hi uerò quia timorẽ conceperant, dicebant ſe introductos, ut Ioſeph calumniaretur eos. Ecce, quantum poteſt paſſio ſiue timoris, ſiue odij, amoris, &c. Paſſio enim timoris omnia in timiditatẽ interpretatur; & omnia, quaſi timoroſa, conſpicit. Vnde ſolet dici: quòd natura in ſeipſam oia reflectit, in quantum poteſt. Exemplum. Ignis oía in ignem uertit aqua in aquam, bonus uir in bonum, malus in malos omnes uertere ſatagit; inquantum. ſ. poſſunt. Sic ergo timor auget ſeipſum, & ſibi conficit pœnam (ò miſeria eorum: qui ſequũtur paſſionis inſtinctum). Hoc dicitur in canonica prima Ioannis, quòd timor pœnam habet: quia. ſ. non tantum timor eſt alicuius mali, ſed etiam quia timor omnia etiam læta in timoroſa interpretatur: Et ſic timor & pœnam habet; & pœnam ſibi adauget. Hoc idem habes ſupra 40. de exiſtentibus *Ratio*

bus in carcere: qui poſt ſomnia triſtiores erãt ſolito. Scis: quare? Quia timidi, ſeu in timore poſiti (cuiuſmodi ſunt in peccato deprehenſi: ſeu taliter incarcerati) omnia timoroſa arbitrantur, & ſibi timiditatem ex omnibus fabricãt nouam. Et quod de timoris paſſione diximus: hoc ipſum de odio, & inuidia dicas.

APPENDIX.

HINC fit: ut rectiſſima, utiliſſimaque ſaluatoris noſtri facta in ſiniſtram partem interpretarẽtur Iudæi. Hinc dicitur in ſcriptura de Iudæis, ꝙ malitia excæcauit corda illorum. Et hinc dicitur illud Catonis: Impedit ira animum: ne poſſit cernere uerum. Et vniuerſaliter de omnibus paſſionibus dominantibus habetur: ꝙ intus exiſtens prohibet extraneum. Quare hoc: niſi quia omnia iudicat ſecundum inclinationem ſuam? Exemplum. Videns per vitrum uiride iudicat, viſa quæque eſſe viridia. Sic occupatus aliqua paſſione exponit, ac interpretatur vniuerſa ſecundum inclinationem huiuſmodi paſſionis (ſicut iſti faciebant).

Text. ILlicitum eſt enim Aegyptijs comedere cum Hebræis &c.

Concl. 3. *Iure excommunicatis interdicimur conuiuari: & cum Hebræis balneari: & huiuſmodi.* [Ex eo.]

Ratio. ARGVE a fortiori. Si Aegyptij nolebant manducare cũ populo Dei, & huiuſmodi conuiuium dicebant eſſe prophanum, quantò magis debemus nos non conuiuari cum obſtinatis hoſtibus Dei; & huiuſmodi menſam, ut malam, execrari? Illi.n. faciebant hoc ex ſuperſtitione: nos aũt ex veritate.

Text. MAiorq; pars venit Beniamin: ita vt quinq; partibus excederet.

Concl. 4. *Ioſeph, in dando partes ipſi Beniamin repreſentauit: quod Deus plura beneficia contulit homini, quàm alijs.* [Ex eo.]

Ratio. QVIA Beniamin erat frater vterinus, ideſt ex patre, & matre ipſius Ioſeph optimè humanum genus repręſentabat, quod inter omnes creaturas eſt frater Chriſti vterinus. Nullus enim niſi homo, eſt frater Chriſti uterinus: licet omnis creatura ex parte patris tantum, ſit frater uel ſoror Chriſti. Vide. Homo ex Deo proceſſit, ut patre; ex fœmina, ut matre: Chriſtus ex Deo, ut patre ex fęmina, ut matre. A fœmina 9. menſibus geſtatur homo: à fœmina totidem menſibus geſtatur Chriſtus. A fęmina lactatur homo: A fęmina lactatur Chriſtus. A fœmina nutritur homo: à fœmina nutritur Chriſtus. Homo recognoſcit, fœminam pro matre ſua: Chriſtus etiam in cruce, fœminam pro matre ſua recognouit. Ex utero igitur eiuſdem patris prodiere Chriſtus, & homo: ex vtero & eiuſdem matris, inquitũ.ſ. & mater Chriſti erat mulier, & mater hominis eſt mulier; omnis autem alia creatura, quęcunque ſit, ex utero tantum eiuſdem patris prodijt cum Chriſto: non autem ex utero eiuſdem matris. Non enim bos, equus, aut quoduis cęterorum ab homine, matrẽ ſuam habet mulierem: niſi homo. Aliæ ergo creaturæ ſimilantur cęteris fratribus ipſius Ioſeph, qui ſibi erant fratres tãtum ex parte patris: ſolus autem homo ſimilatur ipſi Beniamin, qui ipſi Ioſeph frater erat uterinus. i. ex parte utriuſque.

APPENDIX.

HINC habes; ꝙ cum ſolus homo ſit frater Chriſti uterinus: non eſt quaſi de minus conuenienti mirandũ, ſi Deus plura dona largitus eſt homini, quam quibuuis alijs creatis. Non enim dicendum eſt; ꝙ Ioſeph diſcreuerit inter fratres non vterinos, & fratrem uterinum: & Deus, qui ipſo Ioſeph ſine comparatione magis diſcretè clemens eſt, non diſcreuerit inter alia, & hominem. Imò magis diſcreuit. Non enim homo quinque tantum (ut figuralis Beniamin) partibus excedit fratres. i. creata; ſed ſex. ſ. creatione, in Deum aſſumptione, redẽptione, peccati commiſſione, peccati punitione, glorificatione. Et vt uideas: diſcurre. Quid habuit in creatione homo prę alijs? Plures gradus eſſendi. Homo enim habet quatuor eſſendi gradus. ſ. eſſe, uegetari, ſẽtire, intelligere: id quod nulli alij datum eſt. Inanimata namque habent vnum tantum. ſ. eſſe; uegetabilia duo tantum. ſ. eſſe & uegetari; bruta animalia tria tantum. ſ. eſſe, uegetari, ſentire; Angeli duo tantum. ſ. eſſe & intelligere. Quid habuit in incarnatione homo præ alijs? Quod angelis proximior Deo factus eſt: (Nuſquam enim angelos Deus apprehendit; ſed ſemen Abrahæ), & conſequenter factus eſt nobilior per parẽtelã. ſ. per fraternitatem uterinã, qui erat ignobilior per naturam. Quid habuit in redẽptione homo præ alijs? Quòd pro ipſo ſolo peregrinatus eſt Chriſtus, tanta paſſus, mortuus, & ſepultus. Magnificauit ergo Deus facere cum eis. ſ. ſolis hominibus. Quid habet homo in peccatorũ comiſſione præ alijs? Quòd ad primum peccatum non detruditur in tartara irremediabiliter, ut factum eſt de angelis apoſtaticis: qui poſt primũ peccatum abſque ulla ſpe euadendi in carcerem infernalem cõcluſi fuere: imò ꝙ poſt multa etiam peccata grauiſſima expectat hominem Deus, vt miſereatur illi. Quid habet homo pͤ alijs in peccatorum punitione? Quòd & temporaliter (ut in electis patet), & meritoriè caſtigatur. Nonnè meritoriè punitus fuit latro: cuius ſecundum B. Hieron. pœna eius pro culpa in martyrium uerſa fuerit? Adeò ꝙ pęna illa & pro peccato ſatisfecit, & paradiſum eodem momento comparauit. Nunnè & pęna à Maria Magd. pro peccatis aſſumpta puta; cũ inter conuiuas lachymas obtulit & peccatis abolendis, & præmijs adaugendis in eodem inſtanti valuit? Nam multiformis Chriſti gratia id efficit: ut unica pęna parua ipſius hominis peccatoris & pęnam maiorem, purgatorij extinguat, & abũdantius meritum homo ipſe promereatur. Nunquid ergo nõ tibi videtur; ꝙ Ioſeph. i. Chriſtus fratrem ſuum uterinum Beniamin. i. hominẽ præ omnibus alijs honorauerit; & illi maiorem donorum ſuorum partem in menſa ſuæ largiſſimę bonitatis diſtribuerit? Ergo mors ſecundum Apoſtolum operatur in nobis. i. opera pęnalia, quæ mortis quandam præſeferunt imaginem multum nobis patientibus vtilitatis afferũt. *Iac. 1.* Ergo cum infirmor (inquit idem ad idem) tunc fortior ſum & potens. Ergo uirtus, ſecũdum eundem, in infirmitate perficit. Ergo omne gaudium exiſtimate fratres cum in uarias tentationes incideritis. i. ſi ſitis patientes & ſimiles aliæ auctoritates, quæ deduci poſſunt ex hoc: ꝙ Deus eadem pœna culpas, & ſupplicia remittit; & dat præmia (ut habetur in hymno B. Mariæ Mag.) Intellige tamen differentiam pęnarum. Si enim pęna ſit interior, quæ dicitur contritio: tunc tria facit; & culpas, & ſupplicia (proportionaliter tamen ad contritionem) remittit, & dat præmia. Sin autem ſit exterior ante contritionem nil bonum facit: niſi ꝙ remittit culpas diſpoſitiuè tantum, & conſequenter alia duo facit. Sin uero ſit exterior poſt contritionem duo tantum facit. ſ. remittit ſupplicia peccatorum delictorum, & dat præmia: non autem remittit culpas, quæ nullæ ibi ſunt, niſi in hoc ſenſu; ꝙ multoties eſt cautela, & impedimentũ ad uitanda peccata. *Ex concilio Trid. ſeſſ. 14. c. 1. & cã. 13. Item ſeſſ. 6 cano. 30.* Quid habet homo in cæleſti glorificatione præ alijs? Quòd Deum ipſum aſpiciens, tãquam fratrem ſuum uterinum dicere de illo poterit, ecce caro mea, & os meum: Hoc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: id quod nec etiam primus angelorum fateri audebit. Nunquid ergo non maior pars uenit Beniamin præ cunctis fratribus ſuis?

¶ Mitto: quòd alijs creat prælatus ſit homo in omnibus maximè in angelica cuſtodia (nam ſingulis quibuſque hominibus angelus unus deputatur pro cuſtode: alijs autem non, ſecundum genus, uel ſpeciem. 1. q. 112. ar. 2.) quoniam ſi angelis in præmiſſis prædotatus fuit, faciliimè cum cũctis alijs præfectum fuiſſe intelliges. Ex hac ergo vltima concluſione patuit ad longũ: ꝙ (allegoricè loquẽdo) Ioſeph eſt Chriſtus; Beniamin homo; alij fratres cætera creata; menſa, diuinæ largitatis bonitas; acceptio partium à Ioſeph, acceptio donorũ a Chriſto tum in creatione, tum in &c.) exceſſus partium Beniamin ſuper aliorum partes maiora hominis beneficia diuina præ alijs. Item cur dicatur Beniamin ipſius Ioſeph frater uterinus, cur dicatur homo Chriſti frater uterinus. *Summa epilogalis.*

¶ Ex omnibus ſupradictis habes ò homo: quanta ſit dignitas tua, & quanta bonitas Dei erga te. Ex primo habito: noli, in peccati uilitatem degeneri conuerſatione redire: & quærere dignitatem in terris, qui ſic in cęlis dignus es habitus. Ex ſecundo habito: noli obliuiſci benefactorum Dei: ſed dic aſſiduè animæ tuæ cum Propheta: Benedic anima mea dominum, & noli obliuiſci omnes retributiones eius: Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea (Hoc bene notato) nomini ſancto eius: & lauda anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea (. i. non tantum ore corde, ſed etiam opere; hoc eſt, ſecundum Deum benè uiuendo), quandiu fuero (. i. in æternum). *Pſ. 102. 145.*

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XLIIII.

Tex. EGo propriè ſeruus tuus ſim, qui in meam hunc recipi fidem &c. Et puer aſcendat cum fratribus ſuis.

Concl. 1. *Peccatum ſecundum dictamē rationis naturalis eſt abominabilius; quam ſeruitus temporalis: Imò propter peccatum fugiendum appetenda eſt talis ſeruitus, & à ſimili qualibet pœna temporalis.* [Ex eo]

Ratio. IVDAS promiſerat patri 43. ſe reducturum Beniamin: & quòd ſi non reduceret, eſſet in eum reus peccati omni tpe. Nunc autem, quia uidet ſe aſtrictum ex omni parte: (uel enim non reducat ipſum. i. non tranſmittat ad patrem, neceſſe eſt: uel ꝙ nec ipſius remaneat ſeruus ipſius Ioſephi): ideò minus malum eligit. De duobus enim malis minus eſt eligendum. Quid facit? Nè incurrat peccatum infidelitatis, & offenſæ paternæ: uult potius ſubire ſeruitutem pro Beniamin patri tranſmittendo. Vide: quanto deſiderio ſeruitutem quæ eſt quædam mors ciuilis pro peccato uitando appetit: q ter petit à Ioſeph, ut remaneat ſeruus: ſemel uidelicet cum Beniamin ac omnibus, bis tandem ſolus. Et tamen ſeruitus corporalis eſt metus cadens in conſtantē uirum. i. inter corporalia mala maximè timenda. Quæ autem ſint mala inter corporalia maximè timenda, quę dicuntur metus cadēres in conſtantē uirum: oſtendit S. Thomas 4. diſ. 29. q. 1. ar. 2. Dicit enim ꝙ ſunt iſta quatuor. 1. mors, uerbera, dehoneſtatio per ſtuprum, & ſeruitus, ſub hac intelliguntur etiam uincula, & ideò dictū eſt in concluſione ly à ſimili: quoniam iſta quatuor conueniunt in cadere in conſtantem uirum.

QVÆSTIO.

QVare peccata non dicuntur metus cadens in conſtantē virum: cum peccata ſint mala maxima?

RESPONSIO.

QVia illa quatuor non dicuntur metus cadens in conſtātē uirum, eo quòd ſint mala (ſic. n. procederet ratio: ꝙ. ſ. peccata diceremus & ipſa metus cadens in conſtantem uirum) ſed eo quòd vir conſtans. i. iuſtus licitè præeligit aliquid aliud malum ſubire, vt euitet iſta maiora mala. Intellige; vt euitet vel in propria perſona vel filiorum, vel vxoris vel aliorum huiuſmodi aliquod prædictorum quatuor. Modò peccata non ſunt huiuſmodi, ut licitè quis hæc incurrere uelit ob quęcūque mala uitanda: cum propter hæc non ſuſtinenda. i. non incurrenda debeat etiam mori homo, ſecundum philoſophum. 3. ethic. S. Tho. vbi ſupra. Hinc fit: ut peccata & ſint maxima mala, & tamen non ſint metus cadēs in conſtantem uirum.

APPENDIX.

HInc habes: ꝙ ſeruitus peccati eſt durior ſeruitute corporali: nam hæc præeligitur ſecundum rectam rationem a Iuda nè incurratur illa ab eodem. Ergo rectè fecit ſaluator; quando loquens de ſeruitute peccati noluit reſpōdere Iudæis de ſeruitute corporali loquentibus: Nemini, inquiunt, ſeruiuimus unquam. Quia licèt potuiſſet facillimè de hac ipſa confutare eos dicendo ꝙ patres eorum fuerunt ſerui in Aegypto: & multoties tributarij diuerſarum nationum, & captiui in terra Babylonis; item quod ipſi, qui tunc ſe inaniter iactabant, erant ſub Romanis; tamen per non reſponſionem oſtendit; ꝙ ſeruitus corporalis nihil erat ad ſeruitutem peccati, de qua intendebat.

¶ Ergo rectè peccatores dicent in iudicio: Ambulauimus vias difficiles: & Nos inſenſati. Verè inſenſati; ex quo tan-
Sap. 5. tum pondus peccati non ſentiunt. ſi. n. ſentirent, ut deceret à peccato reſilirent.

¶ Ergo occidentes ſeipſos, ut euitent quęcunque mala præſentis uitæ: rectè dicuntur effœminati, & puſillanimes: non autem cōſtantes uiri. Occidere. n. ſeipſum, eſt magnum peccatum: & conſequenter eſt maius malum, quam pœnalia quælibet, & quam mors ipſa illata. Modò conſtantis eſt ſuſtinere minus malū ad uitādum maius: inconſtantis autē, ſuſtinere maius ad uitandum minus D. Tho. ubi ſupra.

¶ Ergo meritò tales homines uituperantur ab Auguſtino in libro de ciuitate Dei. Ergo ſi qui occiderunt ſeipſos, & ex hoc laudentur; dicendum eſt: ꝙ ipſi id fecerunt ex particulari inſtinctu Spiritus ſācti (ut fuit Sanſon & S. Apollonia) qui eſt dominus uitę & mortis.

¶ Ergo peccatum eſt fugiendum ſupra omne fugibile & de peccato admiſſo eſt dolendum ſupra omne doloroſum, ergo peccatum eſt contra legem naturalem cum Iudæ prędicti tempore fuerit lex ſola naturalis non autem ſcripta ſecum ducens.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

HÆc Concluſio 1. cap. 44. deſtruit hæreſim Georgij Dauid dicentis: ꝙ Apoſtoli fuerunt ſtolidi, cùm nolentes abiurare Chriſtū coram hominibus, permiſerunt ſe occidi. Nec obſtat, ꝙ ille ipſe Georgius tenet, ꝙ abiurare Chriſtum coram hominibus non ſit peccatum: quoniam hoc eſt hæreſis, quę & illam peperit. Nam ſanctus Fabianus Papa, & martyr pro hæreſi damnauit aſſertionem hanc, ſub nomine tamen patronorum Helcheſetarū, ꝙ ſcilicet non eſſet criminoſum in tormentis Chriſtum uocetenus ab eo negari, qui corde ipſum confiteretur (ut legitur in uitis Rom. Pontificum.) Damnatur & meritò (vt diſcurrenti ex hac concluſione patet) hæreſis illa prima immò ſecunda ſimul à Chriſto, Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus animam autem non poſſunt occidere, ſed potius illū timete, q corpus, & aīam poteſt perdere in gehennā omnis ergo qui confitebitur me corā hoībus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt: qui autē negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. Nota ly ergo. Nam hinc oſtenditur, quòd concludit ex ly nolite timere &c. & per conſequens ꝙ mōſtrat apertiſſimè, negare Chriſtum coram hominibus propter illata quęcunq; corporis tormenta & occaſiones eſſe peccatum mortale: quoniam meretur, & corpus cū anima a Deo mitti in gehennam, & negari a Chriſto coram patre ſuo cœleſti. Vide D. Tho. 2. 2. q. 124. ar. &c. unde illuſiones hæreſum prędictarum uidebis iuſtiſſimè. Damnantur, & ratione & multiplici auctoritate ab eximio Eccleſię Doctore S. Thoma in Addi. ar. num. 415 iunctis Elucid. Vide & ibid. ar. nu. 33. in Elucid. coroll. ante reſponſionē ad primū argumentum. Reprobantur quoque a Luc. 14. ſi quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, matrem, vxorem, filios, fratres, ſorores, adhuc & animam ſuam non poteſt meus eſſe diſcipulus. Hoc eſt. Qui profitetur, ſe eſſe Chriſtianū; & non eſt paratus animo deliberato relinquere patrem, matrē, vxorem, filios, fratres, ſorores, immò & ſemetipſum, potius quam ma; talis non poteſt eſſe meus diſcipulus, i. non eſt Chriſtianus. Quod & B. Hieronymus affirmauit dicens: Chriſtianus non eſt, qui pro Chriſto mori paratus non eſt. Intellige de Chriſtiano fide formata ueſtito, qui dicitur Chriſtianus, & numero, & merito: non de Chriſtiano fide uera tantùm, ſed non uiua induto, qui eſt Chriſtianus numero ſolùm. Sic. n. in eſſe Chriſtiano conſtituere ſufficit ſola fides uera, licet non ſit uiua: ſecundum Concilium Tri. ſeſſ. 6. canon. 28. Relinquere autem ſe potius, quam Chriſtum, eſt vel ſe occidi potius; quam fidem Chriſti aut virtutes a Chriſto prædicatas, aut legem Chriſti, aut amorem ipſius relinquere ſeu negare. Ex his patet, ꝙ illæ hæreſes in ſenſu continēt: ꝙ Apoſtoli fuerunt ſtolidi nolendo eſſe diſcipuli Chriſti; & ꝙ non eſt peccatum recuſare eſſe diſcipulū Chriſti. Quorum duorum abſurdorum quid inſanius? Quid ſtolidius? Quid cuique recta ratione utenti, etiam ſolo auditu, abhominabilius, deteſtabilius, execrabilius? Damnantur & à Matth. x. Qui inuenit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam propter me inueniet eam. Item à Ioan. 12. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit a-

animam

animam ſuam, in hoc mundo, in uitam æternam cuſtodit eam. Is uerò amat, ſeu inuenit, animam ſuam in hoc mundo; qui mori pro Chriſto non eſt paratus in caſu, quo ſibi aut relinquenda propria anima .i. uita præſens, aut relinquendus proponitur Chriſtus: is autem odit, ſeu perdit, animam ſuã, qui pro Chriſto mori paratus eſt in caſu quo &c. Damnantur & à tota Eccleſia catholica ſæpiſſimè in anno per hoc: quòd de Apoſtolis, alijsque martyribus pro Chriſto de facto occiſis ſolemniter feſtiuitates celebrat: eorumq; mortes, & glorioſos triumphos & fœlicia natalitia, uocat. Quanti autem ualoris ſit locus, ſeu argumentum, à conſuetudine Eccleſiæ ſumptum; patet. 2. 2. q. 10. ar. 12. Maximam habet auctoritatem Eccleſię conſuetudo, quæ ſemper eſt in omnibus ęmulanda. Quia & ipſa doctrina catholicorum Doctorum ab Eccleſia auctoritatem habet. Vnde magis ſtandum eſt auctoritati Eccleſiæ, quam auctoritati uel Auguſtini uel Hieronymi uel cuiuſque Doctoris. Hæc ibi D. Thomas Eccleſię Sanctæ Splendor.

Text. QVare ſic loquitur dñs noſter: vt ſerui tui tantum flagitij commiſerint? Pecuniam &c. Apud quem cunque fuerit inuentum, quod quæris: moriatur: & nos erimus ſerui domini noſtri.

Concl. 2. *Bona conſcientia ſecura ubique eſt; & ſecurè loquitur ubique, etiam quòd habeat multos, ac magnos contraria obtendentes inſtanter.* [Ex eo.]

Ratio. FRATRES iſti furti arguuntur a diſpenſatore: & tamen quia innoxij erant, audacter ſe defendunt. Primò, p admirationem; dicentes; quare ſic loquitur dominus noſter, ut ſerui tui tantum flag. commiſerint? Secundò, per optimam ſequellam, inquientes: Pecuniam, quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, retulimus; & quomodo conſequens eſt, vt furati ſimus de domo domini tui aurum, & argen. (Ad euitandum tamen hanc ſequellam, quam probabiliter ſiendam ꝑuiderat à fratribus, voluit Ioſeph: ut cyphus abſconderet in ſacco Beniamin, de quo non verificabatur antecedens. Nõ enim pecuniam in ſacco inuentam reportarat: cùm prius nõ deſcendiſſet in Ægyptum cũ fratribus.) Tertiò, per aggrauationem pœnæ ſibiipſis ſpontè impoſitam, dum aiunt: Apud quemcunque Inuentum fuerit, quod quęris, moriatur, & nos erimus ſerui domini noſtri. Adeò enim de ſua innocentia præſumebant: vt talia audacter, & tanta ex animo dicerent. Dixi ly ex animo, ad differentiam aliquorum: qui ab impudentia, non à conſcientia, ducti talia poſt commiſſum delictum verba ſæpius inculcant.

Corol. ¶ Iuſtus, quaſi Leo, confidens ad nullius pauebit occurſũ Prou. 28. Ergo bene vocatur via domini. via plana, ibi aſpera in vias planas Eſai. 40. quia ſecuritatem pręſtat: ergo ab oppoſitis peccatum dicitur via aſpera, & praua Eſa. 40. quia timiditatẽ ſemper inducit. Ergo nolite ſperare in iniquitate Pſal. 61. ergo ab oppoſitis ſperare in æquitate, ideſt in bona conſcientia; Quis enim innocens unquam perijt? Iob, 4. Exemplum. Ioſeph ſperauit in bona conſcientia. Noluit enim męchari, ſupra 39. & liberatus, immo exaltatus contra humanã ſpem fuit ſupra 41. Hi fratres ex ſpe magna, qua in bona conſcientia ſperabant, & tãta ſupradicta animosè fassi ſunt, & confidenter ad palatium Ioſeph reuerſi ſunt: Vnde libertati demum, ac tam cõtra ſuamipſorum opinionem pluſquã gratioſè tractati, atque multifariè conſolati a Ioſeph fuerunt infra. 45. Ergo qui ambulat ſimpliciter .i. cum bona conſcientia ambulat confidenter. Ergo fortitudo ſimplicis via domini .i. bona conſcientia Prou. 10. Ergo iuſtitia omnis ſecura: timida eſt omnis iniquitas. Ergo optimè dicit bonę conſcientiæ uir in Pſal. 26. Si conſiſtãt aduerſum me caſtra & exurgat aduerſum mè prælium, non timebit cor meum.

Not. ¶ Ad captum prędictorum nota: quòd boni viri vbi eſt ſpiritus Domini uocãtur liberi, qua libertate Chriſtus nos liberauit Gal. 4. mali uero rectè dicuntur ſerui ſeruitute omni etiam imaginabili, grauiori Ioan. 8. Qui facit peccatum, ait Chriſtus, ſeruus eſt peccati Vide modo exemplum in humanis. Nam hominem natura liberum ac in libertate viuẽtem vides ſemper animoſum, intimidum, audacem, magnũ animum gerentem. Hominem autem natum ſeruum, in ſeruitute alitum uides ſemper timidum puſillanimem. Hinc peccatores dicuntur puſillanimes ab Eſaia 35. Dicite, puſillanimes conſortamini: & uocantur paruuli prouerb. 1. Vſq; quo paruuli diligitis infantiam? Hinc quia uidelicet ſerui ſūt naturaliter ex aſſuetudine puſillanimes Deus olim duxit hæbreos per tantum ſpacium temporis in deſerto, antequam faceret eos pugnare cum habitantibus in terra promiſſionis: ut ſcilicet in tanto temporis ſpacio ſeruitutis, in qua uel in eorũ patribus ſeruierant in Ægypto, obliti animum interim audẽ induerent contra hoſtes ſuos De libertate tamen, ac etiam, uide de Gene. 3. concl. 2. De timiditate malorum, cap. 4. concl. 18.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XLV.

Text. NOn ſe poterat ultra cohibere Ioſeph &c.

Concl. 1. *Vere pœnitentibus de offenſis contra nos factis non poſſumus cum bona conſcientia negare ueniam, & amicitiæ ſigna, & pacẽ, talem nos illorum pœnitentiam cognoſcentes.* [Ex eo.]

Ratio. SVPRA 42. ubi primum cœperunt fratres agere pœnitentiam de peccato ſuo, Ioſeph fleuit parumque infra. 43. uidẽs Beniamin ex amore fleuiſſe. Fleuit: Nunc autem 45. & fleuit & ſe manifeſtauit, & fratribus pacem annunciauit, & multis eos modis conſolatus eſt. Vide; quanta differentia ſit inter inchoationem pœnitẽtię, & ipſius conſummationẽ. Quãdo enim 42. uidit fratres pœnitentiam inchoantes, fleuit, ſed nil aliud manifeſtè in fratrum conſolationem fecit. Quando 43. uidit, fratres ſuos maiora pœnitentiæ ſigna feciſſe (Reductum enim Beniamin uidit, quem ipſos & occidiſſe & uendidiſſe propter odium habitum erga ipſummet Ioſeph, poterat Ioſeph ipſe ſuſpicari: (tamen tunc certificatus eſt, quòd fratres uerè in pœnitentia commiſſi delicti durabant; utpote q odium contra Ioſeph habitum ita depoſuerant, ut nec Beniamin uterinum fratrem ſolius Ioſeph aliquomodo intuitu ipſius Ioſeph perſecuti fuiſſent): Quando inquam id uidit: nõ tantum fleuit, ſed erumpebant lachrymæ (ait litera), & commota ſunt uiſcera eius: quæ omnia aliquid plus, & intẽſius, q̃ ſimplicem fletum iudicant. Quando autem uidit 44. fratres pœnitentiam conſummaſſe (tunc enim nouit, quòd fratres non tantum non odibant Beniamin propter Ioſeph, ſed etiã quòd eum diligebant, & adeo ut ſeipſos in ſeruos dare uellẽt, pro libertate ipſius Beniamin ſeruanda. Quando inquam, id uidit: Non ſe poterat (ait textus) cohibere a fletu, à ſui manifeſtatione ab annuncianda fratribus pace, à multiplici erga ipſos conſolatione. Non antea unquã nec 42. nec 43. uſa erat ſcriptura hoc uocabulo. Non poterat, niſi nunc. Quare? Quia uult oſtendere, quod concluſio docuit.

APPENDIX.

HInc vides: q bene S. Thomas inquit 3. diſt. 30. q. 1. art. 2. Dicendum, q negare homini ſigna familiaritatis, quando neceſſitas expeteret, eſſet uindicta; uel etiam quando ueniam peteret; uel quando ſe ille, qui hoſtis habetur, ad familiaritatẽ ingereret ſi habeatur præſumptio q non ſimulatoriè, uel iniſioriè faciat: quia tunc diligit, & inter amicos deputandus eſt. Sed q aliquis vltrò ad familiaritatem inimico ſe ingerat: hoc perfectionis eſt. Hæc ille. Vbi tu per ly quãdo ueniam peteret intellige etiam quãdo uerbo aut facto dicit, pęnitet me. Id quod Chriſtus Luc. 22. expreſſit dicens: ſi ſepties fuerit ad te dicens. ſ. uerbo, aut facto pęnitet me: dimitte illi (.ſ. ſigna amicitiæ in effectu). Modò iſti fratres ad ſufficientiam dixerant ipſi Ioſeph factis ſuis vt uidimus: & uidebimus pęnitet nos: ex conſequenti tenebatur Ioſeph, oſtendere eis dilectionis ſigna. Et ideò ſcriptura poſt perfectam pęnitentiam fratrum dicit. Non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph, &c.

Not. ¶ Pro maiori intelligentia ſuperiorum aduertendum: q

quando quis odit aliquem, odit etiam eius amicum; & quanto ſtrictior illi fuerit amicus, tanto maiori eũ inſequitur odio. Hinc eſt illud. Qui odit me: odit & canẽ meum: & qui amat me: amat & canem meum. Volens igitur Ioſeph experiri, utrũ fratres ſuos uerè pœnituiſſet de odio contra ipſum olim contracto ſup a 37. ſapientiſſimè proceſſit. Primò certificatus prudenter eſt: ꝙ illos pœnitteret de peccato commiſſo in ipſummet Ioſeph 42. Secundò uoluit certificari: ꝙ non odirent nec etiam amicum ſuum particularem. ſ. Beniamin fratrem ſuum uterinum: & ſic iuſſit, ut adducerent eum 42. quẽ ſanè non adduxiſſent, ſi occidiſſent ex odio, uel uendidiſſent. Adducendo ergo illum, certificatus eſt 43. ꝙ ipſi non oderat Beniamin ſicut oderant ipſum Ioſeph. Tertiò uoluit ſcire, ſi amabant Beniamin (hæc enim eſt uera pœnitentia: Amare quem prius odibas); tanquam alterum Ioſeph. Si enim amaſſent Beniamin, ſignum erat, ꝙ amabant Ioſeph: utpote qui diligerent amicum ſingularem ipſius Ioſeph; & conſequenter amarent ipſum Ioſeph in amico ſuo. Si autem non amaſſent Beniamin, ſignum erat, ꝙ non amabant Ioſeph: id quod arguebat minus perfectam pœnitentiam. Et ideò, ut hoc ſciret, abſcõdit cyphum argẽteum 44. in ſacco ipſius Beniamin; & arguit eum furti; & eum pro ſeruo, cæteris fratribus liberis dimiſſis, ſe retenturum minatus eſt. Vnde 44. ſatis apertiſſimè uenit in cognitionem; ꝙ fratres eius amarẽt Beniamin: & præcipuè Iudas (is enim conſuluerat ſupra 37. aliis Vt uẽderetur Ioſeph: & ideò exigebatur ad pœnitentiam, ut oſtenderet maiorem amorem uerſus Beniamin; quam alij. Iccirco quando Iudas alios fratres ſecum promiſit remanſuros pro ſeruis ipſius Ioſeph in 44. non eſt auditus: quãdo autem ſubſtituit ſe ſolum, aliis dimiſſis, remanſurum ſeruum, optimè eſt exauditus ad pœnitentiam. Vnde tunc primum accepit cũ alijs conſolationem ab ipſo Ioſeph) præcipuè inquam Iudas; quandoquidem ſeipſum ſeruituti perpetuæ, (id quod eſt grauiſſimum: & cõſequẽter amorem maximum inſerẽs erga Beniamin) pro ipſo Beniamin liberando, inſtantiſſimè etiã, obtulit. Sicque tandem habita fratrum pœnitentia perfecta de peccato cõtra Ioſeph 37. patrato: Ioſeph ipſe eos in ſui notitiã ac familiaritatẽ admiſit, & in amicorũ numerũ computauit.

Corol. ¶ Ergo noluit Ioſeph uti miſericordia hac erga peccantes fratres, ſine debita iuſtitia. Ergo in hoc repreſentauit Chriſtũ qui non remittit offenſam (tantum abeſt, ut paradiſum donet, in quo ſeipſum beatis dulciſſimè manifeſtat. Et id cõtra nolentes audire pœnitentiam de commiſſis) non remittit unquam offenſam, niſi pœnitentibus uerè. Si enim remitteret ſine hoc, quòd peccatores uerè pœniteret: ubi iuſtitia? Sin uerò pœnitentibus uerè, indulgentiam negaret: Vbi miſericordia? Vt ergo miſericordia, & ueritas obuiẽt ſibi; Vt iuſtitia, &

Pſal. 84. 24. pax oſculentur ſeinuicem; Vt uniuerſæ uiæ Domini ſint miſericordia, & ueritas remittit offenſam ſẽper, ſed uerè pœnitentibus. Hoc ergo ſcilicet uerè pœnitentibus, tãtum remittere eſt uirtus; non uerè pœnitentibus remittere, non eſt uirtus Nè mireris ergo, ſi Ioſeph miſericordia plenus uoluit pœnitentiam fratrum; immo ad hanc eos induxit & duris uerbis & durioribus uinclis 42. (In ſignum; quòd omnis debet proximum ſuum, quãtum poteſt, ad pœnitentiam adducere): antequam eis ſe indulgere oſtenderet. Non enim id ex immiſericordia ipſius Ioſeph proceſſit, quòd uellet uidere pœnitẽtiam tantam ante tantam indulgentiã (ex miſericordia enim in principio calamitatẽ fratrũ ſleuit ſup. 42.): ſed id proceſſit ex ordine iuſtitiæ debito. Quàm igitur magis iuſtiſſimus Chriſtus, non ex paruitate miſericordiæ, ſed ex ordine iuſtitiæ, nobis indulgentiam ante ueram pœnitentiam denegabat? Quãdoquidem in ſua iuſtitia adeo fidelis eſt ut ſeipſum negare in ſua miſericordia non poſſit: & in ſua miſericordia intantũ fidelis eſt, ut ſeipſum in ſua iuſtitia negare nequeat. Nulli ergo unquã impœnitenti, quamuis miſericordiſſimus, remittet offenſas: & nulli unquam pœnitenti, licet iuſtiſſimus, denegabit offenſarum remiſſionem. Hæc omnia bene notato, ſcilicet totum corollarium, contra hæreticos & quoſdã alios magnum forum de Dei miſericordia tumis facientes.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

Conclusio. Hæc. 1. cap. 45. destruit, tanquã ab exemplato procedens, hæreſim. Nouati dicentis: quòd in peccatum prolapſi non ad pœnitentiam, ſed ad diaboli prædam ſunt admittendi. Et quorundam aliorum dicentium: ſacerdotes, etiam poſt dignam pœnitentiam, non poſſe redire ad priſtinos honores. Has, inquam, tãquam ab exẽplato procedẽs destruit: quoniam, ut ex Matth. 18. patet, ad exemplum Dei regis olim debẽt exẽplari acta cuiuſcunq; ſerui ſui. Sicut ergo ab effectu bona fit demõſtratio ad cãm uel affirmatiuè uel negatiuè: ita ab exemplato, quod eſt præſens concluſio, demonſtratur rectè aliquid de exemplari. Puta. Si uerè pœnitentibus &c. (ut iacet concluſio): ſequitur, tanquam à ſimili, quòd Deus ad gratiam ſuam admittit uerè pœnitentes de prolapſione in peccatũ &, conſequenter quòd taliter prolapſi debent admitti ad pœnitentiam; item quòd ſacerdotes poſt dignam pœnitentiam poſſunt redire ad honores priſtinos. Damnantur etiam, & per hoc confirmatur præſens concluſio, hereſes & Nouati a Sancto Fabiano Papa ac martyre declarante, quòd apoſtatæ pœnitentes debent ab Eccleſia recipi: & prædictorum aliorum à Sancto Calixto Papa ac martyre, dum eos cenſet hæreticos, qui arbitrantur, ſacerdotes poſt crimen admiſſum etiam ſi dignam egiſſent pœnitentiam, ad priſtinos honores redire non poſſe (ut iu uita Rom. Pontificum). Item ab Apoſtolorum canon. 51. Siquis Epiſcopus, aut presbyter, eũ, qui a peccato reuertitur, nõ recipit, ſed reijcit, deponitor; eo ꝙ. Chriſtũ offendat, qui dixit; ob peccatorem unum qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cœlo. Hæc ibi. Item à concilio Tri. ſeſſion 6. canon. 29. Si quis dixerit: eũ, qui poſt baptiſmum lapſus eſt, non poſſe per Dei gratiam reſurgere, aut poſſe quidem, ſed ſola fide amiſſam iuſtitiã recuperare ſine ſacramento pœnitentiæ, prout Sancta Romana & uniuerſalis Eccleſia à Chriſto Domino & eius Apoſtolis edocta hucuſque profeſſa eſt, ſeruauit, & docuit, Anathema ſit. Hęc ibi. Vnde patet; quòd illud ad Heb. 6. impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt; guſtauerunt etiam donum cęleſte; & participes facti ſunt ſpiritusſancti; & prolapſi ſunt; rurſus renouari ad pœnitẽtiam. Patet, inq̃, illinc: quòd hoc Apoſtoli dictũ non de ſacramento pœnitentiæ, quo quis a lapſu releuatur: ſed de lauacro regenerationis, quo quis omninò ad pœnitentiam renouatur, intelligi debet. In baptiſmo .n. fit illa pœnitẽtia, de qua B. Petrus actu. 2. pœnitentiã inquit agite; & baptizetur unuſquiſq; veſtrum. Quæ ſanè dicit ceſſationem à peccatis, eorum deteſtationem aut cor contritũ, & humiliatum, qua habita conſequitur quis remiſſionem omnium ſuorum peccatorum per lauacrum renouationis. ſpiritusſancti, (ſic enim uocatur baptiſmus, in Epiſt. ad tit. 3.) Pœnitentia namq; ad baptiſmum requiſita non requirit tot; quot requirit illa, quæ ad ſacramentum pœnitentiæ concurrit, ut habes in Concil. Triden. ſeſſ. 6. cap. 14. ubi agitur (& hoc uide tu cõtra hæreſim prædictam) de lapſis, & eorum reparatione. Quaſi ergo diceret Apoſtolus ad Hæb. Impoſſibile eſt: eos, qui ſemel baptizati ſunt, iterum poſt lapſum baptizari ad ſalutem. Quòd uerò loquatur tantum de baptiſmo patet ibi per Theophilactum, dicente. Non in præſenti pœnitentia reiecta eſt; ſed ſecundi lauacri innouatio. Concordat Chryſoſtomus in huius loci expoſitione; Damaſcenus li. 4. c. 10. Auguſt. diffusè in lib. de unico bapt. contra. Petilianũ. Idẽ in epiſt. 23. de bapt. paruulorũ; & B. Tho. ibi ſuper Apoſtolũ, ex eiuſdẽ Apoſtoli cõtextu. Damnatur, & quidẽ multifariè, hereſis illa Nouatiana a Gen. 4. cũ. 17. Nũ. 15. cõ. 2. Itẽ a Hyerem. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te. In uiis ſedebas expectãs eos &c. Frons meretricis facta eſt tibi; noluiſti erubeſcere Ergo ſaltẽ amodò, uoca me; Pater meus, Dux uirginitatis meæ tu es. Nunquid uidiſti, quæ fecerit auerſatrix Iſrael? Abijt ſibimet ſuper omnem montem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt ibi. Et dixi, cum feciſſet hęc omnia, ad me reuertere: & non eſt reuerſa. Et uidit auerſatrix ſoror eius Iuda &c. & non timuit: ſed abijt, & fornicata eſt cum lapide & ligno Reuertere, ait Dominus; & non auertam faciem meam a uobis: quia ſanctus ego ſum. Veruntamen ſcito iniquitatem tuam; quia in Dominum Deum præuaricata es Et diſperſiſti uias tuas alienis ſub omnium ligno frondoſo & non audiſti uocem meam. Conuertimini filij reuertentes ait Dominus & aſſumam uos: & introducam uos in ſyon Sed quomodo ſi contemnat mulier amatorẽ ſuum: ſic contempſit me domus Iſrael, dicit Dominus. Conuertimini filij reuertẽtes & ſanabo auerſiones ueſtras. Hæc ibi. Non tantum ergo q̃ libet peccatricem, ſed etiam idolatram, & quidem pluries; Deus admittit, & quidem frequẽter magnoque deſiderio, ad pœnitentiam: ut ſingula conſideranti patet. Vide Elucid. pri. par. arti. nume. 255. & Elucida. Addi. nu. 260.

Pro

Text. PRo ſalute enim ueſtra miſit me dñs ante uos. Non ueſtro conſilio, ſed Dei uoluntate hùc miſſus ſum: qui me fecit tanquàm patrẽ Pharaonis &c.

Concl. 2. *Deus ex malo elicit bonum: etiam contra opinionem hominum.* [Ex eo]

Ratio. FRATRES uendiderant Ioſeph, quod fuit magnum peccatum: & Deus ex hoc peccato extraxit bonum, & ſanè maximum. ſ. ſalutem fratrum, & totius Ægypti, & urbium uicinarum & exaltationem ipſius Ioſeph, & uxorationem, & prolificationem duplicem ſupra 41. 42. 43. 44. & id fecit contra opinionẽ fratrũ illũ uendentium: ut patet, & magis patebit.

APPENDIX.

1 HINC à ſimili habes: quòd Deus eſt adeò bonus, ut ex
quolibet malo eliciat bonum. Id quod D. Auguſtinus
1. q. 2. ar. 3. ad primum. & q. 22. ar. 2. ad ſecundum. in enchiridion aiebat. Deus inquit cùm ſit ſummè bonus,
nullomodo ſineret, aliquid mali eſſe in opibus ſuis: niſi eſ-
ſet adeò omnipotens & bonus, ut bene faceret etiam de ma-
lo. Et hoc ad infinitam Dei bonitatem pertinet: Vt permittat
mala, & ex eis eliciat bona. Non enim eſſet uita hominis ſi
non eſſet occiſio animalium: nec eſſet patientia martyrum, ſi
2 non eſſet perſecutio tyrannorum. Secundò à ſimili habes: quòd
Deus non tantum elicit bonum ex malo; ſed etiam maius
bonũ (Hoc eſt; quod cõiter dicitur: Omnia pro meliori). Vi-
diſti enim quãtum bonũ, & multiplex extraxit Deus ex uno
3 ſimplici malo. Tertiò hinc hẽs gloſam ad illud, ſapiẽtia uin
cit malitiam: inquãtũ. ſ. ex qualibet malitia maius bonum
4 elicit. Quartò habes: quòd ſemper in quibuslibet malis euen-
tibus debemus in Deũ ſperare; quod non tantum mala ipſa
deficient, ſed quòd pro malis bona maiora cõſurgent. Hinc
5 ait ſcriptura: In die malorũ nẽ immemor ſis bonorũ. Quin-
tò Dei bonitatem maximam habes in ly Pro ſalute enim ue
ſtra miſit &c. Ob peccatum enim uenditionis meruerant fra-
tres exterminari de terra in infernum: & tamen ipſam eorũ
venditionem ordinauit Deus in eorum multam ſalutem. Ex
peccato, tanquã ex peccato, mortem duplicẽ, temporalem
ſcilicet, & æternam meruerant: & ex Dei bonitate ordinan-
te peccatum habent vitam multiplicem. ſ. pro ſe, pro filijs, pro
coniugibus, pro pecoribus, pro patre, pro omnibus ſuis: & ex
hoc habent etiam uitam æternam, in hoc ſenſu tñ inquantũ
.ſ. ab eis cauſa deſperationis ablata eſt, cùm dantur eis alimẽ
ta non tantũ ad uotũ, ſed ſupra uotum, & ſuprà omne ſuum
cogitatum: & p cõſequens data eſt eis occaſio ſalutis æternæ.

¶ Deus dicitur totaliter deſtruere malum, tanquam unũ ſummè contrarium aliud; in ſenſu prædicto: quia, ſcilicet ex malo quouis elicit bonum 1. q. 2. ar. 3. arg. 1. cum reſponſo Item omnia etiam peccata ſubijci prouidentiæ diuinæ ſic intelligitur: quòd. ſ. Deus ordinat peccata ad bonum ex eis ab ipſo eliciendum ex 1. q. 22. ar. 2. 2[ta]. & ad malũ pœnæ pro eis inferẽdũ peccatoribus 1. q. 23. ar. 3. Sic ergo ſub prouidentia Dei mala culpæ cadũt dupliciter: & inquantũ ordinat illa in id quod ipſis ex ſeipſis debet, hoc eſt quãdo ordinat, pro malis his inferre pœnas, & inquantum ordinat illa in id, quod ipſis ex Dei bonitate largitur, hoc eſt quando ordinat ea, vt ex ipſis extrahatur bonum. Illa ordinatio principalius Dei iuſtitiam: iſta ordinatio principalius Diuinam miſericordiam ſonat.

Text. NOn veſtro conſilio, ſed Dei prouidentia huc &c.

Concl. 3. *Quando quis contranititur uolũtati Dei, tunc maximè ipſe nolens adimplet uoluntatem Dei: A Deò diuina uoluntas eſt omnipotens.* [Ex eo.]

Ratio. FRATRES Ioſeph uendiderant ipſum hac intentione, nè prodeſſent illi ſomnia eius. 37. nè regnaret ſuper eos. Vn de putarunt, viam venditionis eſſe potiſſimum impedimentum, vtpote regno directiſſimè oppoſitum, perueniendi ad regnum. Et propterè iſta fuit accommodatiſſima via ueniendi ad regnũ illi à Deo in ſomnis oſtẽſum 37. Sic ergo fratres putãtes cõtranniti efficaciter volũtati diuinæ: tunc maximè adimpleuerunt voluntatẽ Dei: & propriã nolentes deſtruxerũt.

APPENDIX.

HINC habes: quòd non quicumque adimplet volunta- 1
tem Dei benefacit alioquin omnes ſemper beneface-
rent, & ſic omnes ſaluarentur: ſed tantum qui adimplet eam
voluntariè. Secundò habes: quòd ſicut exaltatur cœli à 2
terra ſic exaltatæ ſunt viæ Dei à uijs noſtris, & cogitatio-
nes Dei à cogitationibus noſtris. Nonnè cogitationes fratrũ
diuerſiſſimę erant à cogitationibus Dei: & viæ illorum à vijs
Dei; inquantum per eandem uiam cogitabant impedire Dei
volitum, & Deus per eãdẽ met uiã idipſum adimplere voluit?
Ergo rectius dicendũ; quòd Deus de omnibus facit ſemper Eſa.
uoluntatem ſuam: q̃ quòd omnes ſemper faciant voluntatẽ
Dei etiam inuiti quandoque (puta mali mala agentes). Ergo
uoluntas Dei adeo eſt efficax, vt ſemper & impleatur; & quan
doque pluſquam mirabiliter impleatur. 1. q. 19. art. 6. Ergo
prouidentia Dei in ſua diſpoſitione non fallitur, ut dicitur in
collecta ab eccleſia .i. eſt certa; & infallibilis. 1. q. 22. ar. 4. 1. 2.
Ergo uoluntati Dei quis reſiſtit? Ergo in ditione tua domine Apoſtol.
cuncta ſunt poſita: & non eſt, qui poſſit reſiſtere uolun-
tati tuæ. Ergo neſcit homo finem ſuum: id eſt facit aliquod, Heſter.
cuius ignorat exitum; nam quandoq; ex illo facto putat cer Eccl. 9.
tiſſimè, euenire unum, & Deo agente euenit totaliter oppoſi-
tum, ut fuit in propoſito iſtorum fratrum. Ergo hic ſcriptu-
ra ſiguratè loquitur, Non veſtro conſilio huc miſſus ſum. ſ.
ut perueniam ad regnum. Minus enim dicit plus ſignificans.
Hæc dicitur figura tapinoſis: quæ eſt contraria ipſi hyperbo-
læ. Dicit enim q non eſt miſſus illuc ad regnandum illorũ
conſilio; & non tãtum ſignificat hoc, ſed plus: quòd. ſ. hoc fa-
ctum eſt contra ſuum conſilium. 37. Ergo non eſt conſilium
.i. nullum præualet conſilium contra dominum. Hæc etiã Prou. 21.
eſt locutio figurata, ut ſupra. Non tantum enim non ſunt ali
qua ſcientia, uel ſapientia, uel conſilium, præualentia contra
dominum: quinimmo iſta, quæ æſtimantur quandoque cõ
tra dominum, ſunt pro domino .i. ſunt ad implendum uelle
Dei efficax uia. Et ſic ergo intellige illud Pſalmi: omnia ſer-
uiunt tibi. ſ. uel uoluntariè, uel inuoluntariè.

AD quos ille clementer accedite, inquit, ad me &c. Nolite pauere &c. Eriſque iuxta me tu & filij tui, & filij filiorum, oues &c. oſculatuſque eſt Ioſeph omnes fratres ſuos: & plorauit ſuper ſingulos. Poſt quæ auſi ſunt, ei loqui. Text.

Concl. 4. *Pœnitentes animandi ſunt ad ſpem, & fiduciam: & non in deſperationem duris uerbis inducendi.* [Ex eo]

FRATRES hi erant iam uerè pœnitẽtes vt viſum eſt 42. 43. 44. ideò multis clementiis tum verbis, tum promiſſis tum oſculis, tũ fletibus, eos Ioſeph ad ſpẽ inanimat. Et uide miram dexteritatem ipſius erga peccatores, & artem. Primò uerbis duris, factiſque 42. ad eos vtitur, ut in peccati cognitionem illos adducat. Secundò, poſtquam eos in peccati notitiam induxit, & pœnitentię ſigna clariſſima uidit 42. 43. 44. verbis ſignis, operibus clementiſſimis ad eos uocat. Primò terret; vt peccata omnes uideant: Secundò mulcet, ne peccata uidentes in puſillanimitatẽ cadant. Similis eſt Samaritano illi Euangelico: qui infudit uulneribus curandis vinũ, & oleum. Vinum mordet vulnera: oleum demulcet illa. Vinum; duritiem tum uerborum tum operum Ioſeph erga peccatores figurat: oleum ipſius manſuetudinem multiformem repręſentat. Ratio. Luc. 10.

¶ Terrendus ergo peccator, vt ſe agnoſcat: animandus, ut ſe erigat. Terrendus, ut ſe in ſeipſo deijciat: animandus, ut ſe in Deum maxima cum fiducia proijciat. Timor præcedat: Vt amor ſubſequatur. Timor fit initiũ iuſtificandi: ſed amor iuſtificet peccatorem. Timor aſſimiletur acui; amor verò ſetæ. Sicut ergo acus introducit ſetam in pannum ſuendũ: ita timor introducat amorem in animam conuertendam. Timor ergo & amor in conſuendo peccatricem animam, utpote diſſolutam, adhibeantur: ut faciliter conſuatur, tanquã veſtis. Nam pater filio loquens in Eſaia ait: omnibus his (.ſ. Coroll.

animabus

animabus iuſtis) veſtietis. Veſtis igitur anima dicitur: ut quemadmodum in neſte materiali fuenda procedimus, ſic in conuertendis animabus procedamus.

Tex. FEſtinate, & aſcendite ad patrem meum;& dicetis ei. Hæc mandat filius tuus Ioſeph. Deus me fecit dominum vniuerſæ terræ Ægypti. (Et in fine capituli). Illi Econtrà referrebant omnem ordinem rei.

Conclu. 5. *Ioſeph, ad totaliter peragendam pœnitentiam à fratribus, voluit: quòd ipſimet fratres referent patri ſuo; ipſum Ioſeph uiuere, eſſe in Aegypto, eſſe dominum terræ.* [Ex eo]

Ratio. Ioseph ſupra 44. narrantibus fratribus audierat, quòd ipſi dixerant ad Iacob mendacium unum. ſ. quòd beſtia deuoraſſet ipſum Ioſeph. Et conſequenter audierat, quòd fratres non detexerant patri ſuo proprium delictum; immo quòd ſub mendacio excuſauerant illud. Cuius tamen detectio erat de perfectione pœnitentiæ ipſorum: ſaltem, ut tolleretur mendacium iam patri dictum. Ideò etiam ad hunc finem (ut pluſquam probabiliter credi poteſt) Ioſeph mittens ſuos fratres ad patrem impoſuit illis: Vt dicant talia, quibus faciliter detegant & uenditionem fratris, & mendacium, & inuidiam, ne ſuper eos regnaret, quæ fuit uenditionis cauſa. Impoſuit enim; ut dicant iſta uerba patri. Hæc mandat filius tuus Ioſeph. Deus me fecit dominū uniuerſæ terræ Ægypti. Nonnè audiendo Iacob illam ſententiam, ſ. Hæc mandat filius tuus Ioſeph probabiliſſimum eſt, quòd ipſe tanquàm prudens dixerit: ergo uos dixiſtis mihi mendacium affirmādo quòd beſtia deuoraſſet eum? Et ultrà; Quomodo eſt in Ægypto? Et ultra; Quare dixit uobis, quòd eſt dominus? At fratres illi tanquam de omnibus compuncti referebant patri omnem ordinē rei: ut textus ait. Quod ſatis probabiliter intelligitur; non tantum de eo quod tunc acciderat: ſed de omnibus quæ acciderant in capit. 37. quòd uidelicet ipſi uendiderant Ioſeph Iſmaelitis in Ægyptum deſcendentibus; & quòd hoc fecerant ex inuidia, nè ſ. dominaretur ſuper eos. Et ſic Ioſeph ipſe prudentiſſima uſus eſt uia ad faciendū; quòd fratres iā pœnitentes ad cumulum pœnitētiæ ſuū faterentur errorem etiam patri. Ex huiuſmodi confeſſione non tantum uoluit habere, quod diximus; videlicet, cumulum perfectionis pœnitentiæ fratrum: ſed & uoluit habere ex hoc maiorem gloriam Dei. Nonnè in altam Dei gloriam redundat: quod Deus à fratribus eiectum, uenditum uili precio, in exteris regionibus poſitum, ſupra exteras nationes tam mirabiliter regnare fecerit? Certè ſic. Non enim fuiſſet ad tantam Dei gloriam: ſi, abſque hoc quòd uenderetur, ipſum Ioſeph in regnum ſublimaſſet. Vndè ad ſignificandum, quòd Ioſeph uoluit confeſſionem fratrum apud patrem, ut cederet in maiorem Dei gloriam ſuus honor, & principatus in Ægypto: poſt illa uerba primò patri referenda ſubiunxit ſecundò referenda patri dicens: Nunciate patri meo uniuerſam gloriam meam: & cuncta, quæ uidiſtis in Ægypto; quòd ſcilicet omnes diligunt me, paſcuntur per me, honorant me, timent me &c.

Not. ¶ In ſupradictis cognoſce primò charitatem ipſius Ioſeph erga ſalutem fratrum: quòd vult eos ad omnimodam pœnitentiæ perfectionem inducere; & nota modum ſuauiſſimum, quo utitur ad attingendum hunc ſuum ſcopum. Secundò cognoſce, quòd diximus ly faciliter, & ly probabiliter; quando loquebamur de fratribus detecturis peccatum ſuum ipſi Iacob. Poterāt enim fratres, etiam narrando uerba ſibi iniuncta a Ioſeph, & reſpondendo ad ſingulas interrogationes ſupradictas ipſius Iacob: Poterant (inquam) dicere; Viuit, ſed neſcimus quomodo, Beſtia apprehenderat eum ita, ut crederemus citò eum deuoratum, ſed neſcimus quo modo euaſit; Et quomodo ſit in Ægyptū præfectus, neſcimus; & ſimilia uerba dare ſeu poterāt fratres. Ideò non diximus ly neceſſario: ſed ly faciliter, & ly probabiliter. Probabile nāque eſt: quòd, tùm eſſent cōpuncti, & ex eorum tali confeſſione maior Dei gloria reſultaret (quam compūcti amāt); retexerint oēm ſuum errorem patri. Quod & neceſſarium eſt credere: ſi gloſemus illa uerba in calce (ſ. Illi contra referebāt omnem ordinem rei) modo, quo gloſauimus. Vnde ſi uera eſt gloſa neceſſariò: & id de illorum confeſſione credere neceſſarium eſt: ſi probabilis, probabile.

EGo ſum Ioſeph frater ueſter; quem uendidiſtis &c. Pro ſalute enim ueſtra, &c. Non ueſtro conſilio, ſed &c. Feſtinate, Nunciate patri meo uniuerſam gloriam meam. Tex.

Concl. 6. *Ioſeph in multis figurauit Chriſtum hoc in capitulo Geneſis 45.* [Ex eo]

Ratio. Ioseph ſupra 41. vocatus eſt Saluator mundi. Vt addiſcamus, quantum Chriſti figura extiterit: cum & ipſum Chriſtum nomine præſeferat. Primò igitur Ioſeph iam ditiſſimus & Rex agnoſcit fratres ſuos pro fratribus: & eis iam pœnitentibus ſe manifeſtat per multa ſigna amoris, ut ſupra uidimus; 1
Chriſtus iam poſt reſurrectionem Dominus omnium in cœlis & in terris conſtitutus, iam ditiſſimus, tùm in anima, tùm in corporis dotibus: quid facit? Apoſtolis iam de ſuo peccato quo eum deſeruerant pœnitentibus clementiſſimè ſe manifeſtat: & quia pauent, putantes phantaſma ipſum eſſe (ut & illi fratres pauebāt); Ideò in multis argumētis declarat eis reſurrectionem ſuam. Quid ultra? Chriſtus iam Rex maximus, ut ſupra, recognoſcit pauperes, & iam per peccatum inimicos ſuos (nam & fratres hi fuerant hoſtes Ioſeph) agnoſcit, inquam, illos pro fratribus, eoſque fratres ſuos uocat; uade (inquit Magdalenæ) dic fratribus meis &c. Matth. vlt. Adhuc.
Secundo Ioſeph uenditus eſt ab illis in Aegypto: quæ tamen uenditio in bonum fructum diuina ordinatione ceſſit. Chriſtus uenditus eſt ab Apoſtolis. ſ. ab uno illorum, & ipſius uenditio in bonū apoſtolorum ceſſit. Et ſicut uenditio Ioſeph in bonum pœnitentium tantum fuit: ita & uenditio Chriſti. Iudæ enim & Iudam in impœnitentia imitantibus, in ſalutem non redundauit, neque redundabit: quoniam Iudas, & ſui ſimiles, non agunt pœnitentiam. Tertiò Ioſeph venditio non facta eſt in ſalutem cæterorum ex cōſilio vendētiū immò contra conſilium: ut ſupra uidimus: ſed Dei voluntate. Chriſtus uenditus, & traditus eſt, non ut reſultaret ex intentione uendentis ſalus populorum: ſed hoc à Deo factū eſt ut dicit Pſal. 117. A domino factum eſt iſtud. Quod iſtud? Vt lapis reprobatus ab ædificantibus fieret in caput anguli; ideſt in ſalutem tum Iudeorum, tum gentium ipſum reprobantium iam olim, cederet. Ideò, quoniam exaltatio Chriſti ad regnum fuit nō per uiam humanam, immò per uiam totaliter oppoſitam opinioni humanæ de regnaturo per illam uiam vtpotè per uiam ſimilem uiæ ipſius Ioſeph: quando ad regnum peruenit, ideò (inquam) ait Chriſtus Pilato, Regnum meum non eſt de hoc mundo. Quaſi dicat ſum uenditus, incarceratus, abiectus a fratribus, in manus gentium Aegyptiarum. ſ. tenebroſarum, ratione peccatorum ſuorum poſitus; Vt, ſecundum intentionem illorum (cut & fuit intentio uendentium Ioſeph 37.) a regno obtinendo ſuper eos impediar: & tamen hoc domini uoluntate fuit eſtque uia aptiſſima perueniendi ad regnum meum. Sicut ergo, uia hæc ad regnum meum ueniendi non eſt uia humanitus inuenta, ſcita, immò nec cogitata. Quinimo ipſi cogitationi humanæ contraria: utpote ſecundum cogitationem humanam ducens ad perdendum regnum, ſi haberetur: non, ad adipiſcendum, ſi non haberetur: ita Regnum meum non eſt ſuper humanas uires fundandum, humanis prudentijs ad augendū, humanis uijs defendendum (intellige ſemper in ſenſu catholico) humanæ ſapientiæ innitendum, humana ſcientia menſurandum, atque humanis intellectibus metiendum. Cùm ergo Regnum meum ſit ueritas a me. ſ. prædicata, reſtat: ut ueritas fidei humanam ſcientiam traſcendat, humano intellectui contraria uideatur, humanam capacitatem tranſcendat, humanis uiribus non ſuſtentetur: immò ab humana ſapientia, tanquam ſtulta reputetur, impetatur, ſubſannetur, irrideatur, conculcetur, ac omnibus, quibus poteſt, furijs ad mortem uſque multifariè crudeliſſimè inſectetur (Hoc apparuit in tyrannis tam Iudæorum, quàm Romanorum & aliorum fidem Chriſti perſequentium: Et nunc apparet in hæreticis; immò & in Chriſtianis fidem ſuis uitijs uanè offendentibus ita; ut fateri quiſque cogatur; quòd digitus Dei eſt hic, qui ueritatem hanc fidei inter tot mala immaculatam 2 3

culatam

ſulatam conſeruat.) Quartò uenditus eſt Ioſeph à fratribus ex inuidia ſupra 37. quia.ſ. & plùs a patre amabatur, & quia inuidebant eius celſitudini prænarratæ: & ex ambitione, ſeu auaritia, quia.ſ. timebant ne ſubiugarentur dominio ipſius Ioſeph, & cõſequẽter amitterent excellentiam propriã. Chriſtus a Iudæis, ut uenderetur, & peius tractaretur eſt inquiſitus; tum ex inuidia, tum ex ambitione, ſeu auaritia. Ex inuidia quidem; quia.ſ.uidebant ipſum Chriſtum amari a turbis & inuidebant eius celſitudini a turbis præconizatæ multotiens & exoptatæ. Ex ambitione aũt, ſeu ex auaritia; quia timebant perdere locum ſuum (ideſt reputationem propriam, reuerentiam, æſtimationemque in populo) & gentem (ideſt & ſequellam populi, ac applauſum: id quod honoris auari, ideſt ambitioſi, maxime timent.) Has ambas cauſas expreſſerunt ipſi Iudæi tanquam à ueritate coacti, in ultimo concilio ſuo contra Ieſum facto: Vt narrat Ioannes in euangelio. Collegerunt Pontifices, & phariſæi concilium contra Ieſum: & dicebant, quid facimus? &c. Inuidiam explicarunt his in uerbis.ſ.omnes credent in eum, id quod.ſ.nos torquet (Ecce inuidentia de excellentia Chriſti) Ambitionem autem ſuam, ſeu auaritiam honoris per hæc uerba (Romani tollent locum noſtrum; & gentem) liquidò aperuerunt. Itaque ex iudęorum uerbis patet & cauſa, quare uendi Chriſtum deſiderarunt; & quam conformiter ſe habuerit Ioſeph venditio ad uenditionem Chriſti. Quintò iſti fratres, ignorando adimplerunt uelle Dei de regno ipſi Ioſeph dando; & de Ioſeph non tantùm iudæis, ſed & multo magis aliis gẽtibus (erat enim i Ægypto: & cõſequẽter gẽtibus illis magis prouidebat) p regnũ ſuũ profuturo: & de Ioſeph ſub eadem regione iudæos cum gentibus tandẽ habituro, licèt iudęos in numero pauciori (ibi enim Ieſſem tãtum quæ erat minor locus, quam tota Aegyptus; habitabãt): & de gentibus ſub Ioſeph gubernatis plurimum de aduentu iudæorum ſub Ioſeph regimine gauiſuris; ita ut mitterẽt eis plauſtra &c. ad ſubuectionem paruulorum.

¶Simili modo iudæi Chriſtum perſequentes id, quod fieri Deus ab æterno diſpoſuerat de filio ſuo ignorantes impleuerunt Actuũ 13. ſi enim cognouiſſent, q.ſ.Chriſtus per hãc uiam uenturus eſſet ad regnum, nunquã ipſum crucifixiſſent (ut ait Apoſt. 1. Cor. 2.) iudæi ergo ignorantes fecerũt; q Chriſtus etiam gẽtium rex conſtitutus eſt, non tantum iudæorum: immo & gentium: unde loquens Chriſtus de paſſione ſua a iudęis procuranda prædixit, ſe ſuper gentes multas regnaturum. Vide in euangelio Ioannis, quando Andreas dixit Chriſto, q Gentiles quidam eum geſtiebant uidere: quid dicit Chriſtus? Amen Amen dico uobis: niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. De ſeipſo grano per crucem à iudæis mortificando quare mentionem facit: quando rñdet ad Gentiles ipſum uidere cupientes? Certè; quia paſſio illa crucis erat uia ad regnandum maximè ſuper gentes. Hinc dicitur, Meſſiam fore expectationem gentiũ infra 49. quia in eum gentes numero abundatiori erant credituræ, quam iudæi; & adeò feruẽtiſſimo amore, ut pro Chriſto eſſent mortem plures ſubituræ ob hoc, poſtquam de ſalute gentium dixerat dominus; Niſi granum frumenti, meminit de martyrio ſequentium ſe, ubi ait: Qui autem perdiderit animam ſuam propter me, ſaluam faciet eãm. Hinc à patre dr̃ Chriſto: poſtula, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã Pſ. 2. Quare de iudæis, non meminit: cum & ipſi fuerint in hæreditatem Chriſti admiſſi, utpotè credẽtes in eum, ut ſæpè in actibus apoſtolorũ legitur? Quia denominatio fit à pluri numero, & a nobiliori. Nonnè plures ex gentibus in Chriſtum paſſum crediderunt? Nonnè & nobiliores; utpotè Romani imperatores, duces, principes; philoſophi, ſummi doctores, ſapientia qualibet affatim præditi? Quia ergo iudæi Chriſtum granum mortificarunt: ideò dicuntur feciſſe ignorantes Chriſtum regem ſuper Aegyptum maximè.i. ſuper gentes olim tenebris peccatorum multimodis irretitas; & conſequenter feciſſe, Chriſti regnum magis Aegypto illi, quã ſibiipſis fuiſſe.

¶Item Ioſeph iudæos ſimul cum gẽtibus ſub eadem prouincia rexit: quod ex uenditione prima factum eſt occaſionaliter. Chriſtus factus eſt lapis angularis per ſuam Crucem, faciens utraque vnum (.i. iudæos genteſq; ſub eadem fide coniungens): ita, ut ſit unum ouile, & unus paſtor. Item ſub regimine ipſius Ioſeph iudæi quidem uenerunt in magna multitudine: ſed tardè venerunt. Ad Chriſtum regem adorandum uenient oẽs, qui tunc erunt iudæi: ſed ad ueſperam (Pſal. 58. Rom. 11. Conuertentur ad ueſperam). Vnde apoſtolus: Cum plenitudo gentium introierit; tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. Eſaias quoque de Iſraelitis ait: Reliquiæ ſaluæ fient. Item gẽtes ſub Cap. 10 Ioſeph rectæ de aduẽtu iudęorum ſub eodem multum gaudent: ut in litera patet; Ita gentiles Chriſtiani plurimùm gauiſuri ſunt de conuerſione finali totius Iſrael (ideò totius: quia dicitur hic; Eris iuxta me tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armẽta tua, & uniuerſa quę poſſides; ibiq; ideſt in fide gentium Chriſtianarum, te paſcam) Vnde ad tantum gaudium quaſi inexplicabile innuendum, toties repetitur hic gentium exultatio maxima de inuentione fratrum Ioſeph, non ergo triſtabuntur quodammodo tunc gentes de conuerſione Iudæorum: Sicut quodammodo olim iudæi Chriſtiani uidebantur triſtari de aduentu gentium ad fidem Chriſti: ut dicitur Actuum xj. Applauſus.n. iſte ſignat applauſum gentium de aduentu Iudæorum.

Item Ioſeph mittit plauſtra &c. ad ſubuectionẽ paruulorũ, & coniugum. Iſta iumenta ſunt prædicatores, quos mittet Chriſtus ex gentibus (iumenta.n. erãt ex Aegypto) ad cõuertendum Iſrael: qui etiam prædicatores dicuntur plauſtra, qa uerbis ac exemplis optimis ita iudæos ſubleuabũt ad bonũ, ut Iudæi uideantur portari ab illis. Dicuntur etiam iudæi in plauſtris atque iumentis eſſe uenturi; ad denotandum, q citò.i. magno cum feruore & conuertentur, & in uia Chriſti cum feſtinatione ambulabunt. Vnde quia uadens ſuper iumentum, aut plauſtrum, citiùs uadit quo vult, quam ſi pedes iret: ideò eorum maximus feruor ad currendum in uia Chriſti talibus figuris præſignatus eſt. Qui etiam feruor, ſeu promptitudo Chriſto ſeruiendi, ſignificata eſt ſecundo per ly deſcende ad me. Sicut.n. qui deſcendit, uelociùs mouetur, & faciliùs, quam qui aſcendit: ita Iudæi tunc per hoc ſignificati ſunt, q in uia Chriſti mouebuntur uelociter, & cũ maximo amore; qui eis iugum domini facillimum reddet. Quod ſanè Iudæorum tunc deſiderium futurum: teſtatur Pſalmus dicens. Conuertentur, ſcilicet iudæi, ad ueſperam (hoc ſuprà viſum eſt). Et famem patientur, ut canes. Fames canina grandis deuotas eorum deſiderium grande circa famem verbi Dei tum recipiendi, tum obſeruandi. Quid? Vis & adhuc noſſe eorum caninum deſiderium, ſeu caninã famẽ uerbi Dei? Et circuibũt (ait idem Pſ. de iudęis) ciuitatem. Ciuitatem utique, Eccleſiam.ſ. per ciuitatem Hieruſalem prænotatam, circuibunt undique Chriſti fidem eis prædicando: ita quòd Iudæorum quidam tunc conuerſi ad fidem Chriſti alios Iudæos ſua prædicatione & uitæ & doctrinæ conuertent. Vnde ad hoc ſignandum; hic mittuntur fratres, qui erant iudæi, ad tollendũ alios iudæos de terra Chanaan; & ad introducendum illos ad terram ab ipſo Ioſeph pro eorum felici habitatione aſſignatam. Priores tamen, q tunc Iudęos adducẽt, erũt gentiles Chriſtiani: qa ipſi (Taceo de Enoch, & Helia) incitabunt ad hoc faciendum; ſiue per orationes ſuas præcedentes, ſiue etiam prædicationes, ſeu p bonam ſuam conuerſationem, ſiue aliomodo. In huius ſignum hic Pharao primus eſt, qui præcipit de iumentis mittendis, de plauſtris; atque cibarijs dandis promittit in copioſiſſima abundantia.

¶Ergo tunc gentes vicẽ aliquomodo rependent Iudęis. Nã in primitiua Eccleſia Iudæi fuerũt primi, qui gẽtes conuerterunt ad Chriſtum: in poſteriori aũt eccleſia gentes erunt modo dicto primi qui Iudæos conuertent. Ergo tunc gentes erunt capientes, qui ſe ceperant cùm conuertent Iudęos à quibus primò conuerſæ fuerunt. Nunquid non Apoſtoli, qui primitus gentes in natum Eccleſiæ cœperunt, fuerunt natione iudæi? Ergo Eccleſia gentium tunc dicere poterit id Pſalmi: ſenectus mea in miſericordia vberi. Maior ſiquidem miſericordia datur à Deo alicui, quando ipſe & conuertitur, & alios conuertit: q̃ qũ conuertitur tantùm. Modo tunc in ſenectute.i. prope mundi finem, dabitur gentibus conuerſis; ut alios, etiam antea perfidiſſimos, conuertant; id quod nunc ordinariè Chriſtianis gentibus non datur reſpectu Iudęorum: ex conſequenti ſenectus Eccleſiæ gentium chriſtianarum erit in miſericordia uberi.i. vberiori; quam prius: Ergo tunc erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi; ſm Euãgelium. Nam gentes, quæ in primitiua Eccleſia fuerunt nouiſſimæ ad fidem Chriſti per primos Iudæos adductæ: tunc in ſeneſcente Eccleſia erunt primæ modo dicto nouiſſimos Iudæos ad Chriſtum adducẽtes. Ergo ultra alias expoſitiones ſic potes gloſare Apoſtolum ibi; Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci: Gloſare inquam, iuxta ſupradicta. Nam ſicut dignitas iudęorum fuit, vt in iuuenta eccleſiaſtica traherent primi gentes nouiſſimas ad Chriſtum: ita dignitas gentium erit,

vt in

vt in ſenecta eccleſiaſtica adducāt primi nouiſſimos Iudęos ad Chriſtum. Et ita in hoc non eſt diſtinctio: cum & Iudęus ſit primus, & nouiſſimus; & Græcus primus exiſtat, atque nouiſſimus: & id reſpectu utriuſque partis ad inuicem.

6 ¶ Sexto Chriſtum figurauit Ioſeph in hoc quòd miſit fratres ſuos nunciare gloriam ſuam patri. Nunciate (inquit) patri meo uniuerſam gloriam meā: & cuncta, quæ vidiſtis in Ægypto. Chriſtus ſimiliter miſit poſt reſurrectionem ſuā, & exaltationem fratres ſuos .i. Apoſtolos: ad annunciandū mūdò uniuerſam gloriam ſuam, id quod cedebat in gloriam patri ſuo; & hoc eſt, Nunciare gloriam ſuam patri .i. ad gloriam patris. Vnde eſt ſimile illi dicto Rom. 1. Qui factus eſt ei, id eſt ad gloriam eius, ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Hinc eſt; ꝙ antequam diceret Apoſtolis. Prædicate Euāgelium omni creaturę, dixerat eiſdem, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Quaſi ex ipſo verborum ordine diceret. Ite; Nunciate hāc quā uobis dixi, gloriam meam maximam omni creaturę. Ideò in actibus Apoſtolorum legitur; ꝙ uirtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti: & quod teſtificabantur, Chriſtū eſſe à Deo conſtitutum iudicem viuorum, & mortuorum: & quòd non eſt in aliquo alio ſalus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti; & baptizabant, miraculaque ſtupendiſſima faciebant ad inuocationem ſolūmodò nomine Ieſu Chriſti & alia huiuſmodi. Quæ omnia erant gloria Chriſti maxima: quam nunciare miſerat fratres ſuos figuratus Ioſeph patri ſuo.

¶ Nunciabant & cuncta, quæ viderant in Ægypto, ſ. in tenebroſo peccatorum ſtatu. Dicebant enim ſaluamini à generatione iſta peſſima, act. 2. & alijs verbis teſtificabant, quanta mala imminerant in Ægypto .i. in tenebrarum ſtatu, manētibus. Quando dicebat Apoſtolus: Stipendia peccati mors, &, Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum: & Horrēdum eſt incidere in manus Dei uiuentis; &, Vos eratis prius ſine Deo in hoc mūdo, ad ſimulacra muta euntes: &, Idolum nihil eſt; & quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis; &, Talia agentes regnum Dei nō cōſequetur; & alia ſimilia: Quando (inquā) hæc uel huiuſmodi, dicebat Apoſtolus; nonnè tunc nunciabat cuncta, quæ viderat in Aegypto? Vtiq;. Et (ut ſemel dicamus), quādocunque vitia exprobrabant; uitijs debita ſupplicia & hic, & in futuro mundo, annunciabant; vitia in horrorem auditoribus apponebant; uitia committentium multiplicem miſeriam explicabant, & quòd omnis inordinatus animus ſibi pœna ſit, oſtendebant: tunc proculdubio cuncta, quę viderant in Aegypto patri referebant .i. ad gloriam patris. Sicut & quandocunque quibuſcunque verbis, aut factis, Virtutes, virtutumque & hic & in futuro præmia monſtrabant ad uirtutes animabant; uirtutes laudabant: Nonne tunc in his uel huiuſmodi, Chriſti gloriam patri nunciabant, i. ad gloriam patris? Nam inducere ad deteſtationem vitiorum, aut dilectionem virtutum; eſt operari ad gloriam patris. Voluntas enim Dei patris eſt ſanctificatio noſtra, unde, qui quærit ſanctificationem noſtram (hæc quæritur duobus modis prædictis); facit uoluntatem patris. Talis autem in gloria patris creatus eſt: cum Deus pater dicat; Omnis qui inuocat nomē meum, in gloriam meam creaui eum, feci eum, & formaui eum. Hoc eſt omnis, qui inuocat nomen meum uno prædictorum modorum; ſcilicet uel diſſuadendo uitia, uel ſuadendo virtutes. Nam efficaciter, neque hoc, neque illud fieri poteſt, niſi inuocando nomen Domini, id eſt in uirtute Dñi. Vnde & ad aperiendum, ꝙ Nunciare Chriſti gloriam, & cuncta, quæ ſunt in Aegypto ſit ad gloriam ſuam; Deus ipſe pater loquens ad filium ſuum dicit: ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. Quare loquēs pater ad filium de conuerſione populorum dum dicit; Dedi te in lucem gentium ſubiungit; Vt ſis ſalus mea? Quia pater ipſe adeò appetit conuerſionem peccantium, quæ fit per nunciationem gloriæ Chriſti filii ſui (ut diximus): ꝙ pater reputat hanc conuerſionē eſſe quodammodo ſalutē ſuam propriam; & conſequenter ad maximam gloriam hanc ſibi aſcribit. Sic ergo (a primo ad ultimū) Nunciare gloriam Chriſti, & cūcta uiſa in Aegypto, eſt nunciare patri Chriſti: quia id cedit, quin pater id ſibi & cedere decernit, in maximam gloriam patris.

Iſa.

Iſai.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XLVI.

DEſcendam tecum illuc: & ego inde adducam te. Tex.

Concl. 1. *In ſacra ſcriptura, quandoque ſumitur unamet perſona pro ſeipſa, quandoque pro poſteris ſuis tantùm.* [Ex eo.]

Clarum eſt; & ꝙ Iacob in perſona propria deſcendit in Aegyptū, & ꝙ in perſona propria nō eſt reuerſus ex Aegypto. Cū igitur nō poſſit ſolus ſcriptura .i. nō poſſit falſa dicere tm̄ abeſt, ut illa dicat: qd ſuper hūc paſſum ſentiemus? Profecto, quòd ly te reuertentem, ſumitur pro poſteris ipſius Iacob: in quibus, tanquam in filijs ſuis, erat. Nam ſicut amicus eſt alter ego: ita vnuſquiſque eſt & in ſeipſo, & in amico ſuo. Ergo quando benefit amico meo benefit mihi; non quidem mihi in me, ſed mihi in amico meo. Modò; nonnè poſteri alicuius puta filij &c. ſunt coniunctiores illi, quā amici? Certè ſic. Nam ſunt & amici & ſanguine iuncti, cōmuniter loquendo, ipſi poſteri. Conſequenter ergo, quando benefit poſteris meis, benefit mihi: etſi non mihi in me, tamē mihi in illis. Ratio.

¶ Hoc idem intellige dictum de omnibus coniunctis ſiue in charitate, ſiue in malignitate, ſiue in ciuitate, ſiue in natione, ſiue in religione, ſiue in ſecta, ſiue in doctrina, ſiue arte militari, uel &c. ſiue in prouincia: & ſi hanc rationem bene memoriæ mandaueris: multa dicta & ſanctę ſcripturæ, & SS. Doctorum, & Literatorum virorum ſiue poetarum, ſiue quorumuis aliorum, intelliges faciliter. Quod (ut per te poſtea melius extendas) tibi in paucis, quæ occurrent, exemplis oſtendam.

APPENDIX.

HInc ergo habes, quomodo intelligat̃ rectè illud in A-
ctibus Apoſtolum, Saule, Saule; quid me perſequeris?
Intelligitur enim, ꝙ Saulus perſequebatur Chriſtum non q-
dem in ſeipſo Chriſto, ſed Chriſtum in membris ſuis, utpotè 2
in ſibi coniunctis per fidem. Secundò habes: quomodo intel-
ligas illud toties in Geneſi. Dabo tibi Abraham terram fluen
tem lac & mel: & quomodo concordes hoc dictum cum illo
in Actibus Apoſtolorum Abraham non habuerit in terra il-
la, nec paſſum pedis. Dic pro cōcordia iuxta notata ſuperius.
O Abraham dabo huiuſmodi terram poſſidendam tibi; non
quidem tibi in te (ſic intellige dictum, in Actibus Apoſtolo-
rum), ſed tibi in tuis poſteris (ſic intelliguntur dicta in Gene
ſi). Tertiò habes illud intelligendum iuxta regulam ex hoc 3
capitulo acceptam. ſ. Elige vnum quod faciam tibi. ſ. tibi nō
in te, ſed tibi in populo tuo. Quartò illud. i. peccauit Iſrael 4
(Ioſue 7.) & tranſgreſſus eſt pactum: Iſrael non quidem in 2 Re. 24
ſe toto, ſed Iſrael in aliquo coniuncto ſibi. Quintò illud: 5
Ego uobiſcum ſum (Matth. vlt.) uſque ad conſumationem
ſeculi; uobiſcum non quidem in uobis; ſed uobiſcum in con
iunctus uobis. Sextò, qui uos audit me audit &c. non quidē 6
me in meipſo, ſed me in uobis. Id quod Chriſtus exponere diſ
gnatus eſt dicens: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi fe-
ciſtis. Ecce ꝙ ſibi faciendum dicit: ſed ſibi non quidem in ſe-
ipſo, ſed ſibi in ſuis minimis. Septimo illud: Longe à ſalute 7
mea uerba delictorum meorum (ait Chriſtus ad patrem in
pſalmo); non quidem meorum in me, ſed meorum in crea-
turis meis. Id quod Eſaias expoſuit dicens: Poſuit in eo. ſ. pa-
ter in Chriſto iniquitates omnium noſtrum. Ecce: ꝙ Chriſtus
erat peccator: ſed Chriſtus non in ſe, ſed Chriſtus in mem-
bris ſuis.

¶ Et iſta ſufficiant exempla ad dirigendum ſtudioſum lectorem in dictis ſcripturarum imprimis, aliarumque ſcientiarum, intelligendis. Nam multo plura licèt reperies huiuſmodi: tamen, ſi regulam præſcriptam ob oculos habueris, ſecurius incedes: Primum exemplum ſupradictum ob coniunctionem fidei; ſecundum ob connexionem ſanguinis; tertiū ob colligationem malitiæ; quartum ob compaginationem artis militaris; quintū ob conglutinationem chriſtianæ religionis;

gionis;

gionis; ſextum ob coadunationem eiuſdem doctrinæ; ſeptimum ob conſſociationem membrorum in eodem corpore; ueritatem aſſequi catholicè intelliguntur.

Tex. EGo ſum Deus fortiſſimus patris tui.

Concl. 2. *Deus cognominatur in ſcripturis conformiter ad effectus factos tunc, uel tunc fiendos, per eum.* [Ex eo.]

Ratio. Ecce a. Deus potuit ſe cognominare protectorem ipſius Iacob ſicut ſupra 15. ad Abrã loquens cognominauit ſe ſuũ protectorẽ; uel omnipotẽtem ſicut ſupra 17. loquens de Abraham; uel aliquo alio modo ſicut in multis ſcripturæ locis facit: & tamen ſe cognominauit fortiſſimum, relictis aliis cognomentis. Scis; quare? Vt oſtenderet; effectus & præcedentes tunc, & tũc ſequuturos prouenisse & prouenturos eſſe ex maxima Dei fortitudine; taliq; fortitudini, tanquam cauſæ aſcribendos fore. Qui fuerunt illi effectus? Præcedentes fuerunt, uenditio prima Ioſeph 37. à Iuda aliorum in hoc conſiliatore. (Nota q in hoc etiã repreſentat paſſionem Chriſti iſtius uenditio; cum Chriſti uenditio ab uno facta ſit, qui uocabatur Iudas (iterata ipſius ab Iſmaelitis uẽditio 39.) Nota q uenditio hæc ſecunda ſignificat traditionem, qua Pilato principi Iudeæ, ſeruo tamen Regis Cæſaris, Chriſtum tradiderunt Iudæi: qui hic dicuntur Iſmaelitæ, & meritò. Nam etſi eſſent filij Abrahæ ſm carnem: non tamen ſecundum ſpiritum. Et ideò nominantur ex illo, qui ſecundum carnem natus eſt, qui fuit Iſmael: non ex illo, qui ſecundum ſpiritum, qui fuit Iſaac: Galatharum 4. Nam illi, qui ex Iſaac nominantur, uocantur Iudei, ſeu hebræi, non Iſmaelitæ): incarceratio 39. ab illo principe nimiũ credulo uerbis vxoris ſuæ. (Nota q incarceratio hæc ſignificat mortem, q̃ Pilatus intulit Chriſto, propter nimiam credulitatem ad verba ſynagogæ clamantis; ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Quæ ſynagoga erat vxor Pilati ad hunc ſenſum, quia erat ſub cuſtodia Pilati: ſicut vxor eſt ſub poteſtate uiri; Gen. 3. Et ſicut Ioſeph fuit carceri datus ob id, quia noluit in malum aſſentire mulieri nephãdæ: Ita Chriſtus fuit in mortem datus à ſynagoga ob id, quia Chriſtus noluit in mala ipſius aſſentire. ſ. diſſimulando eius vitia, auaritiam ipſius non reprehendendo, hypocriſim illius non increpando, ſuperbiam illius non deteſtando, ambitionem eius, aliaq; nephanda, non detegendo); derelictio ipſius 39. per obliuionem illius pincernæ; cui vltra q beneficiatus fuerat, ſe multũ commẽdarat. (Nota q iſta obliuio, qua pincerna obliuiſcitur ipſius Ioſeph educendi è carcere ſignificat illam incredulitatem Iudæorum non credentium Chriſtum reſurrecturum; quorũ tamen, vltra q à Chriſto ſæpius beneficiati erant, Chriſtus pluries ſuam glorioſam reſurrectionem commendarat memoriæ. Nonnè illud dedit exemplum de Iona euomito à cæte, & poſtmodũ ad ſui corporis reſurrectionem ſuauiter illud inflexit? Mitto plurima, quæ in veteri teſtamento Iudæorũ memoriæ Chriſti reſurrectionem commendabant: Vt illud, non dabis, inquit Chriſtus ad patrem in pſalmis, ſanctum tuũ uidere corruptionem; & ſimilia. Iudæi tamen, ut reſurrectionis eius increduli, & ut omnium ſibi prædictorum obliti, dicebant per irrisionem inter ſe: Nũquid qui dormit. ſ. Ieſus Nazarenus morinus non adijciet, ut reſurgat? Quaſi dicant. Non.)

¶ Iſti fuerunt quatuor effectus præcedentes in Ioſeph, ſatis ad portandum laborioſi: quos tamen Ioſeph ope diuina fortiſſimè ſuſtinuit ſupra 37. 39. 40. nec in aliquo tanquam deſperatus, uoluit offendere Deum. Hoc autem. ſ. firmitatẽ habere in maximis malis ſuſtinendis; nec ob hæc grauia à uirtute recedere pertinet ad fortitudinem 2. 2. q. 123. Apoſitiſſimè igitur Deus hic 46. cognominat ſe fortiſſimum: ut oſtendat, ſe nunc nunc feciſſe in Ioſeph quater magnum effectum fortitudinis. Sequuturi deinum effectus fuerũt, dura ſeruitus Iudæorum uerſus Ægyptios, Exodi primo; paruulorum ſuorum iuſſa occiſio, ibidem; & exercitũ ſubmerſio, ibid. ac multiplicata Pharaonis in Iudæos indignatio, flagellorumque in eos imponendorum comminatio ſæpiſſima (ut in capitulis ſequentibus uſque ad 10. capitul. patet) Hos tamen, etſi grauiſſimos, fortiter portarunt ueri Iſraelitæ in Ægypto (ut infra patet) & indè tanquam in prælio uictores, ſpolia reportarunt (cap. 11.

¶ Rectiſſimè igitur Deus hic 46. cognominat ſe fortiſſimum; cùm meminit deſcenſus ipſius Iacob in terram illam. & reuerſionis filiorum Iacob è terra illa. Quaſi dicat. Ex uirtute forotudinis meæ fiet: Vt tu. ſ. tui poſteri maneas in Ægypti tyrannide firmus in patientia, & ſpe; & ut tu. ſ. deſcendentes à te reuertaris ex Ægypto uictorioſus. Dignus enim Deus erit hic.

ARGVMENTVM.

IDem uidetur importari per ly fortiſſimus omnipotẽs, protector: ergo nulla eſt illa conſideratio qua dictum eſt; Deũ cognominare ſe hic fortiſſimum non autem omnipotentem nec protectorem.

RESPONSIO.

NEgatur antecedẽs. Non. n. per illa tria importatur idẽ: quod patet ex eorum rationibus. Fortiſſimus. n. dicitur: qui inter maxima pericula animi firmitatem tenet & ea, quando oportet, repellit. Nam fortitudo eſt circa timores, quaſi cohibitiua: & circa audacias, quaſi moderatiua. 3. & 4. Ethicorum. Omnipotens autem eſt circa omnia ſecũdum ſe poſſibilia. i. circa illa, quæ non implicant cõtradictionem. Nam omnipotentia, à qua omnipotens, eſt potẽtia infinita. i. ſe extendens ad infinitos effectus, modò non implicent contradictionem 1. q. 25. ar. 2. 3. Protector uerò eſt, qui defendit aliquem pugnãtem, nè ab hoſtibus offendatur. Nam protego à quo protector, ſignificat tegere aliquem procul. i. procul ab hoſtibus cooperire quaſi, nè hoſtes ipſum ferè uideant; & conſequenter multò magis nè ipſum offendant. Cùm igitur illa tria habeant diuerſa obiecta utpote fortis habeat pro obiectis timores & audacias: omnipotens autem non implicantia contradictionem: protector uerò aliqua contra hoſtes defendenda; patet, q non ſunt unum, & idem. Nam diuerſitas obiectorum (ex ſecundo de anima) arguit diuerſitatem rerum. Exemplum. Quia obiecta oculi, & auris, ſunt diuerſa puta color, & ſonus ideò uiſus; & auditus ſunt diuerſi ſenſus & ſic tenet in omnibus illa regula, ſecundi de anima.

¶ Sic tamen illa tria non ſignificant idem, ſed diuerſa: ut omnipotens plus importet, poſt fortiſſimus, ultimò protector. Plus eſt. n. omnia abſolutè poſſibilia poſſe; quam poſſe hoc particulare. ſ. ſeruare animi conſtantiam in maximis aduerſis, & ibi bene ſe habere: ita plus eſt hoc nunc dictum, quã poſſe defendere aliquem alium ab hoſtibus; cùm bene ſeipſum regens ſit fortior expugnatore urbium. Vndè ly omnipotens in capitulo 17. ly fortiſſimus in 46. ly protector in 15. optimo iure collocata fuere. In capitulo nanque 17. tractatur de vno quod maximam omnipotentiam arguit. i. de remiſſione peccati per circuncißionem: quod eſt ſolius Dei munus. ſ. ipſum remittere peccata. In capitulo 15. tractatur de duobus de uno ſubintellecto, & de alio inibi expreſſo, reſpectu quorũ dicitur Deus protector ipſius Abrahæ. Subintellectum eſt id, quod in 14. tractatum eſt. ſ. mirabilis uictoria Abrahæ contra quatuor reges: expreſſum infra 15. eſt, quod Deus defendet Abraham ipſum contra cineos, cenezeos, alioſque huiuſcemodi populos; ac eorum terrãm ſe daturum Abrahæ. Quę duo quis non uideat; q important defenſionẽ ab hoſtibus? Et ſi per hoſtem uelimus intelligere impedimenta quæuis (ut par eſt) dicitur etiam in illo capitulo q Deus defenſurus eſt ipſum Abrahã ab impedimẽto generationis; ibi non erit hic heres iuus; ſed qui egredietur de lũbis tuis, ipſum habebis hæredem. In capitulo tandẽ quartò uidimus: q effectus tã antecedentes, q̃ ſubſecuturi maximã fortitudinẽ denotãt.

Corol. ¶ Ergo debes multum acriter uidere, quonam modo ſe Deus alicubi cognominet. Sic enim fiet; quòd in capitulo illo tractata, ut à Deo ſunt, melius intelliges. Pro uarietate ſiquidem negociorum, locorum, aut tractatorum, uariatur & Dei nomenclatura ut concluſio inſinuauit.

Text. MIſit autem Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph in Aegyptum; vt nunciaret ei, & ille occurreret. &c.

Concl. 3. *Ille ipſe qui peccat, debet ſatisfacere pro peccato eo modo, quo peccauit ſi poteſt.* [Ex eo.]

Ratio. IVDAS ſupra 37. fuerat cauſa, quod Ioſeph elongaretur à patre per hoc; q fecit eum uenundari. Vnde ad ſatisfacien

dum

dum nunc Iudas idem eſt cauſa prima, ꝙ Ioſeph appropinquet patri per hoc ꝙ ipſe uadit primus ad annunciandum ipſi Ioſeph aduentum patris, & conſequenter facit ipſum Ioſeph occurrere patri. Idem ergo, & eo modo, quo in patrem peccauerat, ſatisfecit patri.

E X A M E N.

AD ſignificandum; ꝙ illa perſona per membrum, quo peccauit, ſatisfacere debet meliori uidelicet via, qua poteſt uoluit Deus multa fieri. Primò ſicut fœmina. ſ. Eua angelo malo in malum conſenſit, & ſic paradiſum obſtruxit: ita noluit, fœminam. ſ. B. Mariam ſemper Virginem Angelo bono in bonum aſſentire, & ſic paradiſum reſerare. Dum ergo per uiam mortis facit Deus intrare uitam; ars diaboli deluditur arte Dei. Secundò ſicut homo primus pomū ex arbore furando iram Dei contra ſe, & ſuos poſteros concitauit: ita homo Chriſtus Ieſus arbori pomum reddendo. ſ. ſeipſum fructum benedictum uentris, cruci ſpontaneè offerendo miſericordiam diuinam, ut ait Apoſt. 12. ad Hæbræos; ꝙ. ſ. ſanguis Chriſti meliùs loquitur, quam Abel in ſe, & ſuos poſteros (omnes. ſ. qui in Chriſto renaſcuntur) ampliſſimè promeruit. Tertiò ſicut fœmina, Eua. ſ. lignum mortis adinuenit: ita fœmina, Helena. ſ. Conſtantini mater lignum uitæ. ſ. Crucis; dùm Hieroſolimam iuit inuenit. Quartò ſicut homo nomine Iudas Chriſti perditionis cauſa fuit, dùm eum Iudæis tradidit: ita homo nomine Iudas Chriſti exaltationis cauſa fuit, dum Helenæ Sanctę locum Sanctiſſimæ Crucis reuelauit (ut in eccleſiaſtica narratur hiſtoria.) Quintò Iudæi fuerunt cauſa, quantum ex ſe fuit, ꝙ gentes non crederent in Chriſtum (occiderunt. n. Chriſtum ad hunc finem: unde teſte Euangelio Iohannis, dicebant de Chriſto, ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum) ita quoque Iudæi (Apoſtoli videlicet) fuerunt cauſa per ſuam prædicationem, ut gentes crederent in Chriſtum. Sextò ſicut mulier, Eua. ſ. fuit nuncius mortis, dùm nunciat uerba ſerpentis uiro: ita mulier. ſ. Maria Magdalena fit nuncium uitæ, dùm mittitur nunciare Apoſtolis reſurrectionem Chriſti. Septimò ſicut Angelus malus fuit ſuaſor mali ipſi mulieri. ſ. Euæ: ita Angelus bonus fuit ſuaſor boni ipſi mulieri. ſ. B. Mariæ.

Not. ¶ De ſatisfactione pro peccatis multa uide infra Elucid. addi. art. num. 1. 17. 19. 50. 52. 53. 59. 98. ſunt ibi pulchra, & neceſſaria, & opportuna ad hanc textualem concluſionem rectè intelligendam.

C O N C L V S I O N E S. EX GENESIS.

CAPITVLO XLVII.

Tex. INterrogatus, quot ſunt dies uitæ tuæ reſpondit. dies peregrinationis uitæ meæ &c.

Concl. 1. *Sācti uiri iudicant tædioſum, quod mundani gaudioſum: & amarum, quod iſti dulce.* [Ex eo]

Ratio. PHARAO interrogat de uitæ annis: Iacob reſpondet de annis peregrinationis. Quid dulcius uita? Quid amarius peregrinatione? Quod ergo mundanus uit dulce protulit: ſanctus uir amarum dixit.

RESPONSIO MVLTIFORMIS.

IAcob hanc eſſe uitam ſciebat; & Pharao hanc eſſe uitam peregrinationis, ſeu mortalem, nouerat. Quare ergo Pharao interrogans non de mortalitate meminit: & Iacob reſpōdens mortalitatem cum uita coniunxit? Ad ſignificandum; ꝙ bonus uir & malus in praxi differunt. Licet. n. uterque ſpeculatiuè nouerit; ſe uitam mortalem agere: tamen practicè tantùm uir bonus hoc nouit. Vir. n. ſanctus ſe eſſe mortalem quotidiè non putat modò, ſed etiam penſat; quam tranſitoria ſint omnia, quæ temporaliter geruntur, quotidiè ruminat; & malorum omnium, quæ præſens affert uita ſibi continuè memoriam ante oculos ſtatuit. Hinc fit; ut facilè contemnat uniuerſa, quæ in uita iſta ſunt: iuxta illud B. Hieronymi, Facilè cōtemnit omnia, qui quotidiè cogitat ſe eſſe moriturū. Hinc facilè uitat peccata, iuxta illud ſcripturę: Memorare nouiſſima tua, & in æternū nō peccabis. Hinc facilè adimplet illud D. Pauli: Qui utuntur hoc mundo, tanquam nō utantur. Hinc, & illud Salomonis implent: In die bonorum nè immemor ſis malorum. Ecce: ꝙ Iacob loquens de vita non eſt immemor peregrinationis, & in die malorum nè immemor ſis bonorum (En ꝙ Iacob loquens de peregrinatione quæ malum ſonat, non eſt immemor vitæ, quæ bonum dicit. Hinc fit, vt boni viri in proſperis nō plus æquo gaudeāt, & extollantur; & in aduerſis non plus iuſto mereant, ac deprimantur. In illis itaque non præſumunt: in iſtis non deſperant ſed medio modo ſe in utriſque gerunt. Econtra eſt de malis viris. Quia malus practicè non nouit, ſe eſſe peregrinum: idē omnia hoi mala ex hoc pullulant. Quid in practica inquit malus? ſcio me omninò moriturum: Moriar quando mors veniet; interim, dum viuo nolo quotidie mori; id quod eſſet, ſi cogitarem me moriturum. Nā ſic cogitans & amittit gaudia uitæ, & tamen morimur vltimatè. Ecce; ꝙ neſcit iſte miſellus, ꝙ cogitans mortem non moritur mala morte cōmuniter loquendo; imò euadit & hic mortem. ſ. peccatum mortale, & in futuro mortem. ſ. gehennam; & viuit ſecundum Deum in præſenti, & ad vitam æternam poſtea conſequendam ſe diſponit. Manducemus inquit malus, & bibamus: Cras enim moriemur. *Cōc. Trid. ſeſſ. 14. 4.*

¶ Sic ergo ex uno principio. ſ. cras moriemur, in quo conueniūt: bonus, & malus diuerſas trahunt concluſiones. Quas concluſiones ex illo principio trahat bonus, vidiſti ſupra cōcluſiones noque ualde bonas. Primò contemptum mundanorum omnium. Secundò euaſionem peccatorum. Tertio ſcientiam benè utendi hoc mundo. Quartò memoriam bona cum malis temperantem. Quintò elationis, deſperationiſque, uitationem. Sextò (quod eſt bonorum propriū) medium tenendi eruditionem, ac proſecutionem. Quas verò concluſiones ex illomet principio trahat malus, uidebis infra; concluſiones vtique malas valdè, & illis oppoſitas conſequenter. Primò amorem terrenorum omnium. Secundò caſum in vniuerſa vitia. Tertiò inſipientiam viuendi in hoc mundo. Quartò memoriam ſolummodo bonorum. Quintò elationem præſentis ſæculi, & deſperationem futuri. Sextò ex his tendentiam ad extrema. Septimò (ad illa 6. intēta hæc duo mala minus ab illis intenta ſequūtur) multarum pœnarum retributionem, & illarum pœnarum a bonis nunc habitis cauſatam obliuionem. Sex primæ concluſiones ab illis malis hominibus principaliter intentæ patent ex ſecundo capitulo Sapientiæ. Septima ex 19. Euangelij B. Lucæ. Quid habet Sapientia ibi? Exiguum (inquiunt) eſt tempus vitę noſtrę, & cum tędio: tranſibit uita noſtra tanquam ueſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur (Ecce principium illud, in quo boni conueniunt cum malis). Audi concluſiones malorum ex illo principio. Venite ergo (inquiūt), & fruamur bonis, quæ ſunt; & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis: antequam marceſcant. (Ecce prima concluſio malorum. ſ. amor terrenorum) opprimamus pauperem iuſtum, & non parcamus uiduæ, nec ueterano; nec reuereamur canos multi temporis. Sit autē fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ (Ecce ſecunda concluſio, illorum ſ. caſus in uniuerſa vitia). Nullum pratum ſit: quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo ueſtrum excors ſit luxuriæ noſtræ (Ecce, tertia concluſio. ſ. inſipientia viuendi in hoc mundo. Nam etiam ſapientiam mundanam amittunt. Quæ eſt ſapientia hominum mundanorum? Si non caſtè: ſaltē cautè). Vbique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ. (Ecce quarta concluſio. ſ. memoria ſolum bonorum. Nullam enim triſtitiam, quæ tamen eſt effectus memoriæ rerum malarum, in mediū adducunt. Hæc. ſ. vita præſens eſt pars noſtra: & hæc eſt ſors noſtra. Nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus: & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum: & nō eſt reuerſio finis noſtri, quoniam conſignata eſt: & nemo reuertitur. Poſt hoc erimus tanquā non fuerimus. Ecce quinta concluſio. ſ. elatio pręſentis ſeculi; & deſperatio futuri. Elatio quidem, in prima ſententia: deſperatio uerò in cæteris ſententijs.) Vbique relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ. (Ecce 6. cōcluſio. ſ. tendētia ad extrema. Licèt autem illa ſententia adducatur. ſupra pro quarta concluſione: tamen deſeruit etiam huic concluſioni, *Vtilitas medicationis mortis.* *Incuria meditationis mortis nociua.*

&

& propter eandem rationem ſuperiùs tactam.). Quid tādem habet Lucæ Euangelium? Quòd Dominus noſter uidens ciuitatem Hieruſalem fleuit ſuper illa: Et inter alia ipſi dixit;& quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quare fleuit ſuper illam? quia illa gaudebat. Quare illa gaudebat? Quia ad deſtructionem ſui non cogitabat. Si enim cognouiſſes (inquit Chriſtus quòd .ſ.in breui deſtruenda es):& tu,.ſ.fleres. Quare ad ſui deſtructionem non cogitabat? Quia conſolationes præſentes hāc ſaluberrimam conſiderationem ei auferebant. Et quidem (ait illi Chriſtus) in hac die tua quę ad pacem tibi;nunc aūt abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quaſi dicat. Illa quæ ſunt tibi ad pacem.ſ. quæ te in pręſenti delectāt, ſunt cauſa: ꝙ mala uentura ſuper te ſunt abſcondita ab oculis tuis;& cōſequēter ſunt cauſa, ꝙ non cogites ad tui deſtructionem. Sic ergo bona pręſentia ſunt cauſa nō cogitationis malorum futurorum; non cogitatio autem eſt cauſa non flendi: non fletus uerò eſt cauſa nō pœnitendi; non pęnitentia eſt cauſa deſtructionis ſui. Ergo a primo ad ultimum non cognoſcere practicè ſe moriturum (ut oſtendit Pharao in uerbis ſuis ſupradictis) & multarum pœnarum retributionem meretur, & illarum pœnarum obliuionem cauſat. (Ecce, concluſio ſeptima malorum hominum.)

APPENDIX.

1 HInc habes, & primò: quòd bona hic habita, ſi ſola memoriæ teneātur, ſunt nobis cauſa multorum malorū.
2 Secundò habes, quòd mala uentura, ſi conſiderentur, ſunt no-
3 bis cauſa multorum bonorū. Tertiò conſequenter habes: ꝙ
mala ritè cogitata uertuntur in bona;& bona malè diſpenſata in cogitatione noſtra, uertuntur in mala. Ne mireris ergo, ſi adeò a rebus proſperis Sancta pertimeſcit Eccleſia: Vt, nè ab illis decipiatur, in collecta oret dicens ſic tranſeamus per bona temporalia: ut non amittamus æterna. Nè mireris etiā, ſi diuitibus dicitur in Euangelio: Veh nobis, qui habetis hic cōſolationes ueſtras; quibus .ſ. non bene utimini. Nè mireris quoque, ſi adeò infantiam ac pueritiam Salomon Prouer. cap. 1. increpat, & nos ad eam relinquendam & non diligendam hortatur. Scis quare? Quia puerorum eſt; uidere tātum, ac amplecti ea, quæ ob oculos ſunt. Quare igitur nō uult, nos eſſe pueros? Quia cupit; nos de futuris cogitare; de morte uentura penſare; quòd peregrini ſumus cum Iacob, mente penetrare. Hinc quid fiet? Vt & nos cum Iacob dicamus; dies mei mali, & parui. Mali quomodo? malo pœnæ multiplicis, & culpę multiformis. Quid in hoc malus dicat quiſque cum ſemper ſit in periculo tūm peccādi, tūm moriēdi in peccato, tūm in quibuſuis alius periculis? Nōne ad hoc denotandū B. Antonius mundum laqueis plenum, ſemel uidit? Nonnè ad id ſignificandum dicebat pſaltra regina: Anima mea in manibus meis ſemper? Hoc eſt. Anima mea ego ſemper ſum in periculis. Inſpice primum librum Regum capitulo. 19. & ibi inuenies, quod nunc dicimus. Ibi enim Ionathas loquens ad patrē ſuum de fidelitate Dauid ait, & poſuit (inquit) animam ſuam in manu tua. Hoc eſt. Dauid poſuit ſe in periculo contra Philiſtæum propter te, ò Saul. Anima ergo mea in manibus meis ſemper eſt, ſignificat: ꝙ nos ſumus ſemper in periculis. Simile habet Iob, quando dicit c. 12. quòd portat animam ſuam in manibus ſuis, & Iudicū c. 12. de Iepte, qui poſuit animam propriam in manu ſua.

Rectè igitur dixit Iacob, Dies mei mali: quorum malitiā, maximè culpæ, attendens, Iob iure maledixit illis, Iob cap. 3. Parui quomodo ſunt centum triginta anni; Vt ait hic Iacob? Parui reſpectiuè ad annos patrum ſuorum, ut littera habet: uā Abraham ſuus auus uixit annos 175. ſup. c. 25. & Iſaac ſuus pater annos 180. ſuprà c. 35.

¶Etiam Iacob appellauit annos ſuos malos reſpectiuè ad annos illorum ſuorum patrum. Nam, plurima bona fecerūt in uita ſua patres mei, uoluit dixiſſe Iacob: & adeò plura ꝙ̄ ego; ut dies mei reſpectu dierū illorum dicendi ſint mali, Licèt enim & ego fecerim bona, & ob hoc dies mei dici poſſint boni; tamen mea bona reſpectu tantorum ſuorum bonorum uidentur quaſi mala, & ob hoc uoco illos dies malos reſpectiuè. Quòd autem dicam quibus ſit malum uocentur mali, patet; Quoniam (ait Apoſtolus) dies mali ſunt .ſ. in iſtis maximè peccatur. Vnde ly & non peruenerunt uſque ad dies patrum meorum: intelligitur: ꝙ non peruenerunt neque in numero annorum, ideò parui; neque in bonitate illorum, ideò mali. Hoc autem dixit Iacob ex humilitate, & quia verificatur quoad aliquas actiones patrum ſuorum, quòd ſcilicet meliora fecerint, quam Iacob: licèt & Iacob meliora fecerit, quàm illi, puta quod fuit proximus ſtipes duodecim Patriarcharum, quòd ab illo denominetur totū genus iudæorum, & ſimilia. Hæc dixerim ad reſpondendum alicui, q uellet obijcere; ꝙ Iacob non egit minus bona, quàm patres ſui. Sufficit enim ad ſaluandum hoc dictum, ꝙ patres ſui quoad aliqua exceſſerint bonitatem ipſius Iacob, Exemplū. De quolibet cōfeſſore, licèt unus in aliquo excedat aliū; dicitur: non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. An tamen in omnibus patres ſui exceſſerint in bono ipſum Iacob, meliori iudicio relinquo. Parui dicuntur etiā anni ipſius Iacob, non ſolum reſpectu annorum ſuorum patrum: ſed & reſpectu æternitatis conſideratę ab ipſo Iacob. Cogitabat enim Iacob (ut diximus) ſe moriturum, & conſequenter ad ęternitatem peruenturum: reſpectu cuius æternitatis mille anni ſunt non tantum una dies ſecundum D. Petrum; ſed etiam una dies, quæ præterijt ſecundū Pſalmiſtā.

¶Omnis ergo uerus Iſraelita debet confiteri cum Iacob, dies ſuos eſſe malos, & paruos. Id quod facile fiet: ſi cum Iacob memor ſit (loquor practicè, non ſpeculatiuè tantum); ꝙ uita ſua eſt peregrinatio. Ex eo poſtea, quòd uidebit dies ſuos malos ſiue ratione periculorum culpæ, ſiue pœnæ; ſiue ratione iam habitæ culpæ, aut pœnæ: ſiue ratione reſpectus ad dies virorum meliorum: ex eo inquam is humiliabitur multipliciter. Ex eo autem, ꝙ cernet dies ſuos paruos ratione .ſ. æternitatis, ad quam tendit. (Vel enim unuſquiſque æternam uitam fęlicem; uel æternam uitam infęlicem victurus eſt): ex eo inquam ad bene vel melius operandum accēdetur. Exemplum. Eſt quis agricola in uinea laborans uſque ad veſperam. Quantò magis iſte viderit parum operis executiſſe, & parum ipſius ſibi ad operandum remanere: tantò magis ad celerius laborandum ſe accinget. Sic ad propoſitum. Quò magis percipiet quis ſe minus benè, operatū fuiſſe in domini uinea (hoc eſt percipere dies ſuos malos), & ſibi parum temporis remanere ad excolendum uineam (hoc eſt percipere dies ſuos paruos): tantò magis inflammabitur ad celeriùs, & meliùs, operandum. Vinmò igitur nota; quanti boni ſit cauſa cogitatio practica mortis, & quanti mali ſit cauſa inconſideratio practica mortis. Practica, inquam: quoniam, ſi de ſpeculatiua ageretur, etiam mali facerent bona; nam facerent quæcūque ſunt cauſata à cogitatione mortis: quod tamen in malis eſt falſiſſimum.

¶Ergo intellectus ſpeculatiuus nihil dicit de uitando, & proſequendo: ſed ſolus practicus, vt dicit philoſophus in libro de anima. Nam ſi ſpeculatiuus cauſaret actionem & fugam: tunc etiam mali, qui per ſpeculatiuam norūt mortem ſuam, norunt dies ſuos malos, norunt dies ſuos paruos, & bene facerent & malè agere deſiſterent. Item ſi practicus non cauſaret actionem, & fugam; tunc boni, qui per practicam intellectus omnia illa norunt, a malis non retraherentur, & ad bona non prouocarentur ex illa conſideratione. Ergo ly Memorare nouiſſima tua & in ęternum non peccabis loquitur de practica conſideratione, non de ſpeculatiua ſimiliter intellige omnes alias conſimiles auctoritates.

SVbiecitque eam Pharaoni &c. Pręter terram ſacerdotum &c. Quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. *Text.*

Concl. 2. *Ex iure gentium ſacerdotibus debentur temporalia à laycis: nec grauaminibus regum temporalium ſubduntur Eccleſiaſtica.* [Ex eo.]

A Ꝺ ꝺ O a Pharaone, qui naturali tantū lege ducebatur, ſacerdotes non moleſtabantur: immo illis poſſeſſio à rege ipſo tradita fuerat (ut littera notat aſcribens hoc Pharaoni, non ipſi Ioſeph), & cibaria ſtatuta ex horreis publicis dabantur. Et cùm grauarentur populi, & præ neceſſitate cōpellerentur uendere poſſeſſiones ſuas, ſacerdotes non grauabātur, ut habes in textu, nec cogebantur ad uendendum poſſeſſiones ſuas: præter terram, inquit ſacerdotum, quæ A Ꝺ ꝺ O a tradita fuerat eis; immo è contra, tunc etiam ſtatuta cibaria illis dabantur. Iccirco enim ut ibi ſubditur, non ſunt compulſi uēdere poſſeſſiones ſuas. Et cùm quaſi pro lege (littera teſte) *Ratio.*

introductum ſit in Ægypto, ut quinta pars regibus daretur: tamen ſacerdotibus terra libera ab iſta conditione fuit.

APPENDIX.

1 HINC habes primò; quòd ſacerdotes à regum terrenorum grauaminibus, etiam iuſtè laicis impoſitis, liberi ſunt: & id quoque de iure gentium. Quid, quæſo, chriſtianus honoris in hoc ſacerdotibus deferet: quàm paganus natura tantùm doctus hoc ſacerdotibus exhibebat; ut ab oneribus iuſtis (ut hic patet de onere à Ioſeph impoſito terris Ægyptiorum) exempti omnino eſſent? Secundò habes: quòd opti-
2 mè factum eſt, quando (ut uidere eſt in lib. 6. de cenſibus cap. quamquam,) à Pontifice maximo mandatum: nè à clericis, & perſonis eccleſiaſticis pro ſe aut rebus ſuis, quas non negociandi cauſa deferunt, exigi uectigalia poſſint. Et ibi hñt cenſuræ eccleſiaſticæ; excõmunicationis uidelicet contra ſingulares perſonas, & interdicti contra communitates; donec extorta reſtituerint. Nec tenentur huiuſmodi perſonæ ad gabellas, quæ hodie ponuntur in uino, & ſimilibus (ſecundum Panor. in d. c. non minus. per d. aut. item nulla communitas. Et tenet Bald. in d. l. placet. C. de Sacroſan. Eccleſia); niſi gabella fuiſſet impoſita pro oneribus, ad quæ tenetur Eccleſia: quia tũc ſuccedit loco onerum. Vide multa in Syluestrina ibi. Immunitas primo; & Tabiena ibi. Emunitas; ubi tractant de immunitate perſonarum eccleſiaſticarum, & rerum. Adeſt etiã bulla particularis ultra bullam ſuam in cœna Domini. Pij Papæ Quinti pro ſeruanda immunitate talium perſonarum, & rerum. Sed hodie, quid dicam ignoro: quando nec excõmunicationibus nec alijs cenſuris (Vt interim ſileam peccatum) poſſunt aliqui cogi ad ſeruandum id, quod natura ſola duce Rex ethnicus uerſus eccleſiaſticas ſecundum ſuam opinionẽ perſonas ultrò ſeruabat. Quid dicemus hic? Ponderate, hanc literam: & horum principum (bonis demptis) ſtatum peſſimũ uidebis. Vtinam oideant etiam ipſi, & emendent: nè à Pharao-
3 ne indicentur. Tertiò habes: quòd Reges aliunde ſubditis penuriam etiam maximam patientibus prouidere debent; & non pro laicorum ſubſidio grauare, ſeu moleſtare eccleſiaſticas perſonas. Saltem ab Ethnico Pharaone diſcant; qui dum famis inopiam uniuerſalem paterentur ſubditi, aliunde illis prouidit; & ſacerdotes non moleſtauit. Licet enim hoc fecerit Ioſeph: credendum tamen, quòd hoc fecerit accedente Pharaonis conſenſu. Sed eſto, hoc fecit ſolus Ioſeph. Quali lege ducebatur ad hoc? Lege naturali. Ergo uel à Ioſeph, quæ diximus, diſcant: & contrafaciendo, legem nec naturalem ſeruare, erubeſcant. Quartò habes; quòd reges & communitates de-
4 berent temporalia ſacerdotibus: & immobilia, s. aliquas poſſeſſiones, vltra cibaria, eis tanquam ſuas aſſignare, niſi aliunde haberent illa, quibus commodè uiuere ſecundum dignitatem eccleſiaſticam poſſent. Nec id æſtimari debet magnũ eſſe, inquit Apoſtolus ibi; Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus; magnũ nè eſt, ſi carnalia ueſtra metamus? Quaſi dicat: Non. Et uerè ſic eſt. Quod enim hoc nõ ſit magnum; teſtatur præponderantia ſpiritualis rei datæ etiam minimè ad temporalem rem etiam maximam; teſtatur dictamen rationis naturalis, quæ ſolùm Pharaonem in tali paſſu regebat; vtilitas dantium in ſeipſos reuerſa. Quid eſt hoc? Audi: & uidebis, dantes ſibijpſis, in conferendo temporalia ſacerdotibus, opẽ ferre: Et ideo ab ipſis hoc non eſſe iudicandum magnum, quaſi quòd ſe datis priuent. Dantur ſacerdotibus temporalia. Quare? Vt ſacerdotes poſſint ſecundum decentiam ſuam uiuere. Quare? Vt poſſint diuina miniſtrare populis. Non enim euangelizamus, ut manducemus: ſed manducamus, ut euangelizemus. Diuina miniſtrare populis; nonnè eſt in ſalutem populorum & ſpiritualem, & multotiens temporalem? Sic; quòd ſacerdotes populorum (etiam ſecundum humanam rationem, qua ſola ducebatur Pharao, loquor) non tantùm uiuant, ſed & ſecundum decentiam ſui ſtatus uiuant; nonnè redundat in honorem populorum? Sic. A primo ergo ad ultimum; populi dando tẽporalia ſacerdotibus dãt ipſa ſibijpſis, & honorant ſemetipſos. Ab oppoſitis ergo; populi, & reges, inhonorant ſemetipſos, ultra peccatum: qui non prouident ſacerdotibus, ut uiuant ſecundum decentiam ſui ſtatus. Quid ergo dicemus de auferentibus à ſacerdotibus ab eccleſiaſticis ſiuè per ſtatuta (ut uocant) ſiue alio modo? O malum prorſus intollerabile. Debent ſecundum ius naturale de ſuo illis dare: & non tantùm nolunt dare; ſed (quod peſſimũ eſt) id, quod illorum eſt, conãtur auferre. Si ſe ad altiora uidenda erigere voluerint, illi, qui tales ſunt, & conſequenter quam nephandum ſit hoc ipſorum vitiũ conſpicere: hæc attendẽt, ut erubeſcant, & conuertantur; nè undiq; ab ethnico Pharaone in iudicio confundantur. Sacerdotes Pharaonis quãti erant reſpectu ſacerdotum noui teſtamenti? Certè nullius æſtimationis. Cùm enim idolum Apoſtolo teſte nihil ſit; reſtat etiam liquidò: Vt idolorum ſacerdotes nihil ſint. Sed interim ſupponamus, licèt non concedamus, quòd aliquid ſunt: quid ſunt ad noſtri temporis ſacerdotes? Certè ſecundũ omnes rectè ſentientes ſacerdotes Leuitici generis fuerunt nobiliores, ſeu maioris precij fiendi: quàm idolorum ſacerdotes. Quid modo habet Apoſtolus ad Hebræos? Habet ad longum ſatis: quòd noui ſacerdotes ſacerdotibus illis Moſaycis tantò nobiliores ſunt, quantò Chriſtus ab nouis oblatus eſt nobilior animalibus ab illis oblatis. (Nota quòd ly tantò, & ly quantò dicunt proportionem, non paritatem. Non enim ſacerdotes noui antiquis ſacerdotibus in infinitum digniores ſunt ſecundum ſe: ſicut Chriſtus ſecundum ſe eſt in infinitum dignior animalibus brutis. Proportionaliter autem ualet: quoniam ſacerdotes noui inquantum, ſcilicet offerunt Chriſtum ſunt digniores in infinitum illis, inquantum ſcilicet offerunt animalia bruta). Noui ergo ſacerdotes plurimum, & pluſquam plurimum præſtãt ſacerdotibus Pharaonis: oportè ſacerdotibus pluſquã ęq nocè tantùm, dictis. Veſtro igitur relinquamus iudicio ſi qui huiuſmodi eſtis, quantã uobis ignominiã, & apud Deum & apud homines accumuletis; quando paganum Pharaonem erga ſacerdotes ſuos tã benignè ſe habentem non imitamini. Quintò habes; quòd D. Thomas rectè ait, 2. 2. q. 87. ar. 1. quòd 5
decimæ ſunt; inquantum ratio naturalis dictat, quòd ſpiritualia ſeminantibus dentur ſubſidia temporalia. Ideò, meritò cenſura eccleſiaſtica ponitur. s. excommunicatio contra retrahẽtes populos à decimis ſoluendis (extra de pœnis. Cupientes lib. 6.) & in religioſos primò negligentes facere conſcientiam, confitentibus ſibi, de decimis eccleſiaſticis debitis; & præſumptuosè poſtmodum prædicantes (Extra de pœnis. Cupientes in Cle.) Vnde & peccant ſm S. Tho. quol. 2. q. 4. ar. 3. nõ ſoluentes decimas; ubi requiſiti fuerint, uel ubi cõſuetũ eſt. In terris. n. ubi non eſt conſuetudo communis, quòd decimę dẽtur, & Eccleſia non petit: uidetur Eccleſia remittere, dum diſſimulat. Et ideò homines in terris illis non peccant: decimas non dando. Hæc ille. Et parum ſupra, in eodem ar. inquit. Nulla conſuetudo contraria ſoluit hominem ab obligatione reddendi decimas: quia hæc obligatio fundatur ſuper ius gentium, & naturale. Vnde ſemper tenentur homines reddere decimas, ſi eccleſia exigat: Etiam contraria conſuetudine non obſtante: Et in terris, vbi eſt conſuetudo, quòd decimæ ſoluãtur, ipſa conſuetudo quaſi expoſtulat decimas. Vnde peccaret: qui non redderet. Sed in terris, ubi non eſt conſuetudo communis &c. (ut ſupra). Hæc ille. Iſta de decimis pro honore ſacerdotibus deferendo à quibuſcunque introducta ſint. Vide ſupra 34. concluſio. 6. per totum. Se enim inuicem iuuant in his.

¶ Aduerte pro ampliori notitia rei huius uè tu confeſſor talium perſonarum illaquearis; quòd multiformes ſunt cenſuræ, contra illos ultra eas, quas ſupra tetigimus Vna eſt in c. non minus, iuncto c. aduerſus, de immunit. Eccleſiæ. Vbi primo excommunicantur omnes officiales laici, uel habentes regimen quorumcunque locorum; qui angarias, & exactiones indebitas, eccleſijs, uel Eccleſiaſticis perſonis imponunt. Secũdò prædictis qui iuriſdictionẽ prælatorum, & auctoritatem, quam habent in ſuis hominibus, euacuant. Nota; quòd niſi deſiſtant, ipſo facto & ipſi & fautores eorum ſunt excõmunicati, nec debent abſolui, donec ſatisfecerint competenter. Tertiò ſucceſſores prædictorum officialium; niſi infra menſem exceſſum ſuorum prædeceſſorum purgauerint, & ſatisfecerint. Alia cenſura eſt in c. Nouerit, de ſententia excom. Vbi excommunicantur primò illi omnes, qui ſtatuta edita, & conſuetudines introductas contra Eccleſiæ libertatẽ fecerint ſeruari. Secundò excõicantur omnes qui eadẽ ſtatuta non fecerint deleri; quamprimum ſciuerint. Tertiò ſtatutarij prædicti. Quartò ſcriptores prędictorum. Quintò poteſtates, conſules, rectores, & conſiliarij locorum: vbi prædicta ſtatuta ędita fuerint. Sextò quicunque iudicant ſecundum prædicta ſtatuta. Septimò qui iudicata reddunt in publicam formam. Nota; quòd hodie iſta ſententia eſt in bulla Cœnæ Domini: ideò eſt reſeruata Papæ ita; ut abſoluẽs de facto taliter excommunicatum in eandem excommunicationem incidat, nec tamen ille excommunicatus eſt abſolutus. Sic enim eſt de omnibus cenſuris in bulla Cœnæ Domini.

mini. Multas alias cenſuras habes in iure Canonico contra offendentes libertatem eccleſiaſticã in rebus, vel perſonis, vel &c. Quas per te uidere poteris vel in ſummula Caietana, uel Syluestrina, uel Tabiena in titulo Excommunicatio. Et nota diligentiſſimè: quòd quicunque temporis fluxus, patiẽtia, tolerantiavè ſummorum Pontificum non excuſat à cenſuris tranſgreſſores eorum, quę ſunt in proceſſu Cœnæ Domini: ſecundum proteſtationem Papæ Adriani VI. ut adducit Cardinalis Caietanus in ſummula Caietana, ver. Excommunica. cap. 30.

¶ Quas ideò cenſuras adductas hic uolui: Vt Reges ſeu poteſtates tales (Non enim de innocentibus fit unqoàm ſermo) & contra ius naturale, quod iam ſupra oſtendit Pharao, & contra ius diuinum conſequenter (Naturale namque eſt impreſſio Dñi uiris) & cõtra poſitiuũ (Huiuſmodi ſunt Canones ſummorum Pontificum) agere ſe nouerint, & harum litterarum tenore exoratos ſeſe patiãtur, ut, ſi qui ſint adhuc uel fuerint in huiuſmodi erroribus, reſipiſcant efficaciter; & fugiant à facie prædicti triplicis arcus Pſal. 59.

Tex. VT nõ ſepelias me in Ægypto &c. Sed condas me in ſepulchro maiorum meorum.

Concl. 3. *Licitè quis ſolicitus eſt de ſepultura ſui corporis; & in quo loco ſepeliendum ſit.* [Ex eo.]

Ratio. Ecce. Sãctiſſimus Patriarcha Iacob mandauit de ſepultura ſui: Vt uidelicet non ſepeliretur in loco Aegypti, ſed ut ſepeliretur in loco maiorum ſuorũ. Et non tãtum hæc duo ſimpliciter mandauit: ſed etiam hæc ſibi ſub iuramento promitti curauit.

APPENDIX.

1 HINC habes; quòd multum errant contemnentes ſepelire corpora mortuorum (Nam Iacob de hoc aliter non fuiſſet ſollicitus): & contemnentes adimplere uoluntatem mortuorum de loco ſepulturæ ſuæ (Ideò enim Ioſeph patri ſuper hoc iurauit: & iuramentum ſeruauit. infra. 50.)

2 Secundò habes; quòd ſepelire mortuos eſt gratiſſima res defunctis. Hoc enim amarunt: ut uidemus in Iacob. Cõſequenter ergo eſt opus miſericordiæ: cùm miſericordiæ opus ſit ſuccurrere alijs, & rem gratã facere illis. Ideò enim tyrãni prohibebant corpora. SS. ſepeliri: ut illis & rẽ ingratam facerẽt, & rẽ ignominioſam: ergo pagani meliùs opinabantur, quàm quidam hęretici ſentientes: quòd dare aliquem ſepulturæ non eſt mortuo gratum; & non eſt res laudabilis, & in mortui honorem cedens.

3 Tertiò habes; quam bene fundata ſit ratio D. Thomæ adducta ad affirmandum, quòd ſepelire mortuos eſt opus miſericordiæ. Eſt enim ſua ratio fundata in hoc capitulo: & ab eo adducitur in 2. 2. q. 32. ar. 2. 1. Quartò habes à fortiori; quam bene faciant, & rem gratiſſimã defunctis exhibeant illi: qui orationibus ſuis ſoliciti ſunt, atque procurant: ut animæ illorum defunctorum in bono loco recipiantur. Conſequenter ergo habes; quàm bene faciant dicẽtes officium mortuorum. Cùm igitur per hoc illis animabus defunctorum, & conſequenter Angelis illorum cuſtodibus (tanquã earum amiciſſimis à principio) rem gratiſſimam faciant: credendum eſt, quòd & Angeli earum nunc orãt, & illę animæ, cum poterunt, orabunt pro talibus ſuis benefactoribus: quandoquidem nulla in cœlis ingratitudo eſſe poteſt); Et eõ multorum orationes exaudiantur faciliter: credendum inquã eſt quòd tales pro mortuis orantes non dico neceſſariò: ſed faciliter ſaluabuntur. Ergo faciamus nobis ſic, ideſt per hũc modum amicos: Vt, cum defecerimus recipiant nos in æterna tabernacula (Vt hortatur Euangelium).

5 Quintò habes ab oppoſito; quòd priuari ſepultura eccleſiaſtica, eſt pœna magna. Sicut enim Iacob pro magno bono duxit, ſepeliri in loco maiorum ſuorum (in huius ſignum, & de hoc ſibi fieri promiſſionem, & promiſſionem ſub iuramento, ualdà ſollicitus fuit): ita pro magno malo duxiſſet, non ſepeliri ibi. Quid erat ille locus maiorum ſuorum? Ebron. Hic locus ſanctus habebatur; utpote locus terræ promiſſionis, & cõſequenter locus conuerſationis Meſſiæ. Reſpectu ergo huius loci erat Ægyptus reputatus locus prophanus, non ſacratus. Ebron ergo erat, ſicut ſepultura eccleſiaſtica: Ægyptus, ſepultura non eccleſiaſtica. Bonorum ergo cùm ſequendum ſit iudicium in iudicando aliquid eſſe bonum, uel malum (ſequeris enim ſententiam habentis ſanum palatum, in iudicando vinum bonum eſſe, vel non: non autem ſententiã infectum guſtum habentis); & boni (ut Iacob) iudicent; eſſe bonum ſepeliri ſepultura eccleſiaſtica, & malum carere illa, patet: ꝙ cõdi in loco ſacro bonum eſt, & priuari illo malum eſt. Cõſequẽter etiam patet; ꝙ dicere, quòd priuari ſepultura eccleſiaſtica non eſt malum, eſt peccatorum hominum: non bonorũ. Sancti enim viri hoc pro pœna magna cum Iacob iudicant. Et, quòd hoc pro pœna habeant, patet: quia priuant aliquos peccatores eccleſiaſtica ſepultura (vt apparet in iur. canonico). Et quòd hoc pro magna habeant pœna, patet: quia priuatio huiuſmodi ſepulturę infligitur tantùm peccatoribus grauiſſimis, & ſcandaloſis. Puta finaliter ſigna impęnitentiæ oſtendentibus, publicis vſurarijs, publicis ſymoniacis, hæreticis, ſciſmaticis, excommunicatis, & ſi qui alij ſunt huiuſmodi. Hic ergo per exemplum ipſius Iacob uidiſti; ꝙ bonum eſt ſepulturam eccleſiaſticam habere, malum autẽ non habere: quàm verò ſit bonum id; Vide in D. Auguſtino in ſermone, de cura pro mortuis agenda. Et ad hunc ſenſum uide etiam; & nota tertiam concluſionem ſupra, in cap. 39. cum ſua notatione.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

ISTA Concluſio 3. cap. 47. deſtruit errorem Trinitariorum dicentium; ꝙ de ſepultura nõ eſt curandum. Item errorem pauperum de Lugduno dicentium: ꝙ ſepeliri corpora humana quacunque tellure, ſiue locus ſit ſacer, ſiue non, nihil diſtat. Ex tanta.n. ſollicitudine tãm S. Patriarchæ Iacob, qua & iuramento medio procurauit non in prophano (quod erat Ægyptus) ſed in ſacro (quod erat Hebron) ſepeliri, patet apertiſſimè: ꝙ iudicio ſanctorũ, & ideò ſecundum rei ueritatem, ſepeliri in ſacro diſtat, & quidẽ multùm, a ſepeliri in non ſacro. Damnantur quoq;, & per cõſequens concluſio præſens firmatur, a Dauid 2. Reg. 2. p hoc, ꝙ audiens, de ſepultura Saul uiros Iabes Galaad ſollicitè curaſſe, miſit nuncios ad illos dicens eis. Benedicti uos à Dño, qui feciſtis miſericordiã hanc cum domino ueſtro Saul; & ſepeliſtis eum. Et nunc retribuet quidem uobis Dominus miſericordiam & ueritatem, & ego reddam gratiam, eò ꝙ feciſtis uerbum iſtud. Hæc ibi. Ecce: ꝙ remuneratione duplici à tanto propheta regio iudicantur digni illi, qui curant de ſepultura proximorum ſuorum: ultrà ꝙ aſſerit, eos per ſepelitionem prędictam facere miſericordiam cum proximis illis. Et uerè ſic eſt. Nam ſepelire mortuos recenſetur inter corporalia opera miſericordiæ 2. 2. q. 32. ar. 2. Damnantur etiam ab Aug. lib. 1. de ciui. Dei c. 13. Antiquorum iuſtorum funera, officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, & ſepultura prouiſa; ipſiq;, cùm uiuerent de ſepeliendis, & transferendis ſuis corporibus mandauerunt. Hæc ibi. Id autem ſancti patres curarunt (ſecundum ꝙ habes à S. Tho. in Addi. q. 71. art. 11.) nõ ꝙ mortuis corporibus aliquis ſenſus inſit; ſed ut oſtẽderent, corpora mortuorum ad diuinam prouidentiam pertinere, & propter fidem reſurrectionis aſtruendam. Vnde etiã noluerunt in terra promiſſionis ſepeliri; ubi credebant, Chriſtum naſciturum & moriturum; cuius reſurrectio eſt noſtræ reſurrectionis cauſa. Hæc ille. Item ab Aug. in lib. de cur. pro mortu. agend. cap. 4. Deuotio fidelium ſuis charis in locis ſacris prouidens ſepulturam non fruſtratur. Quòd Aug. dictũ ſic intelligitur (ut in Addi. ubi nunc ſup.). Sepultura in loco ſacrato mortuo prodeſt, non quidem ex opere operato, ſed ex opere operante: quia ſcilicet uel ipſe defunctus, uel alius, corpus eius in loco ſacro tumulari diſponens committit defunctum ipſum, & patrocinio ſancti illius loci, cuius precibus p hoc credendus eſt adiuuari; & patrocinio eorum minorum, qui illi ſacro loco deſeruiunt, qui pro tumulatis apud ſe frequentius, & ſpecialius orant. Quinimò & illa, quæ ad ornatũ ſepulturæ pertinent (puta cera, oleum, thus) ad ſepulchrum defunctorum adhibita ipſi defuncto proſunt per accidens. ſ. inquantum uel per huiuſmodi homines excitantur ad compatiendum, & per conſequens ad orandum, uel inquantũ ex ſumptibus ſepulturæ aut pauperes fructum capiunt, aut eccleſia decoratur, uel inquantum eccleſiæ offeruntur, uel inquantum in Dei reuerentiam fiunt. Vnde Damaſcenus ſermon. de dormientibus ex uerbis Athanaſij loquit. Ne renuas oleum, & ceras Deum inuocantes in ſepulchro accendere: accepta.n.

iſta ſunt Deo, & multam ab eo recipientia retributionẽ; oleũ enim & cera holocauſta ſunt. Item ab eccleſia reprobantur ꝑ hoc; & aliquibus in pœnam interdicit ſepeliri in ſacro. Item ab ipſis etiam paganis tyrannis per hoc; prohibebant, ſepeliri martyres in pœnam. Item è ſepelientibus contra edictum tyrannorum (ut ſæpiès in uitis martyrum legitur) Vide Addi. ſupra loco citato, cum Elucid.

Text. I Vra ergo inquit mihi : quo iurante &c.

Concl. 4. *Iurare, ſi ſuis conditionibus requiſitis neſtiatur, eſt licitum.* [Ex eo]

Ratio. Non eſt credendum tam ſanctos (.ſ. Iacob, & Ioſeph) cõſenſiſſe in iuramentum; vno exigente, alio exhibente: niſi iuramentum eſſet aliquando licitum. Immò (ut ſupra in prima concluſione capituli 42.) ſanctorum facta ſunt nobis ad ſacras ſcripturas ritè intelligendas firma regula (ſecundum Diuum Auguſtinum). Vide ibi multa.

E X A M E N.

Iurare eſt triplex: ſcilicet iuramentum aſſertorium, ꝓmiſſorium, comminatorium. Aſſertorium, (vt quando aſſerendo aliquid pro uero uel falſo, utor iuramento): Promiſſorium (vt cũ aliquid promittendo, iuramento utor): Comminatorium (Vt quando minis ſuper addo iuramentũ). Hoc iuramentum Ioſeph fuit promiſſorium, ut patet: promiſit enim patri, quod volebat. Conditiones requiſitæ ad iuramentum, ita quòd ſine illis iuramentum eſt illicitum, ſunt tres (Hieremia teſte 4. cap.) .ſ. iudicium, iuſtitia, & ueritas. Iurabitis (inquit ibi) in iudicio, iuſtitia, & ueritate. Iurare in iudicio (ut ſumitur hic) eſt iurare in caſu neceſſitatis, magnæ utilitatis uel ſuæ uel alienæ. In iuſtitia uerò eſt iurare ſe facturũ bonũ, uel neceſſariũ, uel ſupererogationis. In ueritate aũt eſt iurare uerum, certum. ſ. pro certo, dubium pro dubio. Ergo (ab oppoſitis) Iurare ſine iudicio eſt iurare ſine cauſa, uel cum cauſa leui (Vt iurantes ad omne uerbum); ſine iuſtitia verò eſt iurare, ſe facturũ malum, uel non facturũ bonum: ſine, ueritate autem eſt iurare falſum, uel incertum pro certo, uel dubium pro indubio.

Corol. ¶ Ergo quando ſcripturæ, uituperant, uel prohibent iurare: loquuntur de iurare non ueſtito omnibus tribus ſuis comitibus. Tale enim iurare eſt illicitum vel ueniałiter, uel mortaliter. (Vide Doctores caſuũ conſcientiæ: ſi uis diſcernere mortale à ueniali iuramento. Scito tamen nunc ad abũdantiorem doctrinam: quòd quoduis iuramentum ſine ueritate, etiam quòd caderet ſuper mendacium alias uenialiſſimum: eſt peccatum mortale. Nam Deus, qui nec minimæ falſitatis eſſe teſtis poteſt, adducitur in teſtem illius falſi, ſeu mẽdacij. Iurare enim eſt adducere Deum in teſtem alicuius).

Diffini iuramenti. Ergo quando laudant uel in uerbis (ut, laudabuntur omnes, qui iurant in eo, ſ. Deo), vel in factis (ut quando adducunt, ſanctos iuraſſe): tunc loquuntur de iurare omnibus ſuis comitibus aſſociato. Nam iurare tale adeò eſt licitum, ut ſit

Ratio diffinitionis præmiſſa actus uirtutis religionis: utpote profitens, omnium cognitionem atque ueracitatem Deum infallibiliter habere. Vnde illud, quod iam diximus, in Pſalmo dicitur; laudabuntur omnes, qui iurent in eo.

A P P E N D I X.

Ex diffinitione prædicta iuramenti habes: quòd non licet iurare per Deos falſos, aut ꝑ quaſcunq; creaturas. Nulla enim creatura, nec Deus falſus, habet omnium notitiam infallibiliter, ac veracitatem: niſi ſolus verus Deus. Scito igitur; quòd huiuſmodi peccatũ (.ſ. iurare ꝑ falſos Deos aut per creaturas) reducitur ad blaſphemiam. Cùm enim aliquis intendit uerè iurare, intendit teſtimonium infallibile afferre, dùm autem per Deum falſum uel creaturam iurat; iam profitetur illum Deum ſeu creaturam eſſe teſtẽ infallibilem; id quod ſoli vero Deo conuenit. Attribuit ergo taliter iurãs id quod eſt propriũ Dei, alteri: & hoc eſt blaſphemare. Iurare ergo ſic, eſt pluſquam periurij peccatum: quia eſt peccatum blaſphamiæ. Ideò inuenis in Euangelio: Nolite iurare neque per cælum, neque per terram). Quoniam (in propoſito), cùm iſta ſint creaturæ: iurare per illa, tanquam per creaturas, eſſet blaſphemare. Licèt autem Chriſtiani quandoque per creaturas iurare uideãtur. Vt per Sanctum Petrũ &c. per S. Euãgelia; tamen hoc nõ eſt peccatum, ſi in bono ſenſu accipiatur. Id namque piè interpretandũ eſt. i. ſecundum chriſtianum morem ac ſenſum. Quis eſt ille ſenſus chriſtianus? Vt iurantis intentio ſit Deum uerum in creatura afferre in teſtem, & non ipſam creaturam ſecundum ſe. Iuxta igitur diſtinctionem hanc concordabis uaria ſcripturæ dicta tum concedentia tum prohibentia iurare per creaturas. Prohibẽtia namque intellige de creaturis ſecundum ſe: concedentia verò de creaturis, ut in eis eſt Deus. Quo etiam modo ſupra. 42. iuraſſe Ioſeph intelligitur: quando per ſalutem Pharaonis iurat.

Not. ¶ In hoc iuramento, quo Ioſeph iurauit ipſi Iacob, tres illę conditiones fuerunt, nec per creaturas iurauit: & conſequenter laudabile fuit huiuſmodi iuramentum. Primò iurauit in iudicio ut ſupra expoſuimus: quia in caſu tantæ neceſſitatis, & utilitatis paternę iurauit. Non enim res friuola erat, pro qua confirmanda iurabat: ſed res magni ponderis; vtpote, gaudere ſepultura eccleſiaſtica, atque in loco ſacro ſepeliri, ut ſupra uidimus. Secũdò iurauit in iuſtitia: quia rem iuſtam, utpote ſepelire eum ſanctum in loco ſancto (iuſtum enim eſt: ut locus & locatum proportionẽtur), iurauit. Tertiò iurauit in ueritate; quia hoc, quòd iurauit, adimplere intendebat: cuius rei ſignum eſt, quia hoc adimpleuit celeriter infra c. 50. Non iurauit autem per creaturas: ſed ꝑ Deũ verum. Et licèt videatur iuraſſe per creaturas, quia iurauit ponens manum ſub fęmore Iacob: tamen hoc non fuit, niſi per creaturas, ut in eis intelligitur Deus, & conſequenter non per ipſas, ſed per Deum, iuraſſe interpretatur. Vndè ſciendum eſt: quòd fides erat apud iudæos, quòd verus Deus .ſ. Meſſias aſſumpturus erat carnem ex ſemine Abrahæ: cùm Deus dixiſſet ad Abraham, in ſemine tuo. i. in Chriſto: ſecũdum quòd exponit Apoſtolus benedicentur omnes gentes. Modò Iacob erat de genere Abrahæ electo ad hoc, ut ex ipſo naſceretur Meſſias (ut elicitur ex cap. 25. ſupra ibi maior ſeruiet minori. Quia .ſ. ex minori. i. Iacob naſcetur Chriſtus, nõ autẽ ex maiori. i. Eſaũ. Et ideò maior ſeruiet minori. i. minus æſtimabitur apud Deum, quam frater minor): & iccircò ex Iacob carnem aſſumpturus erat Chriſtus. Aſſumpſit autem ex illis patribus carnem, inquantum patres illi generarunt Beatam Virginem Mariam; ex qua carnis ſubſtantiam Chriſtus naſcendo accepit. Virtus modò generatiua, qua B. Mariam procrearunt, conſiſtit in fæmore ſeu circa: ac per hoc aptiſſimè denotatur per fæmor. Iurantes ergo ſub fæmore illorum patrum profitebantur per huiuſmodi factum; ſe credere, Meſſiam ex illis patribus deſcenſurum. Quaſi dicerẽt facto ipſo. Sicut credo firmiter, Meſſiam deſcenſurum ex iſto fęmore (ſub quo ponebant manum: ut dicitur hic): ita iuro, quòd firmiter adimplebo promiſſum. Vides igitur quòd non iurabant per creaturam ſecundum ſe conſideratã: ſed iurabant per illam, ut in illa intelligebat Deus uerus.

Text. ADorauit dominum conuerſus ad lect. caput.

Concl. 5. *Adorans imaginem adorat illum tunc, cuius eſt illa imago & conſequenter non ſunt contemnendæ Imagines Sanctorum Domini.* [Ex eo]

Ratio. Ecce. Iacob poſtquam Ioſeph iurauit, tanquam ſecurus de promiſſo: adorat Dominum ſecundum hanc literã: & tamen ſecundum 70. interpretes, adorat faſtigium virgæ eius, ut etiam Apoſtolus ad Hebr. 11. habet. Si adorat dominum quomodo adorat faſtigium virgæ? & ſi faſtigium virgæ; quõ adorat Dominũ? Sed vtrunq; optimè ſtat. Illud .n. faſtigiũ uirgæ erat ſignum Domini: Ideò adorans illud adorauit Dominum, propriè loquendo, cuius erat ſignum.

¶ Pro meliori captu aduerte auream expoſitionem Diui Thomæ ſuper illam ſententiam Apoſtoli. Iacob recepit (inquit) ſceptrum Ioſeph, donec iuraſſet, & antequam redderet ei; adorauit non ipſam uirgam, nec Ioſeph (ut quidam malè putauerunt) ſed ipſum Deum innixum ad cacumen, vel ſuper faſtigium virgæ eius. Ad quod motus fuit ex conſideratione poteſtatis Chriſti; quam poteſtas Ioſeph præfigurabat. Ipſe .n. tanquam præfectus Ægypto, portabat ſceptrũ; in ſignum poteſtatis Chriſti, Pſal. Reges eos in virga ferrea. Vel ſi adorauit faſtigium, idem eſt ſenſus; quia adorauit Chriſtum ſignificatum per uirgam illam: ſicut & nos

ado-

adoramus Crucifixum, & Crucem, ratione Chriſti paſſi in
ipſa. Vnde propriè non adoramus Crucem: ſed Chriſtum
crucifixum in ipſa. Hæc ille.

APPENDIX.

EX his uide primò; ꝙ adorans ſignum alicuius dicitur
adorare illum: & magis propria locutio eſt, ꝙ tunc ado
2 ret illum, quam ſignum eius; licèt vtrumque ſit verum. Se-
cundò uide; ꝙ tranſlatio vulgata magis propriè loquitur,
quam trãſlatio. 70. interpretum; licet iſta ſit nobiliſſima
inter cæteras. Nam loquens uulgata æditio de iſta adoratio
ne hic dicit; ꝙ Iacob adorauit Dominum: & 70. dicunt, ꝙ
adorauit faſtigium uirgæ eius. Modò illud dicitur magis
propriè (ſcilicet ſecundum Sanctum Thomam) quam iſtud.
3 Tertiò conſequẽter uide; ꝙ non ſine cauſa ſacra Tridentina
ſynodus prætulit æditionem latinam vulgatam ueterem om
nibus alijs æditionibus: vt in principio ipſius Concilii appa-
4 ret. Quarto conſequenter uide; quòd iſta diuerſa tranſla-
tio à Spirituſancto facta eſt. Huiuſmodi namque diuerſi-
1 tas mira nobis oſtendit. Primum, quod oſtenditur, eſt hoc;
ꝙ videlicet idem eſt motus in imaginem & in imaginatum
(ut habet philoſophus in de memor. & remin. & ut decla-
rat D. Thom. in 3.q. 25. ar. 3.) alioquin eadem adoratio-
2 ne non adoraret Iacob faſtigium virgæ, & Dominum. Se-
cundum, quod oſtenditur, eſt hoc: ꝙ uidelicet Nodum in
ſcirpo quærunt, qui timent de idolatria: dùm adorant Cru
cem aut imaginem Chriſti, aut patris, aut ſpiritusſancti. Nul-
lus.n. ibi ſcrupulus eſt: quoniam adorando imaginem ado-
ramus (& magis propriè imaginatum, eadem proſſus ado-
3 ratione numero. Tertium quod oſtenditur eſt hoc ꝙ vide-
licet datur immò eſt laudabiliter, adoratio imaginum. Lau
dabiliter.n. (ad laudem.n. ipſius dicitur hic) Iacob adora-
uit faſtigium virgæ; tanquam imaginem, & ſignum (ut ſu
4 pra Diuus Thomas.) Quartum, quod oſtenditur, eſt; quod
iſta adoratio, qua adorauit faſtigium eſt adoratio latria. Nã
loco ly adorauit faſtigium, dicitur adorauit Dominum: mo
do adoratur Dominus latria, & conſequenter adoratus faſti
5 gium eodem modo. Quintum, quod oſtenditur hic, eſt; ꝙ
tali adoratione vel.ſ. latria, vel dulia, vel hyperdulia adora-
mus imagines: quali adoramus illa, quorum ſunt imagi-
nes 3.q.25.ar.&c. Verbi gratia Adorantur ſancti dulia B. Vir
go Maria hyperdulia: Sanctiſſima Trinitas latria: ſic eorũ
imagines adorandæ ſunt, imago Sanctorũ.ſ. dulia, B. Mariæ
hyperdulia Sũmę Trinitatis & cuiuſuis diuinæ perſonæ la-
6 tria. Sextum quod hic oſtenditur (adiungendo tamen Apo
ſtoli ſuper hoc ſententias ad Hæb.cap.11.) eſt: ꝙ uidelicet ſi
gnum quod unquam ſiue imago duobus modis conſiderari
poteſt uno modo, ut res eſt, puta lignum &c. & ſecundo mo
do, ut ſignum eſt, puta imago Dei B. Virginis &c. Si primo
modo conſideretur nullo modo adoratur; immò eſſet fatui-
tas expreſſa adorare ipſum: quoniam rei irrationali nullus
debetur honor ſecundum philoſophum & Sanctum Tho-
mam ſupra. Si autem conſideretur ſecundo modo; Sic ado-
rãtur per omnia, ut ſupradiximus. Quomodo ipſum ſignũ
i. faſtigiũ illud adorauit ſanctiſſimus Iacob? Nõ primo; ſed
ſecundo modo. Hoc.n. habetur ex Apoſtolo, ubi dicit: Fide
Iacob adorauit faſtigium &c. Quid opus fuit adiungere
ꝙ adorauit fide? Nonnè expeditius erat dicere; ꝙ adorauit:
nil aliud addendo? Vtique: ſed non melius. Dicendo. n.
ꝙ adorauit fide faſtigium: iam clarè habet, ꝙ adorauit ip-
ſum ſecundo modo tantũ. Quid.n. eſt fides? Eſt ſubſtãtia re-
rum non apparentium, exteriori uz ſenſui (etiam ꝙ in-
teriori captui credibilia ſimpliciter non appareant, 2.q.1.ar.
2. prima tamen pro nunc præſenti inſtituto non eſt neceſſa-
ria expoſitio. Faſtigium enim illud, ut res, nonnè appare-
bat exteriori ſenſui? Ita. Ergo cùm dicitur, quòd adorauit fi
de, patet: quòd non adorauit illud, ut res, hoc eſt primo mo
do. Faſtigium illud, ut ſignum, apparebat ne exteriori ſen-
ſui? Non (Nam non poterat uerè dici ſignum, niſi appræ-
henderetur ſignatum: cum relatiuorum, cuiuſmodi ſunt iſta
vnum non intelligatur alio non intellecto, & conſequenter
ſint ſimul intellecta, ſm philoſophum in prædicamento
ad aliquid. Modò ſignatum, hoc erat Chriſtus, non appa
rebat tunc exteriori ſenſui: & conſequenter faſtigium il-
lud, vt ſignum uerè, non apparebat exteriori ſenſui. Ergo cũ
dicitur, ꝙ adorauit fide faſtigium, patet: ꝙ adorauit illud,
ut ſignum hoc eſt ſecundo modo.

NOT. CONTRA INFIDELES.

EX præmiſſis patet faciliter; quid dicas ad hęreticos mẽ-
daciter imponentes, vel idolatriam, uel fatuitatem no-
bis chriſtianis adorantibus imagines. Secundò ratio patet;
quare idolatræ adorantes ſculpturas dicebant à ſanctis verè
fatui: quia.ſ. adorabant ipſas, ut res erant. Hoc idem teſtifica-
tur Pſal. quando dicit de idolis: os habent, & non loquentur
&c. Quomodo os habent, & non loquentur; niſi vt res ſunt?
Per hoc ergo oſtendit Propheta; ꝙ illi adorabant imagines,
vt res; ex conſequenti, ꝙ erant fatui. Et ſi diceretur; ꝙ poterãt
aliqui gentiles adorare ipſas, ut imagines: Reſpondetur, hoc
non eſſe uerum. Si enim adoraſſent eas, ut imagines, opor-
tebat: ꝙ intelligerent imaginatum puta Mercurium, Iouem
&c. eſſe Deum, vel ſaltem adorabile quoddam. Hoc autem
illos uidelicet eſſe Deos aut adorabilia quædam nõ verè in-
telligere poterant, cum fuerint Iupiter, Venus, Saturnus &c.
etiam ſecundum hyſtoriographos, homines finaliter ſcele-
ſtiſſimi: quoniam quod non eſt non contingit ſcire ſecundũ
phyloſophum primo poſter. Si igitur hoc intelligebant (vt do
facto erat) falſo intelligebant: & conſequenter adorando ido
la, vt ſigna mendacium committebant. Et cum mendacium
nihil ſit, quoniam eſt negatio veritatis: ideò inquit apo-
ſtolus ad hunc ſenſum, ꝙ idolum nihil eſt in mundo. Opti-
mam harum rerum doctrinam vide in Compend. Alb. Mag.
lib.5.6.cap.58.60. cum ſcholis ubique. Aut igitur gẽtiles ado
rabant illas imagines, vt res; & ſic erãt fatui: aut illas, ut ima-
gines; & ſic erant mendaces. Vnde Pſal. ad gentiles loquens
ait: Filij hominũ vſquequo graui corde; utquid diligitis va-
nitatem vos. ſ. qui colitis imagines, vt res, & quæritis menda
ciũ vos.ſ. qui colitis illas veſtras imagines, vt ſic? Et alibi ſæ-
pius in ſcriptura huiuſmodi reperies, ꝙ vanitatem & men-
dacium ſequuti ſunt.ſ. patres iudæorum idolatræ, vel ſequuti
ſunt.ſ. gentiles. Qui autem ſequitur mendacium, fatuus eſt:
vtpote diligens falſum, quod eſt imperfectio intellectus nẽ?
Sic igitur a primo ad vltimum idolatræ adorantes imagines
dicebantur verè fatui: ſiuè adorarẽt eas, ut res; ſiue eas, ut ima
gines. Id quod non procedit contra veros chriſtianos adorã
tes ſanctorum imagines. Nam ex eo, quòd non adorant eas,
vt res; non ſunt fatui: ex eo autem, quòd adorant eas, ut ima-
gines; non poſſunt dici (vt idolatræ dicebantur) mendaces.
Nam ſubeſt imaginatum verè intellectum ab adorante chri
ſtiano: quod non erat in adorante gentili. Verbi gratia.
Chriſtianus adorãs imaginem B. Pauli, intendit; quòd B. Pau
lus eſt adoratione, quam imagini ſuæ exhibet, dignus: in qua
credulitate cum non decipiatur (vt idolatra decipiebatur);
patet; ꝙ chriſtianus adorans imagines, ut ſic, non eſt mẽdax.
Erit igitur ab oppoſitis arguendo chriſtianus imagines ado-
rans verus, & prudens.

¶Ecce; quantum delirant hæretici: qui nobis imagines a-
dorantibus idolatriam, ſeu fatuitatem, aut quoduis menda-
cium, impingunt. E diametro ſiquidem (vt vidimus) pugnãt
inter ſe iſtæ adorationes; videlicet adoratio ab idolatra, & à
chriſtiano exercita: tantum abeſt, vt adoratio chriſtianorum
poſſit verè dici adoratio idolatrarum, aut è conuerſo. Erube-
ſcant igitur miſeri hæretici, de quibus veriſſimè ad hunc ſen
ſum talem Salomon protulit ſententiam: Os inquit ſtultorum
ebullit ſtultitiam. Nunqd ſtulti nõ ſunt, qui non intelligunt
(teſte apoſtolo) neq; de quibus affirmãt, neque quæ loquũt?
Si enim intelligerent, quid ſit adoratio chriſtianorum, & qd
ſit adoratio idolatrarum: viderent, ꝙ non poſſunt ſimul ſe cõ
pati. Immo viderẽt; quòd ſicut ſtultiſſimum eſt affirmare; ho
minem eſſe aſinum: ita ſtultiſſimum eſt, dicere; vnam adora-
tionem eſſe aliam. Et ſicut prudentiſſimum eſt, affirmare; ho
minem non eſſe aſinum: ita maximæ prudentiæ eſt, affirma-
re; vnam adorationem non eſſe aliam. Vtraque enim ſunt in
materia remota etiam apud logicos. i. in vtriſque propoſitio-
nibus.ſ. adoratio chriſtianorum eſt adoratio idolatrarum: &
homo eſt aſinus prædicatum & ſubiectum ad inuicem re-
pugnant. Hæretici ergo tales ſunt aut pluſquam inſipientes;
vel quia ignorant propriam vocem, vel quia logicam nõ cal
lent: aut ſũt pluſquam in malitia obcæcati. Quis.n. tam aut
inſipientiſſimus aut pertinaciſſimus, dicere auderet: hominẽ
eſſe aſinum? Et tamen illi circa verborum quæſtiones lan-
guentes, & nihil ſcientes (Hæc enim bella æpitheta ab Apo-
ſtolo illis dantur) aſſerunt; & quidem è tot annis: adorationẽ *Epiſt. ad*
chriſtianorum eſſe adorationem idolatrarum; quod eſt, ac ſi *Timo.*
dicerent, hominem eſſe aſinum. Si ergo omnem hoc aſſeren-
tem exſibilant: quare illud aſſerentes (quod cum hoc idem
eſt) recipiunt? Tertiò patet, diſtinctionẽ illã D. Thomæ. 3.q. 3

25.art.3. qua dicitur;adorari imaginem dupliciter, vel vt rẽ, vel vt imaginem:non eſſe nouam , aut philoſophicam tantũ diſtinctionem. Quandoquidem ex iſto capitulo, vt diffuſè vidimus,elicitur ad literam.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

CONCLVSIO hæc 5. cap. 47. deſtruit hæreſim Valdenſium, Vuiclef, Lutheranorum dicẽtium:& imagines tollendas eſſe ab eccleſia:& nullo pacto adorandas eſſe imagines;& imagines in templis habere idolatriam eſſe ſiue ſint Chriſti,ſiue cuiuſcunque ſancti. Patet enim ſapientibus quibuſcunque, quòd & Chriſtus, & ſancti ſunt ſecundum ſe adoratione digni:vnde,cum textualis iſta cõcluſio adorationem imaginum Chriſti ac ſanctorum ad illa , quorum ſunt imagines,referri doceat,clarum euadit; quòd per hoc tres ꝑdictæ hæreſes cum ſimilibus intereimuntur. Vt verò copioſius adhuc cõfodiantur vide ſupra Gen. cap.23.con.2.& Nume.12.con.7.& 21.con. 8. Super omnia autem vide,& conſidera diligenter,compend.Alb.lib.5.cap. 58. Schol. de multiplici adoratione atque de conſilijs multiſque anathematiſmis:& ibid.cap.60. Schol. de incomparabili diſcrimine adorationum imaginum idolatrarum , & catholicorum ; anathemataque ibi poſita caue. Vide & D.Tho.3.q.25.arti.&c. vt talium hæreticorum illuſiones irrideas . Damnatur quoque à Greg Papa III. in Concilio Romano . Pro qua re ſciendũ quòd Serenus quidam Epiſcopus Marſilien. aliquando imagines confregit,nè adorarentur ; cui errori conſuluit , & Leo Imperator quartus:contra quem conuocatum eſt Cõcilium Romanum mille fermè Epiſcoporum ab ipſo Greg. III. qui Imperatorem prędictum imperio ſimul & communione priuauit ; eo quòd ſtatuas , & imagines ſanctorum deſtruxiſſet (vt in vita eiuſdem Greg.ex Platina patet). Damnatur & ab ipſo Domino per hoc ſuũ factum inſigne à Damaſceno li.4. cap. 16. narratum in hæc verba . Volens benigniſſimus Dominus Ieſus Chriſtus pro Abagari regis Ediſſenorum ſatisfacere affectui,deterſa ſua facie,impreſſam ſudario imaginem tranſmiſit. Quanta etiam veneratione colatur imago vultus Chriſti Saluatoris Veronicæ ab ipſo Saluatore eodem modo præſtita , qui Romæ fuerunt per experientiam noſſe potuerunt. Item Euſebius,de Eccleſiaſt.hiſto.lib.7.cap.11.ait: quòd apud Cæſaream Philippi , quam Pæneadam Phęnices vocãt eſt imago ærea Saluatoris,& mulieris,quam a ſanguinis fluxu ſanauit. Et quòd creſcit ibi quædam herba, quæ (mirabile dictu)ſi vſque ad ſummitatem fimbriæ ſtatuæ Saluatoris excreuerit,languorem omnem depellit;ſin autem antequam ærec̨ ipſius imaginis fimbriam contingerit , decerpatur hærba illa, nihil habet virium . Item Lucas Euangeliſta hæreſim prædictam facto ſuo damnauit . Dicitur enim ipſum effigiaſſe primam crucis imaginem,quam Traiecten.ſupra Moſam ſummo venerantur honore Ipſum etiam B.Dei Genitricis Virginis Mariæ cum filio eius pinxiſſe imagines fertur: quæ alijs, atque alijs in locis maxima cum reuerentia habentur , magnaſque per eas fieri virtutes crebrò populi experiuntur. Beatorum quoque Apoſtolorum Petri & Pauli imagines ſtatim ab ipſorum temporibus fuiſſe depictas aiunt:quas & Sanctus Sylueſter Papa Magno Conſtantino Auguſto mox vt exhibuit,Imperator ipſe eorum , qui ſibi iam per viſionem apparuerant,agnouit vultus . De actis Lucæ dicta conſulas vitam eius a Simeone Metaphraſte conſcriptam , & Hieronymum de viris illuſtribus:de Conſtãtini verò ac Sylueſtri, Edictum inſigne ipſius Conſtantini , in quo ſuam recenſet conuerſionem,poſitum in primo tomo Conciliorum circa vitam prędicti pontificis.Damnatur & à ſexta Synodo : quæ recitatur, de conſec.diſt 3. Venerabiles imagines Chriſtiani non Deos appellant,neque ſeruiunt eis , vt dijs, neque ſpem ſalutis ponunt in eis,neque ab eis expectant iudicium futurum:ſed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant;ſed non ſeruiunt eis cultu diuino,nec alicui creaturæ. Hæc ibi. Vide Elucid.pri.pat.arti.num.108. Item Exod. 20.con.2.& Compen.Alber.&c.ſupra

CONCLVSIONES
EX GENESIS.

CAPITVLO XLVIII.

NOn ſum fraudatus aſpectu tuo : inſuper oſtendit mihi Deus ſemen ſuum. *Text.*

Concl. 1. *Deus nobis multoties concedit pluſquam ſperamus , & pluſquam appetimus.* [Ex eo.]

IACOB nunquam ſperauerat,ſe viſurum filios ipſius Ioſeph : & tamen Deus oſtendit eos illi ad eius conſolationem. Et non tantum vnum filium ipſius Ioſeph:ſed duos . *Ratio.*

¶Ergo Deus plus exhibet,quã promittat. Deus enim promiſerat ipſi Iacob , ꝙ oſtenderet illi ipſum Ioſeph ſupra 46. &non promiſerat,ꝙ oſtenderet illi filius Ioſeph: Nunc autẽ ſeni vtroſque.ſ.ipſum Ioſeph,& eius natos oſtẽdit. Ergo pluſq̃ fidelis Deus in oĩbus uerbis ſuis. Ergo dat Deus affluẽter. Ergo dat pluſquam petimus , aut intelligimus . Ergo Beatus vir:cuius eſt dominus ſpes eius. Ergo Benedictus,qui cõfidit in domino:& erit in illo fiducia eius. *Coroll. Luc. Apoſt. Pſal. Hiere.*

¶Concluſionem illã,& conſequens ſcripturæ dicta ſimilia intellige:quando nobis eſt in ſalutem conceſſio talium.Si enim in noſtram perniciem vergeret : tunc etiam ſi ſperaremus. i. appeteremus , & poſtularemus aliquid ; illud nobis à Deo propitio non concederetur. Exemplũ. Diuus Paulus petiit , & ter;vt Deus auferret a ſe ſtimulum carnis : & non eſt ablatus ab illo . *Not. Apoſtol.*

DEus in cuius conſpectu ambulauerunt &c. *Text.*

Concl· 2. *Proprium bonorum eſt habere ſemper Deũ pra oculis.* [Ex eo.]

ABRAHAM & Iſaac dicendum ambulaſſe in conſpectu Dei,non ꝑ hoc ꝙ Deus videret ſemper illos; Sic enim nil peculiare attribueretur ſanctis;Nam oculi domini , inquit , ſapiens in omni loco contẽplantur bonos & malos:ſed per hoc, ꝙ ipſi ſemper videbant Deum. Hoc eſt;quia attendebant in omnibus vijs ſuis:ne offenderent Deum,&,quia petebant ab illo; vt vias illorum dirigeret,& vt conſilia illorum in ipſo ꝑmanerent: Et quia omni tempore quærebant facere illa,quæ placita,ſunt ei. *Ratio.*

APPENDIX.

HINC habes:quid ſit habere timorem Domini:id quod 1
in omnibus ferè locis ſcriptura commendat.Secundò 2
habes:quomodo intelligatur illud Pſal . Timor Domini initium ſapientiæ. Quare eſt initium ſapientię?Quia habere ſemper præ oculis tantam Dei maieſtatem tantum iudicem, tantum operum noſtrorum continuum ſeruatorem,&c. eſt ratio:ꝙ a malo declinemus & bona faciamus:id quod eſt maxima ſapientia. Vis videre?Pericula uitare,hoſtes undiq: nos circundantes illudere,nos contra nos in ſuperna erigere, impotentem hominem potentiores ſe inimicos ſuperare: nõnè maxima ſapientia eſt? Sapiẽtiæ enim tribuitur ſoluere difficilẽ quæſtionem. Modò;nonnè difficillimæ quæſtiones ſunt,q̃ dictæ ſunt? Si ergo ſoluuntur(ut ſit a ſanctis); hoc utique ſapientiæ,& quidem maximæ tribuetur. Tertiò habes:quòd ſi- 3
ne huiuſmodi timore Domini nullus homo iuſtificatur.ſ.n. illud habere huiuſmodi timorẽ domini eſt proprium bonorum,patet:quòd qui non habet illum non eſt bonus; & conſequenter non eſt iuſtificatus.Quòd autem habere illum Domini timorem ſit ſanctorum proprium; in multis patet exẽplis.En. Elias ait:Deus in cuius conſpectu ſto. Ezechias ait : *lib. Reg.*
Recordare Domine;quomodo ambulauerim coram te. Dauid ait:ſeruaui mandata tua . & teſtimonia tua ; quia omnes *Iſai.*
viæ meæ in conſpectu tuo . Ecce oſtendit, non tantum ſe habuiſſe Deum ſemper ob oculos:ſed etiã clarè mõſtrat , quòd

hi tuſ-

huiuſmodi eſt motiuum, ſeu ratio; quòd ſeruemus mandata Iob. diuina. Quæ omnia ſupradiximus. Iob inquit: obſeruaſti omnes ſemitas meas, & ueſtigia pedum meorum conſideraſti. Coniunge tu modò huic aliud dictum ipſius Iob. ſ. non me reprehendit cor meum in omni uita mea; & idem mdebis: quòd Luc. huiuſmodi timor Domini eſt cauſa ſanctitatis noſtræ. Zacharias, & Elizabet erat iuſti ante Deum. Quid eſt; eſſe (in propoſito noſtro) iuſtum, ante Deum? Eſt ſemper eſſe ante Deū. i. habere Deum in conſideratione ſua præſentē. i. illum Domini timorem habere: & huiuſmodi timorem eſſe cauſam iuſtitiæ noſtræ. Et quid amplius circa hoc dicā? Ecce: quòd Deus ſupra 17. loquens ad Abraham, tanquam ad perſonam tenētem locum omnium bonorum, dicebat. Ambula coram me: & eſto perfectus, Q. d. Si conſideraueris; te, uiasq; oēs ambulationes eſſe corā me ſemper: hoc tibi erit cauſa pfectionis.

¶ Ecce igitur, quod eſt timor Domini: & quanta bona in nobis operetur: & quàm diuerſimodè in ſacris litteris deſeribatur. Semper quoque memento: quòd ille locutiones. ſ. omnes uiæ meæ in conſpectu tuo: coram me: Ante Deum: Conſideraſti ſemitas meas &c. intelliguntur (ut tactum eſt) de conſideratione noſtra: ſi debeant, timorem domini deſcribere; & bona ſupradicta cauſare. Hoc eſt: verbi gratia. Conſideraſti ſemitas meas. i. cōſideraui, te ſemp cōſiderare ſemitas meas. Eſt nè extorta expoſitio iſta? Non ſed aptiſſimè declaratoria. Ecce. Poteſt conſiderare Deus vias meas reſpondetur: me uidelicet id neſciente, & me ſciente. Dicatur ergo. Conſideraſti ſemitas meas. Quomodo? Me hoc ſciente; & unquè ſciente practicè. i. per intimam cogitationem à malo retrahētem, & ad bonum accedentem. Nam & chriſtiani mali illud. ſ. te conſiderare eorum ſemitas ſciunt ſpeculatiuè tantùm: & cōſequenter neſciunt practicè. Bonus ergo, vt Iob, dicit Deo; cōſideraſti ſemitas meas. ſ. me practicè ſciente: hoc eſt, me attentè conſiderante, quòd tu eas conſiderares. Malus autem dicit Deo; cōſideraſti ſemitas meas; me. ſ. ſciente tantùm ſpeculatiuè, non autem practicè. i. me non attentè cogitante, quòd tu eas conſiderares. Vide ergo quam neceſſaria, & apta fuit iſta gloſa ad ly conſideraſti ſemitas meas. Similiter gloſatur & il Eccl. lud coram ipſo miniſtraui. ſ. me attentè cōſiderante, quòd videlicet coram tanto domino miniſtrarem. Item & illud, in Apoſt. noteſcant orationes ueſtræ apud Deum. i. vobis hoc attente conſiderantibus; quòd uidelicet tanto Domino notæ ſunt orationes ueſtræ. Et huiuſmodi expoſitiones adeò neceſſariæ ſunt: ut ſine ipſis tam malis quam bonis auctoritates prædictæ conuenirent: cum ipſis autem ſolis bonis. Quis enim homo tam malus cuius ſemitas dominus nō conſideret; qui coram ipſo non miniſtret; cuius orationes apud Deum non innoteſcant? Nonnè omnia nuda & aperta ſunt oculis eius? Sed Apoſt. tamen hoc quòd. ſ. dominus conſideret: quòd coram domino miniſtret; quòd apud Deum innoteſcāt orationes noſtræ malus non attentè (ut decet, ac oportet) conſiderat: ſed ſolum bonus. Vnde ad id ſignificandum a Salomone dicitur: oculi ſapientis in capite eius ſtulti autem in calcaneo. Quid eſt; oculi ſapientis in capite eius? Hoc eſt. Sapiens oculos attentos habet ad caput ſuum. i. ad Chriſtum: ſ. Chriſtus illum in omnibus uidet, illius ſemitas conſiderat, quòd coram Chriſto miniſtrat, quòd orationes ſuæ innoteſcunt apud Deum, & ſimilia. Quid eſt; oculi ſtulti in calcaneo? Hoc eſt ſtultus nihil illorum attente conſiderat: ſed tantum maxima intentione attendit ad ea, quæ calcaneo conculcantur. Quæ ſunt illa; quæ calcaneo conculcantur? Terra. Nonnè, terram continuè calcas? ſtultus ergo (inquit) terram cogitat, de terra loquitur, terrena ſapit, terrenos ſibi theſauros aggregat, ad honores terrenos anhelat. Nonnè de ſtultis dicit Propheta; oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram? & de bonis ſapientibus in ſua perſona nonne ait; oculi mei ſemper ad dominum? Si ſtulti oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram; & bonorum ſapientum oculi ſemper ad dominum: Vo que Propheta idem cum Salomonē protulit; quòd uidelicet ſapienus oculi in capite eius, ſtulti autem in calcaneo. Hinc quia ſapientis oculi ſemper ad Dominum, & ſancti ſunt ſapientes procedit; quòd Iacob de ſanctis loquens ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei.

Text. DEus &c. ambulauerunt patres mei, Abraham.

Concl. 3. *Hoc nomen; pater, ſumitur quandoque pro auunculo.* [Ex eo]

CLARVM eſt, quòd Abraham erat auunculus tantùm Ratio. ipſius Iacob: & tamen Iacob vocat eum patrem.

¶ Aduertere hoc uolui ad correctiuum multorum qui Not. ſæpius non intelligunt, aut etiam peruertūt ſcripturas ex eo, quod nolunt videre: hoc nomen, pater diuerſimodè ſumi in ſcripturis. Non enim ſemper ſumitur pro generante immediatè. Alioquin, Abraham non eſſet pater ipſius Iacob; ſed pro generante etiam mediatè. Et ſic omnes prædeceſſores poſſunt appellari patres alicuius. Vnde legimus in Deut. 32. Interroga patres tuos, & annunciabunt tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Vbi apertè vides, cum non poſſint eſſe plures patres immediatè alicuius: quòd accipiuntur patres, ſiue pro immediatè ſiue pro mediatè generantibus: ideſt pro omnibus prædeceſſoribus ſuis. Vnde ad hoc oſtendendum ibi in Deuter. quod prius dixerat patres, poſtea dicit maiores. Quare loco patrum, poſuit repetendo ſententiam, maiores: niſi ut monſtret, ſe accipere patres pro maioribus? Vnde in communi etiam locutione vulgatum eſt: ut maiores quoſque noſtros vocemus patres. Verbi gratia. Pater Dominus Antonius, Pater frater Io. Dominicus; & Papam uocamus illum, qui eſt maior omnibus: quaſi ſummum patrem. Papa enim hoc ſignificabat. Hic notes; quòd, ſi ſcriptum reperens, aliquem eſſe filium alicuius: non ſubito inferas, ergo eſt genitus immediatè ab illo; ſed inferas, ergo eſt uel immediatè, uel mediatè genitus ab illo; uel ille eſt maior aliquomodo iſto, qui dicitur filius eius.

¶ Hinc inuenies dictum: reperiri olim filios prophetarū, ut in libris regnū ſubinde habet. Quare? Quia illi erant Diſcipuli prophetarum, & conſequenter minores illis. Dicuntur ergo filij illorum quia prophetæ erant maiores illis.

DEus &c. & Angelus, qui &c. benedicat pueris iſtis. Text.

Concl. 4. *Generationes horum inferiorum cauſantur miniſterialiter ab Angelis: & auctoritatiuè à Deo.* [Ex eo.]

IACOB inuocat Deum, & Angelum ad benedicendum Ratio. pueris iſtis. Non autem inuocat illos ex æquo: ſed Deū tanquam authorem benedictionis, Angelum, tanquam Dei miniſtrum ad exequendum benedictionem. Sciebat. n. Iacob, utpote Sanctus, quòd Angelus non eſt æqualis Deo, ſed eius miniſter. Vnde ſupra 32. cernens Angelos dixerat; Caſtra Dei ſunt hæc: ideſt iſti Angeli ſunt miniſtri Dei ad fortiter tanquam caſtra exequendas diuinas ordinationes. Quādo igitur nūc & Deum & Angelum pro benedictione filiorum inuocat: patet quod Deum tanquam authorem; Angelum, tanquam miniſtrum inuocare intendit. Quid autem eſt huiuſmodi filiorum benedictio: quam Iacob deſiderabat? Vtique multiplicatio prolis illorum ut in littera ſubditur: quæ per generationem cauſatur. Quod ſi uerum eſt: patet, quòd generationes horum inferiorum non enim maior ratio de una generatione naturali, quam de alia eſt ſunt à Deo auctoritatiuè, ab Angelis miniſterialiter.

APPENDIX.

HINC habes, quam rectè dicat Diuus Thomas, quan- 1
do 1. q. 103. ar. 6. & 110. ar. 1. inquit: quòd omnia gubernā-
tur, ſeu diſponūtur in hoc mūdo uiſibili per Angelos à Deo,
ad hoc adducens B. Auguſtinum tertio de tri. & B. Grego-
rium tertio dial. Secundò habes, quòd Angeli cuſtodiunt homi 2
nes: id quod dixit 1. q. 113. ar. 1. Tertiò habes: quòd Angeli 3
dantur, ut cuſtodiant à periculis & interioribus & exterio-
ribus 1. q. 113. ar. 4. cor. & argumentum 2. cū reſponſione uam hic
dicit Iacob, quòd Angelus a malis cunctis cuſtodiuit illum.
Quartò habes; quòd Angeli cognoſcunt ſingularia mate- 4
rialia 1. q. 57. ar. 2. nam ipſum Iacob, qui utique ſingulariter
materiale erat, non eruiſſet &c. niſi ipſum inter cognouiſſet.
Quintò habes, quòd Deus cognoſcit alia a ſe 1. q. 14. ar. 5. & pro 5
pria cognitione ibi, ar. 6. & conſequenter ſingularia ibi, ar-
tic. 11. nam patit Iacob ergo cognouit illum. Modò Iacob
erat aliud a Deo & ſingulare: & Deus cognouit eum, ut di-
ſtinguebatur ab alijs ideſt ut hoc, quod eſt cognoſcere ali-
quid propria cognitione. Sextò habes; quòd Deus habet 6
prouidentiam de rebus etiam in ſingulari contra quoſdam,
& etiam de hominibus cōtra quoſdam 1. q. 22. ar. 2. Alioquin
ipſum Iacob non pauiſſet, quod eſt opus prouidentiæ. Se- 7

primò conſequenter habes quomodo intelligatur illud Eccl. 25. Deus dimiſit hominem in manu conſilij ſui. Intelligitur enim ſic, quòd videlicet homini non præfigitur virtus operatiua determinata ad unum, ſicut rebus naturalibus. Iſtæ n. inquit tantùm aguntur, quaſi ab altero directæ in finem: non autem ſeipſa agunt, quaſi ſe dirigentia in finem: at creaturæ rationales, quæ per liberum arbitrium, quo conſiliantur, & eligunt, ſe dirigunt in finem. Non autem per illam authoritatem intelligitur, quòd homo excludatur à diuina prouidentia. Hoc autem ſic patet: Actus liberi arbitrij reducitur in Deum ſicut in cauſam, quoniam prouidentia hominis continetur ſub prouidentia Dei, ſicut cauſa particularis ſub cauſa uniuerſali: ergo neceſſe omninò eſt, ut ea, quæ ex libero arbitrio proueniunt, diuinæ prouidentiæ ſubdantur. Hæc ille 1. q. 22. art. 2. 4. Octauò habes, quòd Deus habet ſpeciali modo prouidentiam iuſtorum: tanquam enim ſpeciale aliquod beneficium noluit addoxiſſe Iacob erga ſe dicendo, Deus paſcit me &c. Et eruit me à cunctis malis. Nunquid nô paſcit Deus omnia? Nunquid non ipſe eruit omnia à malis; nequaquam non permittit aliquod malum in operibus ſuis (Auguſtin. in Enchir.) ex quo non eliciat bonum? Sed tamen particularem magis prouidentiam voluit oſtendiſſe Iacob Dei erga ſe, & conſequenter erga ſanctos, ut patet ex modo locutionis emphaticæ: aliquid magnum ſonantis. Quæ enim ſic loquitur, accipiendus eſt. Deus mihi ante hæc fecit magna pauit. ſ. me, & a cunctis malis eruit: & ideò præbuit mihi occaſionem ſperandi maiora ex ſua largitate (Annotauimus & nos alias Deum facere beneficia homini ad hunc etiam finem, ut ex hoc exurgat homo ad ſperandum ab ipſo maiora, ſi de præmiſſis receptis congruas agat gratias Deo). Vnde ex hoc magis animatus peto: ut pueris iſtis benedicat. Per illud ergo paſcit, & eruit intellexit Iacob aliquam maiorem Dei prouidentiam erga ſanctos: quàm erga cætera; quæ paſcit, & eruit: ut ſupra uidimus. Quæ eſt ergo illa prouidentia maior, quoad effectum ſcilicet? Audi D. Thomam 1. q. 22. ar. 2. 4m. Hominum iuſtorum, inquit, quodã excellentiori modo Deus habet prouidentiam, quàm impiorum: inquantum non permittit, aliquid euenire circa eos; quod finaliter impediat ſalutem eorum. Nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum Rom. 8. Hæc ille. Multa circa iſtam auctoritatem quære tu inde ſupra cap. 30 in 1. concluſ. Ex hoc præſenti loco etiã conſidera; quàm bene ponatur à D. Thoma excellentior prouidentia erga iuſtos.

Tex. **DEus &c. & Angelus &c. benedicat pueris iſtis.**

Concl. 5. *Forma benedictionis etiam ſacramentalis (à proportionali loquendo) licet aliquid addatur: dummodo additum non corrumpat formam, neque intentio addentis ſit mala non ſemper damnandũ.* [Ex eo]

Ratio. Ecce. Iacob in forma iſta benedictionis, quamuis nõ ſacramentalis, poſtquam addu xit Deum; addidit Angelum: Et tamen ſolus Deus ſufficiebat pro benedictione dãda. Hoc nè labefactauit benedictionis formam: ut nulla eſſet benedictio? Non. Quare? Quia Iacob in hac additione habuit primò bonam intentionem: non enim intendit adducere Angelum benedicentem, tanquam authorem benedictionis, ut in priori concluſione uidimus; ſed tantùm miniſtrum: hic per interceſſionem orationis ſuæ; ſiue alio modo, ut præfati ſumus. Secundò ipſum additum à Iacob, hoc eſt Angelus, non eſt corruptiuum formæ benedictionis: ſi intelligatur iuxta illam bonam intentionem ipſius Iacob.

Not. 1. ¶ Hoc annotauerim principaliter, ut oſtendatur, quàm bene dixerit Diuus Thomas in 3. q. 60. ar. 8. Ibi enim habet, quantum ad additionem uerborum ad ſacramentorum formas: quòd ſi fiat additio non corruptiua formæ, & bona ſit intentio addentis; tunc per additionem illam non tollitur ſacramentum. Verbi gratia. Eſt quis baptizans in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti & Sanctæ Mariæ. Hic, ſi intẽdat, quòd Beata Maria inuocetur ad puerum illum iuuandum precibus ad conſeruandam gratiam baptiſmalem in baptizato, nõ autem, quòd in uirtute B. Mariæ conficiatur baptiſmus: non tollitur perfectio Sacramenti. Hoc autem proportionaliter loquẽdo apparet hic; ubi Iacob ad Deum benedicturum pueris adiungit Angelum: Et tamen Iacob, utpote Sanctus in tanta re non errat; immo illius benedictio ſuum ſortita eſt effectum. Diuiſerunt enim per ſacras litteras ma-

-nifeſtum fiet: quòd Effraim multiplicatus eſt plus quàm Manaſſes: quod benedictio à Iacob impertita; ſignificat & manuum impoſitione, ſignificabat.

Not. 2. ¶ Dixi primò duas conditiones exigi ad hoc, ut additio nõ tollat ſacramentum: quarũ ſi vna deeſſet; nihil fieret. Si enim additum corrumperet formam; non fieret ſacramentum. Verbi gratia: In nomine patris maioris; & filij minoris &c. Hoc enim præter quòd corrumperet, induceret hæreſim. Similiter ſi intentio addentis eſſet mala, puta, quòd crederet (non ſupponendo; ſaltem habitualiter, hanc credulitatem ſuam correctioni, ſeu intentioni Eccleſiæ) illam additionem eſſe de eſſentia formæ: aut ſi intenderet per hanc additionem mutare ritũ Sanctæ Eccleſiæ: tunc & non fieret ſacramentum. Si ergo additur, addat ex pia deuotione; & addat non corruptiuum formæ, id eſt falſum: & tunc fiet iuxta dicta ſacramentum. Dixi ſecundò, quòd ex hoc capitulo ſumitur argumentum proportionale. Nõ enim per omnia ſimile eſt in benedictionibus operatiuis; ut propheticis: ſicut fuit hæc benedictio Iacob; & in benedictionibus ſacramentalibus: ut patet. Sed tamen proportionalitas quædam inter iſtas benedictiones ambas reperitur. Sicut enim ſe habet benedictio operatiua propheticarum ad hoc, quòd nullum falſum admittat, & ſuum inducat effectum: ita ſe habet benedictio ſacramentalis ad alia duo, ſuo tamen modo. Conueniunt ergo ambæ in hoc quòd nullum admittunt in ſe falſum: & quòd ſuum inducunt effectum. Proportionaliter tamen conueniunt dicuntur in hoc: quia licèt effectus benedictionis ſacramentalis non ſit ſimilis effectui bñdictionis non ſacramentalis; abſolutè, in bñdictioni illi ſuo modo eſt proportionatus. Quare nõ ſimilis? quia effectus benedictionis ſacramentalis nouæ legis eſt character in baptiſmo confirmatione, ordine & gratia ex opere operato & in prædictis, & in Eucharistia, matrimonio pœnitentia, extrema unctione. Quorum nullum eſt effectus benedict. alicuius non ſacramentalis.

Text. **FRater eius iunior maior erit illo: & ſemen eius creſcet in gentes.**

Concl. 6. *Humilitas Christi, & eius ſublimitas in Effraim mirificè expreſſa eſt.* [Ex eo]

Ratio. Effraim ſignificat Christum. Ex eo autem, quòd eſt minor denotat eius humilitatem: ex eo verò quod eſt prælatus alij, importat eius exaltationẽ. Vnde & ad maiorem ſignificationem quòd Christum ſignificet, dicitur de Effraim: quod ſemen illius creſcet in gentes.

EXAMEN.

SEmen quid eſt? Eſt Verbum Dei, eſt prædicatio Christi. Vnde Euangelium, Exijt, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Vbi creuit iſtud ſemen? Vſque inter gentes. Ab ortu ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen Christi (ut enim quidam propheta dixerat) in gentibus. De Iudæis namque quotidie ſcriptum eſt: Domine, quis credidit auditui noſtro? Quaſi dicat, ferè nullus. Hinc ipſe Christus dicitur cap. 49. expectatio gentium, non Iudæorum: quia in eum gentes ſperauerunt, quem Iudæi crucifixerunt. Fuit ergo Christus minor apud Iudæos, tanquam deſpectus ab eis; fuit maior apud gentes, tanquam honoratus ab illis. Quis fuit frater Christi? Ioannes Baptiſta (ut nunc de fratre, ſuniori modo loquamur). Nonne Iudæi, Ioannem Baptiſtam Christo maiorem ſaxerunt; ſeu ſaltem uoluerunt: quando miſerunt ſacerdotes ad Ioannem, ut interrogarent eum; Tu quis es? Nonnè Ioannes Baptiſta ſe Christo minorem oſtendit: quando de ſe dixit; quòd non erat dignus ſoluere corrigiam calciamenti eius; & quòd Christus erat ſponſus (conſequenter ergo generaturus plures filios, quàm Io. Baptiſta: ut hic dicitur). Et multa alia ſimilia, quæ a diuerſis enarrantur Euangeliſtis? Vnde Iudæi tunc repræſentarunt Ioſeph, qui fratrem ipſius Effraim præferre voluit, licet diſſimili ab eis intentione. Viri. n. boni quandoq; malorum ſunt figura: ut habet D. Tho. in cap. 1. ſuper Mattheum, ibi; ex ea, quæ fuit Vriæ. Io. autem Bapt. repræſentauit quaſi ipſum Iacob. Sicut enim Iacob ad uoluntatem ipſius Ioſeph noluit præferre Manaſſen ipſi Effraim: ita Io. Bap. noluit præferri ſe Christo; qui, tanquam alter Manaſſes, maior putabatur à Iudæis in hoc loco, q. ... Quẽ; tanquam alter Effraim, minor æſtimatus uidebatur à Iudæis ... Ioſeph, ... bus. Simi-

[illegible] in quibuſdam enim minor habebatur Christus, & quibuſdam verò maior. Nonnè habet Euangeliſta, quòd quidā dicebant de Christo, quia bonus eſt: alij autē non, ſed ſeducit turbas. Qui ipſum malum dicebāt, eum minorem putabāt: qui autem bonum, eum iudicabant maiorem.

¶ Iſta Christi humilitas ſæpius & ſublimitas in ſacro eloquio figurata eſt. Verbi gratia, Quando ſuprà 25. dictum eſt de Iacob, & Eſaù, quòd maior ſeruiet minori. Iacob figurauit Christum. Christus enim quoad extrinſeca erat minor utpote natus in Bethleem paruā, Conceptus in Nazareth; filius pauperculæ mulieris, filius nutricius fabri lignarij. Nonnè & hanc minoritatem Christo iudæi in Euangelio improperabāt? Quoad intrinſeca verò erat maior utpote, Verbum Dei, Deus de Deo; ſecundum animam plenus omnibus gratijs, omni ſcientia, omni uirtute: vt habes in Compend. Albert. Mag. lib. 4. cap. 14. 05. cum Schol. Huic minori fratri ſeruiunt maiores quando iudæi, & gentes, qui maiores Christo videbātur Christo ſeruituti adhæſerunt. Eſaù, maior frater ipſius Iacob, quid fecit erga Iacob? Ipſi minatus eſt de occiſione ſupra 27. ipſum perſequutus eſt de facto 32. 33. Quid egerūt iudæi erga Christum, & gentes? Audi pſalmiſtam (Miſſa nūc facio mulas in Euangelio). Quare, inquit, fremuerunt gentes, & populi (ſ. iudæorum) meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ (en gentes) & Principes conuenerunt in unum, aduerſus dominum, & aduerſus Christum eius. Non ergo [illegible] diximus [illegible] fratres Christi iſti [illegible] perſecuti ſunt Christum, ſicut Eſaù ipſum Iacob. Et tamen maior ſeruiuit minori: quando gentes Christi iugo colla ſeruitati ſubdiderunt; & iudæi pro aliqua parte, vt in Actibus Apoſtolorum legitur idipſum fecerunt, & totaliter in mundi fine facient: quando omnis Iſrael ſaluus fiet. Ro. 11.

A P P E N D I X.

HInc (Quoniam ſ. Christus eſt minor, & maior; utpote aliàs pratui) habes quomodo intelligas illud: Qui poſt me uenit, ante me factus eſt: quòd minor eſt me quoad an[illegible] uitā præſentem, nihil prælatus eſt quoad multa dona illi à Deo tradita. Similiter & illud pſalmi: Simul in unū diues, & pauper: Si diues, ergo maior: ſi pauper, ergo minor. Similiter & illud Eſaiæ: Ciuitatem ſublimem conculcabit pes pauperis. Christi. Si pes Christi eſt pes pauperis, ergo Christus minor: ſi conculcabit ciuitatem ſublimem. i. Romā, ergo maior. Hinc cognoſce, quòd & Christus ut alluderet prædictis figuris uocauit ſe minorem, & maiorem. Loquens enim ſemel de Ioanne Baptiſta inquit: Nullus eſt maior illo inter natos mulierum. Mox de ſeipſo ſubdens ait: qui autem minor eſt in regno cælorum, maior eſt illo. Ecce uocat ſe maiorem, & minorem. Quaſi dicat: Præconium de Io. Bapt. prædictum verificatur de ipſo reſpectu aliorum: nō autem reſpectu mei. Nam licet ego ſim minor illo exterius utpote, ſic reputatus: ſum tamē maior illo ſecundum rei ueritatem & in hoc oſtendit Christus: quòd ly mulierum, dicebat mulierem corruptam: & conſequenter oſtendit, quòd mater ſua non erat mulier ſic, ſ. corrupta. Similiter alia uice loquēs Christus de ſeipſo ait: Qui eſt maior inter uos, erit veſter miniſter: ſicut & ego non ueni miniſtrari, ſed miniſtrare. Iunge ſententiam primam. ſ. Qui maior inter uos &c. hinc ſecundæ. ſ. ſicut & ego non &c. & apertiſſimè conſpicies: quòd Christus vocat ſe hîc maiorem, & minorem. Maiorem, quantum ad rei ueritatem: minorē quantum ad officium, ſcilicet, quantum ad miniſtrare. Vnde & in cœna dixit: Vos uocatis me magiſter et domine, & benè dicitis, ſum etenim: Ecce, quòd eſt maior alijs fratribus: Si ergo ego laui pedes ueſtros: Ecce, quòd eſt minor illis, quo ſ. ad officium tunc. Hinc & aſſimilat ſe multotiens rebus nihilibus puta; uiti, agno, ſerpenti, lapidi, fermento, &c. Quaſi dicat, Ego ſum minor frater: aliquando rebus nobilibus Leoni, theſauro, margaritæ, Doctori, Paſtori, Regi &c. Quaſi dicat, Ego ſum maior frater.

¶ En quomodo Effraim, & Iacob, dum minores atque maiores ipſo ſ. facto dicuntur, repræſentant Christi humilitatem, eiuſque ſublimitatem. Et quomodo Christus tanquam huic repræſentationi correſpondens facit, prophetas uocare ſeipſum maiorem, ac minorem; ac etiam ipſemet hoc facit in Euangelio & uerbis, & factis, & ſimilitudinibus, [illegible]

¶ Applica hoc ad ly: Miſerunt iudæi ſacerdotes &c. Tu quis es? Vel ad ly: Qui poſt me uenit, ante me factus eſt: Vel ad aliquid ſimile.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO XLIX.

COngregamini ut annunciem &c. Congregamini &c. Audite filij &c. Audite Iſrael patrem ueſtrum.

Concl. 1. *Ad audiendum uerbum Dei requiritur maxima attentio: atque deuotio.* [Ex co.]

[illegible] aliàs locutus erat filijs ſuis: & nunquam ad huiuſmodi, uel dimidiam, attentionem inuitauit. Quare hoc? Quia nunc loquuturus eſt eis uerba Dei: utpote prophetias, quæ ſibi à Deo inſpiratæ fuerant.

E X A M E N.

ADuerte ſingula: ſi, mirabilem attentionem ab his in hoc negocio expetitam uidere, cupis. Bis dicitur, Congregamini: Bis dicitur, Audite. Homo enim compoſitus eſt ex ſenſu, & intellectu; ac utroque iſta uniri in contacto poteſt: &, cùm iſta ſint plura, utroque diſgregari poteſt. Nam, ſicut unum conſideratum aptū eſt congregare conſiderantem utpote illum [illegible] ab omnibus alijs [illegible] ſic [illegible] plura conſiderata apta ſunt conſiderantem diſgregare. Vnde & ad Martham multa curantem dicitur a Christo: Martha ſolicita es, & [illegible] ga plurima. Turbaris, ſ. diſgregaris. Nam in hac congregatione uirium gaudet homo in diſgregatione turbatur. Vnde, quia homo debet magna uirtute intendere ad ea quæ Dei ſunt (& tamen ut Christus dixerit, ſe oportere eſſe in his, quæ patris ſui erant. Quaſi dicat: Me oportet profundari, [illegible] in illis: ut uidear eſſe in illis. Vidiſti ne unquam, ab quem adeò fixa conſideratione in aliquod intendens: ut ſtatuæ, inſenſibili, utpote illius rei conſideratione totus ſummerſus, aſſimiletur? Sic uoluit de ſe dixiſſe Christus, & conſequenter de alijs modo [illegible] oportebat eum eſſe in his quæ patris ſui erant) ideò debet a diſtrahentibus amoueri. Nam quæ diſtrahunt hominem uelut ita plura, uires animi ſoluunt [illegible] dum ad unum conſiderantur. Vnde [illegible]: Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Et adagium: Virtus diuiſa debilior. Ergo ab oppoſito unitus quaſi fortior. Amoueri autem a diſtrahentibus non poteſt homo, niſi ab iſtis pluribus uſum auertat: Quem unit a ſenſibus & intellectum. Pro uiſu enim omnem ſenſum quādoque ſumimus: ſecundum B. Augustinum. Et tunc, cum utrumque hunc uiſum ab inferioribus amouerimus; quid fiet? tunc erimus congregati duplici illa congregatione: quam à filijs ſuis Iacob expoſcebat dicens: Congregamini, congregamini. Et tunc nobis; utpote ſic bene congregatis, verba Dei dulceſcent: & multum perceptibilia fient. Nonnè in alienationibus à ſenſibus corporis, magis diuinæ reuelationes percipiuntur? Vnde [illegible] Nonne hoc ſignum eſt, quòd anima noſtra quantò magis à corporalibus abſtrahitur, tantò intelligibilium abſtractorum fit capacior? Vtque 2. q. &c. ubi ſupra. Quare illuminationes aliquas ipſi Ioſeph ſponſo B. Mariæ Virginis, & multis alijs, in ſomnis magis, quā in uigilia factas legimus? Vtque adoſtendendum uera eſſe quæ diximus in concluſione. Quare & Iacob filijs ſuis reuelationes diuinas narraturus, ait dicto Congregamini, Congregamini? Vt ſ. ut aptentur ad uerba Dei percipienda. Ergo quiēſcant [illegible] actu, ſecundum quæ ſapiens Salomon, percipies ſapientiam. Ergo anima ſedendo fit ac philoſophus & prudens. Exemplum ſit de Maria Magdalena: quæ ideò dicitur. Optimam partem elegiſſe.

¶ Sed quare Iacob ingeminat ly Audite? Nonne ſufficerat ſibi ingeminaſſe, Congregamini: niſi & duplicaret Audite? Non. Audi ut percipias. Spiritus ſanctus uult, nos non tantum declinare a malo, ſed etiam facere bonum. Vnde

cùm

cùm ly Congregamini, importet receſſum à malo puta à diſtrahentibus intentionem ſecundum prædicta: neceſſe fuit ut apponeretur ly Audite, quod ſignificat acceſſum ad bonū. *Matt.* Ad hoc denotandum dicit Chriſtus, reſpondendo ad Petrum dicentem, ſe reliquiſſe omnia, & eſſe ſequutum ipſum Chriſtum: Vos, qui ſecuti eſtis me &c. Quaſi dicat non ſuffeciſſet reliquiſſe omnia, niſi & ſecuti eſſetis me. Immo, ſecundū Beatum Hieronymum; Chriſtus reſumpſit quod perfectionis erat. Non enim perfectio eſt relinquere omnia, & poſt nihil ultrà facere: ſed perfectio eſt relictis omnibus ſequi Chriſtum. Vnde & in Euangelio: ſi uis perfectus eſſe uende omnia &c. & ſequere me, & in laudē apoſtolorū dicitur: quòd relictis omnibus &c. ſequuti ſunt eum. Et Chriſtus; Abneget ſemetipſum &c. & ſequatur me. Congregamini, igitur eſt velut diſpoſitio ad Audite: unde poſita diſpoſitione ſufficiēti, reſtabat ponere illud, cuius erat diſpoſitio. Et maximè hoc erat in ſcripturis Sanctis neceſſarium: quoniam Dei perfecta ſunt opera, in quorum numero ſunt ſcripturæ ſanctæ. Modò, cum imperfectionem ſonaret; ſi poſt diſpoſitionem non poneretur id ad quod ſit diſpoſitio ſicut imperfecta natura eſſet; ſi poſt diſpoſitionem ſufficientem non induceret formam, patet, quòd poſt ly Congregamini geminatū neceſſariò apponitur ly Audite.

¶Sed quare duplicatur, inquis? Ad notificandum, quòd duplex auditus, qui eſt in nobis, requiritur ad audiendū verba Dei. Ecce quòd Deus, vult totū hominem ſibi intendere: & quoad diſpoſitionē, ideò duplicauit ly congregamini: & quoad perfectionem operis, ideò ingeminat ly audite. Ergo eadem ratione, quia ſ. Deus vult hominem totum ſibi ſeruire, oratio uocalis illi debebitur; & non tantùm mentalis. Homo.n. non tantum ex anima, ſed & etiam ex corpore, conſtat. Quorum utrunque cum à Deo receperit; iuſtum eſt: ut ex utroque Deo benefactori, ne in aliquo illorum ſit ingratus, obſequatur. Hac ergo de cauſa ingeminatum eſt & ly congregamini, ut uidimus: & geminatur ly audite, ut uidebimus. Quis eſt ille duplex auditus? Exterior.ſ. corporis; & interior.ſ. animæ. Exterior eſt auris; interior eſt intellectus. Nonnè unus illorū ſufficit ad dignè audiendum uerbum Dei? Non: & propter rationem nunc dictam, & propter dicenda. Si enim ſufficeret unus, ad quid diceret Chriſtus: Audite, & intelligite mandata *Matth.* Dei? Audite, ecce exterior: Intelligite, ecce auditus interior. Vt quid ſæpius diceret promulgans ſua uerba Chriſtus; Qui *Luc.* habet aures audiendi, audiat: ſi unus illorum ſufficeret? Vt quid ad iudæos exteriori auditu prædicationem ſuam audiētibus *Ioa.* dixit Chriſtus: Propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis? Vbi oſtendit & quod diximus nunc, unum.ſ. auditum non ſufficere ad audientiam uerbi Dei: & quòd auditus interior gratus eſt magis Deo, quàm exterior. Vt quid & Deus ingeminaret auditum dicens per Iſaiam; Audite audientes me: ſi unus ad hoc ſufficeret? Ad quid & Moyſes ad auditum verbi *Deut.* Dei hortans diceret: Audite cœli, quæ loquor; audiat terra uerba oris mei? Vtique ad hominem loquitur. Quare ergo de cœlis; quare de terra meminit? Quia anima hominis eſt oculi cœlum & corpus terra. Gen. 2. 3. Nam anima hominis cuiuſlibet poteſt eſſe ſedes Dei: licèt anima iuſti tantùm, ſecundum Sapientem, ſit actualiter ſedes Dei. Cum ergo cœlum ſit ſedes Dei, ut ipſe in quodam Propheta teſtatur; & Deus Chriſtus ſit ſapientia, ſecundum Apoſtolum: patet, quòd anima hominis iure dicitur cœlum. Duplicem itaque auditum per hoc quæſiuit Deus ab hoīe. Plura & alia reperies ſubinde in ſacro eloquio idipſum ſonātia: quæ breuitatis cauſa omitto.

¶Hoc tamen unum non tranſeundum ſilentio, æſtimaui: quod ad propoſitum oſtendendum multum facit. Et hoc eſt illud, quod Eſaias habet de audientibus uerbum Dei uno tātum auditu. Excæca (inquit) cor populi huius: Vt uidentes nō uideant, & audientes non intelligant. Et alibi: Excæcatum eſt cor populi huius: & auribus grauiter audierūt. Vbi nota duo. Primum eſt quòd audientes uerbum Dei aure tantùm exteriori uocātur excæcati, & corde excæcati. Accedentes tñ inquit pſ. ad Deum illuminantur: & iſti accedunt ad Deum, utpotè auribus uerbum Dei audientes, & tamen corde excæcantur. Quare? Quia utique non accedunt ad Deum: ſicut Pſalmiſta intellexit. Vide; quantum damnoſum ſit, audire uerbum Dei aure tantum corporali: hoc eſt, audita exterius nullo mentis affectu ex negligentia complecti. Nè mireris ergo, ſi cæcitas mentis aliquibus religioſis frequenter uerbum Dei in pſalmis & aliis diuinis officiis audientibus contingat. Quæ eſt cæcitas mentis? Inconſideratio mortis, peccatorum ſuorum, beneficiorū Dei, paſſionis Chriſti, inferni, iudicii, paradiſi; Multus amor; & timor mundi; paruus amor, & timor Dei; Multus amor inordinatus ſui, paruus amor ordinatus proximi: & uſque quòd multa alia ſcire ſatagūt; & ſeipſos nec ſciūt, nec ſcire conantur. Qd aūt dico de religioſis, applica ad nōnullos chriſtianos ad prædicationē euntes, nec fructū referētes: imò quotidie in peiora ruentes. Quid eſt: quòd chriſtiani aliqui ſic excæcati ſint? Quia ad uerbi diuini audientiam corporali tantùm aure conueniunt: à Hieremia, cum ſimilibus cuiuſcunque conditionis, iuſtè notati per ly maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Hinc eſt: quòd toties confeſſi confiteri neſciūt. Hinc eſt: quod de maledictionibus talibuſque peccatis, confitentes ſe; ad illa peccata & grauiora, uelut excæcati, admittenda currunt. Secundum in præmiſſis Eſaiæ verbis notandū eſt; quòd uerbum Dei auditu tantum corporeo audientes dicuntur, auribus grauiter audire. Quid eſt; grauiter auribus audire? Eſt ex auditu illo mereri graues pœnas, quando.ſ. ideò interiorem auditum ad exteriorem non aſſociāt: quia nolūt. Sicut enim ſcienti bonum, & non facienti, peccatum eſt illi, Iacob 4. ita (à ſimili) audienti corporaliter tantùm, & ſe mentaliter vltro auertenti, peccatum eſt illi. Quia ergo volebat Iacob, ſuos filios audire uerbum Dei, ut decet; & audiendo mereri: ideò, & congregamini, & audite, congeminauit.

APPENDIX.

HInc habes primò quanta ſit opus diſpoſitione, & attentione ad uerba Dei fructuoſè audienda. Et è contra ... ſenſu habes: quanta immineat damnatio & in præſenti & in futuro audienti uerba Dei negligenti diſpoſitione & attentione. Secundū habes ergo, non eſſe mirum; quòd Sūmus Pontifex de celeb. Miſſa. capitulo dolentes præcipit, & diſtrictius, & in uirtute obedientiæ: quòd nocturnum pariter, ac diurnum officium exoluatur ſtudiosè quātum.ſ. ad intellectum, ac deuotè quantum ad effectum. Nā quòd ad hunc Summi Pontificis horum uerborum ſenſum poteſt etiam reduci illa cōgeminatio de ly audite. Primum igitur audire, referri poteſt ad intellectum: ſecundum ad affectum. Quaſi dicatur. Attentè conſiderate uerba Dei, quoniam magnifica ſunt: & interiori hauſtu guſtate, quoniam ſuauia ſunt. Vnde & Pſalmiſta. Guſtate, & uidete: quoniam ſuauis eſt dominus. Hoc eſt. Videte per interius attentionem, & guſtate per affectus inhæſionem: quanta ſit dulcedo in uerbis domini. Tertiò conſequenter habes: non eſſe mirum; quòd Deus per Pſalmiſtam exhortās ad audiētiā verbi ſui multis quaſi cōgeminationibus utitur. Audi (inquit) filia, & inclina aurē tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et alibi. Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro, pſallite. Quid ſibi, illa quatuor pſallite, uolūt: niſi (ad noſtrum nunc propoſitum) illud, quod uoluit & geminatum congregamini & geminatum audite? Illa ergo quatuor ſunt pſallite: illa ſunt quatuor congregamini cum audite, ad pſallendum conuenientes, uel alias pſalmodiā ſeu quoduis Dei uerbum audiendum, requiſita. Et cum iſta quatuor iuncta ſimul fuerint: tunc ſiet digna pſalmodia, ſeu alias uerbi Dei audientia. Vis hoc uidere? Ecce: quòd, poſtquam illa quatuor pſallite præmiſit; tunc ſubiungit. Pſallite ſapienter. Quaſi dicat. Illa quatuor pſallite, correſpondentia ad quatuor ab ipſo Iacob cap. 49. dicta, faciunt vnum dignum pſallite. Et nota, quòd facile uidebis: quòd quaſi ſemper; quando hortatur nos diuina ſcriptura ad audientiam uerbi Dei; multa idem ferè ſonantia, & quaſi per repetitionem dicet. Eſt ne forſan ibi ſola uerborum repetitio? Nō. Eſt ne forſan ibi ſolum denotatus per illam multiplicationem deuotionis affectus? Nō. Verum in his locutionibus pluralitas & repetitio (ut fit in cantilenis), & deuotionis affectus (ut fit in amore languentibus), & ſupradictæ attentionis exhortatio continetur.

¶ Applica ad ly (Euangelium) Audite, & intelligite, uel qui ex Deo eſt, uerba Dei audit: uel ad aliquid ſupradictorū. Aut huiuſmodi

ASer pinguis panis eius: & præbebit delicias regibus. *Text.*

Concl. 2. *Sacramentum altaris dat multas conſolationes ſpirituales, & impinguat deuotione illos: qui ſe benè regunt, atque gubernant.* [Ex eo.]

Aſer Interpretatur beatitudo, ſeu beatus. Vnde ſignificat Chriſtū. qui ſolus fuit cōprehēſor beatitudinis adhuc in *Rab.*

mundo

mundo tinens. Chriſti ergo panis eſt pinguis, & præbet delitias regibus. Quis eſt panis Chriſti? Caro Chriſti; corpus Chriſti. Vnde ad hoc ſignificandum hic dicitur: quod panis iſte eſt pinguis. Pinguedo nõne carnis magis, quàm panis in quotidiano ſermone à nobis tribuitur? Per hoc ergo quod pani iſti attribuit pinguedinem, innuit: quòd panis ipſius Aſer fuit figura corporis Chriſti. Per hoc quoque, quòd dicitur: quòd panis iſte præbebit delitias regibus, idem inſinuatur. Panis enim non ſolet eſſe deliciæ regibus: imo magis pauperibus. Reges enim habent delicias ſuas in comedendo optimas carnes, ac bene præparatas magis; quàm in comedendo panes. Panis ergo Aſer cũ pro delitijs ſit regibus, reſtat: Vt panis iſte ſit optima caro, & accuratè parata. Quæ autem caro eſt melior, aut melius cõtinuata; quam caro Chriſti, utpotè quæ ab optimo artificium omnium magiſtro Spirituſancto facta ſit, ac præparata? Caro igitur Chriſti tot uirtutum odoribus, tot gratiarum fragrantijs, tot ſapientiarum redolentijs referta; eſt panis Aſer iure dicenda; utpotè delitijs regum maximè accommodata.

APPENDIX.

HINC habes: quòd ex duobus in litera poſitis apparet: quòd conuenientiſſimè panis Aſer eſt figura ſacramenti Altaris. Primò ex hoc, quòd iſte panis dicitur pinguis. Secũdo ex eo, quòd dicitur præbere delitias regibus. Confirmatur & expoſitio hæc per Eccleſiæ Sanctæ fideliſſimum doctorem D. Thomam dicentem. Pinguis eſt panis Chriſti & præbebit delitias regibus. Confirmatur & concluſio per eundem ſic, Chriſtum regem adoremus dominantem gentibus, qui ſe mãducantibus dat ſpiritus pinguedinem. Hæc ille in officio corporis Chriſti ſibi à Sede Apoſto. commiſſo. Hinc Secundò habes; quomodo ſe quiſquã debet gerere, ſi uult huius ſacramẽti pinguedinem, atque delitias guſtare. Quomodo? Debet eſſe rex, Non enim hac cauſa dictum eſt; quòd hic panis Aſer præbet delitias regibus. Non quibuſcunque dictum eſt: ſed regibus. Quomodo rex poterit quiſque eſſe: cum ſint in maiori numero ſubditi, quam reges? De rege ſpiritualiter eſt ſermo: non de rege corporaliter. Sicut enim ad ingreſſum regni cœleſtis exigitur, quod homo renaſcatur ſpiritualiter, nõ corporaliter: ita ad edendum hunc panem requiritur, quòd homo ſit rex ſpiritualiter, non corporaliter. Alioquin non proponeretur omnibus panis ſacramentalis manducandus: ut fit à Chriſto in Euang. Io. Non n. oẽs ſunt reges corporaliter: ut tactũ fuit. Dẽt ergo quiſq; delitias, & pinguedinẽ huius panis guſtaturus, eſſe rex ſpiritualiter. Quis eſt rex ſpiritualiter? Qui ſpiritu ſuo ſe bene regit. Igitur unuſquiſque & ſubditus ſibi, & rex ſibi erit. Subditus ſibi ſi inquãtũ ipſe eſt qui regitur: Rex ſibi; inquantum ipſemet eſt, qui regit. Ad cuius intellectum ſcito; quod in homine quolibet duo ſunt. ſ. ſenſus, (hæc dicitur pars inferior), & ratio (Hæc dicitur pars ſuperior). Senſus debet regi; ratio regere. Ex conſequenti omnis idẽ homo eſt ſubditus ſibi, & rex. In ſenſu quæ ſunt? Amor, odium, ira, ſpes, timor; & breuiter omnes paſſiones. Nam pars ſenſitiua, ſiue ſenſualis, amplectitur concupiſcibilem, & iraſcibilem 1. q. 81. ar. 2. ad quas ſpectant omnes paſſiones. Et quoniã paſſiones huiuſmodi & cõcupiſcibilis & iraſcibilis cõpetunt etiam animalibus irrationabilibus: quandoquidem animalia hæc ſunt ſenſitiuam animam habentia; ideò iuſtè ſenſus dicitur pars inferior. Animalia ſiquidem illa ſunt homine inferiora. Dicitur etiam pars inferior; quoniam ad inferiora, ideſt terrena ſuapte natura attendit ſemper. In huius ſignum animalia bruta, quæ huiuſmodi partem tantum habent, prona ſunt, & uultu ſpectantia terram. Vnde de peccatoribus animalibus brutis in hoc, quoad mores, ſimilibus dicitur: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Et, quoniam omnes ferè animalibus illis aſſimilantur, utpote ſequentes paſſiones ſuas: ideò dicitur in 8. Geneſis, quòd cogitatio hominis, & ſenſus, prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Quare ab adoleſcentia ſua? Quia Errauerunt peccatores à uulua, ſecundum Pſal. errauerunt ab utero. Et quia in iniquitatibus omnis concipitur, & in peccatis concipit eum mater ſua. Cùm igitur peccator, ut ſic, animalibus brutis aſſimiletur: conuenienter dicitur, quòd homo pronus eſt ad malum ab adoleſcentia ſua. Homo autem, ut homo, quia partem inferiorem ſequi non debet, ideò eſt ſtatura rectæ ut cœlum videat: & hoc eſt ſignum: quod ſuperiorẽ partem, qua cœlicolis aſſimilatur homo ſequi teneatur. Dicitur etiam pars inferior ad denotandum, quòd ab alio debet regi: nam inferioris eſt regi. A quo? A ſuperiore. Ideo in homine & ſuperior pars, ut regat ponitur.

Psalm.

¶ Quæ ſunt in parte ſuperiore? Memoria intellectiua, intellectus, & uolũtas. Quare dicitur pars iſta ſuperior? Quia per hæc aſſimilatur ſuperioribus rebus. Res ſuperior hoĩe quæ eſt? Angelus; & Deus, qui & Memoriam intellectiuam, intellectum, ac uoluntatem habent. Dicetur ergo Angelicus homo, ſeu diuinus, qui partem ſuperiorem ſequetur: ſicut & brutalis iurè uocabitur, qui partem inferiore ſequetur. Appellatur etiam huiuſmodi pars, ſuperior: quia per hanc ſuperiora nobis, uel quę nos ad ſuperiora ducunt, vel inferiora in ordine ad ſuperiora, ſentimus. Superiora nobis ſentimus quando? Quando reminiſcimur Dei, Sãctorum, Paradiſi &c. Videlicet, Quando miſericordiam Dei conſideramus, & amamus; quando iuſtitiam Dei intelligentes cõmẽdamus, ac timemus. Quando auxilia ſanctorum expoſcimus; uitam, quam ipſi tenuerunt, ſequi conamur; illa quæ ipſi uitarunt, fugere curamus. Quando paradiſum, quanta gaudia contineat, ruminantes, ad ipſius gaudia ex radicibus cordis anhelamus: & ipſa pdere formidamus. Tũc quãdo iſta uel huiuſmodi, ſentimus modo dicto, ſuperiora ſentimus. Ad ſuperiora verò nos ducentia quando ſentimus? Quando mandatorum, beneficiorum, iudiciorum, conſiliorum, inſpirationum, amoris, Dei reminiſcimur; intellectu penetramus, ac uoluntate amplectimur. Quando virtutibus, Spiritusſancti donis ſeptem, ſcientijs ſanctorum librorum, tota auiditate inhęremus. Quando actiones ſanctas: orationes, contemplationes, ſolitudinem (prout decet) ſanctas affectiones: & huiuſmodi, amamus. Quando articulos fidei penſitamus; & ex hoc, ad uiuendum uitam ſpiritualem inflammamur. Tũc quando hæc, uel horum ſimilia mente reuoluimus: illa, quę nos ad ſuperiora ducunt ſentimus.

¶ Inferiora tandem in ordine ad ſuperiora quã ſentimus? Quando conſideramus pœnas inferni, & ex huiuſmodi conſideratione à malo retrahimur ad ad bonum, & ab amore noſtri & omnium mundanorum retrahimur ad amorem Dei, & ſupernorum. Quando conſideramus mortem, quã breuis, quam multis miſerijs plena ſit iſta uita; & ex huiuſmodi intima conſideratione in odium uitæ præſentis, & in amorem uitæ cœleſtis accendimur. Quando penſamus peccata noſtra; & ex tali penſatione in abhominationem illorum, in pœnitentiã de illis, in uirtutes illis contrarias toto pectore ſurgimus. Quando (ut uno verbo dicatur) ſiue manducamus, ſiue bibimus, ſiue quid aliud facimus, oĩa (ſecundũ Apoſtoli monita) in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facimus, & patimur. Quando paſſiones ſenſus noſtri domamus. Tunc, quando huiuſmodi, aut iſta in mente modo dicto habemus inferiora in ordine ad ſuperiora ſentimus.

REGIBVS.

QVANDO igitur pars ſuperior regit inferiorem, ita quod a nobis concupiſcibilis uel iraſcibilis ſenſitiua iuxta regulas rõnis, ſeu partis ſuperioris modificantur: Tunc homo ille, in quo talia ſunt, meritò dicitur Rex ſpiritualis ſimpliciter. Quñ ẽt ea, quę ad ſuperiorem parte q̃ ſunt illa tria priùs tacta, ſequitur eo modo, quo in appendice diximus; Tunc ritè uocatur Rex ſpiritualiter. Tunc de illo beato uiro cùm ſit Rex uerificatur id quod hic dicitur: quod ſcilicet Panis iſte pinguis eſt illi, & ei præbet delitias. A contrario igitur ſenſu; qui non eſt Rex tali modo illi panis hic non eſt pinguis, nec præbet delitias. Vnde aiebat Apoſtolus, Animalis homo nõ percipit ea, quæ Dei ſunt. Quis eſt animalis homo. Qui ſequitur uitam animalem. Et quæ eſt hæc? Qui ſequitur partem inferiorem, ſuas. ſ. proprias paſſiones. Quare? Quia pars inferior eſt tantum in animalibus brutis, non autem ſuperior, per quam illa gubernentur: ſic & in homine animali eſt tantum pars inferior, quoad exercitium. Nam licèt in homine illo ſit realiter etiam pars ſuperior & hinc non ſit animalis: tamen non apparet in exercitio, ac ſi in illo non eſſet Exercitium ſuperioris partis quod eſt? Moderari paſſiones, ac motus partis inferioris: & alia facere, quæ in Appendice diximus. Quia ergo nil horum facit animalis homo, ideo dicitur animalis, quaſi habens tantum partem inferiorem, & huiuſmodi homo (inquit Apoſtolus) non percipit ea, quæ Dei ſunt. Quæ ſunt illa, quæ Dei ſunt magis; quam altaris ſacramentum, quod figurat in textu iſte panis? Nam in pane conſecrato totus continetur Deus. Et quod nam eſt magis Dei, quam Deus ipſe? Spiritualis autem. i. ſecundum ſuperio-

perio-

periorē partem, quæ ſpiritibus ſupernis ſecundum prædictam reſpondet uiuens percipit ea, quę Dei ſunt. Quare? Quia ille non eſt Rex: iſte uerò eſt Rex. Panis modò Aſer non eſt pinguis, & non præbet delitias: niſi regibus. De his regibus dicitur in Euangelio quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Et de his etiam Pſalm. in perſona Dei dicit. Pauperes eius ſaturabo panibus. Et nota: ꝙ non ſine cauſa Pſal. Reges ſaturandos panibus ipſius Aſer uocauit pauperes eo quod ipſe Aſer, cuius panibus ſaturandi ſunt fuit inter filios Iacob omnium paupertimus. Quare? Quia fuit filius ancillarum, non dominarum; fuitque filius ancillæ coniugis minus dilectæ à Iacob; fuitque illius ancillæ ultimus filius: & non tñ iſtius ultimus, ſed abſolutè inter omnes ancillarum filios poſtremus. Vide ſupra c. 39. Ecce ergo, ꝙ fuit multum præ alijs pauperior & abiectior. Ritè igitur ipſius Aſer panibus ſaturandi reges appellantur a Pſ. pauperes: & ut denotetur, ꝙ tales non ſunt reges corporales & ut ſignificetur conuenientia talium regum cum eo, idest cum Aſer cuius panibus ſaturandi ſunt. Ruę igitur etiam Aſer ipſe eſt figura Chriſti; quoniam & Chriſtus fuit omnium abiectiſſimus, iuxta id, quod de ſeipſo dixit in Pſalmo. Ego (inquit) ſum uermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Chriſtus quoque fuit filius ancillæ, ut ipſe in Pſal. confitetur: Ego (inquit ad patrē) ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ. Cuius ancillæ? Illius, quę ad Angelū ait; Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuū: Et melius in cantico. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent oēs generationes. *Luc.*

¶ Cum ergo ſolis regibus ſpiritualibus panis ſacramentalis (ſecundum quod figura hæc docet) & internam ſpiritus pinguedinem, & cordis delitias, præbeat, & pauci taliter Reges inueniantur: non mirum, ſi ex tot ſacramentum hoc ſumētibus pauci & pinguedinem ipſius & delitias guſtent. Ergo non mirum: ſi B. Chaterina Senenſis tantam pinguedinem ac delitias ex hoc ſacramento trahebat (ſecundum ꝙ Pius 2. Papa teſtatur multis diebus uixerit nil ſumendo, niſi hunc altaris ſacramentum panem. Quare? Quia Beata Chatèrina erat Regina ſuuplius, modo dicto. Et quid de B. Dominico, B. Thoma, B. Vincentio, B. Petro martyre B. Antonino, cæteriſque ſanctis dicam: qui huius ſacramenti pinguedine atque delitijs delectati labores plurimos religionis non ſenſerunt immò labores illius pro ſumma quiete acceperunt? Vnde hoc? A pinguedine huius panis Aſer, atque delitiis iſta mirabilia cauſabantur in illis. Quare modò nō cauſantur in omnibus nobis; cum panem Aſer manducemus & nos? Quia non omnes nos ſumus reges; ſicut illi erant. Scimus autem; ꝙ panis Aſer eſt pinguis, & præbet delitias Regibus; & nō alijs. Reges ergo tales (q ſupradicti ſunt) ſimus & nos: ſi pinguedinem ac delitias panis huius ſentire uolumus. Quæ ſanè pinguedo ac delitiæ nobis quæcunque aduerſa delitioſa facient: ac in pinguedinem ſpiritualē (idest meritum æternæ uitæ) accedente patientia cōuertent, (ſicut & in ſupradictis ſanctis nouimus eſſe factum.) *Vita bonorū legantur.*

Applica ad ly qui manducat meam carnem &c. (Euangelium) uel ad ſimile de ſacramento altaris.

PRO ECCLESIA
SANCTA DEI.

HÆC Concluſio 2. cap. 49. deſtruit, tanquam à figura ad figuratum procedens, hæreſes Enthuſiaſtarum dicentium: Euchariſtiæ ſacramenti cibum nec prodeſſe, nec obeſſe, & Armenorum dicentium: ſacratiſſimæ Euchariſtiæ cibum ſoli corporis, ſaluti prodeſſe, & Lutheri dicentis: magnus error eſt eorum, qui accedunt ad Euchariſtiæ ſacramentum huic innixi, quòd ſint confeſſi, ꝙ non ſint ſibi conſcij alicuius peccati mortalis, ꝙ præmiſerint orationes ſuas, & præparatoria; omnes hi iudicium ſibi mā ducant & bibunt: ſed confidant, & credant, ſe gratiam ibi conſecuturos: hæc ſola fides facit eos puros, & dignos. Certè in hoc uno articulo, inter alios, monſtrat ſe Lutherus dixiſſe uerum in lib. de captiuitate ſua Babylonica: quando ibi fidenter, & (ut apparet) glorianter dicit, ſe pro magiſtro habuiſſe diabolum. Perpendant illum ipſius articulum timoratæ conſcientiæ, atque ideò ſapientes uiri: & id plenū uidebunt, quæ dico. Damnantur & à Numer. 9. con. 6. & c. 8. Item a Leuit. 21. con. 7. & cap. 20. con. 2. & cap. 7. con. 4. Item

à Synodo Africana: ut patet in epiſtol. & Breui. Cypriani, de lapſis, ad Cornelium Papam. Quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſub protectione corporis & ſanguinis Chriſti muniamus: & cùm ad hoc fiat Euchariſtia, ut poſſit accipientibus eſſe tutela; quos contra aduerſarium tutos eſſe uolumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armemus. Hæc ibi. Vbi & parum infra ſubiungitur. Idoneus non poteſt eſſe ad martyrium, qui ab Eccleſia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit, & accendit. Hæc ibi. Damnātur & à Chriſto Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Nam is, in quo manet Chriſtus, nonnè omnia poteſt in ipſo? Vtiq; Apoſtolo etiam Philippen. 4. id atteſtante. Hinc Auguſtinus, tanquam errores prædictos cōdemnans ualidiſſimè, hoc memoriale moribundus docuit: nullum uidelicet hominem quantumcunque excellentis meriti ſine confeſſione & Euchariſtia debere tranſire (ut legit de eo eccleſia in uita ipſius à Poſſidonio ſcripta. Vide ſanctum Doct. 3. q. 79. & 80. articulis plurimis.

Benedixitque ſingulis benedictionibus proprijs, &c. *Text.*

Concl. 3. *Mala etiam culpæ modo eo, quo procedunt à Deo, ſunt bona, & benedictiones.* [Ex eo.]

IACOB loquens, ad aliquos ſuorum filiorum hic, eis mala & pęnę & culpæ nunciarat: & tñ cōcludendo ſcriptura de locutione hac dicit, ꝙ Iacob benedictionibus proprijs benedixit ſingulis. Ergo & iſti, & iſti in ſingulari, & ſic de alijs. *Ratio.*

EXAMEN.

HOC mirabiliſſimum eſt, quòd Iacob loquens ad aliquos illis non denunciauit niſi mala culpæ: etſi cum hoc annunciarit aliquibus etiam mala pęnæ, uel etiam bona, & tñ de illis primis etiā dicat ſcriptura ut ſ text. adducto.

¶ Quid ait ad Simeon, & Leui? Symeon (inqt) & Leui, Vaſa iniquitatis bellātia. In cōſiliū eorū &c. qa in furore ſuo &c. Maledictus &c. Ecce benedictio; qua benedixit his duobus filijs ſuis Iacob. Quid in hac bñdictione habes: niſi mala culpæ? Diſcurre. Eſſe uaſa iniquitatis bellantia, nōnè eſt culpa? Sic. In furore ſuo occidere uirum, & in uoluntate ſua ſuffodere murum: nonnè eſt culpa? Sic: & quidem magna. Furorem illorum eſſe pertinacem, & indignationem eorum eſſe duram: nonnè eſt culpa? Sic: & ſanè maxima. Rursus conſidera benedictionem ad Dan; & malum culpæ ibi peſſimū cōſpicies: licèt & bona ibi miſceantur: Quod ē ibi malū peſſimū? Fiat (inquit) Dan coluber in uia, & ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi: vt cadat aſcenſor eius retrorſum. Scis ne: quodnam malum hoc ſit? Hic eſt, iuxta Sanctorum Doctorū expoſitiones, Antichriſtus. Nunquid non Antichriſtus maximum malum erit? Erit quidē. Nam eſt (Apoſt. teſte) homo peccati. i. peccato cui iis deditiſſimus, filius pditionis; & extollitur ſupra (ò ſuperbia Luciferina ſuperbia, vt uidet, maior. Nam Lucifer per ſuperbiam uoluit extolli æqualiter ad Deum: Antichriſtus uerò uult extolli ſupra) omne quod dicitur, aut quod colitur, Deus. Eſt etiam Antichriſtus (tanta eſt ſua peruerſitas) hominum omnium malorum caput. 3. q. 8. art. 8. Cùm tamen de Antichriſto malorum peſſimo nunciarit Iacob ipſi Dan: ſubditur; quòd benedixit ei. Sed fortaſſe diceres: quòd dicitur Dan benedictus non ratione mali culpæ huius ſibi prophetizati, ſed ratione bonorum ſibi prænunciatorum. Item fortè dicere poſſes; ꝙ Yſachar, & Ruben, & ſimiles dicuntur à Iacob Benedicti etiam ratione malorum pœnę ſibijpſis prædictorum eo, quòd malum pœnę eſt bonum ſimpliciter, licèt ſit malum ſecundum quid 1. q. 48 art. 6. & 2. 2. q. 19. art. 1. Sed quid dicturus es ad benedictionem Symeonis, & Leui? Nunquid ratione bonorum annunciatorum eos dices benedictos? Non: quia ibi nulla ſunt: ut examinauimus. Nunquid ratione malorum ſecundum quid, non autem malorum ſimpliciter? Non: nam mala culpæ ibi maximè ponuntur, quæ ſunt mala ſimpliciter. Oportet ergo conformiter ad concluſionem dicere: ꝙ mala culpę, in quantum ſunt a Deo, bona ſunt: & conſequenter non maledictiones, ſed benedictiones (vt ſic) meritò uocantur.

APPEN-

APPENDIX.

1 HINC habes primò: ꝙ mala culpæ aliquo modo ſunt à Deo. Quod ſic patet ex prædictis. Mala culpæ dicuntur benedictiones ut patuit: omnium autem benedictionum, ſicut & omnium bonorum, cauſa eſt Deus: ex conſequēti reſtat, ut & malorum culpæ .i. peccatorum Deus, ſit aliquo modo cauſa. Sed hic duo, ne erres, aduertenda ſunt. Primum eſt: quòd Deus non eſt cauſa nec directè, nec indirectè. 1.2.q.79.ar.1. malorū illorū, inquantū malū ſonāt, ſed tm̄ inquātum bonū important. Quod n'a bonū poteſt implicari in malis culpæ? Hoc: quòd ſcilicet fieri permittantur. Licèt enim mala fieri, non ſit bonum: tamen permittere, mala fieri, eſt bonum 1.q.19.art.9.3^m. Deus igitur non eſt cauſa, ꝙ peccata fiant; ſed tamen Deus permittit, ut fiant: & conſequenter peccatorum, inquātū ſolummodò bonum ſonant, cauſa eſt. Ex hoc patet ſecundum, quod prædiximus hic aduertendum. Quid eſt illud ſecundum? Quòd Deus nullomodo eſt cauſa effectiua malorum: ſed tantum cauſa (ut largè loquamur) permiſſiua 1.q.19.ar.9. Ecce ergo; quòd peccata, inquantū procedunt à Deo, ſunt bona: quod erat probandum. Item in peccato eſt actus, & entitas; & oē ens, ut ſic, omnisq; actus, ut ſic, eſt à Deo: vt benè declaraſ in 1.2.q.79.ar.2.

2 Secundò hinc conſequenter habes: ꝙ nec Deus, nec aliquis beatorū, dolet ſeu triſtatur de quibuſcunq; peccatis: & multò minus dolet de quibuſcunque malis pœnæ. Et hoc eſt; quod benè in hac litera, uel ſimili fundatus, dixit Sanctus Thom. 1.q.113.ar.7.4. Et 2.diſ.11.ar.5. Vbi, maximè in loco allegato ſecundi ſententiarum habet hæc uerba. Cùm Angeli beati ſint in diuinæ uoluntatis continua contemplatione, cui perfectiſſimè conformantur: nihil poteſt eſſe contra uoluntatem eorum, ſicut nec contra uoluntatem Dei. Poteſt tamen eſſe aliquid præter uoluntatem eorum: ſed hoc ipſum, inquantū eſt permiſſum à Deo, eſt uolitum ab eis, ſicut à Deo. Et ideò nihil poteſt accidere, de quo doleant Angeli: ſicut nec, de quo doleat Deus. Et ideò ſimpliciter dicendum eſt: quòd neque de peccatis hominum triſtantur, neque de damnatione: ſed utrobique lætantur de iuſta permiſſione, & punitione. Hęc ille. Quare autem dixerit ly ſimpliciter, declarat eleganti exēplo 1.q.113.ar. 7. ſic inquiens. Illud dicimus ſimpliciter uoluntarium, quod aliquis vult in particulari, ſecundum quòd agitur, conſideratis ſcilicet omnibus, quæ circunſtant: quamuis in uniuerſali conſideratum non eſſet uoluntarium. Sicut nauta non vult proiectionem mercium in mare abſolutè, & uniuerſaliter conſiderando; ſed imminente periculo ſalutis, id eſt in particulari conſiderando hoc vult. Vnde magis eſt hoc uoluntarium; quàm inuolūtarium, ut in 3. Eth. dr̄. Sic igitur Angeli peccata, & pœnas hominum, vniuerſaliter, & abſolutè conſiderando non uolunt: Volunt tamen, quòd circa hoc ordo diuinæ iuſtitiæ ſeruetur; ſecundum quem quidam

3 pœnis ſubduntur, & peccare permittuntur. Hæc ille. Tertiò igitur habes: quòd nil à Deo, niſi bonum, procedit. Et adeò hoc uerum eſt: ut & peccata quælibet, inquantum à Deo procedunt, bonitatem ſapiant; ac maledictiones etiam peſſimæ

4 (vt ſupra uidimus) benedictiones iure appellentur. Quartò conſequenter habes: quomodo, ſecundum expoſitionem Diui Thomæ, ubi ſupra, intelligas illud Pſalmi: Lætabitur iuſtus, cum uiderit vindictam: illud ſapientis; Et in perditione impiorum erit laudatio: & alia huiuſmodi. Quintò conſequenter habes: quomodo ſecundum eundem

5 ſanctum doctorem, ex ſupradictis intelligas imprecationes quibus prophetæ, & uiri ſancti, hominibus ſæpe mala imprecantur; & etiam quandoque mala culpæ. De malo pęnæ patet in Pſ. 108. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius: & diripiant alieni labores eius. Et multoties alibi in ſcripturis. De malo culpæ etiam in illo Pſal. patet. Vt oratio eius fiat in peccatum: & fiant contra dominū ſemper. Intelliguntur enim exoptari hæc à uiris ſanctis, inquantum bona ſunt .i. inquantū iuſtè permittuntur, ſeu infliguntur (loquēdo de pœnis) à Deo. Pari ergo modo intelligere potes illud Apocalipſis, ſi intelligas optatiuè: Qui in ſordibus eſt (inquit) ſordeſcat adhuc; & qui nocet, noceat adhuc. Rurſus & illud Chriſti ad Iudam: Quod facis, fac citius; Et ſoluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Et alia ſimilia penè infinita eodem modo ex S. Doctore ſupra intelliges. Et hæc eſt gloſa, quę dari paſſim ſolet: quòd, ſ. alii ſancti id optāt ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ, non ſecundum liuorem uindictæ.

¶ Ergo Deus eſt iuſtus in omnibus uijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Ergo ubique .i. de omnibus laudandus Deus. Ergo rectè dicit Eſa. Deo: Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi. Hoc eſt. Laudabo te. Quare? quia tu iratus es mihi, ſiue .ſ. peccata etiā permittendo, ſiue pœnas infligendo. Ergo Deus rectè ait: Ego glorificabor in Pharaone. Quia Deus eſt & laudandus pro pœnis inflictis Pharaoni, ac per hoc peccatori cuicunque; & laudandus ꝓ permiſſione delictorum. Quare? Quia utrunque .ſ. & pœna & permiſſio eſt iuſtum: omne autem iuſtum eſt bonum, & pro quolibet iuſto laudandus eſt Deus: ergo pro utroque illorum laudandus Deus. Vide Elucid. pri. par. ar. num. 123.259. & Elucid. Addi. art. num. 403.404.

¶ Applica ad Mar. 7. Benè oīa fecit. Vel ad aliud ſimile.

CONCLVSIONES EX GENESIS.

CAPITVLO L.

VT aromatibus condirent patrem, & conditus aromatib. repoſitus eſt in loculo in Ægypto. *Text.*

Concl. 1. *Mos condiendi corpora aromatibus fuit iudæis: etiam ante legem datam.* [Ex eo.]

LEX fuit data multò pòſt .i. tempore Moyſis, & iam in ui- *Ratio.* rili ætate: ut patet in Exodo: & conſequenter ea, quæ nunc geſta narrantur, fuerunt ante legem.

EXAMEN.

ECCE; quomodo, natura ſola duce, diligebantur corpora defunctorum. Non tantum ſepelire ea curabant: ſed & odoramentis ea liniebant tùm ut cōſeruarentur; tū ut fætor abigeretur: ſed etiā planctu, & eo magno, ea proſequebantur; ſed turba quoque multa comitante honoris gratia ſepulturæ dabantur; ſed & exequię pro illis ſepeliendis celebrabantur ut de omnibus his quatuor apparet in littera. Et hæc à ſanctis uiris, puta à Ioſeph, &c. Quòd ſi facere iſta erga defunctorum corpora, fuiſſet malū, uel ſuperſtitioſum (ut nobis hæretici quidam obijciunt); probabile eſt: ꝙ Ioſeph, ad cuius officium non quia ſolummodò ſanctus, ſed quia eorum Rex erat, hoc pertinebat, id agere prohibuiſſet. Quod non tantum non prohibuit: ſed etiam, ut fieret, iuſſit. Præcepit (ait littera) ſeruis ſuis medicis: ut aromatibus condirent patrem. Et ſi præcepit de iſto; probabile eſt; quòd etiam de alijs, aliquomodo præcepit. Decet ergo ſanctos corpora mortuorum, quantum poſſunt, honorare. Ergo ab oppoſitis illa inhonorare non eſt ſanctorum: ſed impiorum.

¶ De iſta iudæorum conſuetudine laudabili hæc annotauerim: Vt intelligas magis Euang. Ioannis ibi. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt eum lintheis cum aromatibus: ſicut eſt mos iudæis ſepelire. Quis nam (inquiebas) mos iſte eſt? Naturalis: ut uidimus hic Ergo huiuſmodi pia officia negātes erga defunctos, negant naturam. Ergo huiuſmodi non homines; ſed beſtiæ: immò peiores exiſtunt beſtijs ot q̄ multa ſanctorum corpora, puta Sancti Pauli primi hæremitæ corpus &c. ſepelire curarunt. Lege ſanctorū patrū uitas.

APPENDIX.

HINC habes: quomodo confutationē illam, qua Diſcipulis pro Magdalena reſpondit Chriſtus intelligas. 1
Quid ait in Matthæo? Ad ſepeliendum me fecit. Quaſi dicat. Lex naturalis nos docet; ut corpora ſepelienda vnguentis pretioſis deliniatis. Ego autem ſepeliendus ſum: & hoc Magdalena (me aliàs narrante) cognouit. Conſequenter ergo Magdalena legem naturalem nobis iudæis ab initio conſuetam adimplet. Quæcunq; autem perſona legem naturalem adimplet, pro legis impletione non reprehendenda, ſed laudanda eſt

da eſt:ergo Magdalena de hoc unguẽto ſuper me nunc hac, quam dixi, intentione effuſo non redarguenda(ut uos facitis),ſed laudanda eſt. Item obſeruans legem naturalem, bonum opus facit, Magdalena hoc vnguentum ſuper me taliter effundens, ut dixi obſeruat legem naturalem, ergo Magdalena bonum opus facit. Quare ergo moleſti eſtis illi?

Text. VOs cogitaſtis de me malum; ſed Deus uertit illud in bonum.

Concl. 2. *Quòd bona ex malis proueniant, à Deo eſt; non à natura malorum.* [Ex eo]

Ratio. VTOR: quód Ioſeph attribuit Deo uerſionẽ mali in bonum: licèt ſecundum intentionem operantium malum proventurum eſſet malum.

Not. ¶ Hæc ſunt, quæ ſuprà 45. in concluſione 2. de prouidentia Dei ſuper hac malorum verſione in bonum notauimus. Et ſimiliter cap. 39. in conc. 1. Hic & illud uides, quod de mẽte San. Thomæ 1. q. 1. ar. 9. diximus ſupra 42. in concl. 2. quæ ea, q̃ obſcurius tradũtur in uno loco ſcripturæ in alio expreſſius exponuntur. Suprà enim 45. dixerat, quod ex uenditione uenerat ſua exaltatio, & ſalus fratribus ſuis: Nunc autem dicit, quod iſtam uerſionem mali illius in illud bonũ fecit Deus.

Text. ASportate oſſa mea de loco iſto.

Conclu. 3. *Aliud eſt ſepultura, aliud depoſitum: & de utroque utile eſt ſibi prouidere.* [Ex eo.]

Ratio. SEPVLTVRA enim eſt locus perpetuus pro corpore defuncti, iuxta illud: ſepulchra eorum domus illorum in æternum. i. in tempus maximè diuturnum. Qua ſepultura noluiſſet Ioſeph ſepeliri in Ægypto ea ratione, qua nec pater eius Iacob ſupra 47. immò uoluit ſepeliri in terra patrum ſuorum: vnde dicit, Aſportate oſſa mea hinc uobiſcum, ſcil. ad ſepeliendum. Depoſitum autem eſt locus ad aliquod tempus paruũ comparatiuè ſaltem pro corpore defuncti: Vt hinc patet. Ergo ex ſepultura non migrat corpus ordinariè; ex depoſito autem ſic. Quòd uero prouiſio de utroque. ſ. & de depoſito, & ſepultura fuerit aliquod utile ipſi Ioſeph, annotauit Apoſtolus Hebr. 10. loquendo de hoc facto.

PRO ECCLESIA SANCTA DEI.

PRAEDICTA Concluſio 3. cap. 50. ut trahit ſecum ſepulturam in loco ſacro, per ly aſportate oſſa mea nobiſcum de loco iſto, deſtruit errorem Valdenſium dicentium: nihil prorſus prodeſſe animæ, quòd corpus in loco ſacro ſepeliatur. Dixiſſent rectè de iniuſtis in peccato mortali defunctis, de quibus & Papa Innocẽtius III. extra. de ſepult. cap. ſacris, dicit in fin. quòd impijs ſepultura celebris, & ſpecioſa non prodeſt; per celebrem, & ſpecioſam intelligens exiſtentem in loco ſacro, ut ibi patet per capituli contextum. Quoniã uerò abſolutè de hominum ſepultura illi Valdenſes loquuntur; ideò, pro quãto tangunt animas iuſtorum dicuntur errare in poſitione prædicta; & pro tantò à concluſione iſta dãnantur. Condemnationem etiam eorundem Apoſtolus dictauit Hæbr. 11. in hæc uerba: Fide Ioſeph moriens de oſſibus ſuis mandauit. Per fidem ergo fecit electionem ſepulturæ ſuæ in terra ſancta; ad quam terram filios Iſrael profecturos tunc nunciabat: & conſequenter, cùm fides talis eſſet formata charitate (ut ibid. & hic ex Gen. conſtat); patet quòd huiuſmodi electio, & ſepeliri in loco ſacro profuit animæ ipſius Ioſeph. Damnatur & à Papa Gregorio XIII. q. 2. cap. cùm grauia peccata non deprimunt, tunc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur. Hæc ibi. Vide totam ſerè illius quæſtionis cauſam hanc. Damnatam & uide ipſam in Elucidatio. Addi. artic. num. 310. & ſupra capitu. 47. conclu. 3. in fin.

FINIS GENESIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P:

Omnes ſunt Terniones; præter P Quaternos.

Tabula per ſe patet.